**Informazioni su questo libro**

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

**Linee guide per l'utilizzo**

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

+ *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.

+ *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.

+ *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.

+ *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertati di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

**Informazioni su Google Ricerca Libri**

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da `http://books.google.com`

R. P. Antonij Posseuini emit. Num. 18. Class. 3.

DIONYSII

# LAMBINI MONSTROLIENSIS REGII PROFESSORIS,

IN

Q. HORATIVM FLACCVM EX FIDE ATQVE AVCTORITATE COMPLVRIVM LIBRORVM MANVscriptorum à se emendatum, & aliquoties recognitum, & cum diuersis exemplaribus antiquis comparatum, multisq; locis purgatum,

BIBLIOTHECA REGIA

Commentarii copiosissimi & ab auctore plus TERTIA PARTE POST PRIMAM EDITIONEM AMPLIFICATI.

Editio postrema.

Monasterij S. Crucis Augusta.

FRANCOFVRTI AD MOENVM
Ex officina Typographica Andreæ Wecheli.
M. D. LXXVII.

Digitized by Google

## IN Q. HORATIVM FLACcum, postremo à D. Lambino editum, Germanus Valens Pimpuntius, in Curia Parisiensi consiliarius Regius.

*Lambinus Calabro in saltu mala gramina, & vmbras,*
*Scabritiem, dumi horrorem: quæ plurima silua*
*Monstra ferunt paullo ante noua compescuit arte,*
*Atque Venusinas segetes, & sentibus arua*
*Obducta, atque situ Dauni squallentia rura*
*Eruduit, rastris, ferro, insectatus aratro:*
*Montibus vt Calabris quondam pater Ennius hortos,*
*Emeritus sic Lambinus sua præmia palmæ.*
*Nec satis hoc illi, nec brachia fessa remisit,*
*Expertus generosa magis quo sunt sola, plureis*
*Cultura reuocare vices, impendia, curas.*
*Acrius ergo auido incumbens superata labore,*
*Atque iterata nouo, vicit, domuitq; colendo,*
*Proscidit, offregit terram, effregitq; rebellem:*
*Respondet votis totiesque exercita tellus.*
*Saluete Ausonides nymphæ, saluete Camœnæ*
*Dauniades: multum tu magna Venusia salue:*
*Luce noua, tantoque alacres gaudete nitore:*
*Lambinum circumfusæ lustrate choreis,*
*Sacráque odorata circumdate tempora lauro.*
*Lambinus maneis vestri arcessiuit alumni,*
*Paonio Elysia cantu de valle reductos.*
*Dimidia iam parte sui tabescit ademta,*
*Conclamátq; gregem vmbrarũ in cõmunia damna*
*Pindarus, & frustra se abeunti opponit amico.*
*Hinc procul ô queis nec nymphæ, nec carmina cordi:*
*Ecce audax amihire [illegible] ri tenua Ditis*
*Cantata, domi Hecates sauora dehiscunt:*
*Auditúrque inuita senis renatare carina.*
*Prosequitur clamor reuocantum, & sauit in auras.*
*Me tellus tremefacta quatit, specubúsque remugit*
*Aduentante vmbra, Flaccóq; Acheronte remisso:*
*Interpres suus arcanis, en, ora resoluit,*
*Viua obscura prius, pandens orcula voce.*
*Non tamẽ hanc Lambine, tibi laudem æquus Apollo*
*Inuidet, insignem vel qua te reddidit, artem.*
*Sic prius Hippolytum superas reuocarat ad auras:*
*Sic Deus omnipotens, Bacchi matérque, patérque*
*Bis nati fuerat, proprium mutarat eburno*
*Sic humerúmque Pelops: Æsonque recoctus aheno*
*Prodierat magico. dupliceis compendia magna*
*Excipiunt ortus, & fortunata sequuntur*
*Fata quidem tantis numquam contraria fatis.*

## IN EVNDEN IO. AVRATVS Lemouix, poeta Regius, Græcus & Latinus.

*Linguarum populis cum lis foret orta duarum*
*Hicque suos vates diceret, ille suos:*
*Multos Gracia se lyricos iactabat habere,*
*Flaccum vix vnum cum sua Roma daret.*
*Verba notat Nemesis, Græcosque redegit ad vnum,*
*Esset vt hinc Flaccus, Pindarus inde super.*
*Sed tamen & Flaccus longo corruptus ab æuo,*
*Fœdatúsque situ, iam periturus erat:*
*Non tulit hoc Nemesis, formam sumensque virilem*
*Lambini, ambrosio sparsit odore senem.*
*Protinus excussa, serpentis more, senecta*
*Splendet, in exuuiis luxuriátque suis.*
*Hoc tibi nunc debent Latia, Lambine, Camœna,*
*Æmula quòd Graiæ stant sua plectra lyræ.*

## IN EVNDEM IO. PASSERatius, Trecensis.

*Olim Philippos, busta gentis Martiæ,*
*Tuo imbuisses, docte Horati, sanguine:*
*Ni te per hosteis nuntius celer deum*
*Denso pauentem sustulisset aëre.*
*Et nunc Camœna, pars tui præstantior*
*Caliginosa nocte premerentur, nisi*
*Alter disertus ales, Atlantis nepos,*
*Lambinus, atro vindicasset à situ.*

## IN EVNDEM ANTON. Valetus Iunianensis, Le-[illegible].

*Quem nuper tersum ediderat, Lambine, poëtam,*
*Nunc fretus Genio viuidiore, iterum*
*Pane recens placidas erumpere gestit in auras,*
*Lucis & vsura liberiore frui.*
*Namq; manu extrema, extremaq; incude recusus,*
*Et nactus limæ munera cara tuæ,*
*Nunc totus nitet, & vectus maioribus alis*
*Euolat à mendis integer & maculis.*
*Hunc ego dum cerno tam pulcro exire decorum*
*Cultu, sic tua me docta Minerua capit,*
*Vt, nisi sint Flacci plana omnia, & integra, sanctè*
*Iurarim hæc Flaccum præripuisse tibi.*

Digitized by Google

D. LAMBINVS

# CAROLO NONO, GALLORVM REGI POTENTISSIMO, ET CHRISTIANISSIMO:

S. P. D.

Si quis vmquam puer excelso loco natus, Carole Rex Christianissime, domesticis rerum fortiter, iustè, præclaréque gerendarum exemplis abundauit: eorum profectò tanta tibi copia suppetit, vt, siue Franciscum I. auum tuum, siue Erricum II. patrem spectes, fortissimos potentissimósque Reges, ad quascumque illorum actiones propè diuinas, atque immortaleis mente & cogitatione te conuerteris, maximi, latissimíque laudis, & gloriæ campi sese tibi aperire, atque explicare videantur. Nam tot res, & tantas domi, forísque gesserunt, tot populis iustum bellum intulerunt, tot supplicibus præsidio, salutíque fuerunt, tot vrbeis expugnarunt, tam longè, latéque regni Gallici fineis protulerunt, leges tam vtileis, támque salutareis sanxerunt, vt si tu, cùm ætate processeris, eorum vestigia persequi, aut etiam cum illis certare volueris, non sit metuendum, ne non, quanto illi superioribus Regibus præstiterunt, tanto tu illis facilè antecellas. Atque arteis quidem, ac virtutes eorum bellicas cùm ætas nostra, patrúmque nostrorum admirata est, tùm omnium gentium, posterorúmque sæculorum litteræ celebrabunt. neque verò de ciuilibus, aut vrbanis, quarum hereditas, atque imitatio æquè, atque illarum, ad te pertinet, posteritas vmquam conticesceret. sunt enim magno, excelsóque animo dignissimæ: sunt grauitatis, sapientiæ, pietatis, iustitiæ, liberalitatis memoris in Gallorum ciuitates plenissimæ. sed, vt ex his, eas, quæ ad iuris æquabilis descriptionem, quæ ad iustitiam, quæ ad religiones, ac cæremonias pertinent, prætermittam, vellem mihi tanta suppeteret orationis facultas, vt singularem Francisci, aui tui (cuius nomen vigebit memoria hominum sempiterna) in viros eruditos beneuolentiam, ac liberalitatem meritis laudibus efferre possem. Quantis enim præmiis illos inuitauit? quot, & quantis muneribus cumulauit? Neque verò in Gallos tantùm, hoc est in suos, ita animatus fuit, verùm etiam exteros, atque adeò multo impensius, omni beneficiorum genere auxit, atque ornauit. Ex quo factum est, vt ex omnibus terrarum oris, ac partibus viri Hebraicarum, Græcarum, Latinarum litterarum scientia clari, philosophi, iurisconsulti, poetæ, rhetores præmiis amplissimis excitati in Galliam tuam conuenirent. Muta tum erant ab illis litteris, à liquida & germana philosophia, à veterum, & probatorum auctorum vocibus, Lutetiæ gymnasia: vigebant in eis ineptæ verborum captationes, & concertationes: inanes, & spinosæ quæstiunculæ ponebantur: fallaces, & minutæ conclusiunculæ contorquebantur: disputationibus anilibus, barbaris nominibus, ac vocibus, impolitissimorum librorum lectione omnium gymnasiorum parietes personabant: meræ nugæ, meræ ineptiæ, mera barbaries docebatur. Ignoti erant Homerus, Pindarus, Æschylus, Sophocles, Euripides: ignoti Plato, Xenophon, Aristoteles, Theophrastus, Plutarchus: ignoti Herodotus, Thucydides, Polybius, Diodorus, ceteri Græci scriptores omnes. linguæ Latinæ elegantiam, &



Digitized by Google

munditiem, incorruptum Latini sermonis vsum nemo nouerat, nemo docebat. Hebraicæ, & Græcæ linguæ ne elementa quidem erant nota, omni elegantiore, & puriore doctrina, omnibus Græcorum, & Latinorum melioris notæ scriptorum monumentis carebamus. Piget, pudétque referre quanta tum omnium bonarum artium ignoratio Galliam tuam obsessam teneret: quantis tenebris populus tuus circumfusus, ac pæne dicam, sepultus esset. Exortus est Franciscus ille, auus tuus, humanarum litterarum, omniumque ingenuarum artium, ac disciplinarum verissimo cognomento parens appellatus: qui rus merum, qui fœdam barbariem, qui graue virus, qui crassas tenebras è scholis, ex vrbibus, è tota Gallia suo splendore depelleret, fugaret, dissiparet: sermonis Hebraici, Græci, Latini, omnium artium honestarum, & reipublicæ vtilium studia in hominibus ingenio præstantibus commoueret, atque excitaret. Id autem hac ratione assecutus est. Lutetiæ duodecim doctores partim Gallos (in quibus erant illa Galliæ tuæ ornamenta, Franciscus Vatablus, P. Danesius, Iacob. Tusanus, Dion. Coronæus, Orontius Finæus) partim aduenas (in quibus erant Bart. Latomus Germanus, Ioan. Poblatius Hispanus, Agathius Guidacerius, Paullus Paradisus, vterque item Hispanus, Ioan. Stracelius Flander, Vidus Vidius Florentinus,) proposito, atque attributo eis honestissimo præmio instituit: quorum alij mathematicas arteis, alij Hebraicas litteras, alij Græcas, alij Latinas, alij philosophiam ex ipsis fontibus haustam, alij artem medendi, & maxime eius partem eam, quæ chirurgice à Græcis apellatur, publicè docerent. Francisco succesßit Errícus, dignissimus patre filius, pater tuus, rerum domi, forísque gestarum gloria clarissimus: qui patrem cùm ceteris rebus omnibus pæne vestigiis ipsis persecutus est, tùm eximio in litteratos, & eruditos homines amóre, ac studio cum illo certauit: atque in eorum, qui vel excesserant è vita, vel alioqui sua sponte docendi munere defuncti fuerant, locum viros ingenio, doctrináque præstanteis substituit, P. Gallandium: Iacob. Siluium, Iac. Gopylum, Pet. Ramum, Adrian. Turnebum, Fr. Vicomercatum, Ioan. Auratum, Paschasium Hamelium, Ioan. Calignium, Ioan. Penam, Io. Mercerum, Bertinum Comitem, Rod. Bainum Britannum, Io. Quinquarboreum. Ita vtroque regnante artes, litteræ, disciplinæ omnes in Gallia floruerunt. Nam armorum quidem, rerúmque bellicarum gloria iampridem ceteris nationibus aut pares, aut etiam superiores eramus: litterarum autem, atque artium libero dignarum laudibus antè quàm Franciscus auus tuus regnum obtineret, certè vincebamur. At nunc iidem Franciſci aui tui, & Errici patris beneficio ita litteras amplexi sumus, vt non modò iam cum Germania, (quæ discentium, atque eruditorum multitudine semper abundauit, neque minus vmquam litterarum, quàm armorum cupiditate, studióque flagrauit:) verùm etiam cum Italia, (quæ cùm viros acumine ingeniorum, sollertiáque iudicandi præstanteis gignere existimatur, tùm Latinarum quidem litterarum hereditatem quodam veluti gentilitatis iure sibi vendicauit: Græcarum autem possessionem quasi vacuam, & caducam euersa, ac delera Græcia celeriter occupauit,) vltro pedem conferre, atque in certamen descendere audeamus. Hunc igitur ingeniorum cultum, hanc humanitatem, hanc optimarum artium celebritatem, quam ab auo, & patre tuo consecuti sumus, tuæ personæ decórum est, Carole: tuis maioribus dignum: ei spei, quam de te habemus, consentaneum, te studiosè tueri, diligentérque conseruare. Non enim credibile est, te ita dicturum, satis esse, si artis militaris, & bellicæ gloriam tibi ab illis relictam retineas: de vrbanis, & ciuilibus artibus non esse tibi magnopere laborandum. Nam primùm, quarum artium exercitatio

tuis

Digitized by Google

tuis maioribus tantopere fuerit probata, eas te arteis improbare, amplitudinem, ac maiestatem tuam non decet: deinde ne te quidem præterit, vt pote, à præstantissimis doctoribus, ac magistris institutum, optimísque præceptis imbutum, &, quod caput est, naturæ bonitate valentem, scientiam inscientia, sapientiámque insipientia longè esse potiorem, ac præstabiliorem: neque esse consentaneum, cuius Regis populus aureis habeat tereteis, eruditas, & purgatas, ingeniúmque doctrina expolitum, eum Regem, litterarum, & scientiæ suauitatem neque auribus sentire velle, neque cogitatione comprehendere, ac percipere curare. Neque porrò existimo, tibi id probatum iri, quod de Alexandro magno Philippi Macedonum Regis filio scriptores locupletes memoriæ prodiderunt, illum ita animo fuisse affectum, vt, quoties Philippus aut vrbem aliquam nobilem cepisse, aut prælium secundum fecisse, aut victoria aliqua denique potitus esse nuntiaretur, non admodum lætè ferret, suísque æqualibus diceret: patrem nihil magni, præclaríque, quod gereret, sibi relicturũ, existimãs, quanto plureis vrbeis Philippus expugnasset, quantóque plureis victorias peperisset, tanto se aut pauciores rerum à se gerendarum occasiones habiturum, aut sibi pauciora, quæ subigeret, ac domaret, reliqua futura. Quamuis enim esset hoc insigne, & luculentum eius animi magnitudinis, & gloriæ cupiditatis argumentum: si fortitudinem tamen non corporis viribus, sed animi robore metimur: &, si altitudinem animi non in fortunæ temeritate, neque in militum lacertis, sed in animo inuicto positam esse arbitramur: & si solidam, verámque gloriam non in expugnandis vrbibus, neque in propagandis imperij finibus, sed in cohibendis, & comprimendis animi motibus, rebúsque secundis moderatè, sapientérque ferendis locatam esse existimamus: fuisset illud profectò multo certius magnæ ad virtutem futuram indolis Alexandri signum, primùm secunda Philippi patris fortuna, victoriísque lætari: deinde rationem inire, quemadmodum tot ciuitates, tot populos, tantum regnum sapienter iustéque moderari posset, quàm in incerto belli euentu, spem gloriæ suæ collocare. Nam, cùm duæ sint artes potissimùm, in quarum studium reges incumbere, quas perdiscere, in quibus versari vel soleant, vel debeant, vna militaris, & bellica, per quam hostilis, & externa iniuria propulsetur: altera ciuilis, & vrbana, & quodammodo togata, per quam ciuitates optimis legibus institutísque temperatæ, concordia, otio, opibus, virtute floreant.: dubitari non debet, quin ea, per quam populis vita beata quæritur, & cuius causa prior illa est comparata, longè illi sit anteponenda. Bella enim non nisi necessariò suscipiuntur: nèque quisquam est, nisi immani planè ingenio præditus, qui non per disceptationem, ac rationem, quàm per vim, & ferrum ius suum obtinere malit. Cùm illud non licet, ad hoc decurritur, vt iniuria ferro repulsa, iure nostro armis recuperato, victoria bello parta, otio, pacéque potiamur. Quemadmodum autem nauis gubernator ad cursum secundum, medicus ad ægri salutem suas omneis curas, & cogitationes refert: sic bono principi, eorum, quibus præest, vita beata proposita debet esse, vt illi fortunæ bonis sint locupletes, & copiosi: viribus corporis valentes, ac robusti: omnibus animi virtutibus instructi, atque ornati: gloria, famáque præstantes, & clari: quæ tum denique contingere solent cùm Reges sedulò dant operam, vt sint ipsi bellicosi simul, & sapientes: cumq; sapientiæ, iustitiæ, pietatis æquè, atque artium bellicarum cupiditate, studioque ducuntur. Itaque antiquissimi illi poetæ non aliam (opinor) ob causam Palladem armatam finxerunt, quàm, vt significarent in Regibus, & rerumpub. moderatoribus bellicam virtutem cum sapientia coniunctam, & copulatam esse oportere. Quam rationem secuti prisci illi heroës in disciplinam hominum eruditorum, longóque vsu peritorum filios suos stu-



Digitized by Google

diosè tradebant: & Reges ipsi doctos viros, & sapientes in comitatum, amicitiámque suam cupidissimè recipere solebant. Sic fortissimum illum Græcorum Achillem Pelei Thessalorum Regis filium à Chirone Centauro puerum eruditum esse litteris proditum est: & eidem iuueni ad Troiam profecto Phœnix ait apud Homerum se comitem, & custodem iccirco à patre esse additum, vt illum efficeret oratorem verborum, actorémque rerum. Summus ille Athenienſium contionator Pericles, qui annos quadraginta doctrina, consilio, eloquentia dicitur Athenis præfuisse, priusquam ad rempublicam accederet, ab Anaxagora Clazomenio fuerat institutus: Timotheum, Cononis præstantissimi imperatoris filium, Isocrates: Epaminondam Lysis Pythagoréus: Alexandrum magnum Aristoteles erudierunt. Ageſilaum Xenophon: Philolaum Archytas Tarentinus: Dionem Plato Athenienſis docuerunt. Sapientum autem consuetudinem, & amicitiam à Regibus esse appetitam testimonio sunt Solon, & Anacharsis: quorum alterius sermone, & congressu magnopere Cræsus est delectatus, atque adiutus: alterum cùm Darius litteris & promissis inuitasset, nihil profecit: testantur Plato, & Aristippus, qui cum Dionysio vixerunt: & Callisthenes, qui cum Alexandro: alij denique quàm plurimi. Iam verò in ijs, qui sapientiæ, doctrinæq; laudibus clarent, non postremum locum poëtæ videntur obtinere. Quin si verum quærimus, vel iidem fuerunt olim poëtæ, & philosophi: quem in numerum referre licet Orpheum, Amphionem, Musæum, Homerum, Hesiodum, Solonem, Phocylidem, Xenophanem, Parmenidem, Epimenidem, Empedoclem, Platonem: vel, si qui Philosophi à studio poëtico fuerunt remotiores, quales sunt posteriores, ij, nisi poëtarum auctoritate, ac testimonio sua decreta confirmarent, ac fulcirent, à periculo ruinæ non procul abessent: vt omittam, quòd plerique ex his ad vitam benè, & sapienter instituendam non multùm adiumenti videntur attulisse: At ex poetis (eos excipio, qui nihil præter voluptatem lectoris quærunt) vix vllum reperias, qui non aut à vitio quidem, turpitudinéque animos auocet, ad virtutem autem, & honestatem excitet, atque acuat: aut mores corruptos emendet, & corrigat: aut res vel temperanter, moderatéque factas, vel magnificè, fortitérque gestas immortalibus laudibus efferat, atque ad sempiternam memoriam consecret: aut illustria virtutum exempla ex omni antiquitate repetita huius ætatis hominibus suppeditet: aut homines calamitosos, & grauibus fortunæ casibus afflictos soletur, atque extollat. Quis philosophus vmquam vel distinctius, quid sit virtus, quid vitium: quid turpe, quid honestum, disputauit: vel planius honesti pulchritudinem, inhonesti deformitatem: sapientiæ vim, & vtilitatem, insipientiæ imbecillitatem, atque incommoda disputando demonstrauit, quàm Homerus diuinis suis carminibus ante legentium oculos constituit? quis hominum mores, & motus: quis animantium naturas: quis sola terrarum: quis æstus, & fluctus marinos: quis ventorum flatus: quis nauigandi pericula, tempestatésque aduersas: quis temporum varietates: quis præliorũ imaginem: quis vrbium oppugnationes: quis acies instructas: quis imperatorias virtutes: quis rationem moderandorum animorum: quis formam benè moratarum ciuitatum: quis denique omnium rerum, quæ hac vniuersitate continentur, varietatem illustrius vmquam Homero depinxit? Quid ceteros poetas, Epicos, Lyricos, Tragicos, Comicos persequar: quorum vel nomina cõmemorare longum sit? sed tamen quantum ex singulis generibus fructum, quantáque cum voluptate coniunctum percipiunt, qui in talium scriptorum lectione versantur? Quid, quòd poetæ principibus, & regibus, atque adeò diis immortalibus cari fuisse dicuntur? vt Castori, & Polluci Simonides: Apollini Pindarus: Polycrati Samio Anacreon: Æschylus, & Simonides

Digitized by Google

monides Hieroni: Dionysio Siculo Polyxenus: Euripides Archelao: Scipionibus, & Catoni maiori Ennius: Scipioni Africano minori, & Lælio Sapienti Lucillius: Memmio Lucretius: C. Cilnio Mæcenati, M. Vipsanio Agrippæ, Cæsari Augusto Virgilius, Varius; hic, quem tibi nunc donamus, Quinct. Horatius Flaccus. Pittacus Alcæo, à quo fuerat non solùm versibus, & stilo violatus, verùm etiam armis, & ferro appetitus, cùm ille in potestatem suam veniſſet, iniuriam acceptam remisit, atque ignouit: C. Iulius Cæsar eadem lenitate, & clementia vsus C. Valerio Catullo, à quo fuerat petulantißimis, & contumelioſißimis versibus laceratus, secum redeundi in gratiam potestatem fecit. Eundem Catullum Manlius Torquatus, Tibullum Valerius Messalla, singulari beneuolentia complexi sunt. Sed quorsum tam multa de litteris, philosophis, ac poetis? vt primùm ostendam, clariſsimorum, & sapientiſsimorum principum, regúmque, atque imperatorum factum, & institutum, Franciſci I. aui tui, & Errici II. patris, Regum maximorum, iudicio esse comprobatum: deinde vt te sponte tua currentem ad parem in litteras, & litteratos voluntatem, similéque studium excitem: postremò vt, quem poetam C. Cilnius Mæcenas, eques Rom. nobiliſsimus: M. Vipsanius Agrippa, dux exercitus clariſsimus: Cæsar Augustus, princeps fortunatiſsimus, plurimi fecerunt, vehementérque dilexerunt, cuiúsque consuetudine, & ingenio, & moribus plurimùm delectati sunt, eius scripta, multorum quidem sæculorum auctoritate comprobata, sed temporum, litteris inimicorum, culpa, valdè deprauata: quæ nunc ad te defero quàm plurimis locis non sine meo magno labore, ac sudore propemodum suæ natiuæ integritati restituta, ac mendis fœdiſsimis perpurgata, iustísque commentariis à me explicata, atque illustrata, eo vultu accipias, eóque animo complectare, quo vultu, & quo animo Franciscus auus tuus, quo Erricus pater, sapientiſsimi Reges, genus hoc scriptorum accipere, atque amplexari solebant. Enimverò Carole non ego ad te poetam aliquem vnum de multis affero: sed poetam omnibus suis numeris perfectum, atque absolutum: summum, atque adeò solum, in tota lingua Latina Lyricum: Satyrarum scriptorem præstantiſsimum, atque excellentiſsimum: multiplici, & varia rerum copia refertum: illustri verborum splendore illuminatum: sententiarum pondere grauiſsimum: scribendi elegantia politiſsimum, ac puriſsimum: orationis figuris ornatiſsimum: in cudendis nouis vocabulis sine inuidia feliciſsimum, sine vituperatione audaciſsimum: in Græcorum loquendi generibus imitandis & cum prudentia, iudicióque liberrimum, ac solutiſsimum: & cum libertate, licentiáque cautiſsimum, ac prudentiſsimum. Nemo vmquam Latinorum iustitiam, fidem, continentiam, parsimoniam, religionem, patientiam paupertatis, contemtionem rerum humanarum laudauit ornatius: nemo iniustitiam, perfidiam, libidinem, auaritiam, luxuriam vituperauit acerbius: nemo ad subeunda pro patria pericula, atque ad mortem pro libertate oppetendam inflammauit ardentius. Nemo neque ad virtutem acrius excitauit, neque à vitio grauius reuocauit: nemo bellorum ciuilium calamitatem miserabilius deplorauit: nemo neque amores cantauit mollius ac tenerius, neque tempestiuorum conuiuiorum hilaritatem descripsit floridius: nemo hominum suæ ætatis mores carpsit vrbanius. dies me deficiat, si huius poetæ virtutes poeticas non modò persequi, & commemorare scribendo, aut distinguere partiendo, sed etiam recordari cogitando, aut notare coner obseruando. Quòd si poeta omni laude cumulatus, omnibúsque suis partibus absolutus, & perfectus ille est, qui voluptatem, & delectationem lectoris cum vtilitate, fructúque coniunxit: sine controuersia ceteris omnibus poetis Græcis ac Latinis (Homero



Digitized by Google

excepto) Q. Horatius Flaccus meritò est anteponendus: in quo sic dulcedo cum vtilitate certat: ita suauitas grauitati par est, vt, si detracta voluptate, ac dulcedine, sola grauitas, vtilitásque spectetur, hæc lectorem in legendo retinere queat: contrà si quis demta vtilitate, solam versuum dulcedinem, ac iucunditatem sequatur, hæc eum sua illecebra captum, vt in se continenter affixus inhæreat, pellicere possit. Ex his autem commentariis cum ipso Flacco coniunctis, cùm duo corpora fecissem, quorum alterum ad carminum: alterum ad sermonum libros pertinet: eam potissimùm partem tibi dicandam esse iudicaui, quæ propterea quod & ordine prior, & argumenti, rerúmque amplitudine elatior atque grauior, & verborũ splendore illustrior, atque ornatior, & concinnitate venustior, ac floridior, & varietate ipsa grauior, ac iucundior est, tuæ ætati simul & maiestati magis conuenire videbatur. Vale, & regna, Idib. Aprilis anno clɔ. lɔ. LXXI. Lugduni.

## Io. Malvdanvs
## DE DIONYSII LAMBINI MONSTROLIENSIS IN Q. Horativm Flaccvm COMMENTARIIS.

Lippus scire, suos oculos quæ fata manerent
Olim, cùm cuperet, vatem ipse adiisse Sabellam
Fertur anum Flaccus, notam sibi: (haruspice saluus
Arboris hac casum, fulménque, lupíque cruentum os,
Funestas pesteis euaserat, atque Philippos)
Talia respondit motâ vates anus, vrnâ:
DVRA PARENS GENVIT TE LIPPVM FLACCE: NOVERCA
IVRIOR AT VENIENS ÆTAS TIBI LVMEN VTRVMQVE
ERIPIET: TENEBRIS FIES ET TVRPIS OBORTIS.
NEC TEIPSVM AGNOSCES, NEQVE COGNOSCERIS AB VLLO
INTEGER: HAVD TAMEN HAC ÆTERNVM LVCE CAREBIS.
NAM TER QVINGENTAS, SEXAGINTAQVE VBI MESSEIS
PROTVLERIT TITAN: RAPTVM COLYRIA LVMEN
INLITA RESTITVENT. DISCVSSIS ERGO TENEBRIS
NEC LIPPVS, NEC CÆCVS ERIS: TIBI, ET OMNIBV' NOTVS
TVNC ERIS: ET PVLCRO SPLENDESCES INTEGER ORE.
MVLTÓQVE EXSTABIS, QVAM PRIMO INLVSTRIOR ÆVO.
Verum dixit anus. sunt hæ colyria chartæ.

Digitized by Google

# IDEM LECTORI S. D.

EVM tibi poëtam cõmendare non debeo, humaniſſime lector, vel cuius lectione omnes homines eruditi plurimùm delectantur, vel qui ſuis ipſius virtutibus, atque ornamentis ſatis commendatur: quamobrem commentarios in eum olim ſcripſerim, nunc in lucem proferam, rationem tibi fortaſſis afferre debeo. Non te morabor pluribus. Ego hunc poëtam partim mea ſponte, partim doctorum virorum iudicium ſecutus, adoleſcens in primis amaui, ſempérque libentiſſimé legi: neque me ab eius lectione vel iuris ciuilis ſtudia: vel potentiorum amicorum conuictus, & conſuetudo: vel longinquæ, ac diuturnæ peregrinationes vmquam abſtrahere potuerunt. Sed, cùm in hoc ſcriptore mihi pleraque partim aliquanto obſcuriora, neque ſatis ab iis, qui eum explanandum ſuſceperant, declarata: partim iniuria temporis deprauata, quæ ſine ope codicum manu ſcriptorum reſtitui non poſſent, eſſe viderentur: nihil mihi tum quidem dabatur aliud, quàm vt ſperarem me talium librorum copiam aliquando habiturum: interea vero è philoſophis, ac poëtis Græcis, & Latinis, ex antiquitatis Rom. monumentis: ex Athenæo, Pauſania, Suida, Stobæo, ceteris, ea, quæ ad hunc poetam lucis aliquid afferre poſſe mihi viderentur, ſtudioſè colligere, ac notare non deſinebam, vt iis vnà cum amicis vterer, non vt ea diuulgarem. Profectus ſum tandem in Italiam cum viro clariſſimo, Franc. Turnonio Cardinali. Romæ cùm eam, quam votis, ominibúſque anteà expetiueram, veterum librorum copiam nactus eſſem, non putaui mihi oblatam de hominibus bene merendi occaſionem, mea negligentia è manibus amittendam eſſe. Itaque vetera, quotquot potui, exemplaria vndique corrogata, alia eorum voluntate, quorum erant, in deuerſorium meum tranſportanda curaui: alia, quia è ſuis locis auferre nefas erat, ſuis quæque in bibliothecis inſpexi, & conſului. In bibliotheca Pontificis Rom. Vaticana, quæ mihi beneficio Gulielmi Sirleti, & Hieronymi eius fratris, & Federici Brutij, quoties mihi commodum erat, patebat, quinque libros antiquiſſimos, manúque ſcriptos reperi. Donatus Iannoctius Florentinus vnum qui fuerat ampliſſimi, atque ornatiſſimi viri Rhodolphi Cardinalis, eóque mortuo cum aliquot aliis Græcis, ac Latinis ad ipſum teſtamento peruenerat, mihi commodauit. A Gabriele Faerno, homine candidiſſimis moribus, vnum item commodatò accepi. Acceſſerunt duo quorum alter erat Raïnutij Farneſij clariſſimi Card. typis ille quidem excuſus, ſed cum antiquiſsimis, atque optimis codicibus comparatus, atque ex eorum fide, ac teſtimonio quamplurimis locis emendatus: alter Ludouico Vrſino Farneſiorum conſobrino, adoleſcenti pudenti, ac probo, ab Annibale Caro donatus fuerat: in quo deſiderabantur ſermonum libri. Horum vtriuſque mihi facta à dominis copia eſt, opera Fuluij Vrſini, hominis eruditiſsimi. Poſtremò mihi ex Italia reuerſo, commentariis meis iam abſolutis, liber item calamo ſcriptus, vetuſtiſsimus à Io. Torneſio, typographo Lugdunenſi, nuper inſperãti Lugduni oblatus eſt. Cum his igitur ſingulis libris cœpi Romæ attentiſsimè, atque accuratiſsimè vnum exemplum Horatianum typis deſcriptum conferre: contuli: lectionis varietatem, librorúmque diſſenſionem conferendo notaui. Non eſt huius temporis, aut loci, lector erudite, pluribus verbis tibi commemorare, quantum mihi à vulgatis reperti ſint diſcrepare. ſuis quæque locis vel per te, vel me indicante cognoſces. Hoc tantùm in præſenti fatebor, me, hac tanta diſſenſione, ac diſcrepantia animaduerſa, ſpe, animóque multo maiore ad commentarios meos informatos iam, ſeu potius inchoatos, quàm primùm abſoluendos me contuliſſe, vt, ſi doctorum virorum iudicio digni eſſent, qui in manus hominum peruenirent, vtilésque ſtudioſæ iuuentuti futuri viderentur, in publicum prodirent: ſin minus, Qu. Horatius Flaccus ſaltem & antiquorum librorum auxilio, & mea opera reſtitutus quodam modo reuiuiſceret, ac renaſceretur. Nunc de commentariis meis, quid te ab eis exſpectare velim, quidque in eis conficiendis ſecutus ſim, pauca dicam. Primùm Horatium ipſius auctoris ſententia ſtudioſiſsimè inueſtigata, & perquiſita, ſimilibúſque locis inter ſe comparatis, explicaui, ac declaraui: Deinde, quæcumque mihi viſus eſt à poetis, & philoſophis Græcis, qui quidem exſtent, ſumſiſſe, aut mutuatus eſſe, ea è fontibus petita, tuis oculis optima fide ſubieci: Tùm, quæ ad Græcorum hiſtorias, fabulásque pertinent, etiam ea è Græcis ipſis, & poetarum Græcorum ſcholiaſtis excerpta, tibi propoſui, tibique produxi: neque ſolùm produxi, verùm etiam Latinè omnia ferè reddidi. Præterea Græca omnia loquendi genera, in quibus creber, & frequens eſt Horatius, diligenter obſeruaui, notaui, indicaui: vim, pondus, elegantiam verborum oſtendi: Horatianam Latinè loquendi rationem cum optimorum Latini ſermonis auctorum Plauti, Terentij, Lucretij, Catulli, Ciceronis, Cæſaris, Salluſtij, Virgilij, Tibulli, Propertij, T. Liuij loquendi conſuetudine congruere demonſtraui. Præterea ſiqua verba lectiora, aut ſiqua loquendi genera concinniora ſæpius, & pluribus locis ab eo eſſe vſurpata animaduerti, ea diligenter collecta, ſub vno quaſi aſpectu, quàm aptiſſimo potui loco, vt adoleſcenteis quærendi labore leuarem, collocaui. Poſtremo per quàm multos auctorum Græcorum, & Latinorum locos quaſi aliud agens, occaſione tamen oblata & corruptos reſtitui, & obſcuros declaraui

Rectam autem vocum ſcribendarum rationem, quam orthographiam Græci nominant, eam ſum ſecutus, quæ pleriſque doctiſsimis ætatis noſtræ viris probatur, quæque in veteribus, & fide dignis marmoribus reperitur. exempli cauſa hæc nomina, ſic typis deſcribenda curaui, *Mæcenas, Paullus, Meſſalla, Sulpicius, Mucius Scæuola, Hirtius, Caſcellius, Pætus, Calpurnius, Tiberis, Etruſcus, Brundiſium, Aricia, &c.* Tùm hæc, hoc modo, *ſilua, hiems, ſæculum, mæror, & mæreo, cælum, hædus, nuntius, conuicium, otium, auctor, edera, heres, aënus, &c.* Tum hæc, quæ ab vno veluti fonte manant, cum diphthongo æ. *fatus, fanus, fœcundus, fœmina, fœnum.* hæc autem, quæ è Græca voce ποινὴ nata ſunt, cum dipthongo œ. *pœna, pœnitet.* illa autem *pæne, pænuria, cum diphth. æ.* non quòd alia eorum ſit origo, ſed quòd talem ſcripturam confirment antiqua monumenta, veterésque membranæ. In his porrò *ſumſi, contemſi, comſi, promſi, demſi: ſumtus, contemtus, comtus, promtus, demtus:* & in his *emtus, ademtus,*

*exemptus*

Digitized by Google

*exemtus, interemtus, peremtus*, primùm antiquissimi Grammatici auctoritatem: deinde rationem, ac veritatem ipsam sum secutus. Marij igitur Victorini, qui Ælij Donati fuit æqualis, hæc verba sunt in lib. de orthographia. *Nam hiems, & sumpsit, & insumsit, & demsit sine dubio per m. s. scribetis: &, quando in harum vocum mentionem incidimus, nec consumptum, nec emptum, nec redemptum, nec temptat, nec attemptat, & similia istis, per p. t. scribetis vitiosè, sed, vt ego scripsi, iuxta m. t. ponetis.* Multum quidem apud nos valere debet tanti Grammatici sententia, atque auctoritas: sed, si quis huius scripturæ rationem quoque flagitabit, ea verò est in promptu posita, miniméque obscura. Sed priusquam progrediar longius, etiam atque etiam abs te peto, lector humanissime, vt tibi hoc persuadeas, me & officio adductum, & necessitate quadam coactum de his rebus, quæ Grammaticorum sunt, hoc loco disputare. Nam, præterquam quòd consilium meum harum vocum ita scribendarum, tibi probatum esse volo, quidam amicus meus, vir cum primis doctus, cùm mihi prorsus assentiretur, rogauit me, vt tibi huius consilij, factíque mei rationem exponerem. Non debet igitur supinum à sui præteriti vel lege, vel natura discrepare, neque vllam omnino litteram, quæ in præsenti, aut in præterito non fuerit, assumere, præter eas, quæ supinorum sunt propriæ, quales sunt s, & t. nam in duplici x potestate s. inest. Cùm igitur hæc verba *emo, redimo, adimo, eximo, interimo, perimo* & in præsentibus, & in præteritis littera p vacent: supina quoque, eadem vacare debent: itáque scribenda sunt, *emtum, redemtum, ademtum*, &c. De his autem, *sumo, promo, temno, como, demo*, & similibus, dico præter naturam liquidæ m. quæ est horum verborum littera quodammodo genitalis, id est, à qua ceteri modi, ceteráque tempora oriuntur, ac gignuntur, quam Græci characteristicam apellant, dico inquam, præter illius litteræ naturam, p. in eorum præteritis, & supinis interponi. Nam liquida m. quæ fuit in præsenti, vel perit in præterito, vt *premo pressi*, vel, si forte seruatur, nullam præterea assumit consonantem: vt *emo emi, gemo gemui*, Idémque de liquida n. sentiendum: *vt sino siui, pono posui, sperno spreui*: in quibus perit: *cano cecini: geno, seu gigno genui*: in quibus retinetur. P. autem in præteritis eorum verborum dumtaxat intercedit, quorum in præsenti vel b inerat, vel hoc ipsum p. qualia sunt *sorbeo, scribo, nubo, sculpo, carpo, rapio*. Nam b & p litteræ sunt inter se affines, & cognatæ: faciléque altera in alterius locum migrat. quod item de m & p dici non potest: quæ litteræ ita sunt inter se dissimiles, & dispares, vt altera cum altera numquam commutari possit. Iam verò, in quorum verborũ præteritis p inest, vt in his *sorpsi, scripsi, nupsi, sculpsi, carpsi, rapui*, & simil. etiam in eorumdem supinis p reperitur, vt *sorptum, scriptum, nuptum, sculptum, carptum, raptum*. & simil. alioquí nullum eius in supino vestigium apparere debet. Neque me mouet alius quidam nobilis grammaticus, qui tradidit m ante t sine p propter euphoniam, scribi non solere. Atqui cacophonia est potius. multo enim lenior, & facilior, & suauior pronuntiatio est harum vocum ita scriptarum sine p. *sumptum, contemtum, promtum*, &c. Eo autem tempore nata est hæc vitiosa scribendi consuetudo, quo tempore barbaries, ignorantiáque Latini sermonis non modò Galliam nostram, verùm etiam Italiam, ceteràsque orbis terrarum parteis occuparãt: & quidem ex eorum inepta opinione nata, qui arbitrabantur, m ante s & t sine p neque scribi debere, neque pronuntiari posse. Indidem horum vocabulorum fœdissima, & corruptissima scriptura manauit: quæ etiam in quibusdam libris manu scriptis, atque adeò in nõnullis veterum marmorum fragmentis reperitur, *hiemps, contempno, dampnatus, antempna, sollempnis, alumpnus, temptare, Pomptina tribus*. quæ nondum me puero è libris, qui tum typis excudebantur, penitus erat sublata: nunc autem ab omnibus viris litteratis repudiata, ab omnibus libris vulgatis funditus deleta est. Quòd si huiusmodi scripturæ mẽdum, ac vitium in his vocibus, veritate expugnante, ac peruincente correctum est, cur non item in illis *sumpsi, prompsi, contempsi*, & simil. in his, *emptum, interemptum*, & simil. corrigetur, cùm eandem in vtrisque rationem valere videamus? Ego quidem hanc tam peruersam scribendi consuetudinem, quæ vsque ad hoc tempus in talibus vocibus hæret, nunc tandem, ignorãtiæ tenebris ex Italia, Gallia, Germaniáque fugatis, litterarúmque luce nationibus omnibus reddita, de medio censeo esse tollendam. Quòd si qui a me dissentient, maléntque inueteratum rudium sæculorum errorem pertinaciter defendere, quam vocem rationis audire: primùm mei me facti conscientia consolabor, quòd etiam in re leui, paruíque momenti meam sententiam hominibus simpliciter, sedulóque aperui: deinde ab illis petam, vt, si sibi licere volunt, cum vulgo sine metu reprehensionis errare, mihi liceat cum paucis doctis sine culpa temeritatis & auctoritatem Victorini, & rationem sequi. sed nimis multa de nugis. Nunc igitur Horatianæ lyræ modos, ac numeros audiamus. Vale.

Digitized by Google

# IDEM LECTORI POSTREMÆ EDITIONIS.

QVID, hac postrema editione ad primam accesserit, quantóque hac illi præstet, paucis te, bone & erudite lector, admonendũ esse puto. Non enim ij sumus, quos pudeat fateri, nos multa quotidie audiendo legendo, viuendo deniq; discere, quæ nobis antea fuerint incognita atq; ignorata. Nam si plerique homines gloriosum sibi esse ducunt, rem à patre acceptam vel mercatura, vel negotiatione, vel parsimonia, vel alia aliqua honesta ratione amplificare: si Solonem illum, virum suæ ciuitatis sapientissimum, & vnum è septem, non puduit de se scribere ac prædicare, se quotidie senescere multa addiscentem: quid causæ est, quare mihi turpe esse existimem ingenuè fateri, mihi non pauca hodie esse nota atque aperta, quæ antea fuerint obscura, atque ignota? Hoc igitur admonendus es, lector humanitate & doctrina expolite, hanc posteriorem editionem multis partibus esse priore meliorem ac perfectiorem. Cùm enim hũc eruditissimum & acutissimum poëtam, Q. Horatium Flaccum, olim in Italia cum decem libris manuscriptis contulissem, omneisq; scripturæ varietates satis diligenter obseruassem, & ad oras vnius exemplı typis impressi ascripsissem: atque ex illorum librorum auctoritate multos quidem locos in hoc scriptore corruptos sanauissem, sed multo plureis partim religione quadam deterritus, partim recepta lectionis consuetudine occupatus, partim vitæ genere vago, & instabili, minimèque tranquillo iactatus, partim curis maioribus suspensus, intactos atque incastigatos reliquissem: in patriam aliquando reuersus, breuiq; post tempore in collegium professorum Regiorum beneficio Regis Karoli noni, cui commentarios meos in quatuor carminum libros, & epodos inscripseram ac dicaueram, cooptatus, & Lutetiæ vitæ genus, præterquàm quòd bellum intestinum repente exortum, annosq; fere duos per omneis vrbeis Galliæ grassatũ, bonas litteras, & honestas disciplinas, omneisq; adeò virtutes pene dicam funditus in Gallia oppressit atque exstinxit, ceteraquietum, otiosum, ac tranquillum, & meis studiis ac moribus appositum & accommodatum, nactus, cœpi multò liberius, quàm vmquam anteà, nihil tamen de docendi munere mihi a rege imposito atque assignato detrahens, cùm in omnibus scriptoribus Græcis ac Latinis dies, noctesq; versari, tum verò ex Latinis quidem Lucretium, Ciceronẽ, Horatium: ex Græcis vero Homerum, Euripidem, Platonem, Demosthenem, & Aristotelem relegere ac retractare. Itaque secundo mei muneris, meæq; professionis anno Lucretium sexcentis locis partim coniectura, partim ex fide membranarum antiquarum emendatum, & propè alium factum, & breuibus commentariis explicatum diuulgaui. Aliquot annis post totum M. Tullium partim à codicibus manuscriptis Memmianis, Huraltinis, Clericanis, Quiatianis adiutus, partim doctorum virorum, qui ante me in eo scriptore emendando elaborarant, vigiliis subleuatus, partim meis ipsius viribus, meáque industria atque opera nisus, locis innumerabilibus correctũ, notisq;, & scholiis breuissimis explanatum, edidi. Quo labore perfunctus cum Horatium de integro in manus sumsissem: meminissem autem (quamuis meum in hoc poëta emendando & explicando positum studium omnibus nationibus humanitate & doctrina politis gratum accidisse scirem) sed tamen meminissem, varias ac diuersas (vt sunt varia mortalium ingenia) ab iis, qui meos commentarios legissent, querelas esse iactatas: alios q; exstitisse, qui libros veteres aut non satis diligenter à me esse inspectos, & consultos, aut non satis religiosè expressos atque imitatos quererentur: alios, qui dicerent non omneis locos Horatij difficileis atque obscuros à me esse explicatos, & declaratos: alios, qui Latinam omnium testimoniorum & exemplorum Græcorum interpretationem requirerent: alios, qui multo pluribus exemplorum luminibus, testimoniorúmque auctoritatibus tum Græcis, tum Latinis meos cõmentarios ornari potuisse prædicarent: alios, qui nonnullorũ locorum explicationẽ improbarent: his omnibus hac postrema editione satisfacere conatus sum. Ac primum quidem iis, qui arguebant, me libros veteres vel parum diligenter inspexisse, vel parum religiosè secutum esse, ita satisfeci. Nam præterquam quòd omneis scripturæ varietates ex decem libris veteribus, quibus Romæ sum vsus, & vno, quo Lugduni, ecscriptas atque excerptas, & ad oras vnius libri impressi ascriptas, diligentissimè recognoui ac relegi, sex præterea Lutetiæ item manuscriptos nactus sum, vnum à N. Clerici heredibus, duos ab humaniss. viro Lod. Russardo, iuris ciuilis apud Auaricum Biturigum interprete ac doctore, treis ab Io. Nicotio prudentiss. & ornatiss. viro, non ita pridem legatione apud Lusitaniæ regẽ functo: ad quos accessit sextus, mihi quattuor ad hinc annos ab Io. Colombino Monstrolienſi donatus. Partim igitur vndecim illorum codicum priorum auctoritatibus repetitis ac retractatis, iterúmque atque iterum consideratis, partim sex libris posterioribus diligentissimè collatis, & attentissimè perpensis, quos locos in priore editione mendosos imprudens reliqueram, eos hac posteriore in integrum restitui. Iis, qui negabant totum Horatium esse à me explicatum, sic occurri, nullo prorsus loco, nulla sententia, nulla denique voce, quæ modo lectorem non tardissimum remorari posset, intacta relicta: Tertiis hoc modo morem gessi, quòd quicquid est in commentariis meis ex Græcis auctoribus prolatum, Latinè à nobis redditum est, incondite illud quidem interdum & impolitè, sed ita tamen, vt sententia Græcorum verborum homini Græcis litteris non satis erudito non obscura esse possit: quartis ita obsecutus sum, quòd sexcentis exemplis ac testimoniis oratorum, poëtarum, philosophorum, historicorũ tum Græcorum, tum Latinorum hi commentarij amplificati atque aucti sunt: Postremis in eo cumulatè satisfeci, quòd quorundam locorum explicationem, quia ea mihi commoda & recta, aut certè tolerabilis videbatur, argumentis & rationibus probabilibus confirmaui: in nonnullis sententiam mutaui. Meum illud institutum hic mordicus retinui, perpetuoque seruaui, vt si quis Horatij locus ab aliquo alio vel ingenioſe emendatus, vel erudite explicatus est, siquid à quopiam prolatum est ad aliquam Horatij sententiam declarandam, quod quidem sermone ac mentione dignum iudicarim, id suo auctori bona fide reddiderim, neminémque sua laude spoliarim: contrà si quid ab aliquo minus aptè, minúsue probabiliter excogitatum & litteris mandatum est: id aut dissimularim, aut sine acerbiore auctoris reprehensione coarguerim: neminem, quantumuis longè à recta regione aberrantem, ne lacessitus quidẽ nominatim contumelioſius appellarim. Vale.

Q. HORAT

# Q. HORATII FLACCI VITA E VETVSTO

*codice non ita pridem à viris doctis ecſcripta, & edita: nunc item, ſed emendatior, diuulgata: cuius auctor exiſtimatur Suetonius.*

Q. Horatius Flaccus Venuſinus, patre, vt ipſe quidem tradit, libertino & exactionum coactore, vt verò traditum eſt, ſalſamentario, cùm illi quidam in altercatione exprobraſſet, *Quoties ego vidi patrem tuum brachio ſe emungentem?* Bello Philippenſi excitus à M. Bruto imperatore, tribunus militum meruit, vectisque partibus venia impetrata, ſcriptum quæſtorium comparauit. ac primò Mæcenati, mox Auguſto in gratiam inſinuatus, non mediocrem in amborum amicitia locum tenuit. Mæcenas quantopere eum dilexerit, ſatis demonſtratur illo epigrammate.

*Ni te viſceribus meis, Horati,*
*Plus iam diligo, tu tuum ſodalem*
*Hinno me videas ſtrigoſiorem.*

Sed multo magis extremis, tali ad Auguſtum eclogio: *Horatij Flacci, vt mei, eſto memor.* Auguſtus epiſtolarum quoque ei officiũ obtulit, vt hoc ad Mæcenatem ſcripto ſignificat: *Ante ipſe ſufficiebam ſcribendis epiſtolis amicorum: nunc occupatiſſimus, & infirmus, Horatium noſtrum te cupio adducere. veniet igitur abiſta paraſitica menſa ad hanc regiam: & nos in epiſtolis ſcribendis adiuuabit.* Ac ne recuſanti quidem, aut ſuccenſuit quidquam aut amicitiam ſuam ſuggerere deſtitit. Exſtant epiſtolæ, è quibus argumenti gratia pauca ſubieci: *Sume tibi aliquid iuris apud me, tanquam ſi conuictor mihi fueris. rectè enim & non temerè feceris: quoniam id vſus mihi tecum eſſe volui, ſi per valetudinem tuam fieri poſſit.* Et rurſus, *Tui qualem habeam memoriam, poteris ex Septimio quoque noſtro audire. nam inſidit, vt coram illo fieret a me tui mentio. neque enim, ſi tu ſuperbus amicitiam noſtram ſpreuiſti, ideo nos quoque* ὑπερφανευόμεθα. Præterea ſæpe eum, inter alios iocos, potiſſimum penem, & homuncionem lepidiſſimum appellat, vnáque & altera liberalitate locupletauit: ſcripta quidem eius vſque adeò probauit, manſuráque perpetuò credidit, vt non modò ſæculare carmen componendum iniunxerit, ſed & Vindelicam victoriam Tiberij, Druſíque priuignorum ſuorum: eúmque coëgerit propter hoc tribus carminum libris ex longo interuallo quartum addere: poſt ſermones verò lectos, nullam ſui mentionem factam ita ſit queſtus: *Iratum me tibi ſcito, quòd non in pleriſque eiuſmodi ſcriptis mecum potiſſimùm loquaris. an vereris, ne apud poſteros infame tibi ſit, quòd videaris familiaris noſter eſſe?* Expreſsitque eclogam, cuius initium eſt.

*Cum tot ſuſtineas & tanta negotia ſolus:* *Res Italas armis tuteris, moribus ornes,*
*Legibus emendes: in publica commoda peccem,* *Si longo ſermone morer tua tempora, Cæſar.*

Habitu corporis breuis fuit, atque obeſus, qualis & à ſemetipſo in ſatyris deſcribitur, & ab Auguſto hac epiſtola: *Pertulit ad me Dionyſius libellum tuum: quem ego, ne accuſem breuitatem, quantulúſcunque eſt, bonè conſulo. Vereri autem mihi videris, ne maiores libelli tui ſint, quàm ipſe es. ſed ſi tibi ſtatura deeſt, corpuſculum non deeſt. Itaque licebit in ſextariolo ſcribas, cum circuitus voluminis tui ſit* ὀγκῶδες πᾶν, ſicut eſt ventriculi tui. Ad res venereas intemperantior traditur. Nam, ſpeculato cubiculo, ſcorta dicitur habuiſſe diſpoſita, vt quocumque reſpexiſſet, ibi ei imago coitus referretur. Vixit plurimùm in ſeceſſu ruris ſui Sabini, aut Tarentini: domúſque eius oſtenditur circa Tiburni luculũ. Venerunt in manus meas & elegi ſub eius titulo & epiſtola, proſa oratione, quaſi cõmendantis ſe Mæcenati, ſed vtraque falſa puto. Nam elegi vulgares: epiſtola autem obſcura: quo vitio minimè tenebatur. Natus eſt v. id. Decemb. L. Cotta, & L. Torquato conſulib. deceſſit v. Kalend. Decemb. C. Mario Cenſorino, & C. Aſinio Gallo conſulib. poſt nonum & quinquageſimum annũ, herede Auguſto palàm nuncupato, cum vrgente vi valetudinis, non ſufficeret ad obſignandas teſtamenti tabulas. Humatus & cónditus eſt extremis Eſquiliis, iuxta Mæcenatis tumulum.

Digitized by Google

# CARMINVM LIBER I.

## AD MÆCENATEM Ode. 1.

Alios alijs rebus duci: se lyricorum versuum studio teneri.

*ÆCENAS atauis edite regibus,*
*O & præsidium, & dulce decus meum:*
*Sunt quos curriculo puluerem Olympicum*
*Collegisse iuuat, metáq; feruidis*
*Euitata rotis, palmáque nobilis*
*Terrarum dominos euehit ad Deos.*
*Hunc si mobilium turba Quiritium*
*Certat tergeminis tollere honoribus:*
*Illum, si proprio condidit horreo*
*Quicquid de Libycis verritur areis,*
*Gaudentem patrios findere sarculo*
*Agros: Attalicis condicionibus*
*Numquam dimoueas, vt trabe Cypria*
*Myrtoum pauidus nauta secet mare.*
*Luctantem Icarijs fluctibus Africum*
*Mercator metuens, otium, & oppidi*
*Laudat rura sui: mox reficit rateis*
*Quassas, indocilis pauperiem pati.*
*Est qui nec veteris pocula Massici,*
*Nec partem solido demere de die*
*Spernit, nunc viridi membra sub arbuto*
*Stratus, nunc ad aquæ lene caput sacræ.*
*Multos castra iuuant, & lituo tubæ*
*Permistus sonitus, belláque matribus*
*Detestata manet sub Ioue frigido*
*Venator, teneræ coniugis immemor,*
*Seu visa est catulis cerua fidelibus,*
*Seu rupit tereteis Marsus aper plagas.*
*Me doctarum ederæ præmia frontium*
*Dijs miscent superis: me gelidum nemus,*
*Nympharúmq; leues cum Satyris chori,*
*Secernunt populo, si neque tibias*
*Euterpe cohibet, nec Polyhymnia*
*Lesboum refugit tendere barbiton.*
*Quòd si me Lyricis vatibus inseres,*
*Sublimi feriam sidera vertice.*

MÆCENAS] In omnibus ferè manuscriptis codicibus, quibus vsus sum, nomen *Mæcenas* scriptum reperi & in prima & in secunda syllaba sine diphthongo: quam scripturam tametsi non probem omni ex parte, sequor in eo tamen, quòd secunda per e, vocalem, non vt vulgò, per œ diphthongum scribitur. adiuuat me codex orationum M. Tullij Ciceronis calamo exaratus in Cluentiana: quo loco scriptum etiam est hoc nomen sine diphthongo in vtraque syllaba. Iam verò quòd ad primam attinet, Græcorum historicorum auctoritate moueor, apud quos Μαικήνας per αι diphthongum scribi solet in ea syllaba, vt in secunda per η, quæ vocalis vertitur in e longum: & item apud Suidam, in ijs vocibus, quarum syllaba prima est μ cum diphth. αι. Quin Ælianus, qui cùm Romanus esset, Græcè scripsit, lib. 12. Ποικίλ. ἱστορ. hanc scripturam retinet. Præterea apud P. Victorem lib. de regionibus orbis, & Priscianum libro de accentib. in exempl. Aldinis sine vlla varietate perpetuò ita scriptum est hoc nomen. Vnius præterea marmoris antiqui testimonium producam, quod Romæ visitur in ædibus Fusconum, è regione ædium Farnesianarum: in quo hæc sunt incisa, *LIBERTORVM ET LIBERTARVM C. MÆCENATIS L. F. POMT. POSTERISQVE EORVM, ET QVI AD ID TVENDVM CONTVLERVNT, CONTVLERINT.* Fuerunt autem Mæcenates ordinis equestris, quemadmodum declarat M. Tull. in ea oratione, quam modò commemoraui, his verbis, *Tunc C. Flauius Pusio, Cn. Titinius, C. Mæcenas, illa robora pop. Rom. ceteriquehuiuscemodi ordinis, non fecerunt idem, quod nunc Cluentius, &c.* Horatius ipse multis locis hunc Mæcenatem, equitem appellat, vt

A Od. xx. huius lib. *datus in theatro Cùm tibi plausus, Care Maecenas eques, &c.* & Od. xvi. lib. 3. *iure perhorrui Late conspicuũ tollere verticem, Maecenas equitum decus.* De eodem sic C. Velleius Paterculus, *Tunc vrbis custodijs præpositus C. Maecenas, equestri, sed splendido genere natus, vir, vbi res vigiliam exigeret, sanè exsomnis, prouidens, atque agendi sciens: simul verò aliquid ex negocio remitti posset, otio ac mollitijs pene vltra faeminam fluens, non minus Agrippæ Cæsari carus, sed minus honoratus: quippe vixit angusto clauo pene contentus: & maiora consequi potuit, sed non concupiuit.*

ATAVIS] atauum ait esse dictum Nonius Marcell. quasi tatam aui, id est, patrem. *Pueri enim,* inquit, *paruuli patres tatas, matres mammas appellant.* Varro Bimargo. *Aui & ataui nostri cùm allium ac cepe eorum verba olerent, tamen optimè animati erant.*

REGIBVS] Etruscis. Od. xxix. lib. 3. *Tyrrhena Regum progenies.* & Saty. 6. lib. 1. *Non, quia, Maecenas, Lydorum quicquid Etruscos Incoluit fines, nemo generosior est te, &c.* & Od. xx. huius lib. *vt paterni fluminis ripæ, &c.* & Propert. lib. 3.
B *Maecenas eques Etrusco de sanguine regum, Inter fortunam qui cupis esse tuam, &c.*

OET PRÆSIDIVM] sic epist. 1. lib. 1. *rerũ tutela mearum Cùm sis, &c.* Ponitur autem hoc loco præsidij nomen translatè, vt & epist. 2. ad Lol. lib. 1. *Tuterisque tuo fidentem præsidio, &c.* & Od. 1. lib. 2. *Insigne mœstis præsidium reis.* & Od. v. huius lib. *Nequicquam Veneris præsidio ferox.* & Od. 29. lib. 3. *Tunc me biremis præsidio scapha Tutum per Ægeos tumultus Aura feret.* propriè epistola 11. lib. 2. *Præsidium regale loco deiecit.*

DECVS] ornamentum. Nam & M. Tull. sæpenumerò hæc duo coniungit, præsidium, & ornamentum. sic & Virgil. ad Mæc. Georg. 2. *O decus, ô famæ meritò pars maxima nostræ.* & Propertius lib. 3. *Mæcenas nostræ pars inuidiosa iuuentæ: Et vitæ & mortis gloria iusta meæ.*

SVNT QVOS CVRRIC.] id est, sunt qui delectantur equorum alendorum & certa-
C minum curullium studio ob victorias Olympicas, quæ omnium erant clarissimæ. curriculi autem nomine, malim hoc loco currũ significari, quàm spatium, in quo curritur, Festo autore fretus, qui curriculum à curru diminutum esse scribit.

PVLVEREM OLYMP.] equorum cursu pulvis excitatur. Itaque ex eo, quod subsequitur, id, quod antecedit, intelligere debemus. sic Ia. ♆ in certamine illo equestri, quod instituit Achilles in funere Patrocli, magna vis puluerís attollitur. Ἰσαὶ δὲ στέρνοισι κονίη Ἴσται' ἀειρομένη. id est, sub pectoribus autem puluis sublatus stabat. & paullo pòst vtitur Homerus verbo κονίοντες, quod idem ferè valet, quod puluerem colligentes. οἱ δ' ἐπέποτο κονίοντες πεδίοιο. Sic Virgil. lib. 3. Georgic. *tum fulua nimbus arena Tollitur.* Quidam hoc referunt ad puluerem corporibus aspersum, seu corpora puluere inquinata, quale est illud Od. 1. lib. 2. *Audire magnos iam videor duces. Non indecoro puluere sordidos, &c.* Certamen porrò Olympicum ab Hercule fuisse institutum post Augeam deuictum, Elida direptam ac vastatam, Phyleum restitutum, D atque in patrio regno collocatum, cùm virorum pænuriam, quam belli calamitas effecerat, eorum, qui in acie ceciderant, vxoribus cum reliquis exercitus commisceri iussis, expleuisset, scribunt Homeri interpretes Ia. λ. Iam Pausanias in Eliacis tradit xxvi. Olympiade cœptum esse Olympiæ equorum adultorum cursu certari, Thebanúmque Pagondam pronunciatum esse victorem. Paterculus autem Olympicorum certaminum auctorem Iphitum quendam Eleum fuisse tradit. Qui equos hoc animo alebant, vt Olympiæ certarent, dicebantur à Græcis ἱπποτροφεῖν & πολυπροφεῖν.

COLLEGISSE] Sic vtitur hoc verbo Saty. 4. lib. 1. *quin per mala præceps Fertur, vti puluis collectus turbine.* alibi aliter: vt epist. 2. lib. 1. *Auricu las citharæ collecta sorde dolenteis.* & x. *Imperat, aut seruit collecta pecunia cuique.* & xi. *nec qui Frigus collegit, furnos & balnea vitat, &c.* & xii. *Fructibus Agrippæ Siculis, quos colligis Icci, &c.* & xv. *collectosne bibant imbreis.* & 2. libri 2. *collecta viatica multis Ærumnis.* sic Virg. Melib. *Aut si, nox pluuiam ne colligat antè, veremur.* & Lucret. lib. 1. E *Quòd calor a medio fugiens ibi colligat igneis.*

METAQVE FERVIDIS EVITATA ROTIS] eo ipso Ιλιάδ. libro, quem modò testem produxi, Nestor Antilocho filio quadrigarum curriculum agituro tùm alia, tum hæc in primis præcipit, vt equum dexteriorem stimulet, eique habenas laxet: det operam, vt sinisteriorita metæ appropinquet, vt modiolus rotæ summam metam attingere quidem videatur: sed non tangat tamen, ne & equos vulneret, & currum effringat. Versus Homeri ascribam non solùm vt quiuis intelligat, quàm fuerit cursoribus illis metæ tactus periculosus ac fugiendus, verùm etiam vt hic locus aliquantùm illustretur. Τῷ σὺ μάλ' ἐγχείμψας ἐλάαν ἐρέδην ἄρμα καὶ ἵππους. Λύτης δὲ κλινθῆναι ἐυπλέκτῳ ἐνὶ δίφρῳ Ηκ' ἐπ' ἀριστερὰ τοῖιν, ἀπαρ τὸ δεξιὸν ἵππον Κέντει ὁμοκλήσας, εἶξαί τε οἱ ἡνία χερσίν. Ἐγγύσση δέ τοι ἵππος ἀριστερὸς ἐγχειμφθήτω. Ὡς ἂν τοι πλήμνη τε δοάσσεται ἄκρον ἱκέσθαι Κύκλου ποιητοῖο, λίθου δ' ἀλέασθαι ἐπαυρεῖν, Μήπως ἵππους τε τρώσῃς, καταθῇ δ' ἅρματα ἄξῃς, id est, F huic metæ valde appropinquans ad eam quàm proximè currum & equos impelle. Tu ipse autem in curru bene compacto incumbito. paullum in partem sinistram horum. ad dexterum equum pungito vociferans, eique manibus laxato habenas. Metæ autem equus sinisterior sic appropinquato, vt tibi rotæ modiolus summam quidem metam attigisse videatur, sed lapidis tactum vites tamen: ne quo pacto & equos vulneres, & currum perfringas. Sophocles autem in Electra sic describit certamen equestre, seu curule, vt pene oculis cernere videamur. Eo loco Pseudoreste ille cùm laxata læua habena alter ex equis cursum suum inflexisset, imprudens ad summam columnam offendit: quo facto modiolos rotarum, axémque perfregit, ipse è curru excussus est. Equi autem eo collapso, loríque diruptis implicato, per medium Circum fugientes diuersi abierunt, atque ita aurigam suum dilacerarunt, vt re-

presso

Digitized by Google

A presſo tandem à ceteris aurigis equorum curſu, ſolutus & explicatus ille à nemine ſuorum agnoſceretur. Verſus eos duntaxat aſcribam, qui ad hunc locum pertinent: Ἔπειτα λύων ἡνίαν ἀριστερὰν Κάμπητος ἵππος λαθάνει τήλω ἄκραν Πάισας ἔθρωυσε δ' ἄξονος, μέσας Χνόας, Κάξ ἀντύγων ὤλισθε, συνδ' ἐλίσσεται Τμηθεῖς ἱμᾶσι, τῷ δὲ πίπτοντος πέδῳ Ἵπποι διεκπάρησαν εἰς μέσον δρόμον. eódem pertinent illa Theocriti εἰδ. κα. Ἵπποις δ' ἐξελάσασθαι ὑφ' ἅρμασι. καὶ περὶ νύσσαν Ἀσφαλέως κάμπτοντα τροχῶ σύριγξα φυλάξαι Ἀμφιτρύωνος παῖδα φίλα φρονέων ἐδίδαξεν Αὐτός. docuerat (inquit) Amphitryo ipſe filium ſuum ita equos currui iunctos agitare, rotaéque modiolum circum metam inflectere, vt eam vitaret. Videtur mihi etiam M. Tullius in oratione pro M. Cœlio, quo loco adoleſcentiæ voluptates, ac libidines extenuat, poſtulátque à iudicibus, ne vicinitas, & familiaritas Clodiæ, mulieris impudicæ, Cælio fraudi ſit, ad hunc flexum tantopere in certaminibus illis periculoſum, reſpexiſſe. ſic enim ille, *In hoc flexu ætatis (nihil enim occultabo fretus humanitate ac ſapientia veſtra) fama adoleſcentis hæſit ad metas, notitia noua*
B *mulieris, & infelici vicinitate, & inſolentia voluptatum.* Et item Eurip. in Hippol. coron. Τέλος δὲ κάμψαιμ', ὥσπερ ἡρξάμην, βίου, id eſt, detur mihi vitæ finem ita, vt cœpi, flectere. quod valet, contingat mihi mors vitæ conſentanea. metam in epiſt. de arte poët. pro calce ſtadij vſurpauit. *Qui cupit optatam curſu contingere metam, Multa tulit, fecitque puer.*

FERVIDIS] ſic Virgil. Æneid. 2. *Frenáque feruenteiſque rotas.* Idem Georgic. 3. *volat vi feruidus axis.*

HVNC SI MOBILIVM] eo libentius *mobilium* lego, non *nobilium*, quòd hanc ſcripturam & Porphyr. agnoſcit, & noſtræ ætatis viri doctiſſimi probant. Mobileis autem, Quirites appellat Horatius propter comitiorum inconſtantiam, & varietatem, populique Rom. in ſuffragijs ferendis leuitatem, quam pluribus locis declarat M. Tullius, vt in orat. pro Murena his verbis, *Quod enim fretum, quem Euripum tot motus, tantas, tam varias habere putatis agitationes fluctuum, quantas*
C *perturbationes, & quantos æſtus habet ratio comitiorum? Dies intermiſſus vnus, aut nox interpoſita ſæpe perturbat omnia, & totam opinionem paruæ nonnum quam commutat aura rumoris,* &c. & item pro Plancio. *Non enim comitijs iudicat ſemper populus, ſed mouetur plerunque gratia: cedit precibus, facit eos, à quibus eſt maximè ambitus: denique ſi iudicat, non delectu, aut ſapientia ducitur ad iudicandum, ſed impetu nonnumquam, & quadam etiam temeritate,* &c. quæ fuerant à M. Antonio Mureto annotata. ſed quod idem Muretus ſcripturam *nobilium* iccircò reijcit, quòd in mandandis honoribus non modò nobiles, ſed etiam humiles & obſcuri, & plebeij ius ſuffragij habebant, ea ratio apud me non admodum valeret. Nam Quiritum nobilitas, penditur & ſpectatur non ex ordine, ſed ex vniuerſi populi antiquitate: quæ ſanè à Quirino, id eſt, Romulo Romani generis auctore ducitur. magis me mouet quòd epithetum *nobilium* hoc loco mihi videtur & otioſum, neque ſatis conſonum: otioſum, quia nobilitatem populi Roma- D
ni hîc commemorare ſuperuacaneum eſt: non eſt autem conſonum, quia abſurdum videtur, cùm turbam dicat, nobilitatem aſcribere. Contrà cùm turba & mobilitas aptiſſimè vnà cohæreant: loquatur autem Horatius de ſuffragijs & comitijs, quibus nihil eſt incertius, nihil mutabilius, & in quibus magni corporum & animorum motus verſantur, vox *mobilium* mihi videtur huic loco valdè conuenire. Nam nomen *mobilis* non ad res inanimas tantùm pertinet, vt Od. VII. lib. 1. *mobilibus pomaria riuis,* &c. & Od. XXIII. *Nam ſeu mobilibus veris inhorruit Aduentus folijs.* & Satyr. VII. lib. 2. *vt neruis alienis mobile lignum.* & epiſt. ad Auguſt. *puncto mobilis horæ:* verùm etiam ad animum, vt Q. Metell. ad Cicer. lib. 5. epiſt. *Te tam mobili in me, meóſque eſſe animo non ſperabã,* & Cicero ad Metell. ſecunda eius libri epiſt. *nec in te, vt ſcribis, animo fui mobili, ſed ita ſtabili, vt in mea erga te voluntate, etiam deſertus ab officijs tuis, permanerem.* Idem pro Q. Roſc. Com. *quem hominem? leuem? immo grauiſſimum. mobilem? immo conſtantiſſimum.* Cæſar lib. 3. de bell. Gall. *Itaque*
E *cùm intelligeret, omneis ferè Gallos nouis rebus ſtudere, & ad bellum mobiliter, celeritérque excitari,* &c. Idem lib. 4. mobileis in conſilijs capiendis appellat. Hor. lib. de Arte poët. *Mobilibúſque decor naturis dandus & annis.*

TERGEMINIS TOLLERE HONORIBVS] Cogor hîc ab ijs diſſentire, qui tergeminos honores accipiunt quæſturam, tribunatum plebis, ædilitatem maiorem, prætúram, conſulatum, cenſuram. Nam tergemini non ſex, aut ſenos: ſed treis, aut ternos ſignificant. declarant tergemini Horatij, & tergemini Curiatij. adde Geryonem tergeminum, cui tria corpora fuiſſe confictum eſt à poëtis: quem idcirco ter amplum idẽ Horat. appellat Od. XIIII. lib. 2. Lucret. lib. 5. *Quid ve tripectora tergemini vis Geryonai?* Virgil. lib. 8. *Nam maximus vltor Tergemini nece Geryonis,* &c. Accedat triceps Cerberus, de quo ſic Tibullus eleg. IIII. lib. 3. *Nec canis anguinea redimitus terga caterua, Cui tres ſunt linguæ, tergeminúmque caput.* Hoc igitur poſitum ſit, per tergeminos honores vel treis magiſtratus ſignificari, F
non ſex: vel, quod magis probo, ampliſſimos & maximos honores. ſi treis, qui ſint hi, videamus. Honorum gradus ſunt hi, quæſtura, ædilitas maior, (niſi cùm tribunatus interponebatur,) prætura, conſulatus. quod & M. Tullius declarat in Lucullo. *In Aſiam quæſtor profectus ſum, deinde abſens ædilis factus, continuò prætor, poſt in Africam, inde ad conſulatum.* & T. Liuius lib. 32. annalium. *Comitia per M. Fuluium, & M'. Curium tribunos plebis impediebantur, quòd T. Quinctium Flaminium conſulatum ex quæſtura petere non patiebantur. Iam ædilitatem, prætúramque faſtidiri, nec per honorum gradus documentum ſui dantes nobileis tendere ad conſulatum, ſed tranſcendendo medio ſumma imis continuare.* De cenſura & dictatura quid attinet dicere? cùm dictatura quidem difficilius tantùm & turbulentis reipub. temporibus adhiberi ſolita ſit: cenſoria autem notatio, neque impedi-



Digitized by Google

A mento cuiquam fuerit vmquam, quo minus eius ratio haberetur in petendis honoribus, & nonnumquam de rep. ſublata ſit: cenſores denique ipſi ſubſcriptione cenſoria ſibi ſtandum eſſe numquam exiſtimarint, vt oſtendit M. Tull. in Cluentiana? Adde quòd ex cenſura nihil ad dignitatem hominis conſularis accedere poteſt, cùm ſcribat M. Tull. in Planciana, honorum populi finem eſſe conſulatum. His igitur poſitis exiſtimarim ternarium numerum hoc loco, vel ſimpliciter & litteratè & propriè accipiendum: vel tranſlatè & prouerbij loco. Si ſimpliciter & propriè placebit accipi, tergeminos honores intelligemus ædilitatem maiorem, præturam, conſulatum. Quòd ſi quis quærat quamobrem quæſturam è numero trium honorum tollam, præſertim cùm primus magiſtratus vrbanus nominetur, & M. Tull. Ver. VII. honoris nomine afficiat his verbis, *ita ſum quæſtor factus, vt mihi hunc honorem non delatum, ſed commiſſum arbitrer:* reſpondebo, magiſtratum quidem fuiſſe, & honorem, ſed non curulem, & minimæ auctoritatis, nulliúſque ferè Imperij. Ita que idem M. Tull. lib. 2. accuſat. primum honoris gradum nominat, non honorem. deinde quæ-
B ſtores dabantur prætoribus & conſulibus tanquam adiutores, & adminiſtri quidam. Præterea quæſtori prætor parentis erat loco, & quæſtor prætori, liberorum, vt ex multis M. Tullij locis intelligere licet. Tum verò quæſtorem prætor poterat coërcere. quin etiam homini priuato licebat eum in ius vocare. Neque autem vocationem, neque prehenſionem in vrbe habebat: ergo neque lictorem, neque viatorem, vt ſcribit A. Gellius ex Varrone: quod tamen verum non eſt. nam faſces & lictores habuiſſe perſpicuum eſt ex oratione pro Plancio. Poſtremò fortaſſe dici poteſt, quæſtorem non habuiſſe ſententiæ in ſenatu dicendæ poteſtatem: ſed tantummodo pedibus in aliorum ſententiam diſcedere ſolitum eſſe: qua de re tamen nihil affirmo. agere quidem cum populo, & contionem habere ſuo iure non poterat. neque eſt quòd quiſquam mihi dicat, ei, qui
C quæſtor non fuiſſet, non licuiſſe maiores petere magiſtratus: ergo quæſturam ſuum in honoribus locum debere obtinere. ad hoc enim reſpondebo tanto magis eam in enumerandis honoribus nobis prætermittere licere, propterea quòd etiam ſi non numeretur, reliquos magiſtratus tamen anteceſſiſſe intelligatur. De ædilitate maiore autem cùm multa dici poſſint, quamobrem in honorum numero ſit habenda, tum ea multum valent, quæ ſcribit M. Tull. lib. 5. accuſat. de ſua ædilitate verba faciens: *Ob earum rerum laborem & ſollicitudinem fructus illos datos, antiquiorem in ſenatu ſententiæ dicendæ locum, togam prætextam, ſellam curulem, ius, imagines ad memoriam, poſteritatémque prodendam.* Nam ex illo loco perſpicuum eſſe poteſt, quantùm dignitatis atque amplitudinis afferat ædilitas. Præterea ædili contionem aduocare, & cũ populo agere licebat, quod non niſi maiori magiſtratui licebat. Quamuis autem præturam & conſulatum obtinere poterat, qui ædilitatem non geſſiſſet: ſæpe tamen accidebat, vt offenderetur populus, ſi quis ædilitatem D
non petiuiſſet. Nam in ſuſpicionem illiberalitatis & auaritiæ veniebat: quod declarat locus ille Ciceronis lib. de Offic. ſecundo his verbis, *Vitanda tamen eſt ſuſpicio auaritiæ. Nam Mamerco, homini ditiſſimo prætermiſſio ædilitatis conſulatus repulſam attulit.* Ne illud quidem me mouet, quòd multi ædilitatis repulſam paſſi, prætores & conſules facti ſunt. Id enim comitiorum inconſtantiæ, populíque leuitati aſcribendum eſt. Poſtremò M. Tull. oſtendit lib. 3. de legibus, ædilitatem, primum aſcenſum fuiſſe ad amplioris honoris gradum. Iam verò de prætura quin ea ſecundum locum ſuo quodãmodo iure ſibi vendicet, nemo, opinor, dubitabit. Prætores enim abſentibus cõſulibus conſulare munus obtinebant more maiorum, vt ſcribit M. Tull. epiſt. ad Plancum lib. 10. & T. Liuius lib. 7. tradit prætores dictos & habitos eſſe conſulum collegas. Sequitur conſulatus, quem honorum populi finem fuiſſe paulo antè ex M. Tullio diximus. Ex ſuperioribus igitur colligi poteſt per tergeminos honores ab Horatio ſignificari ædilitatem, præturam, conſulatum: vel,
E ſi quis ædilitatem prætermitti potuiſſe impune contendet, quæſturam, præturam, conſulatum. Tribunatus porrò quamuis fuerit magiſtratus ſacroſanctus, & auxilij cauſa ab initio comparatus, non erat tamen neceſſe, eum, qui præturam, aut conſulatum petiturus eſſet, tribunatum geſſiſſe. Præterea tribunatus multis annis poſt vrbem conditam, ex diſſenſione ſenatorum & plebis natus, & ſæpe intermiſſus eſt, vt ex T. Liuio intelligere licet. Quod item oſtendit M. Tullius Verr. II. vel potius proœmio accuſ. Verr. his verbis, *Ipſe denique Pompeius cùm primùm contionem habuit: vbi (id quod maxime exſpectari videbatur) oſtendit, ſe tribunitiam poteſtatem reſtituturum, factus eſt in eo ſtrepitus & grata contionis admurmuratio.* Deinde tribunatum nemini, niſi qui è plebeia eſſet familia, capere licebat. deinde tribunatum petebãt ferè homines populares, & ab optimatum conſilio & ſecta remoti. Si igitur propriè tergeminos
F accipiemus, treis eos, quos dixi, honores intelligemus, Sin tranſlatè & μυστηριωδῶς accipiemus per tergeminos honores, legitimum quendam, & iuſtum, & abſolutum honorum numerum intelligemus, ſeu potius, vt ſupra dixi, ſummos & ampliſſimos honores, vt ædilitatem maiorem, prætura, conſulatum, &c. quemadmodum ſæpe apud poëtas Græcos & Latinos τρὶς, & ter, vſurpatum videmus pro multùm, & ſæpè. Hom. Od. ε. τρὶς μάκαρες Δαναοὶ καὶ τετράκις quod Virgil. expreſſit primo Æneid. & Hor. Od. XIII. huius libri, *felices ter & amplius, Quos irrupta tenet copula.* & apud Æſch. in Prometh. κακῶν τρικυμία. ſic Od. XXVIII. eiuſdem, *licebit Iniecto ter puluere curras.* & Od. XVII. ſecundi, *Lætum theatris ter crepuit ſonum.* & Od. tertia lib. 3. *Ter ſi reſurgat murus aëneus.* & Od. XVIII. *Gaudet inuiſam pepuliſſe foſſor Ter pede terram.* & Od. XXII. *Quæ laboranteis vtero puellas Ter vocata audis.* & Od. XVII. lib. 2. *Cùm populus frequens Lætum theatris Ter crepuit ſonum.* Atque hoc ex eo natum, quòd numero ternario in

ſacris,

Digitized by Google

A sacris, in rebus diuinis, atque adeò in carminibus & excantationibus vtebantur, tanquam naturæ diuinæ accommodatissimo, & gratissimo. Theoc. φαρμακεύτρ. Ες τρὶς ἀποπτύσω, καὶ τρὶς πάλιν ἐπτύσατο φωνῶ. quale est illud Virgilij in sua pharmac. *Terna tibi haec primùm triplici diuersa colore Licia circundo*, &c. sic Tib. eleg. secunda lib. 1. *Ter cane, ter dictis despue carminibus.* Etiam oratores vsurpant, vt Demosth. περὶ παραπρέσβ. τοὺς μὲν ἅπαξ ἀπολωλέναι δίκαιος. id est, dignus, qui ter, non semel moriatur. Errant autem vehementer qui per tergeminos honores, maximos & sæpius iteratos populi plausus significari putant. TOLLERE HONORIB.] Vel dixit tollere honoribus pro eo quod est, tollere ad honores, vel ita, vt dicimus ferre & tollere laudibus. sic enim Od. XXI. huius lib. *Vos tempe totidem tollite laudibus.*

SI PROPRIO COND. HORR.] id est, si quamplurima fructuosissimorum agrorum habet iugera, si copiosus & diues est arator. ita vtitur eo dem verbo epist. ad August. lib. 2. *Condita post frumenta leuantes tempore festo Corpus, & ipsum animũ spe finis dura ferentem.*

B QVICQVID DE LIBYCIS VER. AR.] Libyam seu Africam numerant scriptores in regionibus frumenti fertilissimis: eò respiciens, dixit Sat. 3. lib. 2. *Frumenti quantum metit Africa.* & Martial. lib. 6. *Possideat Libycas messeis Hermumq́ Tagúmque, &c.* Seneca Thyeste. *Non quicquid Libycis terit Feruens area messibus.* Ennius Satyr. lib. 3. *Lati campi, quos gerit Africa terra politos.*

ATTALICIS CONDICIONIBVS.] id est, opulentissimis atque amplissimis condicionibus, & vel regno Asiæ proposito, vel Asiaticis opibus oblatis, numquam neque huic ambitioso præsertim apud populum gratioso, neque illi aratori præsertim abundanti, & copioso, persuadeas vt suo studio, vitæque instituto relicto, nauigationis periculum quæstus causa subire velit. Fuit autem Attalus rex Pergami, & totius Asiæ, qui populum Rom. fecit heredem. de quo plura ad Od. XVIII. lib. 2.

NVM QVAM DIMOVEAS] sic quidem scriptum reperi in libris omnibus manu scriptis,
C sed malim legi *demoueas*, vt hæc sit sententia: nunquam eum de suo instituto sententiaue deducas, aut demoueas. Non dubium est autem, quin hoc verbum non apud hunc poëtam solùm, verùm etiam apud M. Tull. permultis locis ita sit emendandum. Vt in orat. contra Rul. *ex ea possessione remp. demouere.* & parad. *de sententia demouere.* & Philip. quarta, *Virtus est vna altissimis defixa radicibus, quæ numquam vlla vi labefactari potest, numquam demoueri loco.*

TRABE CYPRIA] trabe, id est naui, hypallage. sic Virg. Æne. 3. *Vela damus, vastúmque caua trabe currimus æquor.* Sed quamobrem Cypria? quia Cyprus abundat materia opportuna atque vtili ad naueis ædificandas vel à carina vsque ad summam mali partem. Quidam tamẽ nauem intelligunt, totam ex trabibus cyprijs, id est, cypri arboris compactam.

MYRTOVM] mare Myrtoum à Myrtoo OEnomai auriga nominatum esse traditum est: D quem Pelops ab Hippodamia falsò apud se accusatum, quasi ei stuprum inferre conatus esset, cùm illa absente Pelope Myrtoi complexum & concubitum vltro appetisset: in mare proximum è curru præcipitem deiecit. Verùm Pausan. Arcadicis hæc non probat. vult enim, mare Myrtoum à muliere quadam Myrtone esse appellatũ. Pausaniæ verba sunt hæc, Οὐκ ἐς οὗ τὸ Μυρτῷον ἀπὸ Μυρτίλου τοῦ Ερμοῦ φαίνοιτο κεκλημένον, ἀρχόμενόν τε ἀπὸ Εὐβοίας, καὶ παρ' Ελένιλιν ἐρήμην νῆσον καθήκον ἐς τὸ Αἰγαῖον, ἀλλά μοι δοκοῦσιν Εὐβοέων οἱ τὰ ἀρχαῖα μνημονεύοντες εἰκότα εἰρηκέναι, λέγοντες ἀπὸ γυναικὸς Μυρτοῦς τῆς πελάγει γεγονέναι τὸ ὄνομα τῷ Μυρτῴῳ. id est, non igitur mare Myrtoum à Myrtilo Mercurij filio videri debeat appellatum, quod initium capit ab Eubœa, & præter Helenã, insulam desertam, vsque ad mare Ægæum pertinet: sed mihi videntur Eubœorum ij, qui res antiquas memoriæ prodiderunt, verisimilia quædam & probabilia dixisse, in eo quòd tradiderunt mari Myrtoo nomen esse impositum à muliere quadam Myrtone. est autem mare Myrtoum maris Ægæi pars, & ita vndosum, procellosum, & naufragijs infestum. PAVIDVS NAVTA.] aptum epithetum. sic Od. XXIII. huius lib. E Ceruam pauidam: & Od. II. epod. leporem pauidum appellat. pauidum autem hoc loco nautam dixit propter aduersas tempestates, & naufragij metum. alibi nautas auidos dicit, vt Oda XXVIII. eiusdem libri, *Exitio est auidis mare nautis.*

LVCTANTEM ICARIIS.] participium luctantem cum dandi casu coniunxit, vt Od. III. huius lib. dixit, decertantem Aquilonibus, & ita de similibus sentiendum. lege quæ annotata sunt ad Od. VI. lib. 2. ibi, *viridíque certat Baca Venafro.* Dædalum & Icarum eius filium post Pasiphaæ cum tauro concubitum, Minoïs iram fugienteis sese è Creta subduxisse, Icarúmque Solis propinquitate alis colliquefactis, in mare subiectum decidisse, atque ab eo, mare Icarium esse nominatum, notius est, quàm vt inculcare debuerim. infra Od. II. lib. 4. *Ceratis ope Dædaléa Nititur pennis.* Est autem etiam mare Icarium, maris Ægæi pars.

AFRICVM] ventum ab occasu hiberno flan- F tem: de quo Virg. lib. 1. Æn, *Crebérque procellis Africus.*

INDOCILIS PAVP. MA.] id est, qui neque aduersa tempestate, neque naufragio, neque vllo alio nauigationis incommodo patientiam pauertatis doceri potest. Hæc quidem est nominis, *indocilis*, propria significatio, sed vsurpauit M. Tul. pro eo, quod Græci ἀδίδακτον dicunt, in Lucullo, his verbis: *Sed incredibilis quædam ingenij magnitudo non desiderauit indocilem vsus disciplinam.* disciplinam vsus, indocilem dixit, quæ nullis præceptis contineatur, quæ doceri non possit.

EST QVI NEC VETERIS] aliud hominum genus proponit, qui totam ætatem in comportationibus, in somno, in otio, & voluptatibus consumunt.

MASSICI] vinum Massicum posuit pro quo-

A uis vino generoſo. Naſcitur autem in Maſſicis montibus, qui ſunt in Campania, de quibus Plin. lib. 3. cap. v. *Ab hoc ſinu incipiunt vitiferi colles, & temulētia nobilis ſucco per omnes terras inclyto atque (vt veteres dixere) ſummum Liberi patris cum Cerere certamen. Hinc Setini & Cæcubi obtenduntur agri. His iunguntur Falerni, Caleni. Dein conſurgunt, Maſſ. Gaurani, Surrentinique montes.* Oda xxj. lib. 2. *Quocunque lectum nomine Maſſicum, &c.* & Satyra 4 lib. 2. *Maſſica ſi cælo ſupponas vina ſereno, &c.* addidit nomen *veteris* quia vetuſtas vinum commendat, qua de re alibi dicemus.

NEC PARTEM SOLIDO D.] demere partem de die ſolido idem valet, quod dicit Ode VII. lib. 2. frangere diem. Et ſolidum diem, ſiue integrum appellare malis, hîc nominat, quo die nihil quis edit, nec bibit: vt Od. v. lib. 4. *dicimus integro Sicci manè die, &c.* Eſt autem frangere diem, opere & labore vſitato, & quaſi legitimo intermiſſo, atque interrupto, corpus cibo, & potione curare ac reficere, Genióque indulgere. Solebant enim magna ex parte Romani illi veteres totum ferè diem in rebus agendis ponere: ſub veſperum autem,
B aut certè poſt meridiem corpora curare, vinóque, & epulis operam dare. Significat igitur, nonnullos adeò non eſſe vel in rep. adminiſtranda, vel in re familiari tuenda, vel in alijs ſtudijs, & negotijs occupatos, vt multo malint magnam diei partem in conuiuijs, & cōpotationibus conſumere, quàm ſicci, & ieiuni vſque ad veſperum permanere. Eadem ratione videtur M. Tullius in epiſtola ad Papirium Pętum lib. 9. epiſt. integram famem appellare eam, quæ ad cenæ tempus perfertur, neq; vel tantillo cibo ſedata, aut leuata eſt. *Integrā* (inquit) *famem adouum affero. ita vſque ad aſſum vitulinum opera perducitur.* Quem igitur hîc ſolidū diem nominat, Od. v. lib. 4. integrum appellat: & dies fract⁹ opponitur integro, vt integer ſit, de quo nihil ſit detractum, quod in curando corpore ponatur: fractus autem, qui totus in negotio non ſit poſitus, ſed diuiſus ita, vt eius pars vel multo maxima,
C vel quantacunque ſit, ad vinum, atq; epulas, eiuſmodique delicias, & voluptates ſiue neceſſarias, ſiue non neceſſarias, conferatur.

SPERNIT] videtur eſſe μείωσις ſeu ἐλάττωσις, nō ſpernit, pro exoptat, concupiſcit. ordo autem hic eſt, nec ſpernit pocula optimi vini veteris, nec ſpernit demere, id eſt, detrahere partem de die, & a epulas ac voluptates conferre.

NVNC AD AQVÆ LENE CAPVT SAC.] aquam ſacram, fontem intellige: qua de re mox dicemus. fontis caput autem, eſt fontis principium, & origo, vnde primùm erumpit & manat aqua. Ex quo à capite arceſſere, id eſt, ab ipſo principio petere, ſeu repetere, & caput pro cuiuſque rei principio, & origine. Cic. pro Plancio, *Sed ſi quid ſine capite manabit, aut ſi quid erit eiuſmodi, vt non extet auctor, qui audierit, &c.* & ib. caput & fō tem coniungit. *Et enim ad caput, & ad fontem vtriuſque generis veniamus.* & pro Cælio: *ſin autem vt riuulus arceſſitus, & ductus ab ipſo capite accuſationis veſtræ, lætabor, &c.* & ibid. *horum duorum criminū video fontem, video auctorem, video certum nomē &* *caput.* & lib. 2. de finib. *Atque ab iſto capite fluere* D
*neceſſe eſt omnem rationem bonorum, & malorum.* Caput fluuij autem eſt, quo in mare influit, quod oſtium appellauit Virg. Georg. 4. *Triſtis ad extremi ſacrū caput aſtitit amnis.* & Cæſar lib. 4. de bello Gall. loquens de Rheno, *Multiſque capitibus in Oceānum influit.* Nam qui putant caput fluuij, eſſe principium & originem fluuij, errant: neque rectè explicant locum illum Virg. Æneid. lib. 8. *Hic mihi magna domus celſis caput vrbibus exit.* Per caput enim Roma ſignificatur. Hoc modo autem Virgilij verſus explicandus eſt. *Hic*, id eſt, non longè ab exitu meo, & oſtio, quo in mare ingredior, *magna domus mihi exit*, id eſt, oriri incipit: *celſis caput vrb.* id eſt, quę futura eſt aliarū magnarum vrbium caput & princeps. Quòd autem illi ex ijs quæ paulò pòſt ſequuntur, ſententiam ſuam confirmari dicunt. *Quo te cumque lacus miſerantem incommoda, &c.* Nihil dicunt. nam planè & perſpicuè his verbis fons fluuij ſignificatur: quis neget? ſed cùm ſuprà dicat, *Hic mihi magna domus, &c.* Certum locum indicat Tiberis fluuius, vbi domus ſua futura ſit, & caput vrbium. Æneas autem cùm ita loquitur, *Quo te cumque lacus, &c.* in- E
certum ſibi eſſe ſignificat vbi ſit origo Tiberis. Prætereà cùm Æneas longiſſimè abeſſet ab origine & fonte Tiberis, non poſſunt illa verba, *Hic mihi magna domus*, de fonte fluuij intelligi, vtpote quæ locum propinquum indicant.

MVLTOS CASTRA] multi caſtris, & ſtudio rei militaris delectantur.

ET LITVO TVBÆ PERM. SON.] quemadmodum hîc tubæ ſonitum cum lituo: ita Od. 1. lib. 2. lituorum ſtrepitum cum cornuū murmure coniungit in deſcribenda pugnæ imagine, his verbis. *Iam nunc minaci murmure cornuum Perſtringis aureis, iam lituí ſtrepunt.* ſolebant enim Romani nō ſolùm tubis, verùm etiam lituis acuere militum animos, ex quo apud Tull. tuba belli ciuilis, & lituus profectionis ad Pompeium, pro impulſore poſita ſunt. Verba Ciceronis ſunt hæc in epiſt. ad Ampium Balb. lib. 6. epiſt. *qui tuliſſent acerbius veniam tibi dari, quem illi appellant tubam belli ciuilis.* idem lib. 11. epiſt. ad Attic. *Poſteaque,* F
*quàm mihi literæ a Balbo Cornelio minore miſſæ eſſent, illum exiſtimare, Quinctum fratrem lituum meæ profectionis fuiſſe (ita enim ſcripſit) &c.* eōdem pertinent illa Virgil. Georg. 3. *Primus equi labor eſt, animos, atque arma videre Bellantum, lituóſque pati.* & Æneid. VI. de Miſeno, *Hectora circum, Et lituo pugnas inſignis obibat, & haſta.* Vide Aul. Gell. lib. 1. cap. XI. Fuit autem & alius lituus inſigne auguratus: de quo ſic M. Tul. lib. 1. de diuinat. *Quid lituus iſte veſter, quod clariſſimum eſt inſigne auguratus? vnde vobis eſt traditus? nempe eò Romulus regiones direxit tum, cùm vrbem condidit: qui quidem Romuli lituus, id eſt, incuruum, & leuiter à ſummo inflexū bacillum, quod ab eius litui, quo canitur, ſimilitudine nomen inuēnit: cùm ſitus eſſet in curia Saliorum, quæ eſt in Palatio, eáque deflagraſſet, inuentus eſt integer.*

BELLAQVE MATRIBVS DETEST.] deteſtata poſuit παθητικῶς, vt notat Priſcian. lib. 8. matribus autem deteſtata bella dixit, propterea quòd

A quòd in eis matres plerunque filijs orbantur. sic inf. Od XVI. lib. epod. *Parentibúsque abominatus Annibal.* eôdem pertinet illud Eurip. in Hecuba, πολλόν τ' ἐπὶ κρᾶτα μήτηρ τέκνων θανόντων πάθεται χέρα, δρύπτεταί τε παρὰν δίαιμον ὄνυχα πθεμένα ἀναραγμοῖς. quorum verborum hæc ferè sententia est. canóque capiti mater manum infert liberis in bello mortuis, genásque lacérat vngue cruento. sic & Virgil. lib. II. Æneid. *Hîc matres, miseræ, nurus, hîc cara sororum Pectora mœrentum, puerique parentibus orbi Dirum exsecrantur bellum.*

MANET SVB IOVE FRIGIDO] si dixisset, cubat sub Ioue frigido, verbum Græcum expressisset ἀιθριοκοιτεῖ. Iam quod Iouem pro cælo posuit, vsitatum est omnibus poëtis Græcis & Latinis. Theocr. εἰδ. δ'. Χὠ ζεὺς ἄλλοκα μὲν πέλει ἄιθριος, ἄλλοκα δ' ὗει. *Nunc pluit, & claro nunc Iupiter æthere fulget.* Virg. Georg. I. *Iupiter humidus Austris Denset, erant quæ rara modò, & quæ densa relaxat.* idem secund. *Et iam maturis metuendus Iupiter vuis.* Hor. Od. XXII. huius lib. *Quod latus mundi nebula, malúsque Iupiter vrget.* & Od. X. lib. 3. *puro numine Iupiter.* Od. XIII. epod. *Horrida tempestas cælum contraxit, & imbres, Niuesque deducunt Iouem.* Catul lus autem pro vento posuit: *siue vtrumque Iupiter Simul secundus incidisset in pedem.* Iam verò notum est ita loqui Latinos, cælum graue, tenue, frigidum, caliginosum, crassum, humidum, potius quàm aër grauis, tenuis, &c. Profert autem hunc locum Seruius ad illum Virg. Æneid. 3. *modo Iupiter adsit.* &, *sub Ioue* interpretatur ὑπὸ Διί, seu sub diuo. profert & ad illum Æneid. 6. *primísque in faucibus Orci*: vbi dicit, Deum esse positum pro loco, vt cùm Iouem dicimus, & ætherem significamus.

B VENATOR] sic Hom. de venatorib. ὀδυσσ. ἰῶπα, ὅτι τε καὶ ὕλιν Αλγεα πάσχουσιν κορυφὰς ὀρέων ἐφέποντες, id est, qui in silua dolores perferunt, dum in summis montibus versantur. & M. Tull. lib. 2. Tuscul. *Pernoctant venatores in niue, in montibus vrsi se patiuntur.* Horat. Saty. II. lib. I. *Leporem venator vt alta In niue sectatur.*

CATVLIS FIDELIB.] Canum fidelitatem, C & studium venandi, pluribus verbis declarat M. Tull. lib. 2. de nat. deorum. *Canum tam fida custodia, támque amans dominorum adulatio, tantúmque odium in externos, & tam incredibilis ad inuestigandum sagacitas narium, tanta alacritas in venando, quid significat aliud, nisi ad hominum commoditates esse generatos?* vigileis appellat Horat. Ode XVI. lib. 3. *& vigilum canum Tristes excubiæ.* Vtrumq; coniunxit Lucret. lib. 5. *Et leuisomna canum fido cum pectore corda.* Theocrit. εἰδ. λβ. hoc animal in primis ad hominum conuictum aptum ait esse, & prouidum, in eóq; iudicium duntaxat desiderat, quo discernat eos, in quos sæuire debeat, ab ijs, quib⁹ eum parcere ac blandiri oporteat. sic Theo. Ὦ πόποι: οἷον τὸν Θεοὶ ποίησαν ἄναχτις Θηρίον αἰθρώποισι μετήμμεναι, ὡς ἐπιμηθὲς. Εἰ δικε φρένες ὧδε νοήμονες ἐνδοθεν ἦσαν. Ἦδη δ' ὧτε χὴν χαλεπαίνεμεν, ὥτε καὶ ὑμεῖς: Οὐκ ἄτη ἥρωῖ τις ἐδήριον ἀλλὰ τιμῆς, &c. quorum versuum hæc fere sententia est. O dij immortales. Qualem hanc bestiam dij finxerunt? quàm aptam ad hominũ conuictum? quàm prouidam, & sagacem? Si ea in eo D intelligentia esset, vt sciret cui irasci oporteat, cui non: nulla cum ea de principatu, & honore certaret. MARSVS APER.] Marsi Apuliæ populi.

ME DOCTARVM EDERÆ] ederæ præmia doctorum capitum, id est, doctorum virorum: nempè poëtarum. nam poëtæ victores coronis ederaceis donabantur. epist. ad Iulium Florum. lib. I. *seu condis amabile carmen, Prima feres hederæ victricis præmia.*

DIIS MISCENT SVPERIS] in Deorum me contubernio quodammodo collocant. Dijs me parem efficiunt.

NYMPHARVMQVE LEVES.] Nymphæ aliæ in nemoribus habitant: & hæ à Græcis ἀλσπίδες, id est, nemorales appellantur: aliæ in aquis, quæ naïdes, seu naïades, & hydriades communi & generali nomine dicuntur. sed harum aliæ sunt κρηνῖδες Græcè, Latinè (si placet) fontanæ nominẽtur. aliæ ἐπποταμῖδες, liceat has fluuiatileis appellare. sunt & aliquæ ἐπιμελπίδες seu ἐπιμηλιάδες (vt Pausa. in Arcad.) quibus pecora sunt curæ: nõnullæ etiã ὀρεσιάδες, quæ montes incolunt. Nymphas ita de- E finit Theocriti interpres εἰδ. γ Νύμφαι δ' εἰσὶ πὰ ὸν γναπείῳ σχῆμα ἐν τῖς ὄρεσι φαινόμενα δαιμόνια. id est, Nymphæ autem sunt, quæ muliebri figura in montibus conspiciuntur dæmonia, seu deorum numina. Ac de Nymphis quidem sic Hom. ἰλ. υ. Οὔτ' ἄρα Νυμφάων, ταὶ τ' ἄλσεα καλὰ νέμονται, Καὶ πηγὰς ποταμῶν, καὶ πίσεα ποιήεντα. Veteres autem cùm omnium aquarum naturam, vt in qua præcipua vis insit alendi, atque augendi, diuinam existimabant, tùm fluuiorum, & perennium fontium maximè. Ex quo & Nymphis naïadibus antra consecrabant, & eas maxima religione venerabantur & colebant. Itaque Vlysses experrectum, & patriam suam agnoscentem Hometus facit Nymphas manibus ad cælum sublatis ad hunc modum precantem, Αὐτίκα δὲ νύμφας ἠρήσατο χεῖρας ἀνασχών: Νύμφαι κρηϊάδες, κοῦραι Διὸς, ἔ ποτ' ἔγωγε Ὀφρὶ ὔμμ' ἐφάμην, γωῦδ' ἐυχωλῆς ἀχαρῆσι Χαίρετ', ἀτὰρ καὶ δῶρα διδώσομεν, ὡς τὸ πάροιθεν. quorum versuum hæc ferè sententia est. statim Nymphas manibus sublatis veneratus est. Nymphæ Naïades Iouis filiæ, desperabam me vmquam vos visurum. At nunc blandis precibus à me veneratæ, saluete. Porrò etiam vobis dona largiemur, quẽadmodũ & anteà. & ὀδυσσ. ρ. Vlysse à Melanthio caprario calce percusso, Eumæus tametsi eum nondum agnosceret, tamen tam improba & petulanti in hospitem egentem iniuria & contumelia commotus, Nymphas fontium præsides & custodes precatur, vt si vmquam eas Vlysses piè, religioséque coluit, saluus in patriam reuertatur, vt illius insolentiam comprimat, iniuriámque hospitibus illatam vlciscatur. sic igitur Hom. Νύμφαι κρηναῖαι, κοῦραι Διὸς, εἴποτ' ὀδυσσεὺς Ὑμμ', ἐπὶ μηρί' ἔκηε καλύψας πίονι δήμῳ, &c. Theocritus autẽ Nymphas quasdam facit Castalidas, tanquam Musas. sed nihil vetat, quo minus & fons Castalius suas Nymphas habeat. Ne hoc quidem præteribo, Nymphas terrorem inijcere interdum, non solùm agricolis, sed & quibuslibet alijs, eósque de

A gradu mentis deturbare. Vnde νυμφόληπτοι dicti, quos Latini Lymphatos appellant. qua de re dicemus ad Od. XXXVII. huius lib.

SECERNVNT POPVLO] à vulgo seiparant, vt ceteris hominibus præstantem. Vtitur hoc verbo epist. de arte poët. *Publica priuatis secernere.* & Ode III. lib. 3. *Secernit Europen ab Afro.*

NEC POLYHYMNIA] appâret ex hoc loco Polyhymniæ nomen ab hymno ductum esse. sed Lucianus lib. περὶ ὀρχήσεων vult κατὰ τὴν μνημοσύνην, his verbis καὶ τῶν θυγατέρα αὐτὴν πολύμνειαν, ἵλεων ἔχειν αὐτὴν προέκεινται, καὶ μεμνῆσθαι πειρᾶται ἁπάντων. & filiam eius Polymniam propitiam habere ei propositum est: & omnia memoria tenere conatur. Ex eo quidam censuerunt hoc loco legendum esse πολυμνίας: quod nomen, quámque lectionem probarem, nisi codices omnes reclamarent. huic alij agriculturam, alij benè dicendi facultatem, alij artem gestu loquendi ascribunt: Horat. ἔπυμον nominis secutus, lyram & cantum. Iam verò etiam Ouidius Polyhymniam dixit, vt annotat Muretus, *Dissensere Deæ, quarum Polyhymnia cœpit Prima.* & Virgil. in Ciri. *Nam verum fateamur: amat Polyhymnia verum.*

B LESBOVM] Propter Sapphonem & Alcæum.

QVOD SI ME LYRICIS] Quòd si me ad Poëtarum lyricorum numerum ascribes, &c. Inseres autem, scriptum reperi in tribus lib. Vaticanis. quam scripturam magnopere probo.

SVBLIMI FERIAM] non assentior ijs, qui hoc loco legi volunt, *sublimis.* Nam & reperi scriptum *sublimi* in omnibus ferè codicibus manuscriptis, & sublimi vertice ita dictum esse puto, vt Od. XXVI. lib. 3. sublimi flagello. Præterea, quod Germano Valenti Pimpuntio viro doctiss. videtur, fortasse loquendi figuram Homericam exprimere voluit, Ιλιαδ. δ. Οὐρανῷ ἐστάρηξε κάρη: quod tamen Virgilius sic videtur Latine reddidisse: *caput inter nubila condit.* si quis tamen sublimis malet, non pugnabo. sic Ter. in And. *sublimem hunc intro rape, quantum potest.* id est, ita eum sublatum rape, vt terram non tangat. & Virg. Æneid. 5. *quem præpes ab Ida Sublimem pedibus rapuit Iouis armiger vncis.* Illud autem, quod est

C Od. XV. huius libri *sublimi anhelitu*, translatum est. significat. n. anhelitū ex alto pectoris recessu ductum: quod contingit ijs, qui longo cursu defatigati, ægrè animam recipiunt.

## AD AVGVSTVM CÆSAREM. Ode. 2.

Deos omneis iratos esse Romanis, ob Cæsaris cædem: vnam imperij spem in Augusto constitutam.

*IAM satis terris niuis, atque diræ*
*Grandinis misit pater, & rubente*
*Dextera sacras iaculatus arceis,* D
*Terruit vrbem:*
*Terruit genteis, graue ne rediret*
*Sæculum Pyrrhæ noua monstra questæ,*
*Omne cùm Proteus pecus egit altos*
*Visere monteis:*
*Piscium & summa genus hæsit vlmo,*
*Nota quæ sedes fuerat columbis:*
*Et superiecto pauidæ natarunt*
*Æquore damæ.*
*Vidimus flauum Tiberim retortis*
*Littore Etrusco violenter vndis,*
*Ire deiectum monumenta regis,*
*Templáque Vestæ:*
*Iliæ dum se nimiùm querenti*
*Iactat vltorem, vagus & sinistra*
*Labitur ripa, Ioue non probante, v-* E
*Xorius amnis.*
*Audiet, ciueis acuisse ferrum,*
*Quo graues Persæ melius perirent:*
*Audiet pugnas, vitio parentum*
*Rara iuuentus.*
*Quem vocet diuum populus ruentis*
*Imperi rebus? prece qua fatigent*
*Virgines sanctæ minus audientem*
*Carmina Vestam?*
*Cui dabit parteis scelus expiandi*
*Iupiter? tandem venias precamur,*
*Nube candenteis humeros amictus*
*Augur Apollo:*
*Siue tu mauis Erycina ridens,*
*Quam Iocus circumuolat, & Cupido,*
*Siue neglectum genus, & nepotes* F
*Respicis auctor.*
*Heu nimis longo satiate ludo:*
*Quem iuuat clamor, galeæq; læues*
*Acer & Mauri peditis cruentum*
*Vultus in hostem.*
*Siue mutata iuuenem figura,*
*Ales in terris imitaris, almæ*
*Filius Maiæ, patiens vocari*
*Cæsaris vltor:*
*Serus in cælum redeas, diuq;*

*Lætus*

Digitized by Google

A *Lætus interſis populo Quirini:*
*Néue te noſtris vitijs iniquum*
*Ocyor aura*
*Tollat: hîc magnos potius triumphos,*
*Hîc ames dici pater, atque princeps:*
*Neu ſinas Medos equitare inultos*
*Te duce Cæſar.*

RVBENTE DEXTERA.] per rubentem dexteram ſignificat Horatius fulmen, aut certè dextram, qua Iupiter fulmina mittit, vt apud Virgil. Georg. 1. *Ipſe pater media nimborum in nocte coruſca Fulmina molitur dextra.* vbi tamen *coruſca* cohęrere debet cum voce *fulmina* potius, quàm cum voce *dextra.* ſic Pindar. εἰδ. ι. fulmen Iouis βέλος πυρπάλαμον nominat: id eſt, telum igneum dextra contortum. Et Heſiodus, κέραυνον αἰθαλόεντα: id eſt, fulmen rubicundum. Non temerè autem dixit ſacras arceis fulmine eſſe percuſſas. hoc enim referendum eſt ad treis Iouis manubias: quarum maB ximæ ſunt eæ, quæ cum igni veniunt. Dicuntur autem eſſe Iouis manubiæ tres, vt docet Feſtus. Vnæ minimæ, quæ monent tantum, placidæque ſunt: alteræ, quæ maiores, & quæ veniunt cum fragore, diſcutiúntque aut diuellunt: tertiæ his ampliores, quæ cum igne veniunt: & quanquam nullum ſine igne fulgur eſt, hæ tamen propriam differentiam habent, quòd aut adurant, aut fuligine deforment, aut accendant, quæ ſtatum mutant conſilio deorum ſuperorum.

IACVLATVS ARCEIS.] Iaculari arceis pro petere, & ferire, cùm Horatianum ſit, tùm minus eſt apud alios vſitatum. ſic idem Ode XII. lib. 3. *iaculari ceruos.* & Ode XVI. lib. 2. multa iaculari dixit per tralationem pro multa petere, multáque ſibi proponere, quæ quis conſequi velit: quod Græci τοξάζεσθαι dicunt. neque verò dubium eſt, quin Græcos imitatus, qui dicunt βάλλειν τὴν κεφαλήν, τὸ τεῖχος, τὸ ἦπαρ, τὴν καρδίαν, iaculandi verbum cum quarto caſu rei, quæ petitur, iunxerit: quod item prior fecerat Lucret. lib. 4. *Sine puer*
C *membris muliebribus hunc iaculatur.* At Virg. alter Æneid. 1. *iaculata è nubibus ignem.* & II. *Vel Danaum Phrygios iaculatus puppibus igneis:* & alibi, *iaculari montibus Ornos.* Idem tamen in Moreto, ſi modò eius auctor Virgilius eſt, hoc verbum ita vſurpauit. *Sæpe viri nareis acer iaculatur apertas Spiritus.* Iam arces ſacræ cælo tactæ, funeſta & dira portendunt. Sic. M. Tullius. *Nam pater altitonans ſtellanti nixus Olympo, Ipſe ſuos quondam tumulos, ac templa petiuit: Et Capitolinis iniecit ſedibus igneis.* & Horat. Od. 12. lib. 1. *Tu parum caſtis inimica mittes Fulmina lucis.*

TERRVIT GENTEIS] proximè dixerat terruit vrbem, nempe Romam: nunc autem terruit genteis: quod longè illo ſuperiore grauius & maius eſt.

SÆCVLVM PYRRHÆ] Pyrrham Epimethei & Pandoræ filiam, Deucalioníſque vxorem fuiſſe: eóſque eluuionis illius tempore Parnaſſum montem omnium altiſſimum, vel (vt alij volunt) Lycorim, conſcendiſſe, atque eò confugiſſe, ex interpretibus poëtarum Græcorum, & Ouidio cognoſcere licet. Aiunt autem alij, eluuionem illam eſſe hominibus à Dijs inuectam propter Tantali ſcelus, qui Pelopem filium in minutas parteis conciſum, & coctum, eis comedendum appoſuit: alij propter Lycaonis filium, cùm vellet Iupiter omnem hominum impietatem è terra funditus delere, atque exſtinguere: qua de re Pindarus ὀλυμπ. εἰδ. θ. Λέγεται μὲν χθονὰ μὲν κατακλῦσαι μέλαιναν ὕδατος ὀθνος. id eſt, aiunt porrò aquarum vi terram eſſe obrutam.

NOVA MONSTRA QVESTÆ.] etiam M. Tull. hoc verbum cum accuſandi caſu iunxit. vt pro Flacco, *non enim omnia, quæ dolemus, eadem queri poſſumus,* & epiſt. ad App. Pulchrum lib. 3. *Multa nos quidem queſti ſumus.* & hic poëta epiſt. ad Scæuam: *Qui queritur Salebras & acerbum frigus.* & Cæſ. lib. 6. de bel. Gall. *Vnum queſtus.*

OMNE CVM PROTEVS] Protea phocarum Neptuni cuſtodem fuiſſe ex Hom. ὀδυσσ. δ. & Georg. IIII. notum eſt. qua de re nonnulla dicemus ad illum locum, *Quo teneam vultus mutantem Protea nodo?* epiſtola prima lib. 1. de Phocis E autem, & Homerus eo, quem dixi, libro, & Oppianus, lib. 1. φῶκαι δ' ὑπὸ σπήλυγας μὲν ἀεὶ λείπουσι θάλασσαν: Πολλάκι δ' ἡμάτιαι πέτρης ἐνὶ καὶ ψαμάθοισιν Εὕκηλοι μίμνουσι, καὶ ἕξαλον ὕπνον ἔχουσι.

PECVS] Poteſt quidem dici, Phocas, cùm vituli marini ſint, non admodum nouè, pecus eſſe dictas: veruntamen ſi cui nouum hoc videbitur, quia piſces ſint, admonet Nonius, non ſolùm pecudem quadrupes animal, verùm etiam animal omne vocari. Plaut. Rud. *Non vides referre me vuidum rete ſine ſquammoſo pecu?* Næuius Ægiſto. *Tum autem laſciuum Nerei ſimum pecus Ludens ad cantum claſſium luſtrat.*

EGIT ALTOS VISERE] hoc loquendi genus merum Græcum eſt, id eſt, egit vt viſeret: de quo plura dicemus ad Od. XXIII. huius libri. De his igitur monſtris queri potuerat Pyrrha: Phocas, quæ ſolebant in littoribus paſcere, in montium culminibus eſſe viſas, propterea quòd aquæ terrarum planitiem operuerant: piſces in ſummis arborum ramis, in quibus aues ſidere, & nidos cõ F ſtruere ſolent, conſtitiſſe: damas, quæ vel in ſiluis vagari, vel in luſtris delitescere & quiescere conſueuerunt, in mari ſuper terras effuſo, natare coactas eſſe.

NOTA QVÆ SEDES FVER. COL.] Columbas agreſteis intellige, quæ palumbes appellantur.

ET SVPERIECTO PAVIDÆ N. ÆQV. D.] Profert hunc locum Seruius ad illum Virg. Geor. 3. in extr. *timidi damæ ceruiq; fugaces*

VIDIMVS FLAVVM TIBERIM] vidimus Tiberim reiectis ac repulſis vndis ab Etruſco littore (influit enim in mare Tyrrhenum Tiberis) vel ab Etruriæ finibus, ita creuiſſe, vt ſiniſtra ripa effuſus, quà agrum Romanum alluit, vrbémque hodiè attingit, Regum priſcorum monumenta, & templa Deorum deijcere, atq; euer-

tere

Digitized by Google

A tere velle videretur. Vtitur autem hoc eodem epitheto, Od. III. lib. 2. *Villáque flauus, quam Tiberis lauit, Cedes.*

VESTÆ.] Vestam, quam ἑστίαν nominant Græci, Rheæ filiam facit Pindarus Νεμ. ἰσθ. ια. Hæc dea, foci custos & præses habetur: ex quo etiam toti domui præsidere existimatur. Vnde Vesta, & focum domus, & totam domum significat. notũ prouerbium ἀφ' ἑστίας ἄρχεσθαι, quod est vel à propinquis & domesticis: vel à melioribus & præstantioribus initium ducere.

QVERENTI] de Iulij Cæsaris nece. Ab Ilia autem Martis, aut Tiberis, aut, (vt alij volunt) Anienis, vxore vult Iulium Cæsarem, seu gentem Iuliam ortum habuisse.

IACTAT] sic vtitur hoc verbo Od. XIIII. huius libri. *Quamuis Pontica pinus Siluæ filia nobilis Iactes & genus & nomen inutile.*

IOVE NON PROBANTE] significat Horatius gratificans Augusto, & pæne dicam assentans: illum terrorem, illámque eluuionis calamitatem, nullam aliam ob culpam Romanis esse illatam, quàm ob Cæsaris cædem: cuius rei argumen
B tum est, quòd Iupiter non modò non fuit illius terroris atque eluuionis auctor, sed ne approbator quidem: sola Ilia à Tiberi viro suo adiuta, iusto dolore excitata, iustóque odio incensa, tam graueis pœnas à populo Romano expetiuit Ioue pæne inuito.

V-XORIVS AMNIS] qui nimium in ea re vxori gratificaretur, nimiúmque indulgeret. Hoc nomine appellantur mariti, qui se totos ad vxorum arbitrium fingunt & accommodant, qui eis omnibus ferè in rebus obtemperant. Virg. Æne. IIII. *Pulchrámque vxorius vrbem Exstruis.* Admonendus est lector minus in his litteris tritus, primam syllabam nominis *vxorius* pertinere ad versum superiorem: hoc modo, *Ioue non probante v-Xorius amnis.*

AVDIET CIVEIS AC.] huius loci hæc sententia est, Posteri nostri ex bellorum ciuilium calamitate reliqui, atque ideò rari, audient, ciueis in ciuium corpora exacuisse, & strinxisse ferrum: quo quidem longè equius, ac reipub. vtilius erat Persas, ceterósque populi Rom. hosteis interimi.
C acuere ferrum propriè dictum: illud translatè epist. III. lib. I. *Seu linguam causis acuis.* & illud lib. de Arte poët. *Tyrtæúsque mares animos in Martia bella Versibus exacuit.*

QVO GRAVES PERSÆ] sic Ode VII. li. epod. *Quò quò scelesti ruitis? aut cur dexteris Aptantur enses conditi? Parúmne campis, atque Neptuno super Fusum est Latini sanguinis? Non vt superbas inuidæ Karthaginis Romanus arces vreret? &c.*

MELIVS] rectius, iustius.

FATIGENT] assiduis precibus obsecrent, & tandem exorent. sic loquitur T. Liuius lib. 23. *inde fatigatus Campanorum precibus sequenti die cum omni apparatu oppugnandæ vrbis Cumas redit.* aliter hoc verbo vtitur Od. XIIII. lib. 4. *Spectandus, in certamine Martio Deuota morti pectora liberæ, Quãtis fatigaret ruinis.*

VIRGINES SANCTÆ] Vestales, virgines intactæ, & incorruptæ.

PARTEIS] munus. tralatio à partibus histrionum, vt epist. de Arte Poet. *Ne forte seniles Mandentur iuueni partes.* D

SCELVS EXPIANDI] respexit morem veterum, qui sanguine humano contaminatos congressu & aditu prohibebant, donec expiati essent: & ij ipsi, qui manus habebant cruentas, & sangui ne inquinatas, egebant aliquo maiore, à quo expiarentur: & quoad hoc impetrassent, manus habebant impuras: lege annnot. ad Od. 22. huius lib. ibi, *scelerísque purus.* & ad Od. 1. lib. 2. *Nondum expiatis vncta cruoribus.*

NVBE CANDENTEIS HVMEROS] in duobus lib. Vatic. & in Torneſ. ita scriptum reperi, *Nube candenti humeros amictus.* quam scripturam siquis probabit, non repugnabo. nam quòd vocis sequentis initium vocalis est aspirata, nõ est hoc nouum. sic enim Ode XXVIII. huius lib. *Ossibus & capiti inhumato, &c.* Nube amictus autem, id est, ἀόρατος, & hominibus sese conspiciendum non præbens. Videtur expressisse illud Homericum νεφέλῃ εἰλυμένος ὦμους.

AVGVR] augur ab auium garritu dictus est. ex quo augurium. Hoc loco augurem, μάντιν intelE lige, id est, rerum futurarum prouidum, qui præsentit ac diuinat futura, eáque interpretatur. Sic Chiron apud Pindarum πυθ. ἰσθ. θ. ait Apollini rerum omnium euentum certum, fixum, notum esse: illum rerum progressiones & causas cernere: illum scire, quot frondes ineunte vere terra profundat, quot arenæ in mari, & fluminibus impetu vẽtorum, & fluctibus agitentur. Verba Pindari sunt hæc, Κύριον, ὃς πάντων τέλος οἶδα, καὶ πάσας κελεύθους, ὅσσα τε χθὼν ἠρινὴ φύλλ' ἀναπέμπει, Χ' ὡπόσαι ἐν θαλάσσᾳ καὶ ποταμοῖς ψαμμαθοι κύμασι ῥιπαῖς τ' αἰνέμων κλονέονται. Idem Horat. in Carm. sæculari pro Imper. Rom. *Augur & fulgente decorus arcu Phœbus.* cantorem appellat in lib. de Arte poet. *ne forte pudori Sit tibi Musa liræ sollers & cantor Apollo.* etiam augurem appellat Virg. Æn. IIII. *nunc augur Apollo, &c.* Imploratur autem primo loco Apollo, quia deus habebatur, Romanis maximè propitius, & beneuolus: atque ob hanc causam religiosissime ab illis colebatur.

ERYCINA RIDENS] frequens est Veneris epithetum φιλομμειδὴς apud Homer. quod proculdubio hîc expressit Horatius. φιλομμειδὴς autem scriptum per n in tertia syllaba, aliud est ab illo. vult enim Hesiodus Venerem φιλομμηδέα appellatam quia μηδέων ἐξεφαάνθη, id est πᾶν αἰδοίων. secundo loco Venus imploratur quia Æneæ mater: & ita Romani generis parens. Lucret. lib. I. *Æneadum genitrix hominum, diuúmque voluptas, Alma Venus.* F

QVAM IOCVS CIRCVMVOLAT] vel circum quam locus volat, vel quam circumuolat, vt sit verbum compositum, quomodo quibusdã placet, qua de re alio loco dicemus.

AVCTOR] auctor: id est, progenitor Romanorum quia Mars, Romuli parens: Romulus vrbis Romæ conditor.

LVDO] bellis, quæ sunt Martis deliciæ, & oblectamenta.

LÆVES.]

Digitized by Google

A LÆVES.] expolitæ, non aſperæ. ſic Od. VII. lib. 2. *lenia ciboria.* & Od. vlt. eiuſd. lib. *lenes plumæ.* & Od. VI. lib. 4. *Lenis Agyieu*, id eſt, imberbis. & Od. XVII. huius lib. *Lenia perſonuere ſaxa.* & Od. XI. lib. 2. *fugit retro Lenis Iuuentas.* & epiſt. de Arte poët. *ſectantem lenia nerui Deficiunt.* ibid. *aut lenis ſeruanda cupreſſo.*

ACER ET MAVRI PEDITIS] per acrem Mauri peditis vultum, ἀνδρικὸν, id eſt, virilem, & quaſi trucem ſignificat. Taleis autem vultu atque aſpectu Mauros fuiſſe tradit Ælianus his verbis: Εἰσὶ δὲ μαυρόσιοι καὶ καλοὶ, καὶ μεγάλοι, καὶ ἀνδρικὸν ὁρῶσι: quem locum mihi Io. Scaliger, iuuenis eruditiſſimus, indicauit.

SIVE MVTATA] vult Mercurium indutaſpecie humana, Auguſti nomine appellari, & Auguſtum eſſe Mercurium. Et ita Auguſto aſſentatur.

PATIENS VOCARI CÆSARIS VLTOR] Græca planè eſt hæc loquendi figura, ὑπομένων καλεῖσθαι καίσαρος ἀνδικητής. Demoſt. ὥφελε δ' παραπρεσβ. καὶ ποταύτης ἀναιδρίας καὶ κακίας ὁμολογεῖτε ὑμεῖς εἶναι μεσοί. Latinè enim diceremus: patiens te vocari
B Cæſaris vltorem. ſic epiſtola ad Quinctium lib. 1. *Cum pateris ſapiens emendatúſque vocari.* ſic Od. XXVII. lib. 3. *Vxor inuicti Iouis eſſe neſcis?* & epiſt. ad Torquat. lib. 1. *patiúrque vel inconſultus haberi.* ſic Catullus: *Ait fuiſſe nauium celerrimus.* & Virgil. lib. 2. Æn. *ſenſit medios delapſus in hoſteis.* & Propert. lib. 1. eleg. VI. *Iurabo & bis ſex integer eſſe dies.*

SERVS] ſerus redeas, pro ſerò redeas: olet hoc quoque Græcum quiddam. quo de genere dicemus ad Od. XVII. epod. precatur autem tacitè, neque tamen obſcurè, vt diu viuat Auguſtus. hoc enim valent illa, ſerò in cælum redire, quaſi Mercurius ſumta Auguſti ſpecie & figura è cælo in terras deuolarit, ſitque aliquando in cælum reuolaturus.

POPVLO QVIRINI.] in membrana Don. Iannocti, & vna Vatic. *Quirino* ſcriptum eſt. fortaſſe rectè, & Horatiano more. Nam & in carmine ſæculari ita locutus eſt: *Romulæ genti date rémque prolémque, Et decus omne.* & Od. XII. lib. 4. *Qui*
C *nunc Sulpicijs accubat horreis.*

INIQVVM] offenſum, iratum, infenſum.

HIC AMES DICI PATER, ATQVE PRINCEPS] hæc ad hiſtoriam pertinent. Nam Auguſtus ſenatus conſulto parens patriæ appellatus eſt.

MEDOS] puto eoſdem hîc Medos dici, quos ſuprà Perſas appellauit, vt Od. XXVII. Medum acinacen dixit gladium Perſicum. Et fortaſſe eodem nomine Parthos ſignificat. Nam Auguſtus hoc tempore Parthis bellum inferre cogitabat: quod cùm illi ſenſiſſent, Auguſti fama permoti, ſigna, quæ Craſſus & M. Antonius amiſerant, vltro ad Auguſtum remiſerunt. vt Od. XV. lib. 4. *Et ſigna noſtro reſtituit Ioui Derepta Parthorum ſuperbis Poſtibus, horribilíque Medo.* & epiſt. XVIII. lib. 1. *Militiam puer, & Cantabrica bella tuliſti Sub duce, qui templis Parthorum ſigna refixit.*

EQVITARE] vel equitare poſuit translatè pro Romanis inſultare, vel propriè pro ex equo D pugnare. Erant enim Parthi, equites. Od. XIX. eiuſd. lib. *Et verſis animoſum equis Parthum dicere, &c.*

## IN VIRGILIVM Athenas proficiſcentem. Ode 3.

Secundam ei nauigationem precatur: deinde occaſionem nactus, hominum audaciam deteſtatur.

*SIC te diua potens Cypri,*
*Sic fratres Helenæ, lucida ſidera,*
*Ventorúmque regat pater,*
*Obſtrictis aliis, præter Iapiga,*
*Nauis, quæ tibi creditum*
*Debes Virgilium: finibus Atticis* E
*Reddas incolumem precor:*
*Et ſerues animæ dimidium meæ.*
*Illi robur, & æs triplex*
*Circa pectus erat, qui fragilem truci*
*Commiſit pelago ratem*
*Primus, nec timuit præcipitem Africũ*
*Decertantem Aquilonibus,*
*Nec triſteis Hyadas, nec rabiem Noti:*
*Quo non arbiter Adriæ*
*Maior, tollere, ſeu ponere vult freta.*
*Quem mortis timuit gradum,*
*Qui ſiccis oculis monſtra natantia,*
*Qui vidit mare turgidum, &*
*Infameis ſcopulos Acroceraunia?*
*Nequicquam Deus abſcidit* F
*Prudens Oceano diſſociabili*
*Terras, ſi tamen impiæ*
*Non tangenda rates tranſiliunt vada.*
*Audax omnia perpeti*
*Gens humana ruit per vetitum nefas:*
*Audax Iapeti genus*
*Ignem fraude mala gentibus intulit,*
*Poſt ignem ætheria domo*
*Subductum, macies, & noua febrium*
*Terris incubuit cohors:*
*Semotiq; prius tarda neceſſitas*

*Leti,*

Digitized by Google

A *Leti, corripuit gradum.*
*Expertus vacuum Dædalus aëra*
*Pennis non homini datis.*
*Perrupit Acherunta Herculeus labor.*
*Nil mortalibus arduum est.*
*Cælum ipsum petimus stultitia: neque*
*Per nostrum patimur scelus*
*Iracunda Iouem ponere fulmina.*

SIC] Cùm aliquid ab altero petimus, id vt facilius impetremus, ea solemus illi precari & optare, quæ scimus ei esse optatissima, addita particula *Sic*. Estq; hoc genus omnibus poëtis, Græcis & Latinis, perquàm vsitatum. Ac primùm sanè ab hoc poëta ordiamur. infrà Od. XXVIII. huius lib. *sic quodcunque minabitur Eurus Fluctibus Hesperijs, Venusinæ Plectantur silvæ.* & Saty. III. lib. 2. *Stoice, post damnum sic vendas omnia pluris.* & hoc loco, *Sic te diva potens Cypri, &c.* Catullus
B ad Coloniam: *Sic tibi bonus ex tua Pons libidine fiat.* & de coma Berenices: *Sic magis ô nuptæ semper concordia vestras, Semper amor sedes incolat assiduas.* Virg. in Mœride: *Sic tua Cyrnæas fugiant examina taxos: Sic cytiso pastæ distentent vbera vaccæ.* & in Gallo: *Sic tibi cum fluctus inter labére Sicanos, Doris amara suam non intermisceat vndam.* Tibullus lib. 2. eleg. VI. *Annue, sic tibi sint intonsi Phœbe capilli: Sic tua perpetuò sit tibi casta soror.* Apollon. lib. 2. Argon. ἰλήκοις: ἀ εἰ τοι ἄναξ ἄτ-μητοι ἔθειραι: Αἴεν ἀδήλητοι. τὼς γὰρ θέμις. vbi omissa est, vox ὥτως. quod valet, *Sic*. Illorum autem versuum hæc ferè sententia est: propitius sis. sic tibi ô Apollo, comæ sint non præcisæ, id est, intonsæ, semper illæsæ. ita enim fas & iustum est. Lucillius lib. 2. epig. in quendam edacem, Dionysium nomine. Οὕτω σοι πέλοι Διονύσιε ταῦτα γένοιτο Πάντα. νόμος δὲ χάριν δός τι καὶ ὧδε φαγεῖν, &c. id est, sic tibi Dionysi hæc omnia, quæ comedisti, concoque re contingat. At legis certè gratia, seu quia lex postulat, etiam hîc aliquid nos comesse sine: neque omnia solus deuora.

POTENS CYPRI.] id est, domina Cypri:
C exemplo Græcorum, qui ita loquuntur κρατοῦσα Πάφου. simile est illud Od. XXV. lib. 3. *O Naiadum potens, Baccharúmque valentium Proceras manibus vertere fraxinos.* & Ode V. huius libri, *Suspendisse potenti Vestimenta maris Deo.* & Ode. XXIX. lib. 3. *ille potens sui, Lætúsq; deget, cui licet, in diem Dixisse, vixi.* quo loco videtur potens idem valere, quod apud Græcos ἐγκρατὴς, ἢ κύριος. & Ode. VI. huius libri, *Imbelliſque Lyræ Musa potens*, id est, musa, quæ res ludicras & amatorias tantùm cane re potest: bellicas & grauiores non potest. & carmine sæculari, Ode vltima, epod. *Phœbe, sylvarúmque potens Diana.* & Virgil. Æn. I. *Nimborúm que facis, tempestatúmque potentem.* & III. *Dij maris & terræ, tempestatúmque potentes.* Sed cur nauigaturo Virgilio, secundam nauigationem optans, Venerem aduocat? quia Venus ex mari nata est. Nota Venus ἀναδυομένη, anadyomene, id est, D
ex mari exiens, seu ex alto caput, & reliquum corpus proferens, Apellis opus: de qua Plinius lib. 35. cap. 10. Hinc marina dicta. idem Horat. Od. XXVI. lib. 3. *defunctúmque bello Barbiton hic paries habebit, Læuum marinæ qui Veneris latus Custodit, &c.* & Odæ XI. lib. 4. *Qui dies mensem Veneris marinæ Findit Aprilem.*

FRATRES HELENÆ] Castor & Pollux, de quibus vide annot. in Od. XII. huius lib.

VENTORVMQVE REGAT PATER] Æolus, de quo Hom. ὀδυσσ. κ. in principio libri Αἰολίην δ' εἰς νῆσον ἀφικόμεθ': ὠνθάδ' ἔναιεν Αἰόλος ἱπποτάδης φίλος ἀθανάτοισι θεοῖσι, &c. quo loco appellat eum ταμίην ἀνέμων, id est, ventorum promum & condum, vt Plautino verbo vtar. de eodem sic Virg. Æn. I. *Aeole nanque tibi Diuûm pater, atque hominum rex Et mulcere dedit fluctus, & tollere vento, &c.*

OBSTRICTIS ALIIS PRÆTER] sic & apud Homerum ὀδ. κ. Aeolus ceteris ventis in vtre illo, quem Vlyssi dederat, inclusis & constrictis, solum Zephyrum, qui eum in patriam deferat, liberum, ac solutum relinquit, his verbis: Ἐνθάδε βυκτάων ἀνέμων κατέδησε κέλευθα. Κῶιον γὰρ ταμίην ἀνέμων ποίησε κρονίων Ἠμὲν παυέμεναί ἠδ' ὄρνυμεν, ὅντε E
θέλησι. id est, hîc mugientium & rudentium ventorum vias vinculis constrinxit. Illum enim promum & condum ventorum fecit Iupiter, vt eos possit modò comprimere, modò excitare quemcumque velit.

PRÆTER IAPYGA.] ventum Calabriæ, seu Apuliæ ijs vtilem, & secundum, qui ex Italia in Græciam nauigant: hunc album nominat Od. XXVII. lib. 3. *quid albus peccet Iapyx.* Vergil. lib. XI. Æneid. equum Apulum, *Iapyga* dixit: *& equo venator Iapyge fertur.* & ibidem Garganum Apuliæ montem, *Iapyga. Ille vrbem Argyripam patriæ cognomine gentis Victor Gargani condebat Iapygis agris.* Idem lib. 8. per Iapygem, perspicue ventum Apulum significat, *Fecerat ignipotens vndis & Iapyge ferri.* Est autem Iapygia vel Apulia ipsa, vel eius pars, & fortasse ea quam hodie appellant Itali *terra di Baro.* Profert hunc locum Seruius ad illum Virgilij modò à me commemoratum. Sed mendosè opinor. Legitur enim apud eum *obstusis* pro quo legendum putauerim potius *obstructis.*

QVÆ TIBI CREDITVM, &c.] tralatio ducta F
est à rebus creditis. quemadmodum igitur, quod mihi creditum est, id debeo ei, qui mihi credidit: ita & Horatius ait nauem Virgilium sibi commissum, Atticæ debere, id est, æquum esse nauem, quæ Virgilium vehendum receperit, finibus Atticis reddere saluum & incolumem. de verbo credendi vide annot. ad Od. V. lib. 3.

REDDAS INCOLVMEM] animaduertat lector quàm significantibus, & ad rem accommodatis verbis vtatur Horatius. antecedit vox *creditum.* sequitur deinceps, *debes.* postremò, *reddas.* neque verò nomen *incolumem*, otiosum est. Nam quæ nobis credita sunt, ea salua & integra reddere debemus, &, vt loquuntur Iurisconsulti, in eadem causa: quod Liuius dicit *rectè reddere.* Seruius ad illum

Digitized by Google

illum Virgilij versum Æn. 6. *Redditus his primùm terris* hunc locum profert: Vbi tamen neq; hæc Horatiana, neq; Virgiliana rectè explicat.

ILLI ROBVR ET ÆS TRIPLEX] id est, erat ille animo pæne ferreo, atque aduersus omneis terrores pectore maximè communito, qui primus nauigare ausus est: vel sic, erat ille audax, & imperterritus, & impauidus, & ita rigido pectore, vt nullius periculi metu frangeretur, seu terreretur: erat immani audacia præditus. σιδηρόφρονα vocant Græci & καρτερόφρονα & Χαλκεοκάρδιον, id est, virum ferrea duraq; mente, & æreo corde præditum, qui non commouetur. Æsch. in Prometh. σιδηρόφρων π, κἀκ πέτρας ἐιργασμένος, &c. Primam autem nauem dicunt Argô fuisse, qua vecti sunt Græciæ principes illi Argonautæ vellus aureum petentes. vide Plinium lib. 8. cap. LVI. Catull. in carmine illo pulcherrimo de Pelei, & Thetidis nuptiis. *Illa rudem cursu prima imbuit Amphitriten.* cum hoc loco congruunt illa Oppiani, lib. 1. ἁλιευτ. ὦ πόποι, ὃς πρώτιστος ὑπὲρ Χυς ἁλὸς εὐρατο νῆας, Εἰ τ' οὖν αἰθανάτων τις ἐπεφράσατ', εἴτε τις αὐτὴρ, Τολμήεις πρώτιστος ἐπεύξατο κῦμα περῆσαι, &c. quorum versuum hæc ferè sententia est. O dij immortales, qui primus maris vehicula reperit, naueis, siue quis deus ille fuerit, siue mortalis, primus omnium audacissimus gloriatus est se fluctus traiecisse, &c.

PRÆCIPITEM AFRICVM] Africus, quem Græci λύβα appellant, ab occasu hiberno spirat, vt scribit Aristoteles μετεωρ. β. opponiturque Cæciæ linea recta, ab ortu æstiuo flanti, Zephyróque seu Fauonio proximus est. Aquilo autem à Septentrione spirat, vt videatur Horatius non admodum accuratè in describenda ventorum pugna & concertatione, ventos per lineam rectam oppositos exquisiuisse. Præcipitem autem appellat, ab effectu, quia quicquid impellit, præceps agit, seu præcipitat.

DECERTANTEM AQVILONIBVS] participium decertantem iunxit cum dandi casu, quo de genere vide annot. ad Od. V 1. lib. 2.

NEC TRISTEIS HYADAS] Atlantis & Æthręduodecim fuerunt filiæ, & filius vnus Hyas nomine. Hunc, cùm in Lydia venaretur, à serpente ictum & interfectum sorores ita miserè, perditéque luxerunt, vt mærore, & lacrymis contabuerint. sed ex illis, quinque, quæ immoderatiùs fratris mortem tulerunt, Iupiter in stellas vertit, easque in tauri fronte collocauit: reliquæ septem, quæ πλειάδες appellantur, mærore quoq; illæ quidem confectæ sunt, verumtamen & diutius restiterunt, & serius victæ sunt. de quibus dicemus ad Od. XIIII. lib. 4. Hyadas autem nominatas esse dicunt vel ab Hyante fratre, vel ἀπὸ τῦ ὕειν, id est, à pluendo, quia iis orientibus pluuiæ & tempestates soleant excitari, vel quia earum situs & ordo υ literæ similitudinem præ se ferat. M. Tullius lib. 2. de natura Deorum: *Tauri caput stellis conspersum est frequentibus. Has Graeci stellas Hyadas vocitare fuerunt, à pluendo: ὕειν enim est pluere: nostri imperitè suculas, quasi à susibus essent, non ab imbribus nominata.* tristeis autem dixit, quia pluuias denuntiant, atque adeò important: vnde nomen ductum, vt vult M. Tullius. Itaque eas Virgilius pluuias appellat lib. 1. Æn. in extr. & lib. 3.

QVO NON ARBITER ADRIÆ] quo nullus ventus maius, in mare Adriaticum, imperium obtinet, siue tempestates commouere, siue mare tranquillare velit. Itaque hîc arbitrũ, dominum, & eum, qui alteri suo arbitratu imperat, intellige, vt Ode VII. lib. 2. bibendi arbitrum appellat, conuiuij regem, eum, qui leges bibendi in conuiuio ponit. in epistola autem ad Bullatium, *locum effusi latè maris arbitrum*, inari vicinum intelligẽdum esse docebimus.

TOLLERE, SEV PONERE VVLT FRETA.] siue velit fluctus excitare, quibus mare attollitur: siue componere, καθίζειν, sedare, placare, atque ad æqualitatem redigere: à qua æquoris fluxit appellatio. Virgil. lib. 1. ponere vsurpauit absolute pro quiescere, vt interpretatur Seruius: Cum venti posuere, &c. omisit autem alterum *seu*: vt & *siue* Saty. v. lib. 2. *turdus, Siue aliud primum dabitur tibi, deuolet illuc, &c.* & Ode V 1. huius lib. *Cantamus vacui, siue quòd vrimur, &c.* & Ode XV. *te Stenelus sciens Pugna, siue opus est imperitare equis, Non auriga piger.* sic Catull. in fasceli dedicatione: *læua, siue dextera Vocaret aura.* & idem Horat. Od. XXXII. huius libri: *Qui ferox bello, tamen inter arma, Siue iactatam religarat vdo Littore nauim, &c.* & Od. XXVII. lib. 3 *potes hac ab orno Pendulum zona benè te secutae Lidere collum, Siue te rupes, & acuta letho Saxa delectant.* Et M. Tull. contra Rullum: *adiungit agros in Macedonia, qui Regis Philippi fuerunt, siue Persei.* & ad Atticũ lib. 8. *Nil perturbatius hoc ab vrbe discessu, siue potius turpissima fuga.* Ter. Andr. *Dehinc postulo, siue aequum est, te oro Dane.*

QVEM MORTIS TIM. GRA.] id est, quod mortis periculum? aut, quod mortis genus? aut, quam mortis viam? aut, quem mortis aditum? tralatio est: quasi ad mortem gradibus deueniamus, aut descendamus. sic Lucretius, Letij ianuam dixit. SICCIS OCVLIS] ἄδακρυς.

MONSTRA NATANTIA] Oppianus lib. α. Κήτεα δ' ὀβριμόγυια, πελώρια, θαῦμα πόντου, &c. MARE TVRGIDVM] sic Hesiod. πέλαγος οἴδματι θύον. Aratus vnum ex signis insurgentium ventorum ponit mare intumescens. Σῆμα δέ τοι ἀνέμοιο καὶ οἰδαίνουσα θάλασσα Γιγνέσθω. id est, signum autem tibi sit ventij orientis mare turgescens. præterea qui irati sunt, iis cor turgere dicunt poëtæ. Homer. ιλ. Ἀλλά μοι οἰδάνεται κραδίη χόλῳ. id est, At mihi cor penitus turgescit tristibus iris.

ACROCERAVNIA] monteis in Epiro ita dictos, quòd ea altitudine sint, vt sæpenumero fulmine petantur. Pausanias diuisit hoc nomen in Atticis: ἄκρα τῶν ὀρῶν, ἃ κεραύνια λέγουσι. sic Virgil. Georg. 1. *Aut Atho, aut Rhodopen, aut alta Ceraunia telo Deijcit.* & 3. Æneid. *Prouehimur pelago vicina Ceraunia iuxta.* Mela monteis Ceraunios nominat: à quibus (inquit ille) flexus est in Adriam: Infameis autem propter naufragia. vel propter naufragij periculum, ac metum, vt alij malunt. ego autem puto propter naufragia apud eos aliquando facta. nam si nullum vmquam ibi naufragium factum est, quid est quòd quisquam naufragij

A fragij periculum apud eos extimescat.

NEQVICQVAM DEVS ABSCIDIT] id est, frustrà Deus terras à mari seclusit, si contra hanc Dei prouidentiam audent homines nauigare.

DISSOCIABILI] quem par erat à terris dissociari, ac separari. IMPIÆ] impias dicit hominum naueis, quia Dei consilium negligere, & aspernari videantur. hanc autem hominum audaciam impiam etiam Sophocles insectatur in Antigone: Πολλὰ τὰ δεινὰ, κοὐδὲν ἀνθρώπου δεινότερον πέλει. Τοῦτο καὶ πολιῷ πέραν Πόντου Χειμερίῳ νότῳ Χωρεῖ περιβρυχίοισι Πτερῶν ὑπ' οἴδμασι, &c. & Oppian. lib. quinto in principio: Ὡς ὑδὲν μερόπεσσιν ἀμήχανον, οὐκ ἐνὶ γαίῃ Μητρὶ καμεῖν, οὐ πόλεμον ἀν' εὐρώεντα θαλάσσης. quem Oppiani locum annotauit Muretus.

VADA.] maria: ἐλάττωσις. Io. Passeratius tamen non putat esse ἐλάττωσιν, sed per vada significari loca in mari periculosissima, & in quibus hærentes naues sæpe dissoluuntur, & perfringuntur, vt apud Virgilium Æineid. 1. *Illiditq; vadis, &c.* ibid. *in vada caca tulit.* & lib. x. *Namque inflicta vadis dorso dum pendet iniquo Anceps sustentata diu, fluctúsque fatigat: Soluitur, atque viros mediis exponit in* B *vndis.*

AVDAX OMNIA PERPETI] cur non dixit facere? culpam vel continuò, vel certè aliquando sequitur pœna. ex consequenti igitur, factum est intelligendum, quod antecedit. non enim paterentur, neque pœnas darent homines, nisi iniustè atque impiè facerent. Prætereà sic potest hic locus explicari. Gens humana propositis etiam ante oculos grauissimis pœnis, non deterretur tamen à maleficio: immò quemuis cruciatum subire ac perferre parata est, dummodo eò, quò cupiditas vocat, peruenire possit. ita est audax ad facinoris pœnam sufferendam, vt ad res nefarias, & lege vetitas concitatissimè, & effrenatissimè ruat.

AVDAX IAPETI GENVS] Prometheus. Ex Hesiodo autem & Æschylo notum est, Prometheum, ignem à Ioue occultatum subduxisse, hominibúsque distribuisse, atque ob eam causam iratum Iouem, viuendi rationem anteà facilem, quietam, laboris ac doloris expertem hominibus abdidisse. sic Hesiod. ἔργ. καὶ ἡμέρ. Κρύψε δὲ πῦρ, τὸ μὲν αὖθις ἐὺς πάϊς Ἰαπετιονίδης Ἐκλεψ' ἀνθρώποισι, διὸς φρένας ἀμφιβρότεω C Ἐν κοίλῳ νάρθηκι λαθὼν Διὶ τερπικεραύνῳ. Euphorion autem scribit hanc causam Iouem arripuisse, cur Prometheum Caucaso affigeret, quòd comperisset, eum ex furtiuo & violento Eurymedontis cum Iunone concubitu natum esse. Atque hanc ille occasionem nactus, Prometheum quidem in vincula coniecit: Eurymedontem autem ad inferos deturbauit. Sed quòd ignis furtum Prometheo ascribunt, tradit Pausanias in Corinthiacis, Argiuos eam laudem Prometheo ademtam ad Phoroneum Inachi filium transcribere.

FRAVDE MALA] mala, est epithetum perpetuum: ne quis fortè ita accipiat quasi aliqua fraus sit bona. sic Satyra VI. lib. 1. dixit *mala lustra.* quanquam in quibusdam codicib. manu scriptis legitur *mala lucra* (vt dicemus illo loco) & *prauam stultitiam* epist. 11. lib. 2. & *malos fures* Saty. 1. lib. 1. & *malam ambitionem* Saty. VI. lib. 2. & Hom. D κακὴν νόσον: κακὸν πόλεμον. Seruius tamen ad illum Virgilij versum notat hæc, quæ sequuntur, *figurate faciam vitula dixit, vt faciam thure, faciam agna. Horat.* 1. *carminum, Seu poscat agna, siue malit hœdo.* Vnde videatur nihil hic esse mutandum à lectione recepta, si Seruio credamus.

TERRIS INCVBVIT] terras occupauit, obsedit, atque oppressit. tale illud Virgil. Georg. 11. *Præsertim si tempestas a vertice siluis Incubuit.* aliter dictum est ab eodem, lib. 3. *Condit opes alius, defossóque incubat auro.* cui proximo simile illud est Ciceron. in Cluentiana. *qui illi pecuniæ, quam conciderat, spe iam atque animo incubaret.* hac de re sic Hesiod. Χαίρεις πῦρ κλέψας, καὶ ἐμὰς φρένας ἠπεροπεύσας, Σοί τ' αὐτῷ μέγα πῆμα, καὶ ἀνδράσιν ἐσσομένοισι. id est, Prometheu, gaudes, quòd ignem furatus sis & me deceperis, quod quidem furtum & tibi & posteris magno malo erit. Idem de Pandóra. Ἀλλὰ γυνὴ Χείρεσσι πίθου μέγα πῶμ' ἀφελοῦσα ἐσκέδασ', Ἀνθρώποισι δ' ἐμήσατο κήδεα λυγρά. id est, At mulier cùm de dolio operculum detraxisset, omnia, quæ in eo erant, dissipauit, hominibus autem tristia mala molita est. Idem paullo pòst: Ἀλλὰ δὲ μυρία λυγρὰ κατ' ἀνθρώπους E ἀλάληται, Πλείη μὲν γὰρ γαῖα κακῶν, πλείη δὲ θάλασσα. &c. Alia autem innumerabilia funesta mala apud homines tumultuantur, seu tumultus excitant: plena est terra malorum, plenum mare.

SEMOTIQVE PRIVS TARDA NECESSITAS.] hunc locum profert Seruius ad illum locum Virgil. in Sileno, *Caucaseásq; refert volucreis, furtúmque Promethei.*

TARDA] viuebant enim diutius homines, tardiúsque moriebantur.

NECESSITAS LETHI] Quam hîc lethi necessitatem nominat Horat. eam Ode 1. lib. 3. necessitatem simpliciter appellat. Ode XXIIII. eiusd. diram necessitatem, id est, ἀνάγκην, quam dicunt Græci. Homer. autem ἰλιαδ. ϖ. diem mortis, ἀναγκαῖον ἦμαρ appellat: idémq; quam Horat. lethi necessitatem dicit, μοῖραν ὁλοὴν θανηλέγεος θανάτοιο nominat ὀδυσσ. γ. Pindarus verò ὀλυμπ. εἰδ. β. sententiam illam, quam ferunt Pluto & Æacus aduersus improbos, & sceleratos, ἀνάγκαν ἐχθραὶ vocat, quia iudicium illud nulla ratione infirmari, F nullâ gratia inflecti, nullo denique pretio corrumpi possit. vide annot. ad Oden XXXV. huius libri. & XXIIII. tertij.

CORRIPVIT GRADVM] celerius aduênit: celeraui gradum, vt Virgil. loquitur, Æneid. 4. *illa gradum studio celerabat anili.*

EXPERTVS VACVVM DÆDALVS] & suprà de Dædalo diximus nonnulla, &, vt nihil dixissemus, notissima omnibus est fabula: eámque etiam Virgil. tangit Æneid. VI. *Dædalus, vt fama est, fugiens Minoïa regna, Prepetibus pennis ausus se credere cœlo.* Traditum est autem, Dædalum præstantem fabrum, atq; architectum fuisse, eundémque ædificandarum nauium rationem, primum reperisse, atque ex eo natam de eius, pennis & volatu fabulam. Itaque Græci poëtæ opera affabrè, & summo artificio elaborata, δαίδαλα nominant. Hom. ἰλ. σ. αὐτὰρ ἐν αὐτῷ Ποίει δαίδαλα πολλὰ.

Digitized by Google

A πολλὰ ἰδύησι παραπίδεσσι. & ibid. Πάντοσι δαιδάλλων. & Apollon. lib. 1. argon. αὐτὰρ ἐγώ τέρμαπι δαίδαλα πολλὰ διακριδὸν εὖ ἐκέκασο. Et Lucret. lib 4. linguam dædalam verborum appellat, propterea quòd voces articulat, vt ille loquitur, & dædalam Tellurem: & Virgil. Georg. 4. *Et munire fauos & dædala fingere tecta.* Plato in Menone quædam Δαιδάλου ἀγάλματα, id est, simulacra commemorat, quæ soluta aufugiunt, fugitiuorúmque in morem dominum relinquunt: vincta autem manent: ad quæ respiciens scribit illa in Euthyphrone: Θαυμάσῃ ἄρα τοῦτο λέγον, ἐάν σοι οἱ λόγοι φαίνωνται μὴ μένοντες, ἀλλὰ βαδίζοντες, καὶ ἐμὲ αἰτιάσῃ τὸν Δαίδαλον, βαδίζοντας αὐτοὺς ποιεῖν, αὐτὸς ὢν πολὺ πλημμελέστερος τοῦ Δαιδάλου, καὶ κύκλῳ περιόντας ποιῶν. id est miraberisne igitur tu, qui ista dicis, si verba videantur non manentia & stabilia, sed ambulantia, & mobilia, & criminaberis me ea facere ambulatoria, cùm tu sis multo maior artifex, quàm Dædalus: cúmque ea in orbem circumeuntia facias? Prætereà λογοδαιδάλους Græci nominant verborũ opifices quosdam, & variandæ atque ornandæ orationis facultate instructos. Xenophon autem ἀπομν. β. eo in loco, in quo
B ostendit, sapientiam sapientibus interdum esse inutilem, ac damnosam, scribit Dædalum à Minoë captum esse propter sapientiam, eique seruire coactum: denique vno tempore & patria & libertate esse spoliatum: cùm aliquando autem aufugere cum filio conatus esset: filium quidem amisisse, sibi autem salutem expedire non potuisse: sed ad Barbaros delatum rursus illic seruitutem, quam fugiebat, pertulisse. Pausanias verò in Achaïcis narrat Dædalum, sororis filio interfecto, sua voluntate se ad Minoëm contulisse: deinde aliquanto pòst in suspicionem, criménque nescio quod vocatum, atque ab illo in carcerem vnà cum filio coniectum esse: postremò è custodia furtim elapsum ad Siculos confugisse.

VACVVM] inanem, ἔρημον, ab hominibus infrequentem, vt Od. xxv. lib. 3. *vacuum nemus.*

PERRVPIT ACHERONTA] Herculi duodecim illis notissimis laboribus perfuncto, decem & octo mensium spatio, Eurystheus duos ex eis non probans: vnum, quem ille in expurgando
C Augiæ stabulo, alterum, quem in hydra conficienda susceperat, ac pertulerat, decimum tertium imposuit, vt Orci canem Cerberum ab inferis ad superos protraheret. Cùm igitur ad Tænarum veniisset Hercules, per cuius fauceis ad inferos descensus patet, duce Mercurio descendit. Ac de hoc Herculis ad inferos descensu, meminit duobus locis Homerus, semel ὀδυσσ. λ. vbi sic loquitur Hercules, seu eius idôlum, Καί ποτε ἐνθάδ' ἔπεμψε κύν' ἄξοντ', ἢ γὰρ ἔτ' ἄλλον Φράζετο τῶδε πόνοι μοι χαλεπώτερον εἶναι ἄεθλον: iterum ιλιάδ. θ. vbi Pallas de Ioue queritur, eiq; exprobrat toties à se adiutum in periculis, & seruatum Herculem: ait deniq; se, si Iouis in Græcos acerbitatem præsciuisset, numquam fuisse passuram, vt Hercules ab inferis reuerteretur. sic Hom. Εἰ γὰρ ἐγὼ τάδε ἤδη ἐνὶ φρεσὶ πυκαλίμῃσιν, Εὖτέ μιν εἰς Ἀίδαο πυλάρταο πρόπεμψεν Ἐξ ἐρέβεως ἄξοντα κύνα ςυγερῆς ἀΐδαο, Οὐκ ἂν ὑπεξέφυγε ςυγὸς ὕδατος αἰπὰ ῥέεθρα. Perrupit autem legendum sine copulatione, *que*, & ita cod. Don. Faërni, Vrsini, & vnus Vat. & Torneſ. D

ACHERVNTA] Pausanias in Atticis scribit in Thesprotide Acherusiam paludem esse non longè à Cichyro, & fluuium Acheruntem, & Cocytum aquam omnium iniucundissimam: sibíque videri Homerum ijs fluminibus visis & cognitis, ausum esse demum illa de inferis fabulosa confingere. Tum verò fluuiis infernis, ab iis, qui sunt in Thesprotide, mutuatum, nomina imposuisse.

NIL MORTALIBVS ARDVVM EST] aliquot libri veteres habent. *Nil mortalibus ardui est.*

CÆLVM IPSVM PETIMVS STVLTITIA] vel propter Phaëtontem hoc dicit, de quo dicemus annot. ad Oden XI. lib. 4. vel propter Gigantes: quod credibilius est.

NEQVE PER NOSTRVM PATIMVR SCELVS] nostris maleficiis, & sceleribus, videmur quodammodo vim Ioui afferre, eúmque cogere, vt assiduè fulmen habeat in manibus. Nam improbitate & impietate nostra Deum irritantes, non sinimus eum erga nos æquum esse, aut placabilem. sed contrà impellimus, vt nos suo fulmine exterreat, atque exanimet.

IRACVNDA] quæ Iupiter effectus iracundus E hominum impietate, sæpe sumit in manus. sic Od. XIIII. lib. 2. *pauimentum superbum* dixit, pauimentum domini superbi, vt vult Porphyr. & rectè.

PONERE] de manibus. sic dicimus ponere vestem, ponere personam.

## AD L. SEXTIVM CONsularem. Ode. 4

Aduentu veris, & communi moriendi condicione proposita, hortatur ad voluptates.

*SOLVITVR acris hiems grata vice*
*Veris, & Fauoni:*
*Trahúntque siccas machinæ carinas:*
*Ac neque iam stabulis gaudet pecus, aut*
*arator igni:*
*Nec prata canis albicant pruinis.* F
*Iam Cytheréa choros ducit Venus immi-*
*nente Luna:*
*Iunctæq; Nymphis Gratiæ decentes*
*Alterno terram quatiunt pede, dum gra-*
*ueis Cyclopum*
*Vulcanus ardens vrit officinas.*
*Nunc decet aut viridi nitidũ caput impe*
*dire myrto,*
*Aut flore, terræ quem ferunt solutæ.*
*Nunc & in vmbrosis Fauno decet im-*
*molare lucis,*



Digitized by Google

A *Seu poscat agnam, siue malit hædum.*
*Pallida mors æquo pulsat pede pauperum tabernas,*
*Regúmque turreis. ô beate Sexti,*
*Vitæ summa breuis spem nos vetat inchoare longam.*
*Iam te premet nox, fabulæq; manes,*
*Et domus exilis Plutonia, quò simul mearis:*
*Nec regna vini sortiere talis,*
*Nec tenerum Lycidam mirabere, quo calet iuuentus*
*Nunc omnis, & mox virgines tepebunt.*

SOLVITVR ACRIS] descriptio veris est, quo tempore maximè omne animantium genus
B hilaritati ac lætitiæ sese dedere solet, omni tristitia, quam affert hiemis deformitas, cælique grauitas, & diei obscuritas, depulsa. Sed quòd solui hiemem dicit veris aduentu, cum quicquid soluitur, astrictum, aut vinctum fuisse intelligatur: hiems autem non astringatur, neque vinciatur, sed astringat potius & contrahat: perinde illud accipiemus, ac si dixisset, soluitur terra veris aduentu, quæ fuerat vi hiemis, & frigore astricta: quo quidem proximo modo infrà locutus est eadem Ode *Aut flore, terræ quem ferunt solutæ*, id est, laxatæ, mollitæ. VICE] vicissitudine. sic Ode VII. lib. 4. *Mutat terra vices.*

TRAHVNTQVE SICCAS MACHINÆ.] scribit Vegetius libro quarto de re militari, cap. XXXIX. ex die tertio iduum Nouemb. vsque ad diem sextum idus. Martij. maria claudi. Hesiodus item ἔργ. καὶ ἡμέρ. vetat post Virgiliarum occasum nauigare, propterea quòd eo tempore mare tempestatibus maximis concitatur. iubet autem na-
C ueis in littus subducere, saxísque vndique communire, vt ventorum vim facilius perferre possint. sic Hesiod. Εὖτ' ἂν πληιάδες Ἀτλητος θυγατέρες ὀμβριμον ὠρίωνος Φεύγωσαι πίπτωσιν ἐς ἠερόειδέα πόντον, Δὴ τότε παντοίων ἀνέμων θύνουσιν ἀῆται, Καὶ τότε μηκέτι νῆας ἔχειν ἐνὶ οἴνοπι πόντῳ, Γλῶ δ' ἐργάζεσθαι μεμνημένος, ὡς σε κελεύω, Νῆα δ' ἐπ' ἠπείρῳ ἐρύσαι, πυκάσαιτε λίθοισι Παντόθεν ὄφρ' ἴσχωσ' ἀνέμων μένος ὑγρὸν ἀέντων Χείμαρον ἐξερύσας, ἵνα μὴ πύθῃ διὸς ὄμβρος. Hoc igitur tempore naues in littus subductæ, trabibúsque, quibus fulciebantur, impositæ, tantisper ibi continebantur, dum tempus ad nauigationem idoneum adueniret. tunc verò machinis, vt palangis, in mare retrahebantur. Palangæ enim, vt docet Nonius, fustes sunt teretes, qui nauibus subijciuntur, cùm attrahuntur ad pelagus, aut cùm ad littora subducuntur. Ita hæc huius loci sententia est, naues siccæ, quæ mensibus hibernis in littore, lignis subiectis, à nauigatione conquieuerunt, nunc veris aduentu machinis in mare trahuntur. atque his significatur veris aduentus. Solebant autem veteres, etiam cùm D
per anni tempus nauigare licebat, naueis tamen hoc modo lignis subiectis in littore collocare, tantisper scilicet dum in bello, aut alia in re occupati nauigatione supersedebant: quod declarat Homerus ἰλιάδ. α. Νῆα μέν οἵγε μέλαιναν ἐπ' ἠπείροιο ἔρυσσαν Υψοῦ δὴ ψαμάθῳ, ὑπὸ δ' ἕρματα μακρὰ πένυσσαν Αὐτὰρ δ' ἐσκίδναντο κτλ. &c. Exemplum autem nauium è continente in mare deducendarum, extat in secundo libro: cùm Græci Agamemnonis oratione, qua eorum animos tentarat, decepti cupidissimè ad naueis concurrunt, atque ad reditum omne suum studium conferunt. Τοὶ δ' ἀλλήλοισι κέλευον Ἀπλεδανὴς νηῶν, ἠδ' ἐλκέμεν εἰς ἅλα δῖαν, Οὖρας τ' ἐξεκάθαιρον, αὐτὴ δ' ὑράνὸν ἵκεν Οἰκαδὲ ἱεμένων, ὑπὸ δ' ἕρεον ἕρματα νηῶν. id est, illi autem mutuo hortabantur, vt manus ad naueis admouerent, & in mare traherent: Et naualia purgabant: clamor autem eorum ad cœlum ibat, domum redire cupientium. trabes autem nauibus subiectas, substrahebant. Adde hoc Attij, quod est apud Nonium, in voce *anima: Classes trahere in salum, & vela ventorum animæ immittere.*

MACHINÆ] machinam ita definit Vitruuius. Est continens ex materia coniunctio, maximas E
ad onerum motus habens virtutes. Ea mouetur ex arte, circulorum rotundationibus, quem motum Græci κυκλικὴν κίνησιν appellant.

AVT ARATOR IGNI] Virg. Daphnide, *Ante focum si frigus erit.*

ALBICANT] albescunt.

IAM CITHEREA CHOROS DVCIT VENVS] Venus, inquit, dux chori, iam cum Nymphis & Gratiis ad lunam saltat. *Luna imminente*, id est, propinqua: ex quo intellige *lucente*. & ita noctu. Nam *imminere* valet propinquum esse, non longè abesse: Vt cùm dicimus, mortem nobis quotidie imminere. sic Horat. Od. XXVII. lib. 3. *Imbrium diuina auis imminentũ*. & Od. XII. huius lib. *Parthos Latio imminenteis*, id est, animo & voluntate nocendi propinquos. & Od. XXII. lib. 2. *Imminens villæ tua pinus esto.* Significat autem, mulieres & puellas, veris tempore, ad lunam saltare solere: idq; Venere hortante, ac præeunte. Venus enim, Vere ineunte, & Aprili mense, quem nonnulli παρὰ τὸ Ἀφροδίτη. id est, à Venere, putant F
esse nominatum, reuerti existimabatur: ex quo Lucretius lib. 5. *It Ver, & Venus, & Veneris prænuntius antè Pennatus graditur Zephyrus vestigia propter.* & Horatius Aprilem, mensem Veneris dicit Oda XI. lib. 4. Neque temerè Gratiæ commemorantur, & numerantur cum Venere. Nam scribit Plutarchus ἐν ἐρωτικῷ Gratiam ab antiquis appellatam esse, mulieris concessionem, qua se summittit, & commodat viro, quemadmodum Pindarus ait, è Iunone sine Gratiis natum esse Vulcanum, quia nondum erat matura cùm à Ioue compressa est: & Sappho puellam nondum nubilem, paruam & Gratiæ expertem appellat. Postremò Seruius ad illum Virgilij locum, *Matris Acidaliæ, &c.* scribit Gratias Veneri sacratas esse: quia eius ipsius, & Liberi filiæ sunt. nec immeritò. Gratiæ enim per horum Deorum munera conciliantur.

GRATIÆ

Digitized by Google

A GRATIÆ DECENTES] Inter omneis conuenit treis esse Gratias: de nominibus autem non conuenit. Homerus quidem *iλιάδ. σ.* Vulcani vxorem, seu concubinam, facit vnam ex Gratiis, sed eam communi nomine appellat χάριν, nisi quis dicat eius nomen fuisse Calam, καλὸν, id est, pulchram: quod videtur probare Eustathius. sic Homer. Τὴν δὲ ἴδε μερμηρίξασα χάρις λιπαροκρήδεμνος Καλὴ τὸν ὤπυιε περικλυτὸς ἀμφιγυήεις. & Iliados ξ cum Iuno Iouē sopire ac fallere in animo haberet, vt eo dormiente Troiani minore negotio à Græcis opprimerentur, Somno Deo pollicetur se ei vnam ex Gratiis in matrimonium daturam, Pasitheam nomine: Αμ' ἴδε, ἐγὼ δὲ κέ τοι Χαρίτων μίαν ὑπλοτεράων Δώσω ὀπυιέμεναι, καὶ σὴν κεκλῆσθαι ἄκοιτιν Πασιθέην. ἧς αἰὲν ἱμείρεαι ἤματα πάντα. Hesiodus autem in Theogon. treis Gratias, Iouis & Eurynomæ vult esse filias, earúmque nomina hæc commemorat, Aglaïam, Euphrosynam, Thaliam. sic Hesiod. de Ioue, Τρεῖς δὲ οἱ Εὐρυνόμη Χαρίτων τέκε καλλιπάρῃος Ἀγλαΐην τε, καὶ εὐφροσύνην, θαλίην τ' ἐραπεινήν Pindarus quoque ὀλυμπ. εἰδ. ὑστάτῳ treis facit Gratias iisdem nominibus, quibus eas afficit Hesiodus, appellatas. Πότνι

B Ἀγλαΐα, φιλησίμολπέ τ' Εὐφροσύνη, θεῶν κρατίστα παῖδες Ἐπακοοὶ γεγῶτες, Θαλία τε ἐρασίμολπε. Plutarchus denique in libello περὶ τῆς ὅτι μάλιστα τοῖς ἡγεμόσι τὸν φιλόσοφον δεῖ διαλέγεσθαι, hæc eadem Gratiarū nomina cōprobat his verbis, χαρᾶς γὰρ οὐδὲν οὕτω χρήσιμόν ἐστιν ὡς χάρις. Ἀλλὰ σοφὸς ἐῶν ὁ ταῖς χάρισι τὰ ὀνόματα θέμενος, ἀγλαΐαν, καὶ εὐφροσύνην, καὶ θαλείαν, &c. id est, Nihil enim gaudij gignendi tantam vim habet, quantam gratia. Quin sapiens erat ille, qui Gratiis nomina imposuit, Aglaïam, Euphrosynam, Thaliam. Iam Pausanias in Bœoticis Eteoclem primum omnium mortalium Gratiis sacrificasse scribit. Idem tradit, Antimachum, neque numero Gratiarum definito, neque earum nominibus prolatis, eas Solis & Æglæ filias feciſse: Hermesianactem autem quendam elegorum scriptorem Pithô, id est, Suadam in Gratiis numerasse: quod item scriptum reperi in Proculi commentariis in Hesiodum ἔργ. καὶ ἡμερ. Sic autem ille: Χάριτες εἰσὶ τρεῖς, Πειθὼ, Ἀγλαΐα τε Εὐφροσύνη. ὧραι τρεῖς Εὐνομία, Δίκη, Εἰρήνη. Strabo verò libro Georg. VIII. tradit, Eteoclen

C in eo, quòd primus Gratiarum templum constituerit, diuitias & opes suas declarasse: quippe qui siue in accipiendo beneficio, siue in dando felix fuerit, siue in vtroque, has deas veneratus sit. Necesse est enim eum, qui ad illarum Dearum cultum animum, studiúmque suum contulerit, ad benè merendum de aliis fuisse aptum natura: multáque alia eodem loco addit Strabo de Eteocle, & eius, in dando & accipiendo beneficio, felicitate: quæ iccircò omitto, quia ad hunc locum non admodum pertinent. Non arbitror autem mihi prætereundum, Theocritum *εἰδ. ιε.* Gratias Eteocleas Deas appellare, propterea quia (inquit interpres) Eteocles primus omnium mortalium Gratiis sacrificauit. sic Theocrit. Ω Ἐτεόκλειοι χάριτες θεαὶ, &c. quæ congruunt cum iis, quæ tradit Pausanias. Cur autem nudæ sint Gratiæ, dicemus ad illum locum, Ode XXX. huius libri, *& solutis Gratia zonis*, & cetera, & ad Odam XIX. lib. 3. ibi, *Gratia Nudis iuncta sororibus*, & Od. VII. lib. 4. ibi, *Gratia cum nymphis, geminisque sororibus audet Ducere nuda choros.* D

ALTERNO TERRAM QVATIVNT PEDE] saltant nunc hoc, nunc illo pede terram pulsantes. sic loquitur Od. I. lib. 4. *In morem Salium ter quatient humum.* & Od. XVIII. lib. 3. *Gaudet inuisam pepulisse fossor Ter pede terram.* & huius lib. Od XXXVII. *Nunc est bibendum, nunc pede libero Pulsanda tellus.* sic Aopll. I. Argon. ἐμμελέως κραιπνοῖσι πέδον ῥήσσουσι πόδεσσι. & Catull. in nupt. Iuliæ & Manlij: *Pelle humum pedibus.* & Lucr. lib. 5. *& duro terram pede pellere matrem.* alterno pede autem licet etiam ita explicare: numerosè.

DVM GRAVEIS CYCLOPVM] Horatius alios poëtas secutus Vulcani officinam vult in Ætna fuisse: ex qua ignes illi, omnibus notissimi, auditi quidem certè, erumpunt. Atque hinc fortasse nata est fabula, Vulcanum cum Cyclopibus massas illas ferreas tundere, Iouísque fulmen quotidie aliud atque aliud cudere. Verisimile hoc etiam est, poëtas ad Vulcanias insulas respicere, E quas Vulcanus quondam dicitur tenuisse. quanquam Appollonius lib. 3. argon. Vulcanum facit fabricantem in Hiera insula, quæ est vna ex Æoli insulis. Sed quòd Cyclopum, non Vulcani dicit officinas, id eò pertinet, quòd Vulcanus eorum ministerio & opera vtitur in fabricando. sic apud Virgil. Æn. VIII. in armis Æneæ cudendis Cyclopes Vulcano præstò sunt, ac subseruiunt. & apud Apollon. argon. I. Iouis fulmen cudunt. Ἐν μὲν ἔσαν κύκλωπες ἐπ' ἀφήτῳ ἤμενοι ἔργῳ Ζηνὶ κεραυνὸν ἀνακτι πονευμένοι, &c. Homerus autem *iλιάδ. σ.* Vulcanum facit in cœlo, non in Ætna, sine Cyclopum opera Thetidis rogatu Achillis arma fabricantem, viginti follibus nunc vehementiorem, nunc remissiorem flatum, prout operis vel ratio, vel necessitas postulat, mittentibus. Graueis officinas Cyclopum sic dixit, vt Tibull. opus rusticum graue. sic autem Tib. *Et graue suspenso vomere cesset opus.* F

VVLCANVS] cuius vxor est Venus. Quin etiam vna ex Gratiis, Vulcani est amica, seu concubina, vt paullo antè ostendimus. Interea (inquit) dum Vulcanus in officina Cyclopum fabricatur, Venus cum Nymphis & Gratiis saltat, & choros ducit. *ardens* autem, vel ad ignis naturam referendum, cuius deus est Vulcanus, vel, vt mauult Passeratius, ad Vulcani operis intenti studium: vt apud Virg. Æn. lib. I. *Instat ardentes Tyrij.* & Georg. 4. *Fernet opus, redolentque thymo fragrantia mella.* Idem lib. 4. Æn. *Opere omnis semita fernet.* Propert. lib. 4. epist. Arethusæ. *Succinctique calent ad noua lucra popæ.* Horat. epod. Oda XVII. *Cales venenis officina Colchicis.* Vrere autem officinas sic dictum esse putat idem Passerat, vt illud à Propertio. *Colchis Colchicis vrat ahena focis.*

NVNC DECET AVT] nunc decet aut myrteam coronam capiti imponere, aut ex aliis floribus concinnatam, quos terra laxata & soluta verni temporis tempore, extulerit: quo more in



Digitized by Google

A conuiuiis veteres vtebantur. attendat autem adoleſcens hoc loquendi genus: caput impedire myrto, pro eo quod eſt, corollas ex myrto capitii imponere. non admodum diſſimilia ſunt illa, Ode VII. *Tempora populea fertur vinxiſſe corona.* Ode XXV. lib. 3. *Cingentem viridi tempora Pampino.* Od. 1. lib. 4. *Et vincire nouis tempora floribus.* aliter dixit Saty. VI. lib. 1. crus pellibus impedire. *Nam vt quiſque inſanus nigris medium impediit crus Pellibus.*

NITIDVM] λιπαρὸν, vnguentis delibutum, vt Od. VII. lib. 2. *nitenteis Malobathro Syrio capillos.* & M. Tull. Catil. II. *qui nitent vnguentis, qui fulgent purpura.* & Plaut. Truculento, *ferundè vt tota floret, vt oleo nitide nitet.* & Virgil. Æn. v. *Nudatóſque humeros oleo perfuſa niteſcit.*

FAVNO DECET IMMOLARE.] Dionyſius Halicar. ἀρχ. ῥωμ. α. tradit, Faunum Regem Aboriginum fuiſſe, à Marte prognatum eúmq; à Romanis, tanquam aliquem patrium Deum, ſacrificiis & carminibus coli. Dionyſij verba ſunt hæc, Ἐπύχανε δὲ πρὸ πολλοῦ βασιλείαν τῶν Ἀβοριγίνων παρειληφὼς φαῦνος Ἄρεος, ὥς φασιν, ἀπόγονος ἀνὴρ μετὰ τῆς δικαιοτάτης, καὶ B σύνεσιν: καὶ αὐτὸν, ὡς ὀλίγοις πρὸ Ῥωμαίοις δαιμόνων θυσίαις καὶ ᾠδαῖς χαίρουσι. Varr. lib. 6. de lingua Latina, Faunos Latinorum Deos appellat. M. Tull. lib. 2. de nat. Deor. ſub perſona Balbi, ait ſæpe Faunorum voces exauditas: ſæpe viſas formas Deorum, quẽuis non hebetem, aut impium Deos eſſe præſenteis confiteri coẽgiſſe. Faunum quidam volunt eundem eſſe, atque Pana, qui & Irius dicitur, Græcè Ἐπιδώτης. Fatidicum appellat Virgil. lib. 7. *At rex ſollicitus monſtris oracula Fauni Fatidici genitoris adit.* Fauno autem rem diuinam faciebant, & ouilia luſtrabant Romani vere ineunte. Immolabant tamen eidem etiam nonis Decembris, vt Od XVIII. lib. 3. *Faune nympharum fugientum amator, &c.*

SEV POSCAT AGNAM, &c.] ſic codex Iannoct. & duo Vaticani, non, vt vulgò, agna, hædo. Atq; ita locutus eſt ad Od. XVIII. lib. Epod. *Paratus expiare ſeu poposceris Centum iuuencos, ſiue mendaci lyra Voles ſonari, &c.* Siue autem hîc ſubC intelligatur, *ſibi immolari*, ſiue nihil ſubintelligatur, *agnam & hædam* videtur legendum potius, quàm *agna & hædo.* Quòd ſi quis dicet ſubintelligi *ſibi fieri*, & ita retineri poſſe lectionem vulgatam, vt intelligamus eum ita eſſe locutum, *ſeu poſcat ſibi fieri*, id eſt, ſacrificari, agna, &c. quemadmodum Virgili. Palęm. *Cum faciam vitula pro frugibus.* &c. nimis erit violenta hæc explicatio.

PALLIDA MORS] eadem figura loquendi mors dicitur pallida ab Horatio, qua χλωρὸν δέος ab Homero, & φρίσσοντες ὄμβροι à Pindaro Πυθ. ἐιδ. α. & πικρὸς ἔρως ab Anacr. & μάργος ἔρως ab Apollon. lib. 2. Videtur autem hæc ſententia ex Pindaro expreſſa Νεμ. εἰδ. ζ. ἀφνεός τε, πεπιχεύσῳ πλουτεῖ τις ἀνὴρ ἐπὶ σῶμα νέονται. ſic idem Horat. Od. XVIII. lib. 2. *æqua tellus Pauperi recluditur, Regúmque pueris.* vide annot. ad Od. XXVII. huius lib.

ÆQVO PVLSAT PEDE PAVP. TAB.] id eſt æquè fortiter, & liberè pulſat diuitum foreis, atque pauperum: æquè audet ingredi in ædeis ſumtuoſas, validas, & munitas regum ac princiD pum, vt humileis & fragileis pauperum caſas. Nam qui domum aliquam ingredi volunt, interdum pedibus & calcibus pulſant, & (vt loquitur ille in Eunucho) inſultant foreis. Sic & ille ſenex Plautinus Moſtell. *Pultando pedibus pæne confregi aſſulas*, inquit: omnes quidem, qui in clauſam domum intrare cupiunt, oſtium pulſant. ſat. 1 lib. 1. *Sub Galli cantum conſultor vbi oſtia pulſat.*

VITÆ SVMMA BREVIS SPEM NOS VETAT] ſic Od. XI. huius libri, *& ſpatio breui Spem longam reſeces.* ſummam poſuit pro ſpatio. Et animaduerte in vtroque loco eſſe antitheſin. breue enim longo opponitur.

IAM TE PRÆMET NOX] noctis nomine mortem intellige. ſic Catull. *O malæ tenebræ orci.* & infrà Od. XXVIII. *Omneis vna manet nox.* quanquam illo loco in quibuſdam exemplaribus, ſcriptum eſt *vna manet mors.*

FABVLÆQVE MANÉS] Integra & emendata huius loci ſcriptura hæc eſt, fabulæque manes. neq; ineſt hoc in loco vlla vel difficultas, vel obſcuritas. Iam te (inquit) premet nox, manéſq; & inferi fabuloſi, id eſt, de quibus tam multa & Phi- E loſophi fabulantur, & poëtæ. Plato quidem omnem ferè, quem de inferis, pœníſque inferorum habet, ſermonẽ, μῦθον, id eſt, fabulam appellat: vt in Phædone extremo. ἀλλὰ μὴν ἔφη ὁ Συμμίας, ὦ Σώκρατες, ἡμεῖς γε τάχα τοῦ μύθου ἡδέως ἀκούσαμεν. & primo de rep. Οἶσθα γὰρ λεγόμενοι μῦθοι περὶ τῶν ἐν ᾅδου. Et M. Tull. in Cluentiana: *Nam nunc quidem quid illi tandem mali mors attulit? niſi fortè ineptiis, & fabulis ducimur, vt exiſtimemus illum apud inferos impiorum ſupplicia perferre.* & Tuſcul. 1. tricipitem apud inferos Cerberum, Cocyti fremitum tranſuectionémque Acherontis, mento ſummam aquam attingentem, ſiti enectum Tantalum, & Siſyphum, poëtarum portenta dicit eſſe. Idem in Catilinaria quarta: *Itaque vt aliqua in vita formido improbis eſſet poſita, apud inferos eiuſmodi quaF dam illi antiqui ſupplicia impijs conſtituta eſſe voluerunt, quòd videlicet intelligebant, his remotis, non eſſe mortem pertimeſcendam.* Ad hunc locum pertinet illud Callimachi, quod extat lib. 3. epig. Græce Ὦ Χαρίδα, τί πὰ νέρθε; πολὺ σκότος. αἰδ' ἄνοδοι. τί; Ψεῦδος. ὁ δὲ Πλάτων; μῦθος. ἀπωλόμεθα. id eſt, *O Charida, quid ſtyx? nox eſt. quid auerna? tenebræ. Quid verò ad ſuperos tam celebres reditus? Mendaces vatum voces. quid Pluto, vel Orcus? Fabula. nam exſtincti puluis & vmbra ſumus.* Homerus tamen, & tragici poëtæ, & ceteri ferè tùm Græci, tùm Latini inferos, & pœnas poſt mortem in improbos, & impios conſtitutas comprobant. de quibus dubitare nobis Chriſtianis eſt nefas.

ET DOMVS EXILIS PLVTONIA] exilis, id eſt, anguſta & parua, vt epiſt. lib. 1. epiſt. ad Mæce. 2. *Exilis domus eſt, vbi non & multa ſuperſunt, & dominum, &c.* Exilis autem domus Plutonia iccirco dicitur, quia manes, & vmbrę, quę hãc domum incolunt, exiles & tenues, & aſpectum oculorũ fugientes. ſic Virg. domos Ditis vacuas, & inania regna dixit lib. VI. Æn. ſignificans fortaſſe vmbras & imagines mortuorum, eſſe inaneis.

QVÒ

Digitized by Google

A QVÒ SIMVL MEARIS.] quò ſimul atque permearis, ac peruenieris. ſimul apud hunc poëtam plurimis in locis valet ſimulac, ſeu ſimulatq3, itémque apud Catull. M. Tull. Horatius Ode IX. huius libri. *qui ſimul Strauere ventos æquore feruido Depralianteis, &c.* & XII. *quorum ſimul alba nautis Stella refulſit.* & Ode VIII. lib. 2. *ſimul obligaſti Perfidum votis caput, enitescis Pulchrior multo.* & Ode XVI. eiuſdem, *ſimul atra nubes Condidit lunam.* & XII. lib. 3. *Simul vnctos Tiberinis humeros lauit in vndis.* & IIII. eiuſdem, *militia ſimul Feſſas cohortes abdidit oppidis.* & XXVII. *Quæ ſimul centum tetigit potentem Oppidis Cretam.* & lib. 4. Od. VII. *Ver proterit æſtas Interitura ſimul Pomifer autumnus fruges effuderit.* lib. 1. epiſt. ad Mæcenatem epiſt. ea quæ proximè antecedit vltimam: *Hoc ſimul edixit, &c.* & lib. 2. epiſt. ſecunda. *Vnde ſimul primum me dimiſere Philippi Deciſis humilem pennis.* & lib. 1. ſerm. Saty. prima: *Quæ ſimul inuerſum contriſtat Aquarius annum.* & lib. 2. Saty. VI. *ſimul domus alta Moloſſis Perſonuit canibus.* Sic Cat. de Pelei & Thetidos nupt. *Quæ ſimul optatæ finito tempore luces Aduenêre.* & ad Iuuentium. *Nam*
B *ſimul id factum eſt, multis diluta labella Guttis abſterſiſt' omnibus articulis.* ſic M. Tull. academic. II. *Itaque ſimul experrecti ſumus, viſa illa contemnimus,* & epiſt. ad Att. lib. 3. *& ſimul à Cæſare ei litteræ, quas expectaret, remiſſæ eſſent, auctorem etiam daturum.*

NEC REGNA VINI SORTIERE] regna vini ea appellat, quæ in conuiuiis conſtituebantur, in quibus is è conuiuis, cui tale regnum ſorte obtigiſſet, leges bibẽdi ferebat: quib⁹ ceteros omneis parêre neceſſe erat. huiuſmodi Regẽ, arbitrũ bibendi nominat Ode VII. lib. 2. *Quem Venus arbitrum Dicet bibẽdi?* ad hũc morem ſpectãs videtur illa dixiſſe M. Tull. Ver. v. *Iſte enim prætor ſeuerus ac diligẽs, qui populi Rom. legibus nunquam paruiſſet, illis diligẽter legibus, quæ in poculis ponebãtur, obtẽperabat.* Has autẽ leges poëta noſter inſanas appellat Saty. VI. lib. 2. *ſolutus Legib⁹ inſanis.* eò pertinet illud Catullianũ ad puerum, *Ingere mi calices amariores, Vt tex Poſtumia iubet magiſtra. Ebrioſa acino ebrioſioris.* quo loco Poſtumiã bibendi arbitrã, magiſtrã
C nominat. ſic M. Tull. in Catone. *me verò & magiſteria delectant, à maioribus inſtituta, & is ſermo, qui more maiorum à ſummo adhibetur in poculo.* regna igitur vini ab Horatio dicuntur, ea, quæ à M. Tullio magiſteria.

SORTIERE TALIS] Veneris iactus regem vini, ſeu magiſtrum efficiebat, Ode VII. lib. 2. *Quem Venus arbitrũ Dicet bibendi?* qua de re plura dicemus ad eum locum. Sed non eſt mihi ſilentio prætereundum, Luiſinum, alioqui virum doctum, minus rectè hunc locum ita explicaſſe: nec regna talis vini, id eſt, tam ſuauis & generoſi vini, ſortiere, vt talis, ſit patrij caſus à recto tale. cum ſit ſexti caſus numeri multitudinis à recto talus.

NEC TENERVM LYCIDAM MIRABERE] puerum mollem, & impudicum, cuius nunc iuuenes ardent amore, dum imberbis eſt, & impubes: ſed vbi adoleuerit, nucibúſque (vt aiunt) ludere deſierit, quod non longum fiet: tum eius complexu, virgines cupient potiri. Peto autem à verecundo lectore, vt, quoties tales loci occurrent, qui ad puerileis illos, & flagitioſos amores pertineant, dent mihi hanc veniam, vt vel ſtrictim attingam, vel omnino tacitos prætermittam. D

ET MOX VIRGINES TEPEBVNT.] & quem mox virgines exoptabunt: cuius amore erunt incenſæ. totius igitur huius loci ab illis verbis, *Nunc decet aut viridi, &c.* vſque ad extremum, hæc ſententia eſt: Tantiſper dum tempus anni patitur, & vita ſuppetit, epulandum & bibendum eſt, atque ex floribus confectæ corollæ capiti imponendæ ſunt. omnibus enim peræquè moriendum eſt: & hæc vita breuiſſima eſt. iamiam tempus aduentat, cùm tibi ſit moriendum. quod quidem cum euenerit, neque amplius bibere, neque amare erit integrum. ſed hac de re alibi plura. eſt enim ſententia, tum ab hoc poëta, tum ab aliis multis ſæpe decantata. Vide Od. IX. huius libri. Sed fugerat me lectorem admonere, hunc L. Sextium, Bruti amiciſſimum fuiſſe: & nihilominus tamen ab Auguſto, cum eſſet conſul, & Calpurnium Piſonem collegam haberet, in ſuum locum eſſe ſubſtitutum, anno ab vrbe condita 730.

E

## AD PYRRHAM. Ode 5.

Miſeros eſſe, qui illius amore teneantur. ſe ex eo, tanquam è naufragio, enataſſe.

*QVIS multa gracilis te puer in roſa*
*Perfuſus liquidis vrget odoribus*
*Grato, Pyrrha ſub antro?*
*Cui flauam religas comam*
*Simplex munditiis? heu, quoties fidem*
*Mutatóſque deos flebit, & aſpera*
*Nigris æquora ventis*
*Emirabitur inſolens,*
*Qui nunc te fruitur credulus aurea:*
*Qui ſemper vacuam, ſemper amabi-* F
*Sperat, neſcius auræ* (lem
*Fallacis miſeri, quibus*
*Intentata nites. me tabula ſacer*
*Votiua paries indicat vuida*
*Suſpendiſſe potenti*
*Veſtimenta maris deo.*

QVIS MVLTA] quis puer, id eſt, quis adoleſcens, aut iuuenis tener, vnguẽto delibutus, ac perfuſus te tã molliter, arctéq3 amplectitur? de verbo vrgendi vide ad Od. XVIII. lib. 2. perfuſus liquidis odorib⁹ ppriè dixit, vt Cicero Verr. III. *aqua denique feruenti Philodamus à Rubrio perfunditur.* Nam per liquidos odores, vnguenta ſignificat. alij autem ſunt aridi, quę Græci διαπάσματα appellant.

A CVI FLAVAM RELIGAS COMAM] vel cuius comam religas: vel cui, vt placeas, comam religas tuam.

SIMPLEX MVNDITIIS?] simpliciter culta atque ornata? non admodum exquisito, neque sumtuoso corporis cultu adhibito?

HEV QVOTIES] tale est illud Ode xv. epod. *Eheu translatos alio maerebis amores.*

ET ASPERA NIGRIS ÆQVORA VENTIS.] tralatio perpetua est, ducta à mari vi ventorum agitato & concitato. Significat, hûc adolescẽtẽ, qui nûc Pyrrha vtitur facillima ac liberalissima, valde miraturũ, cum illius leuitatẽ, mobilitatem, fæuitiam, perfidiã cognouerit. hi enim sunt vẽti, hæ tempestates, hæc denique naufragia, in quibus assiduè miseri versantur amatores.

NIGRIS VENTIS] cur nigris ventis? an quia tempestates, quæ à ventis excitantur, nigræ sunt? iccirco tempestatibus, & hiemi nigra pecus immolatur. Virgil. lib. 3. Æneid. *Nigram hiemi pecudem, &c.* & lib. 5. *Treis Erycivitulos, & tempestatibus agnam.* an quia Eurus pluuias excitat: cælum autem imbribus, & nubibus nigrescit? Itaq; B infrà Oda 10. epod. Eurum, nigrum appellauit. *Niger rudenteis Eurus inuerso mari &c.* an quia nigra omnia, deformia, & iniucunda sunt? epist. ad Pison. *vt turpiter atrum Desinat in piscem, &c.* tempestates autem turbulentæ, & minus serenæ, fœdæ & informes dicuntur. Virg. Georg. 1. *Et fœdam glomerant tempestatem imbribus atris.* Horat. Od. x. lib. 2. *informeis hiemes reducit Iupiter.* Sic autem Eurum, nigrum appellat Oda x. epod. *Niger rudenteis Eurus inuerso mari, Fractósq; remos differat.*

INSOLENS] id est, insuetus, qui tales in Pyrrha mores non sit expertus. sic dicimus insolens belli, iniuriæ, &c. Cæsar lib. 2. de bello ciuili, *Erat in oppido multitudo insolens belli diuturnitate otij.* M. Tull. 1. de orat. ad Q. Frat. *ea requiruntur à me, quorum sim insolens, atque ignarus.* Sallust. in Proœmio hist. Cat. *quæ tametsi animus aspernabatur, insolens malarum artium.* aliter Od. huius lib. XVI. exercitum insolentem appellat. & Od. IIII. lib. 2. Achillem insolentem. & Od. XVI. epod. equitem insolentem.

C TE FRVITVR CREDVLVS AVREA.] te experitur admodum paratam, promtam, ac liberalem: non asperam, non duram, neque fæuam, neque ferream. Aurea autem vel pulchram accipe & formosam: vel optatam, caram, amabilem. Quid enim auro carius aut amabilius est? Eadem ferè ratione mediocritatem auream dixit Od. x. lib. 2. significans nihil esse mediocritate melius, nihil optabilius, nihil amabilius.

QVI SEMPER VACVAM] id est, qui sperat te vnico semper amatore fore contentam, nullisque aliis gratificaturam.

NESCIVS AVRÆ FALLACIS] nescius, atq; ignarus amoris muliebris, qui quouis vẽto mobilior, incertior, ac fallacior est. permãsit autẽ in tralatione, vt videatur ἀλληγορία ab illo loco, *Heu quoties fidem Mutatósque deos, &c.* vsq; ad extremum.

MISERI QVIBVS] miseri sunt ij, quibus places, & quibus videris amabilis. intentata, id est, non spectata, in experta, non perspecta, neque vsu cognita. vtitur hoc nomine lib. de arte poët. *Nil intentatum nostri liquere poëtæ.* D

ME TABVLA SACER] qui naufragium fecerant, solebant naufragij sui casum in tabula pingendum curare, eámque tabulam è pariete templi suspensam, vnà cum vestimentis, in quibus fuerant seruati, Neptuno consecrare. quod idem & hodie fieri solet, præterquàm, quod hic honos vel Diuæ Mariæ, vel alicui alij Diuo habetur. Significat igitur se, amores expertum esse non admodum lætos, neque dulceis, neque secundos: atque in eis naufragium aliquando feciſſe, cùm Pyrrham amaret seseq; ab ea mutuò amari crederet. Nunc autem posteaquàm eius inconstantiam, leuitatémq; perspexerit, & cognouerit: se iterum ad eundem scopulum suam nauim non appulsurum, id est, non amplius in eius amore mutuo spem habiturum. M. Tullius ad illum naufragorum morem alludens, sic ad Attic. scribit lib. 4. *hæc enim me vna ex hoc naufragio tabula delectat.* VVIDA] secutus sum aliquot lib. scriptos, qui ita habent, non vt vulgati, *humida*: in his Vatic. vnum, Vrs. Torneſ.

POTENTI VESTIMENTA MARIS DEO.] E ordo est, Deo potenti maris, id est, imperium maris obtinenti, nempe Neptuno.

## AD M. VIPSANIVM Agrippam. Ode 6.

Bella ab eo gesta, à Vario cantatum iri: se conuiuiis tantùm, & amoribus describendis aptum esse.

*SCRIBERIS Vario fortis, & hostium*
*Victor, Meonij carminis alite,*
*Quam rem cumq; ferox nauibus, aut*
*Miles te duce gesserit.* (equis
*Nos, Agrippa, neq; hæc dicere, nec gra-*
*Pelidæ stomachũ cedere nescij,* (uem
*Nec cursus duplicis per mare Vlyssei*
*Nec sæuam Pelopis domum* F
*Conamur, tenues grandia: dum pudor,*
*Imbellísque lyræ musa potens vetat*
*Laudes egregij Cæsaris, & tuas*
*Culpa deterere ingeni*
*Quis Martem tunica tectum adamãtina*
*Dignè scripserit? aut puluere Troico*
*Nigrum Merionen? aut ope Palladis*
*Tydiden superis parem?*
*Nos conuiuia, nos prælia virginum*
*Sectis in iuuenes vnguibus acrium*
*Cantamus vacui, siue quòd vrimur,*
*Non præter solitum leues.*

SCRIB-

Digitized by Google

A SCRIBERIS VARIO] id est, Scribêris à Vario. Atq; ita explicat Seruius, hũc locum proferẽs ad illum Virg. versũ, Georg. 3. *Cui non dictus Hylas puer?* profert eundem Æn. 1. ibi, *neq; cernitur vlli*, aitq; vtrobiq; esse gen⁹ loquẽdi græcũ, vt, *Scriberis Vario* (inquit) id est, *Scribet te Varius*. de quo genere alibi dicem⁹. Varius poëta (inquit Hor.) res abs te fortissimè gestas, tuásq; victorias Heroico carmine persequetur, & immortalitati commendabit. Commemorat hunc Varium multis locis Horat. vt epist. ad August. lib. 2. *Dilecti tibi Virgilius, Variúsque poëta.* & Saty. VI. lib. 1. *optimus olim Virgilius, post hunc Varius dixere, quid essem.* & IX. *non Viscum pluris amicum, Non Varium facies.* & in epist. ad Pisones de Arte poët. *quid autẽ Cæcilio, Plautóq; dabit Romanus, ademtum Virgilio, Varióque?* Virg. Varium nusquam, quod sciam, commemorat, Varum aliquot locis. falluntur autem qui in illis locis legendum putant Varum, quamuis nonnulli codices antiqui ita scriptum habeant. Iam de Agrippa sic Paterculus: *M. Agrippa, virtute nobilissimus labore, vigilia, periculo inuictus, parendique, sed vni, scientissimus: aliis sanè*
B *imperandi cupidus, & per omnia extra dilationes positus, consultísque facta coniungens.* Vipsanium autem nomẽ addidimus ex libro Rainuntij Fares. Card.

MÆONII CARMINIS ALITE] sic omnes quidem habent libri, sed Io. Passeratius legendũ existimat *aliti*, neque probat vulgatam interpretationem, seu explicationem huius loci, *alite Mæonij carminis*, auspiciis Homerici carminis, seu granditate, & maiestate, seu celeritate Heroici & Homerici carminis. ipse sic explicat, *Scribêris Vario aliti Meonij carm. &c.* id est, scribêris à Vario, aue Mæonij carminis, hoc est poëta Heroico, seu poëta res gestas canente Homerico carmine, seu cantu prædito planè Mæonio, & Homerico. Ego de hac interpretatione nihil pronunciare ausim, nisi quòd est ingeniosa & acuta, & valdè probabilis. neq; me mouet omnium librorum consensus in voce *alite*. facilis enim mutatio fuit i, in e, facilisq; calami lapsus. Quin poëtæ autem vsitatissimè dicantur aues, seu alites, nemini dubium erit mediocriter in his literis versato. Theocrit.
C εἰδ: ξ. Καὶ μοισᾶν ὄρνιχες, ὅσοι κατὰ χῶρον ἀοιδὸν Ἀντία κοκκύζοντες ἐτώσια μοχθίζουσι, id est, & Musarum aues omnes, quæ aduersus Chium cantorem garrientes frustra laborant. Quod si quis receptam scripturam tueri malet *alite*, putauerim per Meonii carminis alitem significari maiestatem, granditatem, ãltitudinem, elationem Homerici carminis: vel si quis, probet magis, celeritatem, & pedes concitatos & rapidos Homerici carminis. Gulielm. Canterus autem lib. 5. nouarum lectionum, cap. 12. alitem Meonii carminis interpretatur pennam & stilum Homerici carminis, quemadmodum (inquit ille) Propertius dixit contrà *felicibus pennis*, pro felicibus auibus. Iudicent eruditi. Mihi dũrum videtur loquendi genus, *scribere penna Homerici, aut Virgiliani carminis*. Vsitatè enim dicitur penna Homeri, Virgilij &c. placet igitur mihi magis Passeratij coniectura. NEC GRAVEM PELIDÆ STOMACHVM] nec iram Achillis implacabilem, id est, μῆνιν, quæ est argumentum Iliadis. D

CEDERE NESCII.] nam ne Diis quidem cedit in acie. non longè abieris. Apollini, qui Hectorem seruarát, atque è manibus ipsius cruentis eripuerat, minatur supplicium, si sibi vlciscendi potestas detur. sic enim Achilles Apollini ἰλιάδ. χ. ἦ σ' ἂν νῦ ἀμύμην, εἴ μοι δύναμίς γε παρείη. Iam Agamemnonem in iurgio interfecisset, nisi à Pallade prohibitus, ac repressus esset ἰλιάδ. α. Homerus deniq; eum ἄπεγκτον nominat quodam loco. Cum idem Aiacem & Vlyssem, & vnà cum eis Phœnicem legatos ad eum misisset vt eum placarent, redierunt re infecta.

NEC CVRSVS] nec errores Vlyssis, nauigationes longas, vagas, incertas, & periculosas, quas Homerus in Odyss. persequitur.

DVPLICIS] sic habent codices Donati, Faerni, & vnus Vatic. Est autem coniungendum nomen duplicis cum voce Vlyssei, vt duplicem Vlyssem intelligamus subdolum, versutum, ailud loquentem, aliud sentientem, & (vt Græci dicunt) διπλοῦν. sic in epigramm. Græcis Μισῶ τ' ἄνδρα, τὸν διπλῆν πεφυκότα, Χρησὸν λόγοισι, πολέμιον δὲ τοῖς πρόποις. id est Odi hominem duplicem natura, verbis probum, & liberalem: moribus inimicum ac malignum. & Eurip. in Rheso. φιλῶ λέγειν τ' ἀληθὲς αἰεί, κ' ὐ διπλοῦς πέφυκ' ἀνήρ. & ita cum Mureto Catulli locum illum intelligo, ad Manlium. *Nam mihi, quam dederit duplex Amathuntia curam, Scitis, & in quo me torruerit genere.* sic autem secundum versum Turnebus emendauit, cùm in vulgatis omnibus legatur *corruerit* sed vt redeam ad Vlyssem, epitheta Vlyssis apud Homerum huic, quod ei ascribit Horatius, consentanea, sunt hæc, πολύτροπος, πολύμητις, ἐχέφρων, ποικιλομήτης, δόλων ἄτης, δολοφρονέων. Iam quòd ille ὀδυσσ. ξ. ait se æquè atque Orci portas eum odisse, qui paupertate coactus homines insidiosa oratione inducat ac fallat, (sic enim loquitur Ἐχθρὸς γάρ μοι κεῖνος ὁμῶς Ἀίδαο πύλῃσι Γίνεται, ὃς πενίη ἔιχον ἀπατήλια βάζει) respondeo Vlyssem in eo ipso, quod de se falsò prædicat, sui simílem esse, id est, duplicem, fallacem, ac mendacem. Achilles autem ἰλιάδ. ι. verè, suóque ingenio conuenienter ait se morte acerbius eum odisse, qui F
aliud loquatur, aliud in animo clausum, & tectũ habeat. Ἐχθρὸς γάρ μοι κεῖνος ὁμῶς Ἀίδαο πύλῃσι, Ὅς χ' ἕτερον μὲν κεύθῃ ἐνὶ φρεσὶν ἄλλο δὲ εἴπῃ. Priscianus tamen lib. 6. vbi hunc versum producit, legit duplices, nisi exemplaria sunt mendosa. Prætereà doctissimi quidam viri, in his Germanus Valens Pimpuntius existimat, lectionem vulgatam ferri posse, vt per cursus dupliceis intelligamus nauigationem ad vrbem Troiam, & inde laboriosum, & multis erroribus implicatum in patriam reditum, quem Græci vno verbo δίαυλον nominant. Nam δίαυλος non solùm in stadio locum habet, verùm etiam ad cursum marinum transfertur: vt Euripid. in Hecuba. πολλοῖς διαύλοις κυμάτων φορούμενος: id est, multis fluctuum amfractibus agitatus, sic iidem Græci dicunt ἀμφοτερόπλοων, & ἑτερόπλοων, & καταπλοων καὶ ἀνάπλοων, inquit ille.

NEC SÆVAM PELOPIS DOMVM] Notæ sunt

A sunt omnibus Atrei, & Thyestæ, Pelopidarum tragœdiæ: notum etiam est Pelopa à Tantalo patre primùm in frusta dissectum, atque in lebetem coniectum esse: deinde Diis epulantibus appositum, denique notum est Atreum & Agamemnonem ab Ægysto, & Clytemnestra occisos esse, Clytemnestram ab Oreste filio. non immeritò igitur Pelopis domus ab Horatio sæua nominatur, id est, iracunda, aspera, horribilis, χαλεπή.

TENVES GRANDIA] nos, qui tenues, & humiles scriptores sumus, non conamur illa dicere, quæ sunt grandia, nostrisque viribus superiora, ac maiora. esset enim noster omnis inanis & irritus conatus.

DVM PVDOR, IMBELLISQVE] dum pudor, & lyra nostra ad res bellicas scribendas inepta, vt pote quæ res imbelleis tantùm, leueisque & amatorias scribere & possit, & soleat, vetant me tuas, & Cæsaris laudes attingere, ne, cum eas velim amplificare, ornare, atque illustrare, mei ingenij culpa imminuam, extenuem, obscurem. Oportet enim (vt ait Pindarus) παρίσφορον ἔργῳ κόμπον ὀπίσσαι.

B IMBELLISQVE LYRÆ MVSA POTENS] id est, Musa, cuius in potestate sita est imbellis lyra, quæ domina est Musæ non bellicosæ, sed imbellis, *lyræ potens* dictum, vt suprà, *potens Cypri*.

CVLPA DETERERE INGENI.] imminuere ingenij mei culpa. tralatio ducta est à ferro, vel ære, vel simili metallo, quod limando deteritur, atque extenuatur. sic Od. III. lib. 3. *desine pernicax Referre sermones Deorum, & Magna modis tenuare paruis*. Tale argumentum est Odæ XII. lib. 2. *Nolis longa feræ bella Numantiæ, &c.*

TVNICA TECTVM ADAMANTINA] id est, armis adamante solidioribus tectum. χαλκοχίτωνα. expressit enim epitheton Homericum,

AVT PVLVERE TROÏCO NIGRVM] id est, qui prœlij tempore semper inter medios
C hosteis versabatur, neque vulnera extimescebat. Extat autem luculentum Idomenei de Merione virtute testimonium ἰλιάδ. ν. hûc enim ille (vt alia prætermittam) dicit nunquam vulnerari in ceruicibus, aut à tergo solere: sed semper in aduerso pectore, aut ventre, & ibidem dicitur ab Homero θοὼ ἀπάλαστος Ἀρῆϊ. Erat autem Merionis Idomenei comes, atque amicus. ἰλιάδ. ρ. καὶ ὀπάων Ἰδομενῆος Μηριόνης ἀπάλαστος Ενυαλίῳ ἀνδριφόντῃ. & ἰλιάδ. ψ. Μηριόνης θεράπων Ἀγαπήνορος Ἰδομενῆος. de hoc autem loquendi genere, *niger puluere, & puluere sordidus*, dicemus plura ad Od. xv. huius libri.

AVT OPE PALLADIS] Multis locis apud Homerum Pallas Diomedi præstò est, opitulatur, consulit, ac pæne dicam, inseruit: exempli causa ἰλιάδ. ε. in principio Ενθ' αὖ Τυδείδῃ Διομήδεϊ Παλλὰς Ἀθήνη Δῶκε μένος καὶ θάρσος, ἵν' ἔκδηλος μετὰ πᾶσιν Ἀργείοισι γένοιτο, ἰδὲ κλέος ἐσθλὸν ἄροιτο. Ipse etiam Pindarus. Νεμ. εἰδ. ι. ait Diomedem à Pallade Deum immortalem esse factum. Διομήδεα δ' ἄμβροτον ξανθά ποτὲ Γλαυκῶπις ἔθηκε θεὸν.

SVPERIS PAREM] Homer. eodem lib. de D
Diomede Δαίμονι ἶσος aut igitur expressit epitheta Homerica Θεοείκελον, Θεοῖς ἀπάλαστον, θεοῖς ἐναλίγκιον, aut rem ipsam spectauit, propterea quòd Diomedes Venerem, atque adeò Martem ipsum vulnerauit, Pandarum interfecit, equos Æneæ cepit, arma aurea à Glauco accepit, Idæo Troiæ præconi solus reclamauit, fulminibus restitit, fugit omnium postremus, prœlium redintegrauit primus. Hæc Eustatius libro decimo Iliad.

NOS CONVIVIA, NOS PROELIA] profitetur Horatius se has res leuiores scribere posse, non illas Heroicas, & tragicas. non dissimile est illud Anacreontis. Θέλω λέγειν Ατρείδας, Θέλω δὲ Κάδμον ᾄδειν, Ἀ βάρβιτος δὲ Χορδαῖς Ερωτα μοῦνον ἠχεῖ. &c. id est, Volo referre Atridas, Volo referre Cadmum: Sed barbitus mihi vnum Chordis resonat amorem. sic & noster Horat. Ode xv. lib. 4. ait se prœlia, & vrbium expugnationes canere conantem ab Apolline esse reuocatum. *Phœbus volentem prœlia me loqui, Victas & vrbeis, increpuit Lyra, Ne parua Tyrrhenum per æquor, Vela darem.*

SECTIS IN IVVENES VNGVIBVS A- E
CRIVM] iuuenum & puellarum pugna rarò est cruenta, cùm nec hæ acutis admodum vnguibus pugnent, immò verò eos studiosè præsecent, ne aduersarios lædant: nec illi eas ferro petant, sed iis armis vtantur, quæ puellis non mortiferum, sed optabile & iucundum vulnus infligunt. Ita igitur acres sunt virgines in iuuenes, vt tamen vngueis suos sectos habeant.

CANTAMVS VACVI, SIVE] abest alterum, siue, vt annotauimus suprà ad Oden III. *Maior tollere, seu ponere vult freta*. cantamus igitur prœlia virginum. siue quòd otio abundamus, siue quòd ipsi amore vrimur nostro more. nobis enim vsitatum est amare. quidam libri sic habent: *siue quid vrimur*. quam scripturam si quis probabit, eius hæc erit sententia. siue vacui, id est, otio abundantes: siue quid, id est, aliqua ex parte vrimur, nostro more leues. quid, π, καπάπ sed superiorem scripturam plures libri confirmant, & ego F
eam magis probo: vt intelligamus in nomine *vacui*, subesse causam, hoc modo, Cantamus, quia vacui sumus: siue quòd, &c.

## AD MVNATIVM PLANcum consularem. Ode. 7.

Alias aliis: sibi Tiburtinam regionem placere. Cohortatio ad voluptates.

*LAudabunt alij claram Rhodon, aut Mytilenen,*
*Aut Ephesum, bimarísve Corinthi*
*Mœnia, vel Baccho Thebas, vel Apolline Delphos*

*Insigneis*

Digitized by Google

A *Insigneis, aut Thessala Tempe.*
*Sunt quibus vnum opus est, intactæ Palladis vrbem*
*Carmine perpetuo celebrare, & Vndique decerptæ frondi præponere oli-*
*Plurimus in Iunonis honorem (uam.*
*Aptũ dicitequis Argos, diteísq; Mycenas.*
*Me nec tam patiens Lacedæmon,*
*Nec tam Lariſſæ percuſsit campus opimæ*
*Quàm domus Albuneæ reſonantis,*
*Et præceps Anio, & Tiburni lucus &*
*Mobilibus pomaria riuis (uda*
*Albus vt obſcuro deterget nubila cælo*
*Sæpe Notus, neque parturit imbreis*
*Perpetuos: ſic tu ſapiens finire memento*
*Triſtitiam, vitæq; labores*
B *Molli, Plãce, mero, ſeu te fulgentia ſignis*
*Caſtra tenent, ſeu denſa tenebit*
*Tiburis vmbra tui. Teucer Salamina, patrémque*
• *Cùm fugeret: tamen vda Lyæo*
*Tempora populea fertur vinxiſſe corona,*
*Sic triſteis affatus amicos.*
*Quò nos cunque feret melior fortuna parente,*
*Ibimus ô ſocij, comitéſque.*
*Nil deſperandum Teucro duce, & auſpice Teucro.*
*Certus enim promiſit Apollo,*
*Ambiguam tellure nouaSalamina futurã*
C *O fortes, peioráque paſſi*
*Mecũ ſæpe viri, nunc vino pellite curas:*
*Cras ingens iterabimus æquor.*

CLARAM RHODON] cur claram? an propter inſulæ nobilitatem? vt Catull. ad Faſelum. *Rhodúmve nobilem, horridámve Thraciam:* an propter ea, quæ poëtæ de hac memoriæ prodiderunt? Pindarus enim εἰσ. ζ. ὀλυμπ. ait, quo tẽpore Iupiter, & ceteri Dij terram inter ſe diuiſerunt, eo tempore Rhodum non fuiſſe in promptu poſitam, ſed in altiſſimo maris fundo reconditam, atque abſtruſam. Sole autem abſente, curſúmque ſuum conficiente, cùm de portione orbis terrarum ei reſeruanda nullus Deorum Iouem admonuiſſet, factum eſſe vt ſua quaſi legitima terræ portione cauerit. Ea re cognita, Iouem nouam de integro ſortitionem, priore improbata, inire voluiſſe: Solem autem id recuſaſſe, Rhodúmque, quam ceteris Diis occultam, & incognitam, ipſe cognitam & perſpectam haberet, ſibi adoptaſſe: ídque à Ioue & aliis Diis immortalibus ei conceſſum eſſe. ſic Pindarus. φαντὶ δ' ἀνθρώπων παλαιαὶ ῥήσιες, οὕτω ὅτε Χθόνα δαπόντο ζεύς τε καὶ ἀθάνατοι, φανεραὶ ἐν πελάγει Ῥόδον ἔμμεν ποντίῳ, Ἁλμυροῖς δ' ἐν βένθεσι νᾶσον κεκρυφθαι. reliqua ex Pindaro requirat qui volet. Idem in eodem carmine ſupra dixerat, Rhodum Veneris eſſe filiam, Solis vxorem: mox τρίπολιν νῆσον nominat, quia ſunt in ea tres vrbes Lindus, Ialyſus, Camirus. quas commemorat Hom. in Bœot. οἳ Ῥόδον ἀμφενέμοντο διάτριχα κοσμηθέντες Λίνδον, ἰηλυσόν τε, καὶ ἀργινόεντα κάμειρον. Strabo autem lib. 14. cùm de Rhodi laudibus multa ſcribit, tum illud: λιμέσι δὲ καὶ ὁδοῖς καὶ τείχεσι καὶ ἄλλῃ κατασκευῇ τοσοῦτον διαφέρει τῶν ἄλλων πόλεων, ὥστ' οὐκ ἔχομεν εἰπεῖν ἑτέραν, ἀλλ' οὐδὲ παρίσον, μήτι γε κρείττω ταύτης τῆς πόλεως. id eſt portibus autem & viis, & muris, & alia ſtructura ita præſtat aliis vrbibus, vt nullam aliam huic vrbi parem commemorare poſſimus, nedum meliorem. Profert ad hunc locum Porphirio illum verſum Lucilij. *Carpathium Rhodos in pelagus inclinat aperta.*

MITYLENEN] M. Tullius Mytilenas vſurpat numero multitudinis contra Rull. *Quid Mytilenæ? quæ certè veſtræ Quirites belli lege ac victoriæ iure factæ ſunt, vrbs & natura, & deſcriptione ædificiorum, & pulchritudine in primis nobilis.* Horat. autem ſemper numero ſingulari, vt & epiſt. ad Bullatium. *Incolumi Rhodos & Mytilene pulchra facit quod pennula ſolſtitio,* &c. BIMARIS] διθαλάσσης, vel, vt quidam malunt, ἀμφιθαλάσσης, ἀλιζώνοιο. id eſt, duabus ex partibus mari cincti.

BIMARISVE CORINTHI MOENIA] Homerus in Catalogo, ſeu Bœotiis Corinthum ἀφνειὸν appellat propter emporium (inquit Strabo) in Iſthmo poſitum: bimarem autem nominat Horatius quia duobus ſinibus cincta eſt: quorum alter Aſiam, alter Italiam ſpectat, quorúmq; opportunitate efficitur, vt vtrinque & illorum ad hos, & horum ad illos facilis ſit commeatus, rerúmque omnium inuectio atque exportatio. vide Strabonem lib. 8. De Corintho ſic M. Tull. in agraria contra Rull. ad Quir. *Corinthi veſtigium vix relictum eſt. Erat enim poſita in angustiis atque in faucibus Græciæ, ſic, vt terra claustra locorum teneret, & duo maria maximè nauigationi diuerſa pæne coniungeret, cùm pertenui diſcrimine ſeparārentur.* eadem ferè dicuntur off. 1. *Corinthum funditus euertit L. Mummius.* ſcribit idem Paterc. lib. priore, & Florus lib. 52. epit.

VEL BACCHO THEBAS] Bacchi mater Semele. patria Thebæ. Semele enim Thebana fuit. & Pentheus Rex Thebarum ab Agaua, Inone, Antinoa, ceteriſq; mulieribus Thebanis Baccho ſacrificantibus diſcerptus fuit, qua de re alibi dicemus. Ephippus autem lib. de Alexandri & Epheſtionis ſepultura (vt ſcribit Athen. lib. 10.) mortem Alexandri iræ Bacchi aſſignat. iniquo enim animo Bacchus tulerat, Thebas patriam ſuam ab illo eſſe oppugnatas, atq; euerſas. Ephippi verba ſunt hæc, ὁ δ' Ἀλέξανδρος ἐκ τούτου νοσήσας ἀπέθανε τῷ Διονύσῳ μηνύσαντος αὐτῷ, ὅτι πρὸ αὐτοῦ παρῄδα αὐτῷ τὰς Θήβας ἐπολιόρκησε.



Digitized by Google

A VEL APOLLINE DELPHOS INSIGNEIS.] Nam & fuit Delphis nobile Apollinis oraculum, & Apollo Delphicus à poëtis nominari solet, & Horat. Delphicam laurum dixit Od. xxx. lib. 3. & Delphos sortilegos lib. de Arte poëtica.

ET THESSALA TEMPE] Tempe communi, & generali appellatione nemora significant: propriè autem loca sunt inter Ossam & Olympum interiecta, amœnissima, quæ appellantur Thessalica πίμπη.

SVNT QVIBVS VNVM OPVS EST] sunt qui in hoc vno sunt occupati, vt Athenas carminibus suis nobilitent.

PALLADIS VRBEM] id est Athenas. quod cur ita sit, docet interpres Pindari ad εἰδ. ζ. Olymp. his verbis. Iouis capite, qua parte grauidus erat & parturiebat, à Vulcano, secto ac diuiso, Mineruâque ex eo edita, prænouit Sol Rhodios, vt primi omnium ei sacra facerent, quòd esset necessarium, & fatale, illam apud eos habitare, domicilium̃que suum collocare, à quibus ei primis sacrificatum esset. Cùm igitur Rhodij in arcem, vt Mineruæ sacrificarent, ascendissent, fugit eos cum B ceteris rebus ad sacra comparatis, ac necessariis ignem capere. Ita sine igni sacra fecerunt. Athenienses autem, qui primi igni adhibito sacrificassent, digni sunt habiti, in quorum vrbe Minerua habitaret. vide Pindarum εἰδ. ζ. ὀλυμπ. & interpr. Quidam libri veteres habent, *Palladis arceis.*

INTACTÆ] virginis. Virg. Æn. 1. *Cui pater intactam dederat.*

ET VNDIQVE DECERPTÆ FRONDI PRÆPONERE] id est, & omnibus omnium locorum & terrarum frondibus, oliuam anteponere. Est autem oliua Palladis propria, quod cur ita sit, docet interpres Homeri his verbis. Dicuntur olim Neptunus & Minerua diu inter se de Attica decertasse, & contendisse. Neptunus tandem (hæc enim controuersiæ finiendæ ratio ab vtroque probata est) in arce Atticæ terra tridente pulsata, fluctum marinum excitauit: Minerua verò è terra oliuam extulit. Cecrops iudex vtrique datus, Atticam Mineruæ adiudicauit, cum diceret C mare multis aliis in locis esse, oliuam autem Athenarum esse propriam. Hic locus erat ita scriptus in omnibus codicibus calamo exaratis: *Vndique decerptam fronti præponere oliuam*: in vulgatis autem fere omnibus, sic legitur: *vndique decerptæ frondi præponere oliuam*: vt, si forte hæc lectio minus probetur hominibus, non possim argui libros veteres corrupisse, sed vulgatos secutus esse. hoc tantum. sic igitur habent membranæ veteres: *vndique decerptam fronti præponere oliuam*. Atque hanc lectionem tuetur & retinet Turnebus lib. XI. & XIX. Aduersar. & ita explicat: ex omni loco & materia, & argumento veluti colligere oleaginеum termitem, & ex eo coronam nectere: quod est vbique & in omni argumento de Athenis & olea Mineruæ narrare: cuius felici, festáq; fronde homines coronantur. Sed ego à Turnebo dissentio. Nam primùm sententia ipsa hanc lectionem refellit: deinde poëtæ, opinor, non oleaginas, sed ederaceas coronas suis capitibus imponebant: sup. Ode 1. *Me doctarũ ederæ præmia frontium, &c.* D & epist. 3. lib. 1. *Prima feres ederæ victricis præmia.* Aut si etiam ex oliua coronam sibi imponebant: vt apud Papin. *Huc gemini vates sanctam canentis oliuæ Fronde comam, & niueis ornati temporæ vittis*: & si coronas ederaceas ij soli merebantur, qui vicerant, vt ego fateor: nihil tamen oleagina corona frons euincta, atq; ornata pertinet ad id, quod sentit Horatius. Nam non continuò qui coronam ex oliua concinnatam capiti suo imposuerunt, Mineruam, aut vrbem Mineruæ laudant, neque eius ipsius coronæ ornatu Palladis vrbem laudare intelliguntur. quod Horatius velle dicere videtur. Præterea quis mortalium sic vmquam locutus est, *præponere oliuam fronti*, pro eo, quod est, frontem olea coronare, seu ornare? Postremò quod paullo ante significaui, cùm hoc sentiat Horatius, nonnullos esse, qui toti sunt occupati in laudandis Athenis, vrbe Palladis, nónne aptius cohæret hoc statim subiectum, *& in oliua omnibus frondibus anteponenda*, quàm illud, *& in colligendo oleagino termite ex omni argumento & ex eo corona nectenda?* verumtamen si quis scripturam antiquã pluris faciet & hanc damnabit, non equidem re- E clamabo.

PLVRIMVS IN] id est, plurimi dum Iunoni gratificari, & honorem habere volunt, Argos dicunt esse magnis & latis spatiis explicatum, & ita ad equorum cursum, aptum. Nam Græci poëtæ Ἄργος ἵππειον nominant: vt Eurip. in Iphige. in Tauris. ὅταν ἐς ἑλλάδ', ἵππειον τ' Ἄργος μόλης. & ἱππόβοτον. Homer. ἰλιάδ. γ. Ἄργος ἐς ἱππόβοτον. & Theoc. εἰδ. λα. ἐπὶ μάλα πολλὰ θοῶν ἐξήρατ' ἀγώνων Ἄργει ἐνὶ ἱππαβότῳ κειμήλια. Iam ἰλιάδ. δ. Iuno ait sibi treis vrbeis esse carissimas: Argos, Spartam, Mycenas. Ἄργος τε, Σπάρτη τε, καὶ εὐρυάγυια Μυκήνη. & Pindarus. Νεμ. εἰδ. ι. Ἄργος ἥρας δῶμα θεοφρεπὲς appellat, id est, domum Iunonis decoram, & dea dignam.

DITESQVE MYCENAS.] expressit Græcum epithetum πολυχρύσους. quod ascribit Mycenis Sophocles in Electra. φάσκειν Μυκήνας τὰς πολυχρύσους ὁρᾶν.

ME NEC TAM PATIENS LACEDÆMON] Homeri interpres, vt hoc quasi præteriens annotem, scribit agrum Lacedæmonium, Lacedæmona appellari: Spartam, vrbem: nonnullos autem esse, qui ipsius vrbis partem Lacedæmona, partem Spartam nominent. Iam quòd Horatius patientem vocat, id ad publicam puerorum institutionem referendum est, quæ tota erat posita in patientiæ disciplina. Plutarchus in Lucullo hac de re sic scribit. γράμματα μὲν ἕνεκα τῆς χρείας ἐμάνθανον. πᾶσα δ' ἄλλη παιδεία πρὸς τὸ ἄρχεσθαι καλῶς, ἐγίνετο, καὶ καρτερεῖν πονοῦντα, καὶ νικᾶν μαχόμενον. id est, litteras quidem vtilitatis causa discebant: Alia verò tota institutio eò referebatur, benè vt quisq; parêret, & vt laborem perferre fortiter, & pugnans vincere posset. Et M. Tul. Tusc. 2. *Spartæ verò pueri ad aram sic verberibus accipiuntur, vt multus è visceribus sanguis exeat, nonnunquam etiam, vt cùm ibi essem audiebam, ad necem: quorum non modò nemo exclamauit vmquam, sed ne ingemuit quidem.* quod item narrat Plutarchus loco suprà

comme-

Digitized by Google

A commemorato: τῶν ἐφήβων πολλὸς ὄπι τὰ βωμὸ τῆς ὀρθίας ἐωράκαμεν ἀποθνήσκοντας ταῖς πληγαῖς, id est, multos ephebos in ara Dianæ Orthiæ vidimus plagis morientes.

LARISSÆ] Larissam Thessalicam designat, quam condidit Acrisius, à Larissa Pelasgi vrbe nominatam, vt ait Hellanicus. sunt enim Larissę tres, vt docet interpres Apollonij lib. 1.

PERCVSSIT] sic legendum, non *perculsit*, vt habent vulgati, & nonnulli scripti cod. quod verbum ne Latinum quidem est. nam à verbo percello, præteritum vnum est, *perculi*. hanc scripturam confirmant cod. Iannot. Faër. Vrsini, duo Vaticani, Torneſ. percussit autem idem valet, quòd permouit, affecit. Cicer. ad Attic. lib. 4. *Audiui ex Ganio hoc Firmano Romæ esse hominem, & fuisse assiduum. percussit animum: dices: tantulane causa?* sic Terent. Andr. *Percussit illico animum.*

OPIMÆ] Larissam opimam nominauit, Homerum secutus, qui φίλω ἐρίβωλον vocat, ἰλιάδ. ι. ἤματι κέν τε πατάτῳ φίλω ἐρίβωλον ἰκοίμην. Ita idem Horat. infrà eod. lib. Od. XXXI. *Sardiniam opimam.*

ANIO] Anienem fluuium sic describit Dio-
B nys. Halic. lib. quinto. ἑκάτερος δὲ ἐγγὺς τῶν πολεμίων παρὰ ποταμὸν ἀνίηνα, ὃς ἐκ πόλεως μὲν πιβύρων καθ' ὑψηλῆ πολὺ ἐκχεῖται σκοπέλῳ, φέρεται δὲ διὰ τ Σαβίνων καὶ Ῥωμαίων πεδιάδος ὁρίζων τὴν ἑκατέρων χώραν. συνάπτει δὲ τὸ ῥεῦμα τῷ Τιβέρει ποταμῷ καλὸς μὲν ὀφθῆναι, γλυκὺς δὲ πιεῖναι. id est, Valerius autem probe hosteis ad fluuium Anienem, qui ex vrbe Tibure deorsum de celso scopulo multam aquam effundit, labitur autem per Sabinorum & Romanorum campum vtrorúmque regionem definiens. Influit autem hic fluuius in Tiberim aspectu quidem pulcher, potu autem iucundus.

ALBVNEÆ RESONANTIS] de qua Virgil., Æn. VII. *nemorum quæ maxima sacro Fonte sonat &c.* fuit autem Albunea Nympha & Sybilla Italica, & ab ea fons & nemus appellatur.

TIBVRNI LVCVS] rectè admonet M. A. Muretus legendum esse hoc loco Tiburni & ita excudendum curauimus: cùm præsertim sic habeant nonnulli libri manuscr. & ita legendum quoque est Æn. VII. *Fratris Tiburni dictam cog-*
C *nomine gentem:* non Tiburti. Quòd autem Adr. Turnebus *Tiburti*, legi posse putat, fallitur. Nam primùm Tiburis conditor dicebatur Tiburnus: deinde Tiburtinus non à Tiburto, sed a Tiburte, cuius rectus casus est Tiburs, formatur.

ALBVS VT OBSCVRO &c.] albus Notus Λευκόνοτος. vide Arist. μετεωρ. β. Homerus quidē ἰλιάδ. λ. Notum ἀργεστὴν appellat, quæ vox λευκὸν, id est, album valet. quamuis ταχὺ interdum significet. *Albus* autem, id est, αἰθρηγενέτης: quod est, serenitatis effector, clarus. Itaque hîc opposuit album obscuro Horatius, non nomen, sed rem spectans: atque ita interpretatur Seruius *claro* in versu illo Virgil. Georg. 1. *Et claro cernes siluas Aquilone moueri. Claro* (inquit) id est, *serenifico quia est & nubilus sicut omnes ferè venti:* Deinde producit testem hunc Horatii versum, his verbis, vt Horatius, *Albus vt obscuro deterg. nub. cœlo, &c.* Videtur autem Horatius totum hunc locum ex Pin-
daro expressisse, non seruato tamen ordine, & D
paucis quibusdam immutatis. sic Pindarus Νεμ. εἰδ. α. Εἰ δὲ νόῳ τις ἔχει θνατῶν ἀλαθείας ὁδὸν, χρὴ πρὸς μακάρων τυγχάνοντα, εὖ πασχέμεν. ἄλλο τε δὲ ἄλλοίαι πνοιαὶ ὑψιπετῶν ἀνέμων, id est, si quis mortalium veram vitæ rationem ac viam instituit, debet ille iis bonis, quæ à Diis immortalibus consecutus est, frui. aliàs enim alij flant venti. hæc Pindari, si ordinem immutes, videbuntur cum Horatianis ferè congruere. hoc modo Pindarus: Non semper iidem sunt ventorum flatus, & ventis pluuialib. ac turbulentis succedunt alij, qui serenitatem & tranquillitatem afferunt. Horat. *Albus vt obscuro, &c.* Pindarus: si quis mortalis veram vitæ traducendæ rationem animo comprehensam habet. Horat. *sapiens.* Pindarus: oportet eum cum sinunt Dij immortales, bonis quæsitis frui, & iucundè viuere, sibi denique bene facere. Hor. *finire memento Tristitiam, vitæq; labores.* Atque hæc quidem iccirco ita exposui, & pæne oculis subieci, vt intelligat adolescens quemadmodum sint nobis imitandi interdum veteres poëtæ, & ceteri scriptores.

DETERGET] detergit quidem reperi scriptum in duobus libris calamo scriptis Don. & E
Faër. sed *deterget* tamen, reposui, secutus lib. 2. Vaticanos, & Vrsini, & Torneſ. In eadem coniugatione hoc verbo vsus est Saty. II. lib. 2. *Hoc potius, quàm gallina tergere palatum.* sic Lucret. lib. 4. *Et quasi perterget pupillas, atque ita transit.* & paulò pòst. *Et nostros oculos perterget longior aura.*

NEQVE PARTVRIT IMBREIS PERP.] tralatio à mulieribus grauidis, ad ventum pluuium, seu nubeis pluuia grauidas. alia tralatio est epistola ad Pisonem. *Parturiunt montes: nascetur ridiculus mus.*

MOLLI MERO] Virgil. Georg. 1. *Tunc agni pingues, tunc sunt mollissima vina.* Sic Græci vinum, quod ad potum maturum est, quódque gratum & mitem saporem ætate collegit, μαλακὸν appellāt.

SEV TE FVLGENTIA SIGNIS] siue militiæ, siue domi tuæ eris. de signis militaribus dicemus fortasse alibi nonnulla.

TEVCER SALAMINA PATREMQVE] Teucer & Aiax Telamonius fratres fuerunt ὁμοπάτριοι, sed non ex eadem matre. Nam Teucer ex F
Hesiona Laomedontis filia, Priami sorore captiua susceptus est: Aiax autem ex Peribœa. iam Telamon & Peleus Æaci, & Endeidos filij Phoco Psamathi filio interfecto, Ægina profugere coacti sunt, illéque Salamina, hic in Thessaliam se cōtulit. Teucer igitur Troia euersa cùm in patriam reuersus patri in suspicionem de Aiacis morte venisset, à patris conspectu sese longè remouit, atque in Cyprum profectus est, vbi alteram Salamina condidit eiusdem nominis atque illam priorem in Attica sitam. quod & Isocrates narrat in oratione ad Euagor. his verbis. Τεῦκρος ἐπειδὴ Τροίαν ξυνεξέλιπε, ἀφικόμενος εἰς Κύπρον, Σαλαμῖνά τε κατῴκισεν ὁμώνυμον ταύτης τῆς πρότερον αὐτῷ πατρίδος οὔσης, &c. M. Tullius II. de oratore profert aliquot Pacuuij versus de hac Telamonis falsa in Teucrum suspicione, seu ira quòd fratris mortem vltus non esset, *Segregare abs te ausus,*



Digitized by Google

A *aut ſine illo Salamina ingredi? Neq; paternũ aſpectũ es veritus? quem ætati exacta indigum Liberûm laceraſti, orbaſti, extinxſti, neq; fratris necis, Neq; gnati eius parui, qui tibi in tutelam eſt traditus, &c.* hac eadem de re C. Velleius Paterculus lib. 2. quem locum quamuis proferat Muretus, adſcribam tamen. *Teucer non receptus à patre Telamone ob ſegnitiem non vindicatæ fratris iniuriæ Cyprum appulſus cognominem patriæ ſuæ Salamina conſtituit.*

CVM FVGERET.] Plus eſt, quàm ſi dixiſſet, cùm relinqueret: id quod notat Seruius ad illud Virgil. Tityro, *Nos patriam fugimus.*

POPVLEA CORONA] Hercules deuicto Cerbero, populum arborem ex Acheronte ſecum detulit, frondibúſque populeis coronatus, lætitiam, quam ex tot victoriis ceperat, declarauit. Itaque quam λεύκην Græci vulgò nominant, Homerus ἰλιάδ. ν. ἀχερωΐδα ab Acheronte appellat. Exemplo Herculis omnes in certamine aliquo cum laude & gloria verſati, victoriámque conſecuti, populi fronde coronabantur. Theoc. εἰδ. ϛ. κρατὶ δ' ἔχων λεύκαν ἡρακλέος ἱερὸν ἔρνος. quo loco interpres ſcribit, populum, ſacram eſſe Herculi, propterea
B quòd quàm plurimis laboribus perfunctus erat, & quàm plurima certamina obierat, & profligarat. Virg. Æneid. 8. *Dixerat: Herculea bicolor cùm populus umbra Velauitque comas, foliiſque innexa pependit.* Pauſanias ſcribit in Eliacis populũ apud Acherontem fluuium in Theſprotia ab Hercule eſſe repertam, atque ob eam cauſam ab Homero Acheroïda appellatam. Pauſaniæ verba ſunt hæc altius repetita: Τῆς δὲ λεύκης μόνης τοῖς ξύλοις ἐς τὸ δὸς τὰς θυσίας καὶ ἀπ' ἐδένδρου δένδρα τῶν ἄλλων οἱ ἠλεῖοι χρῆσθαι νομίζουσι, κατ' ἄλλο μὲν οὐδὲν θεσπιῳδοῦντες, ἐμοὶ δοκεῖν, πλὴ λεύκλω: ὅτι δὲ ἡρακλῆς ἐκόμισεν αὐτὴν ἐς ἑλλήνας ἐκ τῆς θεσπρωτίδος χώρας. καὶ μοι καὶ αὐτὸς ὁ ἡρακλῆς ἐφαίνετο, νίκα τῷ διὶ ἔθυεν ἐν Ολυμπίᾳ, τῶν ἱερείων τὰ μηρία ὅτι λεύκης καῦσαι ξύλων πλὴ δὲ λεύκλω ὁ Ηρακλῆς πεφυκυῖαν ἔφερε τὸν Αχέροντα ἔυρετο ἐν θεσπρωτίᾳ ποταμὸν, καὶ τῷ δ' ἕνεκα φασὶν αὐτὴν ἀχερωΐδα ὑπὸ ὁμήρου καλεῖσθαι id eſt, Solius autem populi lignis ad ſacrificia Iouis, & nullius alius arboris Elei vti in more poſitum habent, nullam aliam ob cauſam, mea quidem ſententia, populum ceteris arboribus anteponentes, niſi
C quòd Hercules eam ex Theſprotide regione ad Græcos deportauit. Quinetiam ipſe Hercules cùm Olympiæ Ioui ſacrificabat. victimarum coxas lignis populeis cremaſſe mihi videbatur. Populum autem natam circum Acheronta fluuium reperit in Theſprotia. Atque ob hanc cauſam aiunt eam Acheroidam ab Homero appellari. Iam de hoc loquendi genere, caput ſeu tempora corona vincire, diximus ad Odam IIII. huius libri. ibidem, *nitidum caput impedire myrto.* Quidam exiſtimant iccirco dici hîc ab Horatio Teucrum capiti coronam populeam potiùs, quàm ex alia arbore impoſuiſſe, quòd Bacchi ſacerdotes, & Bacchanteis hac fronde vti conſueuerint: ex quo Demoſth. de corona τὺς ἐστεφανωμένους τῷ μαράθῳ καὶ τῇ λεύκῃ. vbi grammatici notant ἐστεφανωῦτο οἱ τὰ βακχικὰ τελούμενοι τῇ λεύκῃ διὰ τὸ χθόνιον μὲν εἶναι τὸ φυτὸν: χθόνιον δὲ καὶ τὸν τῆς περσεφόνης δόνυσον: πλὴ δὲ λεύκλω πεφυκέναι φασὶ πρὸς τῷ ἀχέροντι: ὅθεν καὶ ἀχερωΐδα καλεῖσθαι ὑπὸ ὁμήρου. id eſt, coronabantur populo ij, qui ſacris Bacchi initiabantur, propterea quòd & hæc arbor inferna eſt, & Dionyſius Proſerpinę filius, infernus ac terreſtris. Populũ autem natam eſſe dicunt ad fluuium Acherontem: vnde & Acheroidem ab Homero nominari. D

ET AVSPICE TEVCRO] id eſt, auctore, hortatore. ductum ab auſpiciorum more, nihil enim publicè Romæ gerebatur, niſi auſpicatò. Erat autem magiſtratuũ auſpicari, & cõſulere auſpicia, eorundémque obnuntiare. ſic locutus eſt epiſt. 3. lib. 1. *fidibúsne Latinis Thebanos aptare modos ſtudet auſpice Muſa?* contrà epiſt. 2. *cuiſ vitioſa libido Fecerit auſpicium.* propriè poſuit Od. XXVII. lib. 3. *ego cui timebo Prouidus auſpex?* & M. Tullius in Cluentiana, nullis auſpicibus, funeſtis ominibus omnium. eodem pertinet locus Od. XIIII. lib. 4. *immaneiſque Rhœtos Auſpiciis pepulit ſecundis.* & Od. VI. lib. 3. *Iam bis Monæſis, & Pacori manus Non auſpicatos contudit impetus noſtros.* & epiſt. ad Auguſt. lib. 1. *tuiſque Auſpiciis totum confecta duella per orbem.* Quidam per auſpicem Teucrum Apollinem ſignificari volunt. Sed facilius hoc obtinerent, ſi, *auſpice* E *Teucri*, legeretur: quam ſcripturam reperi in duobus libris manu ſcriptis. Hac de re tota, iudicet lector. ego interea receptam tueor.

CERTVS ENIM PROMISIT] de hoc Apollinis oraculo ſibi edito ſic loquitur Teucer ipſe apud Eurip. in Helena, ὅτε νεὼς στείλαιμ' ἄν ὕριον πλέρον, Εἰς γλῶ ἐναλίαν κύτωρον, ὅ μ' ἐθέσπισεν Οἰκεῖν Απόλλων ὄνομα νησιωτικὸν Σαλαμῖνα θέμενον τῆς ἐκεῖ χάριν πάτρας. certũ autẽ accipe non cuius oracula apertam & ſimplicem ſententiam habeant, (λοξίας enim propter obſcuritatem & ambiguitatem dicebatur) ſed verum, miniméque mentientem. Nam, vt eſt apud Pacuuium in Perib. *Flexa, non falſa, autumare dictio Delphis ſolet.*

AMBIGVAM TELLVRE NOVA] id eſt fore nobis alteram Salamina in Cypro, quæ cum illa priore, quæ eſt in Attica, comparari poſſit.

O FORTES, PEIORA QVE PASSI] ſũtum ex Homero ὀδυσσ. μ. ὦ φίλοι, ἦ μάρ πω πακὸν ἀδαήμονες εἰμὲν· Οὐ μὲν δὴ πόδε μεῖζον ἐπικαὸν ἢ ὅτε Κύκλωψ Εἴλει ἐνὶ σπείῃ γλαφυρῷ κρατερῇφι βίηφι. quem quidem Homeri locum vberius atque ornatius expreſſit Virg. Æneid. 1. *O ſocij, neque enim ignari ſumus ante malorum, O paſſi graviora, &c.* F

NVNC VINO PELLITE CVRAS] tale illud eſt Ode XI. lib. 2. *diſſipat Euius Curas edaceis.* & IX. epod. *Curam, metúmque Cæſaris rerum iuuat Dulci Lyæo ſoluere.* ſic Anacreon, Σκεδάσαι θέλω μερίμνας, volo diſſipare curas. idem, Ὅταν πίων τὸν οἶνον, Εὕδουσιν αἱ μέριμναι, Bibente me Falernum, Curæ anxiæ quieſcunt. idem ὅτ' ἐγὼ πίω τὸν οἶνον, Ἀπορίπτουσι μέριμναι. Latices vbi Lyæos Bibo, curæ abiguntur atræ. & Theognis, Τοῦ πίνων ἀπὸ μὲν χαλεπὰς σκεδάσεις μελεδῶνας, Θωρηχθεὶς δ' ἔσεαι πολλὸν ἐλαφρότερος. id eſt, Vina bibens atras pelles è pectore curas: Et madidus Baccho ritè leuabis onus. Iterum Horat. epiſt. ad Vall. lib. 1. *generoſum & lene requiro, Quod curas abigat.*

CRAS

Digitized by Google

A CRAS INGENS ITERABIMVS ÆQVOR.] vel id mare, quod in patriam redeuntes, permensi sumus, iterum peragrabimus, patriam, patrémque fugientes: vel simpliciter iterum nauigabimus. sic Od. XXXIIII. huius lib. *atque itera re cursus Cogor relictos.* i. repetere cursus relictos. aliter hoc verbo vtitur Ode XIX. lib. 2. *atque truncis Lapsa cauis iterare mella:* id est, iterum atque iterum canere, seu dicere. Od. XII. epod. *Muricibus Tyrijs iterata vellera lanæ Cui properabantur?* per vellera iterata muricibus δίβαφα signi ficat, purpureas vesteis bis tinctas. Od. III. lib. 3: *Troia renascens alite Lugubri Fortuna tristi clade iterabitur.* id est, iterum expugnabitur, ac delebitur. epist. ad Loll. lib. 1. *Sic iterat voces, sic verba cadentia tollit.* Cic. ad Att. lib. 14. ex quodam poëta. *itera dum eadem istæc mihi.* & Tuscul. 2. *Itera dum eadem istæc mihi. non enim intelligo.*

## AD LYDIAM
### Ode 8.

B Obscurè iuuenem quendam, quem Sybarin vocat, vt amore perditum, & voluptatibus colliquefactum, notat.

*LYDIA dic, per omneis*
*Te deos oro: Sybarin cur properes amando*
*Perdere: cur apricum*
*Oderit campum patiens pulueris, atque solis.*
*Cur neque militaris*
*Inter æqualeis equitet: Gallica nec lupatis*
*Temperet ora frenis.*
*Cur timet flauum Tiberim tangere? cur oliuum*
C *Sanguine viperino*
*Cautius vitat? neque iam liuida gestat armis*
*Brachia, sæpe disco,*
*Sæpe trans finẽ iaculo nobilis expedito?*
*Quid latet, vt marinæ*
*Filium dicunt Thetidis sub lacrymosa Troiæ*
*Funera, ne virilis*
*Cultus in cædem, & Lycias proriperet cateruas?*

AMANDO] dum ab eo amaris: sic Virg. *vritque videndo Famina:* id est, dum videtur. vel cum te amat.

CVR APRICVM ODERIT CAMPVM.] D cur oderit campum Martium, non quòd pulueream, laborémue ferre non possit, neque propter vllam animi, aut corporis mollitiem, cùm sit horum patientissimus: sed propter tui amorem, quo miserè torquetur.

CVR NEQVE MILITARIS INTER ÆQVALEIS] cur Sybaris neque inter æqualeis equitet militaris, id est, militarem in morem, vel vt hominem militarem decet, vel cum sit militaris, vel qui militaris esset, si equitaret. & hoc postremo modo sæpe loquitur Horat. vt Satyr. VI. lib. 2. *Si veneror stultus nihil horum*, id est, si nihil horum à Dijs precor, quod si facerem, stultus essem. quo de genere dicemus ad Od. XXVIII. huius libri, & ad oct. tertij. militaris autem est militiæ idoneus: in re militari exercitatus. Salust. coniur. Catilin. de M. Petreio: *homo militaris, quod amplius xxx. annis tribunus, aut præfectus, &c. fuerat, pleróque ipsos, factáque eorum fortia nouerat:* T. Liuius lib. 35. annalium. *Nihil ea res animum militaris viri, & multos experti casus imminuit.*

GALLICA NEC LVPATIS, &c.] nec ora equorum Gallicorum, seu equos ipsos Gallicos moderetur, & regat frenis lupinorum dentium in morem asperis, atque inæqualibus: cur non flectat equos Gallicanos in campo Martio. Lupati freni, quibus equi ferociores coercentur: à lupinorum dentium similitudine, seu à lupo, instrumento ferreo, vnco, & tortuoso instar dentium lupinorum, quod pro lupato freno vsurpatur. Ouid. *Duros accipit ore lupos.* vnde equi præferoces, & ad tractandum difficiles λυκοστόμους à Græcis nominantur. Extat Plutarchi disputatio διὰ τί τοὺς λυκοστόμους ἵππους θυμοδεῖς εἶναι λέγεται. lib. 1. συμπο. Virgil. Georgic. libro III. *& duris parêre lupatis.* Græci poetæ lupos à dentium asperitate καρχαρόδοντας appellant. Oppian. lib. 1. de piscib. καὶ ἔνδοθι καρχαροέρκος. E

TEMPERET] moderetur, coerceat, regat. Od. XII. huius libri. *variisque mundum Temperat horis.* Od. IIII. lib. 3. *Qui terram inertem, qui mare temperat,* id est, regit, moderatur. sic Satyr. v. lib. 2. *mulier si forte dolosa, Libertúsue senem delirum temperet* epist. II. lib. 2. *Scit Genius, natale comes qui temperat astrum.* Od. XVI. epod. *Vtrumque rege temperante cælitum.* & fortasse Od. III. lib. 4. *O testudinis aureæ, Dulcem quæ strepitum Pieri temperas,* aliàs pro verbo abstinendi. vt Od. XXIIII. lib. 3. *Illic matre carentibus Priuignis mulier temperat innocens.* quemadmodum & Virgil. Georg. 1. *Iam sibi tum curuis male temperat vnda carinis.* aliàs pro eo, quod est ad mediocritatẽ quandam redigere. vt Od. XIX. lib. 3. *quis aquam temperet ignibus?* & epist. ad Mæcenat. tertia lib. 1. *Temperat Archilochi Musam pede mascula Sappho.* aliter Od. XX. huius lib. *mea nec falernæ Temperant vites, neque Formiani Pocula colles.* & Od. VII. epod. *Desiderioque temperare poculum.* F

CVR TIMET FLAVVM TIBERIM TANGERE?] cur à natando, & à decursione seu denatatione Tiberina abhorret? sic Oda. 7.

A lib. 3. vtrumque coniunxit, equitationem in campo Martio, & decursionem Tiberinam. *Quamuis non alius Flectere equum sciens Æquè cõspicitur gramine Martio: Nec quisquam citus æquè Tusco denatat alueo.* CVR OLIVVM, &c.] cur luctari desijt? cur luctam horret? cur palæstram fugit mortis instar? Luctaturi oleo vngebantur. iccircò palæstras Græci λιπαρὰς nominant, id est, pingueis, & veluti oleo nitenteis. Et Battus ille apud Theocritum cùm dixisset ei Corydon Ægónem vnà cum Milone ad Alphêum, id est, ad certamina Olympica esse profectum: quærit ex eo deridens, quando ille oleum oculis viderit, significans illũ numquam, luctatum esse, quippe qui numquam oleo vnctus sit. sic Theoc. εἰδ. δ. καὶ πόκα πλῶος ἔλαιον ἐν ὀφθαλμοῖσιν ὀπώπη. Marcus Tullius autem lib. ac cus. IV. scribit, cùm à senatu arcessitus in curiam Syracusanam iccircò se anteà non venisse dixisset, quòd Syracusanos amicos esse Verri suspicaretur, neque se ausum esse postulare, vt quicquam contra Verrem decerneretur in ea curia, in qua inauratam C. Verris statuam videret (fuerat autem hęc statua ex Heraclij bonis posita, quorum bono-
B rum possessionem palæstræ Syracusanorum Verres contra omnia iura tradiderat) maximo gemitu facto, aspectu & commemoratione statuæ, sibi responsum esse. ex Heraclij hereditate, quam palæstritis concessisset, multo maximam partem Verrem abstulisse, neque postulandum fuisse, vt ille palæstritas diligeret, qui etiam inuentorem olei sustulisset. Catull. de Berecinthia & Attide. *Ego gymnasij fui flos, ego eram decus olei.*

SÆPE DISCO] Satỳ. II. lib. 2. *Seu te discus agit, pete cedentem aëra disco.* Propert. lib. 3. *Missile nunc discipondus in orbe rotat.* Hom. ὀδυσ. θ. Δίσκῳ δ' αὖ πάντων περιφερέστατος ἦεν Ἐλατρεὺς. Disco autem omnium præstantissimus erat Elatreus. Idem ὀδυσσ. ρ. Μνησῆρες δὲ πάροιθεν ὀδυσσῆος μεγάροιο Δίσκοισιν πέρπον καὶ αἰχμῇσιν ἱέντες Ἐν τυκτῷ δαπέδῳ. id est, Proci autem ante Vlyssis ædeis discis delectabantur, & iaculis mittendis, in area ad eam rem facta. erat aut discus æneus, aut ferreus, aut etiam lapideus, qui cùm medius esset loro, seu amento circumnexus, non modò viribus & lacertis, verùm etiam
C arte quadam adhibita ita in sublime iaciebatur, vt intra certos fineis decideret. sic enim describit Eustrat. Δίσκος ὁτὲ σιδήρου ἐγίνετο, ἢ ὁτὲ ξύλου, ἢ ὁτὲ χαλκοῦ: ὁτὲ λίθου δὲ ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον, ὑμάνῃ περὶ τὸ μέσον ἐνειρμένῳ γρεφόμενος, καὶ ἀφιέμενος. i. discus ex ferro fiebat, vel è ligno, vel ex ære: sed plerunque è lapide, qui loro circumnexus medius contorquebatur, ac iaciebatur. Dictus est autem à verbo δίκειν, quod est βάλλειν, hoc est iacere. Itaque ludus erat planè Græcus, & à Græcis ad Romanos manarat.

SÆPE TRANS FINEM IACVLO, &c.] sæpe contorto & misso vltra finem constitutum, iaculo nobilitatus.

EXPEDITO] id est, expeditè, & validis lacertis emisso. de verbo expediendi vide annot. ad Oden XXII. huius libri.

FILIVM THETIDIS] Achillem. marinæ autem, quia nymphæ marinæ. Itaque apud Home. lib. α. Ἰλιάδ. ab Achille vocata, & implorata exit è mari, vt crassus quidam & caliginosus halitus. sic D autem Homerus, καρπαλίμως δ' αἰεὶ πολῆς ἁλὸς ἵκεν ὁμίχλη.

SVB LACRYMOSA TROIÆ FVNERA] paullo ante euersionem Troiæ. hanc fabulam sic narrat interpres Hom. Ἰλιάδ. α & τ. Thetis sciens Achillem si in Thessalia remaneret, neque cum ceteris Græciæ principibus ad Troiam oppugnandam nauigaret, sine gloria illum quidem, sed diu tamen victurum: sin vnà cum illis proficisceretur, vitam eius breuem, gloriam immortalem futuram: eum in thalamo quodam cũ puellis, & mulieribus apud Lycomeden collocarat in Scyro, vna ex Cycladibus. oraculo autem edito, Troiam sine Achille capi non posse: missi sunt à Græcis Nestor, Phœnix, Vlysses ad Peleum Achillis patrem, rogatum vt Achillem dimitteret. Peleo autem Achillem domi esse negante, id quod erat, Scyrum profecti sunt. Ac suspicati & subodorati cum virginibus Achillem educari, de Vlyssis sententia hinc arma, illinc quasillos & fusos, & cetera huius generis, ante ostium cubiculi, in quo erant puellæ, & Achilles, exposuerunt. Ita puellę quidem in calathos continuò impetum fecerunt. Achilles verò arma corripuit. quo facto E est cognitus. hæc interpres Homeri, vt dixi: & Eustathius Ἰλιάδ. τ. de propositione, *sub*, hoc modo accepta dicemus ad Od. prox. NE VIRILIS CVLTVS IN CÆDEM, &c.] ne vestitus virilis eum protraheret ad bellum Troianum, id est, ne virili vestitu agnosceretur, & ita ad bellum Troianum proficisci cogeretur. *Virilis cultus*, sunt recti casus, numeri singul. & ita subintelligendum, *eum*.

## AD THALIARCHVM
### Ode 9.

Hieme indulgendum voluptati.

*VIDES, vt alta stet niue candidum*
*Soracte: nec iam sustineant onus* F
*Siluæ laborantes: geluque*
*Flumina constiterint acuto.*
*Dissolue frigus, ligna super foco*
*Largè reponens: atque benignius*
*Deprome quadrimum Sabina*
*O Thaliarche merum diota.*
*Permitte diuis cetera: qui simul*
*Strauere ventos æquore feruido*
*Deprœlianteis, nec cupressi,*
*Nec veteres agitantur orni.*
*Quid sit futurum cras, fuge quærere: &*
*Quem fors dierũ cumque dabit, lucro*

*Appo-*

Digitized by Google

A *Appone: nec dulceis amores*
*Sperne puer, neque tu choréas,*
*Donec virenti canities abeſt*
*Moroſa. nunc & campus, & areæ,*
*Lenéſque ſub noctem ſuſurri*
*Compoſita repetantur hora:*
*Nunc & latentis proditor intimo*
*Gratus puellæ riſus ab angulo:*
*Pignúſque dereptum lacertis,*
*Aut digito male pertinaci.*

VIDES VT ALTA] Expreſſit illos Alcæi verſus, qui apud Athen. leguntur lib. 10. νεφ μὲν ὁ ζεὺς, ἐν δ' οὐρανῷ μέγας χειμών, πεπάγασιν δ' ὑδάτων ῥοαὶ, καββαλὲ τὸν χειμῶν' ἐπὶ μὲν πιθὺς πῦρ, ἐν δὲ κρατὶς οἶνον ἀφειδέως. id eſt, Pluit quidem Iupiter, in cælo autem magna eſt hiems ſeu tempeſtas: aquarum autem fluxiones concretæ ſunt. hiemem depelle igne iniecto, vinóque largè infuſo.

B NIVE CANDIDVM] ſic lib. 3. Od. XXV. *Hebrum proſpiciens, & niue candidam Thracen.* Quidam putant hæc ita eſſe coniungenda, *ſtet niue*, pro eo quod eſt, horreat, vel plenum ſit niue: qua le eſt illud Virgil. lib. 12. Æneid. *Iam puluere cælũ Stare videt.* ſic & Cæcil. Siracuſ. *hic amet: familiæ fame pereant: ager autem ſtet ſentibus.* & Siſenna, *Calum caligine ſtat.*

SORACTE] mons eſt in Sabinis, vel, vt alij volunt, Faliſcis, quod nomen ferè hodie retinet. quanquam & à nonnullis mons Diui Silueſtri nominatur: monte ſan Treſto. Virgil. Æneid. XI. *Summe deûm ſancti cuſtos Soractis Apollo.*

SVSTINEANT ONVS] propriè dixit ſuſtinere onus.

GELVQVE FLVMINA CONSTITERINT ACVTO] flumina niſi vehementi frigore conglaciarint, liberè fluunt: vi frigoris autem quodam modo impedita, & conſtricta inſiſtunt. gelu autem acutum appellat, vt Pindarus χόνα ὀξεῖαν: & Virg. *penetrabile frigus*, quia & qui niuem tractant, & qui à frigore offenduntur, ac lædunturC ſimili quodam modo afficiuntur, atque ij, quos ferri acies pupugerit.

DISSOLVE FRIGVS] Alcæus κάββαλλε τὸν χειμῶνα.

LIGNA SVPER FOCO, &c.] hæc reſpondent illis Alcæi ἐπὶ μὲν πιθὺς πῦρ. ſic infrà Od. XVII. lib. 3. *dum potes, aridum Compone lignum.*

LARGE] Alcæus ἀφειδέως.

BENIGNIVS] liberalius, prolixius, largius. de nomine *benignus*, vide, quæ ſunt annotata ad Od. XVII. huius libri, ad illum locum, *benigno cornu.* vbi complura ex hoc poëta, & alijs bonis ſcriptoribus collegimus exempla.

DEPROME] *deprome dolia*, pro, prome de dolia, Horatio vſitatiſſi. *vt deduxit corpore* epiſt. ad Loll. & Od. 1. lib. 3. *Decedit aerata triremi*, & ſimilia, de quibus alibi.

QVADRIMVM] vinum commendat vetuſtas: non item cantilenas. Nam quo quæq; recentior eſt, eo placet magis, inquit Pindarus. Horat. epiſt. ad Aug. lib. 2. *Si melior dies, vt vina poëmata reddit, &c.* Alcæus ἔγχευε, κώρυκα παλαιόν. id eſt, infunde, miſce vinum vetus. D

DIOTA] amphora duarum aurium, id eſt, duarum anſarum. aureis enim ὦτα nominant Græci. Eſt autem & amphora nomen Græcum. ἀμφορεὺς enim, & ἀμφιφορεὺς appellatur, & ita à Græcis Grammaticis explicatur, ac deſcribitur, ἀγγεῖον κεραμεοῦν ἀμφοτέρωθεν φερόμενον, ὃ ἐστὶ δίωτον. id eſt, vas fictile, quod vtrinque portatur, id eſt, duas anſas habens. Latini hoc vas quadrantal appellant. quod octo & quadraginta ſextarios capit. vt docet Feſtus.

PERMITTE DIVIS] videtur hoc loco Deorum prouidentiam, & procurationem rerum humanarum probare: non item Saty. v. lib. 1. *credat Iudæus Apella, Non ego. namque Deos didici ſecurũ agere ætuum.* quem verſum à Lucretio mutuatus eſt lib. 5. & 6. vt oſtendemus ſuo loco. Vult igitur hoc loco Horatius, dierum acceſſionem ad vitam ſuperiorem, id eſt, vitæ longitudinem hominibus à fortuna donari.

SIMVL] id eſt, ſimulatque, vt annotauimus ad Od. IV. E

STRAVERE VENTOS ÆQVORE FERVIDO DEPROELIANTEIS] id eſt, poſteaquam ventos inter ſe decertanteis in mari ſedauerunt, domuerunt, compreſſerunt, ἐστόρεσαν, ἐκοίμησαν.

QVID SIT FVTVRVM CRAS, FVGE] nam vt ait Od. VII. lib. 4. *Quis ſcit, an adijciant hodiernæ tempora vitæ Craſtina Dij ſuperi?* Cùm igitur dies craſtinus nihil ad nos pertineat, neque in noſtra poteſtate ſitus ſit, ſtultum eſt, quid eo die ſit futurum, ſcire velle. ſed hac de re vide, quæ annotauimus ad Oden illam ſeptimam. Iam Ode huius libri XI. tota in hoc argumento occupata eſt.

QVEM FORS DIERVM] id eſt, quemcumque: tmeſis, vt Ode XVI. *Quem criminoſis cumque voles modum Pones iambis.* & XXVII. *Quæ te cunque domat Venus, Non erubeſcendis adurit ignibus.* & epiſt. 1. lib. 1. *Quò me cunque rapit tempeſtas, &c.* & ſup. Od. VII. *Quò nos cunque feret melior fortuna parente.* & Saty. v. lib. 2. *Quæ teſtamentum tradet tibi cunque legendum.* Secutus ſum autem hoc loco meliores codices: in his duos Vatic. Faër. Torneſ. in quibus ſcriptum eſt fors, non fors. Iam verò fors idem, quod fortuna, quam Græci interdum δαίμονα appellant. vide annotat. ad Saty. 1. lib. 1. F

LVCRO APPONE] quiſquis dies tibi ad vitam acceſſerit, eum tibi deputato eſſe in lucro, vt loquitur Ter. ſic M. Tullius epiſt. lib. 9. ad Pætum: *quia de lucro propè iam quadriennium viuimus.*

SPERNE] aſpernare, reijce.

DONEC VIRENTI CANITIES ABEST] ſic Od III. lib. 2. Q. Dellio ſuadet, vt hilariter viuat, animo obſequatur, & voluptati o-



Digitized by Google

A peram det, *Dum res & ætas, & sororum Fila trium patiuntur atra.* & Od. XIII. epod. *dúmque virent genua, Et decet, obducta soluatur fronte senectus.* & Ode XI. lib. 2. *Cur non sub alta vel platano, vel hac Pinu iacentes sic temere, & rosa Canos odorati capillos, Dum licet, Assyriáque nardo Potamus vncti?* & Theognis: Ἡβᾳ τερπόμενος παίζω, θηρὸν γὰρ ἔνερθεν Γῆς ὀλέσας ψυχὼ κείσομαι, ὥστε λίθος, Ἀφθόγγος: λείψω δ' ἐρατὸν φαὸς ἠελίοιο. id est, *Pubertate fruens ludo. nam multa iacebo Secula sub terra, mortuus, exanimis, Voce carens instar saxi. tum tela diei Aspicere, & solis lumina desiero.* Idem præcipiens omnibus mortalibus, vt, dum ætas integra est, iucundè viuant, fuíſque bonis vtantur, fruantur: hanc rationem subiungit, quia neque iterum pubescere, neque reuiuiscere Dij immortales quenquam mortalem sinunt. Verba autem illius hæc sunt: Ξωὸν δ' ἀίθρώπους ὑποθήσομαι, ὄφρα τις ἥβης Ἀγλαὸν ἄνθος ἔχων, καὶ φρένα σὴν ἐέλδηαι νοῆ, Τῶν αὐτὸ κτεανῶν ἐῦ παρέμεν. ὑ γὰρ αἰηδὴν Δὶς πέλεται θεὸς θεῶν, ὑδὲ λύσις θανάτ Θνητοῖς ἀνθρώποισι. Simile est hoc Tibulli: *Interea dum fata sinunt, iungamus amores. Iam veniet tenebris mors adoperta caput. Iam subrepet iners ætas, nec amare licebit, Dicere* B *nec cano delicias capite.* sic Plautus Bacchid. *Nó tibi venit in mentem, amabo, si, dum viuas, tibi bene facias: Iam pol id quidem esse haud perlonginquum? neque si hoc hodie amiseris, Pòst in morte id euenturum esse vnquam?* sic Lucret. lib. 3. *Hoc etiam faciunt, vbi discubuere, tenentque Pocula sæpe homines, & inumbrant ora coronis: Ex animo vt dicant: breuis est hic fructus homullis: Iam fuerit, neque pòst vmquam reuocare licebit.* sic infrà Od. XII. lib. 4. *Nigrorúmque memor, dum licet, ignium, &c.* & Saty. VI. lib. 2. *Dum licet, in rebus iucundis viue beatus.*

CANITIES MOROSA] difficilis, & morosa senectus.

CAMPVS] Martius, vt sup. *cur apricum Oderit campum.*

SVB NOCTEM] vel paullo ante noctem, vel paullo pòst. Vtrumque enim significat apud probatos auctores: sed illud frequentius. vt sup. Od. proxima, *sub lacrymosa Troiæ Funera.* & Od XVIII. li. 2. *Tu secanda marmora Locas sub ipsum funus.* C & Od. II. epo. *Lassi sub aduentum viri.* & Saty. I. libri I. *Sub Galli cantum consultor vbi ostia pulsat.* & epist. ad Quinctium lib. I. *occultam febrem sub tempus edendi Dissimules.* & Saty. VII. lib. 2. *iusserit ad sMacenas serum sub lumina prima venire.* & epist. II. libri 2. *Sub noctem gelidam lignis calefactat aenum.* & Saty. VII. lib. 2. *an hic peccat, sub noctem qui puer vnam Furtiua mutat strigili?* & Virgi. Georg. I. *Aut vbi sub lucem densa inter nubila sese Diuersi rumpent radij.* ibid. *sub ipsum Arcturum tenuis at erit suspendere sulco.* iterum Horatius Saty. I. lib. 2. *Irriguúmque mero sub noctem corpus habento.* Catull. de nuptijs Pelei & Thetidis: *Aurora exoriente vagi sub lumina Solis.* apud M. Tull. valet paullo pòst, lib. 10. epist. ad Plancum. *sub litteras Lepidi statim recitatæ sunt tuæ.*

LENES SVSVRRI] quales edi solent ab amantibus, dum submissa voce vnà colloquuntur, ne ab alijs exaudiantur. nonnulli ad susurros rei venereæ referunt. sic Theocr. εἰδ. ς. Ὡς οἱ μὲν χλοερῇσιν ἰαινόμενοι μελέεσσιν Ἀλλήλοις ψιθύριζον. id est, D sic illi viridibus membris se oblectantes inter se susurrabant.

COMPOSITA REPETANTVR HORA.] tempore constituto iterum atque iterum vsurpentur. T. Liuius dixit, ad compositam horam lib. 22. annalium: *Ad compositam cum ijs horam excitatis puerorum custodibus profectus, &c.*

NVNC ET LATENTIS PRODITOR] solet nonnumquam puella se in angulum aliquem abdere, non quòd amantem aspernetur, sed vt partim eius amorem exerceat, atque exacuat: partim maiorem & sibi, & illi voluptatem pariat reperta. nam non ita diu quæsita, statim se ipsa risu prodit. iccircò hunc risum proditorem appellat, id est, indicem puellæ delitescentis. repetatur igitur, id est, iterum atque iterum vsurpetur talis risus, repetatur etiam pignus è puellæ lacertis dereptum, nempe armillæ, vel è digito, nempe annulus, è digito (inquam) non admodum pertinaci: quia sibi facile patitur puella ab amante pignus eripi, neque se præbet in eum nimis pugnacem, neque peruicacem. Profert hunc locum Seruius ad illud Virgil. Palæm. E *& se cupit antè videri.*

DEREPTVM] sic legendum, non vt anteà, direptum. Est autem deripere de quouis loco rapere, sed maximè de superiore. Plau. in Menęchmis. *sed quis hic est, qui capillo me hinc de curru deripit?* & apud hunc Poët. Od. XXVIII. lib. 3. *Parcis deripere horreo Cessantem Bibuli consulis amphoram.* & apud Virgil. lib. I. Æneid. *Tergora deripiunt costis.* & lib. 3. *tum littore funem Deripere, excussosque iubet laxare rudentes.* & apud eundem lib II. *Dereptúmque ab equo dextra complectitur hostem.* & M. Tull. in orat. pro Sylla in princip. *Sed vt ille, iudices, quantum de mea auctoritate deripuisset, tantum se de huius præsidijs deminuturum speraF uit, &c.* vbi in codicibus vulgatis corruptè legitur diripuisset, cùm diripere sit dilacerare, ac discerpere: deripere autem, de aliquo loco per vim mouere, & rapere, vt diximus. Idem lib. accus. 4. *Enne tu de manu Cereris victoriam deripere, & deam dea detrahere conatus es?* vbi vulgati codices habent *diripere.*

MALE PERTINACI] parum pertinaciter retinenti: malè aliàs pro valdè, vt annotatum est ad illum locum, *& malè laxus In pede calceus hæret*, Saty. III. lib. I. quo loco tamen aduerbium malè, cohærere debet cum verbo *hæret*, vt dicemus suo loco.

## IN MERCVRIVM. Ode 10.

*MERCVRI facunde, nepos Atlantis, Qui feros cultus hominum recentũ Voce formasti catus, & decoræ More palæstræ:*

Te

Digitized by Google

A *Te canam magni Iouis, & deorum*
*Nuntium, curuaeq; lyrae parentem,*
*Callidum, quicquid placuit, iocoso*
*Condere furto.*
*Te, boues olim nisi reddidisses*
*Per dolum amotas, puerum minaci*
*Voce dum terret, viduus pharetra*
*Risit Apollo.*
*Quin & Atridas duce te superbos*
*Ilio dives Priamus relicto,*
*Thessalosque igneis, & iniqua Troiae*
*Castra fefellit.*
*Tu pias laetis animas reponis*
*Sedibus: virgaque leuem coërces*
*Aurea turbam, superis deorum*
*Gratus, & imis.*

B MERCVRI FACVNDE] meritò *facunde*. Est enim orationis Deus. Et Hermes dicitur à Graecis, ἀπὸ τῆς ἑρμηνείας, id est, ab elocutione, quo animi sensum eloquimur, interpretamur, exprimimus. Profert autem hunc locum Seruius ad illum Virgil. Aeneid. 4. *Omnia Mercurio similis, vocémque, &c.*

NEPOS ATLANTIS] Maia Atlantis filia, Mercurij mater ex Ioue. vulgatissimum illud praetereo de Atlante caelum, totámque hanc mundi fabricã humeris sustinente. qua de re Homer. ὀδυσσ. α. Ἄτλαντος θυγάτηρ ὀλοόφρονος, ὅς τε θαλάσσης Πάσης βένθεα οἶδεν, ἔχει δὲ τε κίονας αὐτὰς Μακρὰς, αἳ γαῖαν τε καὶ οὐρανὸν εὐρὺν ἔχουσι. Plato in Phaedone extremo eos reprehẽdit, qui alium Atlantem mente diuina robustiorem ac valentiorem, magísque immortalem secreturos existimant. haec Plato: ἀλλ' ἡγοῦνται τοῦτ' ἄν ποτε Ἄτλαντα ἰσχυρότερον, καὶ ἀθανατώτερον, καὶ μᾶλλον ἄπαυστα συνέχοντα ἐξευρεῖν. M. Tullius poëtarum fabulas, & famam secutus in oratione pro Sextio, Pi-
C sonem falsè insectans, dicit in eius oculo tantam inesse grauitatem, tantam frontis cõtractionem, vt illo supercilio resp. seu annus ille, quo consulatum gerebat, tanquam Atlante caelum, niti videatur. Dionys. Halicarnass. Ρωμαϊκ. ἀρχαιολ. α. Atlantem primum Arcadiae Regem fuisse scribit. ὄρος δὲ (inquit) ἐστὶ τὸ λεγόμενον καυκάσιον ὄρος. Iterum M. Tullius Tusc. v. ait Atlantem caelum sustinere ideò traditum esse, quòd rerum caelestium diuina cognitio nomen eius ad errorem fabulae traduxisset. Ad hunc locum pertinent hi Virg. versus li. 8. Aen. de Euandro, quos mihi indicauit vir doctiss. Germ. Valẽs. *Vobis Mercurius pater est, quem candida Naia Cyllene gelido Conceptum vertice fudit: Et Maiam (auditis si quicquam credimus) Atlas, idem Atlas generat, caeli qui sidera torquet.*

QVI FEROS CVLTVS.] M. Tullius lib. 1. de inuentione, & 1. de oratore ad Quinct. fratrem, scribit, nullam aliam vim, quàm sermonẽ, & eloquentiam, aut dispersos homines vnum in D
locum congregare, atque à fera, agrestíque vita ad hunc humanum cultum, ciuilémque viuendi morem deducere: aut iam constitutis ciuitatib⁹, leges, iudicia, iura describere potuisse. Idem tamen in Sextiana, hominum à feritate ad iustitiã atque mansuetudinem, traductionem, prudentiae, consilióque paucorum assignat. Verùm cùm prudentia sine oratione in se ipsa vertatur, vt idem scribit alibi, neque ad alios vim suam explicare possit: intelligendum est, primorum illorum hominum consilium, cum sermone & facundia coniunctum perfecisse, vt feritas illa è vita hominum tolleretur. Cùm igitur oratione & eloquentia plurimùm exculta sit hominum vita, iisq; rebus maximè homines à feris differant, non immeritò Mercurio, qui propterea quòd in eo praecipua vis eloquentiae fuerit, Deorum interpres esse fingitur, hunc mansuetiorem, & ciuiliorem vitae cultum vult Horatius acceptum referri. in epistola autem ad Pison. de arte poët. à poëtis & musicis hæc tanta beneficia ad homines vult esse profecta. Non absurdum fortasse fuerit huc ascribere quod mihi indicauit Germ. Valens, se-
niores Mercurios ita fingi à veteribus esse solitos, E
sine manibus & pedibus membris virilibus arrectis, cùm significarent, senes à ceteris muneribus, quae corpore obeuntur, immuneis, eloquentia & prudentia, & consilio reip. prodesse, & ciuitatis commoda amplificare debere. Refert Plutarch. lib. εἰδ. ᾧ πρεσβύτερον πολιτεύεσθαι. Verba Plutarchi sunt haec in extr. si quis fortè desideret: Διὸ καὶ τῶν ἑρμῶν τὰς πρεσβυτέρας, ἀχείρας μὲν καὶ ἀπόδας, ὑπερμένους δὲ τοῖς μορίοις δημιουργοῦσιν, αἰνιττόμενοι τῶν γερόντων ἐλαχίστας δεῖσθαι διὰ τὸ σώματος ἐνεργούντων, ἐὰν τὸν λόγον ἐνεργὸν ὡς πρέπει καὶ γονιμὸν ἔχωσι.

FEROS CVLTVS] viuendi morem ferum, immanem, nullaque humanitate politum.

VOCE FORMASTI] oratione & eloquentia, vnde λόγιος dictus: seu (si quis malit) musica conformauisti, atque expoliuisti. sic vtitur hoc verbo lib. 3. Ode XXII. *& tenera nimis Mentes asperioribus Formande studijs.* & in epistola ad Pison. *Format enim natura prius nos intus ad omnem Fortunarum habitum, iuuat, aut impellit ad iram, &c.* & ibid. *Vnde parentur opes, quid alat, formetq; poë-* F
*tam.* & epist. ad August. *Mox etiam pectus praeceptis format amicis.* Saty. IIII. lib. 1. *sic me Formabat puerum dictis.* pro eodem vsurpatur verbum fingere. vt Od. VI. lib. 3. *& fingitur artibus Iam nunc, & incestos amores De tenero meditatur vngui.*

CATVS] id est, sollers, callidus, consideratus, acutus. quo nomine Aelius sextus appellatus est, vt declarat versus Ennij, qui extat apud M. Tull. lib. 1. Tusc. *Egregiè cordatus homo Catus Aelius Sextus.* Idem de legib. 1. *Quis igitur prudentem, & (vt ita dicam) catum non ex ipsius habitu, sed ex aliqua vi externa iudicet?* Vtitur & noster Horat. Od. XII. lib. 3. *Catus idem per apertum fugientes Agitato grege cervos iaculari.* & li. 2. epist. ad Iul. Florum. *Post hac ille catus, quãtumuis rusticus, ibit, &c.* Plaut. Mostell. *Hercle mihi cauendum est: nimis orator clues catus.* idem in Menaechmis, *sic*

A *decet dari facetè verba custodi catè.* Terent. Andria: *Nescio quis senex modò venit: ellum: confidens, catus.* Ennius: *Iam cata signa feræ sonitum dare voce parabant.* quem versum producit Varro lib. 6. de lingua Latina, & interpretatur *cata*, acuta, aítq; verbum esse Sabinum: eò Catum Ælium Sextum esse nominatum: non (vt aiunt) sapientem, sed acutum: & cata dicta, accipienda pro acutis.

ET DECORE MORE PALÆSTRÆ.] feram, & agrestem hominum vitam expoliuisti, non voce solùm, & oratione: verùm etiam palæstra, eáque decora, venusta, & artificiosa. itaque ἀγώνιος etiam dicitur.

DEORVM NVNTIVM] expressit Homericum epithetum, διάκτορον, seu διάκτορα, & κήρυκα. nuntius autem hoc loco significat eum, qui nuntiat. sic Od. 7. lib. 3. *Atqui sollicitæ nuntius hospitæ Suspirat Chloën, &c.* & Od. 3. li. 4. *Kartagini iam non ego nuntios Mittam superbos.* quanquam potest dici illo loco pro rebus, quæ nuntiantur, poni. Cicero in orat. pro Murena, *repente eò accedat ipse nuntius suæ calamitatis.* Idem in Vatinium. *adeó ne tibi misera & prostrata resp. visa est, vt nõ nuntios pacis ac belli, non curatores, non interpretes, nõ bellici consilij auctores, non ministros muneris prouincialis senatus more maiorum deligere posset?* Lucret. lib. 4. *Refrigescit. n. cunctã do plaga per auras, Nec calida ad sensus decurrit nũtia rerum.* sic enim legendum, non decurrunt. nuntia autem nomen est tanquã adiectiuum, vt Grammatici appellant, quemadmodum in duobus subsequentibus exemplis ex eod. auctore, eod. lib. *Conueniunt simulacra foris è corpore quoque Nuntia præclari vultus, pulcríque coloris: Qui ciet inritans loca turgida semine multo. Nuntia præclari vultus*, id est, quæ nuntiant & perferunt vultum præclarum. Idem. li. 6. *Nec de corpore quæ sancto simulacra feruntur, In menteis hominum diuina nuntia formæ, Suscipere hæc animis tranquilla pace valebis.* falluntur igitur qui ex his locis, & ex Tibulli versibus, quos mox proferam, ostendere conantur, nuntium in neutro genere vsitatum esse pro re, quæ nuntiatur. sic Tibull. eleg. 1. lib. 2. *Euentura precor: viden vt felicibus extis Significet placidos nuntia fibra Deos?* Idem eleg. IIII. lib. 3. *Dini vera monent ventura nuntia sortis: Vera monent Tuscis exta probata viris.* quorum verborum ordo est, exta nuntia sortis futuræ vera monent. sic Virgil. lib. 4. Æn. de fama. *Tam ficti, pra uique tenax, quàm nuntia veri.* Idem 6. *Infelix Dido: verus mihi nuntius ergo Venerat extinctam.* quãquam in hoc postremo exemplo nuntius accipi potest pro re nuntiata. Propert. eleg. IIII. lib. 3. *Omnis enim debet sine vano nuntius esse, Maiorémque metu debet habere fidem.* Vsurpatur præterea pro re nuntiata in eodem genere, non in neutro: cuius rei extant exempla similiter apud probatos linguæ Latinæ auctores. Virgil. Æneid. IX. *Turbantíque viros perfertur nuntius, hostem Feruere cæde noua.* Cæsar lib. 1. de bello ciuili: *Multi ex Italia ad Cn. Pompeiũ proficiscebantur, alij vt principes talem nuntium attulisse, alij ne euentum belli exspectasse, aut ex omnibus nouissimi veniisse viderentur.* M. Tull. pro Corn. Balbo. *nolite per Deos immortales, iudices, hunc illi acerbum nuntium velle deferri.* Idem ad Att. lib. 3. *Me & tuæ litteræ, & quidam boni nuntij, non optimis tamen auctoribus, & exspectatio vestrarum litterarum, & quòd tibi ita placuerat, adhuc Thessalonicæ tenebant.* ibid. de Q. Fratre: *nuntij nobis tristes, nec varij venerant.* & Catull. ad Verann. *Venisti? ô mihi nuntij beati.* Idem de Arrio. *Cum subitò affertur nuntius horribilis.*

CALLIDVM QVICQVID PLACVIT, IOCOSO CONDERE] callidum condere, genus est loquendi à Græcis sumtum: de quo dicemus ad Oden oct. lib. 4. de huiusmodi autem Mercurij ingenio hæc tradunt Græci. Iupiter Maiæ vnius Atlantidum amore captus Iunone inscia ente cum illa concubuit. ea hoc concubitu grauida facta, Mercurium in Cyllene Arcadiæ monte peperit, incredibili furandi studio deditum, non aliam (vt aiunt illi) ob causam, quàm quòd Iupiter concubitum illum vxori suæ furatus sit: quasi verò omnes Iouis amores, & concubitus non sint furtiui, & clandestini. Verùm, vt redeã ad Græcorũ fabulas, eo ingenio natus Mercurius, & (quod hîc ei laudi ascribit Horatius) boues Apollinis furto auertit, eidémq; malum minanti etiam arcum subduxit, & cum Maia mater cum sororibus suis lauaret, omnium vesteis clam sustulit, ita vt illæ nudæ relictæ, quò se verterent, non haberent. sed Homeri & Pindari interpretes tradunt, Mercurium pro bobus Apollini subreptis lyram ei reposuisse. Itaque χέλυν chelyn, dictam esse λύραν, quasi λύτραν, quòd ea se redemerit. Iccircò Horatius Ode XXI. huius libri Apollinis humerum fraterna lyra insignem dicit. Mercurius enim & Apollo fratres sunt ὁμοπάτριοι.

VIDVVS PHARETRA RISIT APOLLO.] id est, dum te voce territat, tibíque malum minatur Apollo, nisi boues redderes: sentit continuò te sibi pharetram quoque furtim ademisse. Quibus rebus cognitis, ridendum sibi, non te graviore aliqua pœna dignum esse existimauit. Hanc fabulam sic depingit Philostratus εἰκόνων lib. 1. Ἐπ' αὐτῶν αὐτοπλεγόντων ἀλλήλοις, ὁ Ἑρμῆς ἵσταται κατόπιν τοῦ Ἀπόλλωνος: καὶ κύφως ἐπιπηδήσας τοῖς μεταφρένοις, ἀφοσιοῦται λύρᾳ τὰ τόξα, καὶ συλῶν μὲν διέλαθεν: ὁ μὴν ἠγνοήθη σισυρήκης. ἐνταῦθα ἡ σοφία τοῦ ζωγράφου. Διαχεῖ γὰρ τὸν Ἀπόλλωνα, καὶ ἰσοῖεῖ χαίροντα. μεμέτρηται δὲ ὁ γέλως, οἷος ἐφιζάνειν τῷ προσώπῳ δυμὸν ὀκνικώσης ἡδονῆς. id est, Cùm adhuc inter se verbis concertarent Maia & Apollo, qui apud eum quæstus erat, Mercurius boues eas, quib⁹ maximè delectabatur, sibi per dolum amouisse, atque abegisse, & in speluncam quandam deiecisse: Mercurius stans à tergo Apollinis, cùm admodum leuiter in eius humeros insilijsset, sine vllo strepitu arcum & pharetram solutam ei ita ademit, vt ille non animaduerteret, neque sentiret. Neque tamen postea dubitauit Apollo quin ille arcum sibi & pharetram sustulisset. Atque hîc elucet pictoris artificium. Risu enim diffundit Apollinem, eúmque efficit gaudentem. moderatus autem risus est, & eiusmodi duntaxat, vt eius vestigia in vultu insideant, iracundiam voluptate superante.

VIDVVS PHARETRA] spoliatus pharetra.

Digitized by Google

A tra. hoc nomine vtitur M. Tull. in iis, quæ de Æschylo vertit 11. Tuscul. *sic me ipse viduus pesteis excipio anxias.* Virg. in Citi *Cogor adire lacus viduos à lumine Phœbi.* Immeritò autem reprehendit hîc Horatium Seruius, quasi minus proprié locutum, ad illum Virg. versum 8. Æn. *multis viduasset ciuibus vrbem.* his verbis: Proprie *viduasset.* quia vrbe est generis fœminei. Horatius autem abusiuè, & satis incongruè in masculino posuit, cum dixit, *viduus pharetra.* Sed respondeim Seruio, non esse verum, viduare locum habere tantum in fœminis. Nam viduare, est priuare, spoliare, aut separare, & disiungere. Itaque idem Horatius iterum dixit Ode 9. lib. 2. *Et foliis viduantur Orni.*

QVIN ET ATRIDAS] hæc sunt petita ex ἰλιάδ. ω. vbi Homerus Mercurium inducit adolescentis nunc primùm pubescentis induta persona, Priamo sese ducem præbentem, ad Achillis naueis per media Græcorum castra eunti, & Hectoris corpus sepeliendi causa ab Achille redimere cogitanti.

THESSALOSQVE IGNEIS] vigilias Thessalicas, quæ agebãtur in castris, & nauibus Achillis.

B INIQVA] inimica, infesta. Quòd autem quidam libri manu scr. habent *inimica*, id natum est ex glossa.

FEFELLIT] ἔλαθε, id est, latuit: quod perinde est, ac si diceret, ita per media Græcorum castra ad Achillis naueis peruénit, vt à nemine cognitus, ac ne visus quidem fuerit. atque eo ipso verbo vtitur Homerus: apud quem sic Achilles, Καὶ δέ σε γινώσκω Πρίαμε φρεσίν, οὐδέ με λήθεις, Οττιθεῶν τις ἦγε θοὰς ἐπὶ νῆας Ἀχαιῶν. οὐ γὰρ κεντετλαίη βροτὸς ἐλθέμεναι, οὐδὲ μάλ' ἠβῶν, Ες στρατόν. οὐδὲ γὰρ αὖ φυλάκους λάθοι; οὐδέ κ' ὀΐσαις Ρεῖα μετηλύσιος θυράων ἠμὲ πρόσω, id est, Et te animo cognosco, Priame, nequè me fallis, te à deorum aliquo ad celereis Græcorum naueis deductum esse. Non enim ausit quisquam mortalis venire, ne valde iuuenis quidem, in exercitum Græcorum. neque enim custodes latêre possit, neque repagula & seras forium nostrarum facilè conuellere, aut transmouere queat. Sed verbum fallere, apud Horatium pro Græco λανθάνειν, quod est latêre, vsurpari, id exemplis ostendere libet.

C Od. xi. lib. 3. *& scelestas Falle sorores.* & Od. xiiii. eiusd. *Spartacum si qua potuit vagantem Fallere testa.* & Od. xvi. *& segetis certa fides meæ Fulgentem imperio fertilis Africa Fallit sorte beatior.* quem locum suo loco explicabo. & Od. iiii. lib. 4. *quos opimus Fallere & effugere est triumphus.* epist. ad Loll. lib. 1. *An secretum iter, & fallentis semita vitæ.* & epist. ad Quinctium. *Sit spes fallendi, miscebis sacra profanis.* ibid. *Da mihi fallere, da iustum, sanctúmq; videri.* & epist ad Scæuam. *Nec vixit malè, qui natus moriénsque fefellit.* Idem epist. ad Iulium Florum, lib. 2. *Dum mea delectent, mala me, vel denique fallant.* epist. ad Pison. de arte poëtica: *Numquam te fallant animi sub vulpe latentes.* & Od. xv. epod. *Nec te Pythagoræ fallant arcana renati.* & Od. iii. eiusd. lib. *Num viperinus his cruor Incoctus herbis me fefellit?* Vsurpant pro eodem & alij scriptóres, vt Lucret. lib. 4. *Nec Veneres nostras hoc fallit.* Idem lib. 5. *Et si fallit enim Diuûm genus, humanúmq;, Perpetuò tamen id fore clam diffidere debet.* Et Virg. lib. 4. Æneid. *Nec me adeò fallit veritam te mœnia nostra Suspectas habuisse domos Karthaginis altæ.* Terent. heautont. *num me fefellit hoscè id struere?* Cicer. pro Flacco: *multa nos fefellerunt.* Idem lib. 9. epist. ad Attic. *etiã illum ipsum, quem sequimur, multa fefellerunt.* Tit. Liuius lib. 31. *non fefellit Achæos, quò spectasset tam benigna pollicitatio.* piget ex alijs exempla colligere. D

TV PIAS LÆTIS ANIMAS] Iccirco πομπαῖος, & ψυχοπομπὸς dicitur à Græcis.

VIRGAQVE LEVEM] Videtur exprimere voluisse Græcam vocem χρυσόῤῥαπις. sic enim dictus est à Græcis Mercurius, ab aurea virga, quam tenet, vt diximus ad Odam xxi. huius libri. de hac virga sic Homer. ἰλιάδ. ω. Εἵλετο δὲ ῥάβδον, τῇ τ' ἀνδρῶν ὄμματα θέλγει. Ων ἐθέλει, τοὺς δ' αὖ τε καὶ ὑπνώοντας ἐγείρει quem Virgil. imitatus est lib. 4. Æneid. *Tum virgam capit, hac animas ille euocat Orco, &c.* ὀδυσσ. ω. autem hac eadem virga animas deducit ad inferos. Τὴν ῥ' ἄγε κικήσας, αἱ δὲ τρίζουσαι ἕποντο. & ibid. Ἀγχίμολον δὲ σφ' ἦλθε διάκτορος Ἀργειφόντης Ψυχὰς μητέρων καταπύθων Οδυσῆϊ δαμέντων. vnde ψυχοπομπὸς à Græcis appellatus est, vt paullo antè dixi. huc E pertinet illud Od. 24. eiusd. lib. *Non vana redeat sanguis imagini, Quam virga semel horrida Nigro compulerit Mercurius gregi.* hanc Virgam κηρυκεῖον appellant Græci: Latini caduceum, seu caruceum potius, vt docti quidam malunt.

SVPERIS DEORVM GRATVS ET INIMIS] id est, Diis & superis & inferis gratus. notum prouerbium κοινὸς Ἑρμῆς. i. communis Mercurius: quamquam huius prouerbij vsus etiam ad aliud pertinet. sciendum autem, hoc genus loquendi olêre hellenismum, vocántq; grammatici patrium casum diuisionis. Deorum alij superi, alij inferi. Isocrat. τὰ καλὰ τῶν ζώων sic Plin. *nigra ouiũ.*

## AD LEVCONOEN.
### Ode II.

Indulgendum voluptati, omissa futurorum cura. F

*TV ne quæsieris scire, (nefas) quem mihi, quem tibi*
*Finem Dij dederint, Leuconoë: nec Babylonios*
*Tentaris numeros, vt melius, quicquid erit, pati:*
*Seu plureis hiemes, seu tribuit Iupiter vltimam:*
*Quæ nunc oppositis debilitat pumicibus mare*

*Tyrrhe-*

Digitized by Google

A *Tyrrhenum: sapias: vina liques: & spatio breui*
*Spem longam reseces. dum loquimur, fugerit inuida*
*Ætas. carpe diem, quàm minimùm credula postero.*

TV NE QVÆSIERIS SCIRE, (NEFAS).] omnes, qui in hunc Poetam scripserunt commentarios, coniunctè legunt, scire nefas: vt Ode XVI. lib. epod. *nefas videre:* & ita, *nefas.* erit hoc loco idem, quod Græci dicũt ἀδύνατον. vt Od. XXIIII. *Durum, sed leuius fit patientia, Quicquid corrigere est nefas.* quo modo etiam à M. Tull. vsurpatur in Timæo. *Atque illum quidem quasi parentem huius vniuersitatis inuenire difficile, & cum iam inueneris, indicare in vulgus, nefas.* Platonis verba, quæ interpretatur eo loco M. Tullius, sunt hæc: τὸν μὲν οὖν ποιητὴν, καὶ πατέρα τῶνδε πάντων εὑρεῖν τε ἔργον, καὶ εὑρόντα εἰς πάντας ἀδύνατον λέγειν. eadem ratio
B ne videtur Od. IIII. lib. 4. fas pro eo, quod δυνατὸν dicunt illi, posuisse. *Nec scire fas est omnia.* quãuis sciam aliter accipi posse, vt dicemus suo loco. sic ergo hic locus explicandus est, si hoc modo distinguamus, scire nefas. sed quid vetat, quo minus ita legamus? *Tu ne quæsieris scire (nefas) quem mihi, &c.* vt hoc, scire, cum verbo *quæsieris* coniungatur, *& nefas,* separatim legatur. Nam nemo, opinor, negabit, æque Latinè dici posse, quæro scire, vt quæro doceri: quo vsus est Virgil. lib. 6. Æneid. *ne quære doceri, Quam pœnam, aut quæ forma viros, fortunáue mersit.* & M. Tull. lib. 3. de finib. *Egóne, quæris (inquit) scire, quid sentiam?* & hic idem Horat. Ode XXVII. lib. 3. *spetiosa quæro Pascere tigreis.* & epist. ad Mæcen lib. 1. *quæris Mæcenas iterum antiquo me includere ludo.* & Ode 1. li. 4. *Si torrere iecur quæris idoneum.* & Od. XXIIII. lib. 3. *Si quæret pater vrbium Subscribi statuis.* & Od. XVI. huius libri. *nunc ego mitibus Mutare quæro tristia.*
C Iam quòd ad genus carminis attinet, tale est illud Alcæi, apud Athen. lib. 10. Τέγξε πνεύμονας οἴνῳ τὸ γὰρ ἄστρον ἀμέλπεται. & Catulli. *Alphene immemor, atque vnanimis false sodalibus.* Extat autem similis sententia Oda XXIX. lib. 3. *Prudens futuri temporis exitum Caliginosa nocte premit Deus, &c.*

NEC BABYLONIOS TENT. NVM.] M. Tullius de Babylonijs lib. de diuin. 2. quædam scribit, quæ videntur ad hunc locum pertinere, his verbis: *Nam quòd aiunt quadringenta, & septuaginta millia annorum in periclitandis, experiendisque pueris, quicunque essent nati, Babylonios posuisse, fallunt, &c.* eadémq; reperiũtur lib. 1. *Contemnamus etiam (inquit) Babylonios, qui ex Caucaso cæli signa seruantes, numeris, & motibus stellarum cursus perse quuntur, &c.* huc pertinent hi Lucretij versus ex lib. v. *Vt Babylonica Chaldæam doctrina refutans, Astrologorum artem contrà conuincere tendit.*

VT MELIVS QVICQVID ERIT] merus est hellenismus ὥστε, vel ὡς πᾶν τὸ συμβησόμενον βέλτιον φέρειν, id est, vt fortius, aut facilius, quicquid accidet, feras. neque verò quicquam subaudiendum D est. sic enim loquuntur Græci, ὡς φέρειν, id est, vt pati. & ita Linacer & Erasmus. At Muretus legit cum interrogatione. Vt melius quicquid erit pati? id est, quàm melius est pati, quicquid euenerit? quam explicationem non improbo: puto tamen sic potius posse explicari, nec Babylonios tentaris numeros ὡσ βέλτιον ὄν, id est, tãquam melius quiddã sit, pati quicquid acciderit, quàm futura præscire velle. solet enim ita loqui Horat vt Saty. VII. li. 2. *Et leporum auulsos, vt multo suauius, armos.* Atque hanc explicationem cùm hîc legisset Adr. Turnebus, probatam in aduersaria sua retulit.

SEV PLVREIS HIEMES] videtur *hiemis* nomen hoc loco non simpliciter, nec vno modo poni, sed duobus. Nam hiemem nisi fallor, hîc intelligere debemus anni tempus, id est, brumam: vt pars anni totum annum significet: & plureis hiemes, plureis annos: vt Ode. XV. huius lib. *Post certas hiemes vret Achaîcus Ignis Iliacas domos.* sic Virg. in Tity. *Post aliquot mea regna videns mirabor aristas.* sed quæ sequuntur deinceps, seruata eadem significatione constare non possunt. Nam
E hæc verba, *Quæ nunc oppositis debilitat pumicibus mare,* proculdubio ita intelligi non possunt, vt dicamus annum, qui nunc debilitat, &c. sed hiemem, id est, χειμῶνα vndam, fluctum, tempestatem, quibus mare debilitatur, ac frangitur saxis oppositis. vt apud Pindar. ἰωδ. μ. εἰδ. ἕκτ. Ἀλλὰ νῦν μοι γαιάοχος εὐδίαν ὤπασεν ἐκ χειμῶνος: id est, Sed nunc mihi Neptunus tranquillitatem obtulit ex tempestate, & hieme. Ad hunc locum pertinent illa Ciceronis, quæ sunt in epist. ad Pætum lib. 9. *Quam existimo leuem & imbecillam, ab animo firmo & graui, tanquã fluctũ à saxo frangi oportere.* Sic Lucretius littus fluctifragum dixit lib. 1. propterea quòd fluctus ad littus illisi, ab eo franguntur, & debilitãtur.

SAPIAS, VINA LIQVES] id est, fac sapias, fac vina liques. vult sapientis esse in rebus serijs, ac seueris non multùm temporis ponere: in vino, epulis, & voluptatibus maximam vitæ partem consumere, vt sup. *sic tu sapiens finire memento Tristitiam, vitaq; labores.* Priscianus lib. 18. hunc locum F producit, & *sapias* vult esse positum, pro, *si sapias.* potest tamen ita explicari, vt ego paullo antè ostendi. *vina liquare* autem positum pro, vina promere, & fundere, potare: vel referendum ad veterum delicias, qui sacculis, & colis vinarijs vina percolabant, & liquabant, vt essent liquidiora. quam explicationem probat Muretus.

ET SPATIO BREVI, &c. quanto breuius est nostræ vitæ spatium, tanto minus longæ nostræ spes esse debent. Sunt autem eius spes longæ, exempli causa, qui iucundè viuendi consilium in annum decimum differat, cùm sit fortasse postridiè, immò verò eo ipso die moriturus. quod vetat epist. ad Bullatium lib. 1. *Tu quamcumque Deus tibi fortunauerit horam, Grata sume manu, nec dulcia differ in annum.* simile est huic loco is, qui est sup. Od. IIII. *O beate Sexti, Vita summa breuis spem nos vetat inchoare longam.*

DVM LOQVIMVR, FVGERIT] Suadet item Theognis, vt animum conuiuijs & epulis

Digitized by Google

A lis oblectemus, quia pubertas celeriter, & cogitationis in morem, prætereat, equorum cursum, ac celeritatem superans. Ημεῖς δ' ἐνθαλίησι φίλον καταθώμεθα θυμὸν, Ὅφρ' ἔτι πρηῢς ἔρχ' ἐραπεινὰ φέρη. Αἶψα γὰρ, ὥστε νόημα, παρέρχεται ἀγλαὸς ἥβη, Οὐδ' ἵππων ὁρμὴ γίνεται ὠκυτέρη.

CARPE DIEM] tralatio aptissima vel à fructibus & floribus carpendis, vel à lanificio. Quēadmodum igitur ij, qui vel flores, vel lanam carpunt, paulatim carpunt: sic debent homines hodiernæ vitæ munere ac beneficio vti frui, non spe & cogitatione quidem multos annos præcipere, occasionem autem & facultatem iucundè viuendi oblatam negligere ac prætermittere, aut in longum tempus differre. libet autem mihi huius verbi vsum aliquot maximè huius poëtæ, secundo loco aliorum exemplis ostendere. Ode XXVII. lib. 3. *melióne fluctus Ire per longos fuit, an recenteis Carpere flores?* & ibid. *nisi herile mauis Carpere pensum.* Od. IX. lib. 4. *Tótve tuos patiar labores Impunè Lolli carpere liuidas Obliuiones.* Saty. VI. lib. 2. *Carpe viam (mihi crede) comes.* & Saty. V. lib. 1. *In de Rubos fessi peruenimus, vt pote longum Carpentes iter.* Od. II. lib. 4. *ego apis Matinæ More, modóque Grata carpentis thyma, &c.* Plaut⁹ in Menæch. *Inter ancillas sedere iubeas, lanam carpere.* Catull. ad Manl. *Illa mihi sedes, illic mihi carpitur ætas,* id est, sensim senesco. Virg. Georgic. IIII. *tenuemq́, magis, magis aëra carpunt,* id est, paulatim hauriunt. Idem IIII. Æn. *Soláne perpetua mœrens carpêre iuuenta?* id est, paulatim senesces, minuêris, tabesces, liquescesⁿ? Georg. III. *Iniusto sub fasce viam cùm carpit.* Idem ibidē, *& acri carpore prata fuga, Fluuióque innare recenteis.* M. Tullius pro Cluentio: *Vt nō animaduertas in omneis, sed carpas, vt velis, & paucos ex multis ad ignominiam sortiare?* carpere agmen apud Iulium Cæs. lib. 1. de bello ciuili. *Relinquebatur Cæsari nihil, nisi vti agmen aduersariorum malè haberet, & carperet.* & ita Liuius multis locis.

QVAM MINIMVM CRED. POST.] quàm màximè diffidens diei, seu tempori futuro.

## C AD AVGVSTVM. Ode 12.

Dijs, heroibus, virisque aliquot claris laudatis, postremò commendat Augustum.

*QVem virū, aut heroa lyra, vel acri*
*Tibia, sumes celebrare Clio?*
*Quem deum? cuius recinet iocosa*
*Nomen imago,*
*Aut in umbrosis Heliconis oris,*
*Aut super Pindo gelidóue in Hæmo?*
*Vnde vocalem temerè insecutæ*
*Orpheа siluæ,*
*Arte materna rapidos morantem* D
*Fluminum lapsus celereísque ventos,*
*Blandum & auritas fidibus canoris*
*Ducere quercus.*
*Quid prius dicam solitis parentis*
*Laudibus: qui res hominum, ac deorum:*
*Qui mare, & terras, variisq; mundum*
*Temperat horis?*
*Vnde nil maius generatur ipso:*
*Nec viget quicquam simile, aut secundū:*
*Proximos illi tamen occupauit*
*Pallas honores.*
*Prælijs audax neque te silebo*
*Liber, & sæuis inimica virgo*
*Belluis: nec te metuende certa*
*Phœbe sagitta.*
*Dicam & Alciden, puerósque Ledæ,* E
*Hunc equis, illum superare pugnis*
*Nobilem: quorum simul alba nautis*
*Stella refulsit:*
*Defluit saxis agitatus humor:*
*Cóncidunt venti, fugiúntque nubes:*
*Et minax (quòd sic voluêre) ponto*
*Vnda recumbit.*
*Romulum post hos prius, an quietum*
*Pompili regnum memorem, an superbos*
*Tarquini fasceis, dubito, an Catonis*
*Nobile lethum.*
*Regulum, & Scauros, animæq; magnæ*
*Prodigum Paullum superante Pœno,*
*Gratus insigni referam camœna,* F
*Fabriciúmque:*
*Hunc, & incomtis Curium capillis*
*Vtilem bello tulit, & Camillum*
*Sæua paupertas, & auitus apto*
*Cum lare fundus.*
*Crescit, occulto velut arbor æuo,*
*Fama Marcelli: micat inter omneis*
*Iulium sidus, velut inter igneis*
*Luna minores.*
*Gentis humanæ pater, atque custos*
*Orte Saturno, tibi cura magni*
*Cæsaris fatis data: tu secundo*
*Cæsare regnes.*

*Ille,*

Digitized by Google

A *Ille, seu Parthos Latio imminenteis*
*Egerit iusto domitos triumpho:*
*Siue subiectos Orientis oræ*
*Seras, & Indos:*
*Te minor latum reget æquus orbem:*
*Tu graui curru quaties Olympum:*
*Tu parum castis inimica mittes*
*Fulmina lucis.*

QVEM VIRVM, AVT HEROA] videntur hæc ex Pindaro expressa εἰδ. β. ὀλυμπ. Ἀναξιφόρμιγγες ὕμνοι, τίνα θεὸν, τίν' ἥρωα, τίνα δ' ἄνδρα κελαδήσομεν? quod quidem & Muretus nuper, & alij iam pridem annotarunt. Iam quòd vel lyra, vel tybia vult homines, aut heroas laudare posse, Pind. item vtramque complectitur εἰδ. δ. ἰσθμ. Κλέονται δ' ἔντε φορμίγγεσιν, ὠδαῖς τε παμφώνοις ὁμοκλαῖς μυρίον χρόνον.

*Lyra*] sonora, acriorem sonitum edente, quàm lyra.

SVMES CELEBRARE] id est, susciptas celebrandum, vel vt celebres: quo de genere dicemus B ad Od. XXIII huius lib. *sumes* autem multo plures habent libri veteres, quàm *sumis*.

CVIVS RECINET IOCOSA, &c.] imago vocis & cantionis tuæ. *sumes, & recinet* excudendum curaui, secutus cod. Vrs. & Torneſ. Est autem ἠχὼ (vt Aristot. scribit in problem. τμημ. ιθ.) ἀφὴ φωνῆς τῆς νεατῆς ληφύσης. Id est, echo tactio est nouissimæ, seu postremæ vocis desinentis. Virgil. Georg. 4. *aut vbi concaua pulsu Saxa sonant, vocisque offensa resultat imago.* poëta noster Od. XX. huius lib. *vt iocosa Redderet laudes tibi Vaticani Montis imago.* De ratione Echus seu Echonis lege pulcherrimos Lucretij versus lib. 4. &, si vacas, quæ in eos annotauimus.

AVT IN VMBROSIS HELICONIS] de Helicône sic Strabo lib. 9. ὁ δ' ἑλικὼν συνεχὴς ἐστι τῇ φωκίδι ὀκ τῶν πρὸς Ἀρκτὸν αὐτῆς μερῶν. id est, Helicō Phocidi est continens, seu continuus quibus ex partiC bus Septentrionem spectat. commemorat Hor. & in epist. ad Pison. *Excludit sanos Helicone poetas Democritus.* & in epist. ad Augustum lib. 2. *Vt studio maiore petant Helicona virentem.*

PINDO] Pindus, mons Arcadiæ, & fluuius. Alij autem volunt, Perrhebœæ montem esse mari propinquum: Interpres Theocriti Thessaliæ fluuium. sed hoc loco montis nomen est.

HÆMO] Hæmus & Rhodope montes sunt Thraciæ, sacris liberi patris & mænadum cœtu, Orpheo primū initiante, celebrati, ac nobilitati.

VNDE VOCAL. TEMERE INSEC.] Quid illa de Orpheo fabula notius, eum cithara canentem etiam arbores secutas esse? quam quidem sic interpretatur hic poeta in epistola ad Pisones: *Silueſtreis homines sacer, interpresque Deorū Cædibus, & victu fœdo deterruit Orpheus, Dictus ob hoc lenire tigreis, &c.* Apollon. lib. 1. Argonaut. Αὐτὰρ τὸν οὐ πω σιν ἀπειρέας ὕρεσι πέτρας Θέλξαι ἀοιδάων ὀνοπῆ, ποταμῶν τε ῥέεθρα. Φηγοὶ δ' ἀχιάδες καίνης ἔπι σήματι μολπῆς Ἀκτῆς θρηικίης ζώνης ἐπὶ τηλεδόωσαι Ἐξείης τιχόωσιν ἐπήτεμοι. Apud Euripidem Iphigenia negat sibi D Orphei eloquentiam datam esse, qua persuadere possit saxis, vt se sequantur: itaq3 lacrymas in sub sidium adhibituram. Εἰ μὲν τὸν Ορφέως εἶχον, ὦ πάτερ, λόγον Πειθοῦς ἐπάδουσα, ὡς ὁμαρτεῖν μοι πέτρας. Κηλεῖν τε τοῖς λόγοισιν ἐς ἐβουκολούμεθα, Ἐγὼ δ' ἀνῆλθον: νῦν δὲ τὸν ἐμοῦ σοφὰ Δάκρυα παρίξω. Philostratus iunior in imaginib. hæc de Orpheo: νεανιεύεται δέ π καὶ μεῖζον ὁ ζωγράφος. δένδρα γὰρ ἀναπάσας τῶν ῥιζῶν, ἀκροάσας ἄγει ταῦτα τῇ Ορφεῖ καὶ περίστησιν αὐτῷ. πεύκη τε οὖσ, καὶ κυπάριττος, καὶ κλῦθρος, καὶ ἄιγειρος αὕτη, καὶ ὅσα ἄλλα δένδρα συμβαλόντα τὰς πλόκους, οἷον χεῖρας, ᾠδεῖ τὸν Ορφέα ἔσικε. id est, audet autem etiam quiddam maius pictor. Nam radicitus euulsis arboribus eas ipsas ad Orpheum ducit auditrices, & circum eum constituit, vt coronæ speciem præbeant. Pinus igitur & cupressus, & alnus, & nigra populus, & omnes aliæ arbores, quotquot sunt, ramos conferentes, veluti manus, Orpheū circumsistunt. Pausanias Ηλιακῶν β. narrat, Ægyptiū quendam sibi dixisse, Amphionem & Orphea magos fuisse, atque iccircò hunc feras & arbores: illum saxa quibusdam vocibus, & carminibus, id est, ἐπῳδαῖς quoquò voluerint, ducere dictus esse. Virg. Georgic. 4. *Mulcentem tigreis,* E *& agentem carmine quercus.* Propert. lib. 3. *Orphea te tenuisse feras, & cōcita dicunt Flumina Threicia detinuisse lyra.* De eod. plura libro 3. epigram. Græc. quæ huc ascribere superuacaneum videtur.

TEMERE] ἀδηλόγως, αὐτομάτως, sine ratione, sua sponte, & ita mirabiliter: alij passim, vulgò.

INSECVTÆ] sunt, subaud.

FLVMINVM LAPSVS] benè, fluminum lapsus. nam labi dicuntur flumina. epist. 2. lib. 1. *at ille Labitur & labetur in omne volubilis æuum.*

BLANDVM ET AVRITAS] blandum ducere, dictum ab Horatio, vt alibi *sollers ponere*, & *catus iaculari*, quo de genere dicemus ad Od. 8. li. 4.

AVRITAS] tralatio est ab animatis. auritus (inquit Festus) vel à magnis auribus dicitur, vel ab audiendi facultate. Seruius ad illum Virg. locum, Georg. 1. *Auritósque sequi lepores*, profert hūc locum hæc annotās, *auritos, id est, maiores aures habētes. aliter Horat. Doctum & auritas fidib. canoris ducere quercus.*

QVID PRIVS DICAM] Cùm M. Ant. F Muretus hunc locum corruptum esse iudicasset, eum ita putauit emendandum: *Quid prius dicam? solitis parentem Laudibus, qui res hominum, &c.* vt Iouem ipsum parentem nominari intelligamus, quam quidem hominis eruditiss. coniecturam magnopere probo, eique vt ignoscatur, vehementer ab omnibus harum litterarum studiosis peto, qui locum perspicuè corruptum, à libris veteribus destitutus ita restituit, vt eius diuinatio, nisi nobis libri calamo exarati subuenissent, pro vera scriptura haberi possit. Ego autem antè quàm veram scripturam in vno codice Vaticano reperissem, vulgatam sic explicari posse putabam, *Quid prius dicam solitis parentum laudibus?* id est, quàm solitas parentum nostrorum laudes? laudes porrò parentum intelligebam, non eas, quibus afficiendi sint parentes nostri: sed quibus illi Iouem afficere solebant, & quarum argumentum erat Iupiter,

Digitized by Google

A Iupiter, & eius laudes. Itaque Iouem parentum laudes eò appellari arbitrabar, quód veterum carmina magna ex parte è Iouis laudibus constabant: proinde quasi ita diceret Horat. *Quid prius dicam Ioue*, quem primo loco patres nostri canere, & laudare solebant? vel hoc modo, *Quid prius dicam?* scripta hïc interrogationis nota: *solitis parentum laudibus*, id est, quemadmodum parentes nostri Iouem laudare consueuerunt, dicam subaudi, eum, *Qui res hominum ac Deorum, &c.* Quæ iccircò ascripsi, vt si quis forte pertinacius contendet hunc locum non esse corruptum, ei quoque satisfactum sit. Nam ego quidem lectionem ex optimo cod. Vatic. erutam sequor: cuius mihi testes sunt ipse Muretus, & Federicus Brutius bibliothecæ Vaticanæ custos. Eius autem sententia perspicua est: *Quid prius dicam solitis parentis Laudibus?* id est, Quid prius dicam, quàm solitas, & vsitatas parentis, nempe Iouis laudes? *Qui res hominum, ac, &c.* In nonnullis libris legitur, *Qui rex hominum ac Deorum.* quam scripturam equidem non damno: sed alteram sequor, præsertim ab optimis cod. Faër. Vrs. vno Vatican. Torness. con-

B firmatam.

QVI MARE, ET TERRAS] huic loco simillimus, ac planè geminus est ille ex lib. 3. Od. IIII. *Qui terram inertem, qui mare temperat Ventosum, & vrbeis, regnáque tristia, &c.* Quidam libri habent, *& terram.*

TEMPERAT] moderatur, vel temperatum efficit. vide ann. ad Od. VIII. suprà de hoc verbo.

HORIS] horas hoc loco quatuor anni parteis dissimileis intellige.

PROXIMOS ILLI TAMEN] nihil est Ioui secundum: est tamen ei Pallas proxima, sed longo proxima interuallo. secundum enim intelligitur, quod statim sequitur, & adhęret: proximum verò, etiam quod longè remotum est, dummodò inter duo discreta nihil medium interiectum sit, vt docet Nonius: & annotarat Muretus. sic Virg. lib. 4. Æneid. *Proximus huic, longo sed proximus interuallo.* & M. Tull. in Bruto. *L. Philippus Antonio*

C *proximus accedebat, sed longo interuallo tamen proximus.* Ita autem proximos Phœbi carminibus esse veri simile est, quamtumuis magni poëtæ mortalis versus, cum Phœbi carminibus comparatos. Sic igitur Virgilianus ille Corydõ in Melib. de Codro. *Nam proxima Phœbi Versibus ille facit.*

PROELIIS AVDAX] nota est omnibus illa Deorum & gigantum pugna, in qua Bacchus interfuisse, cuiusque magna pars fuisse dicitur, vt est in Oda XIX. lib. 2. quo loco plura hac de re dicemus. Notæ sunt prætereà Bacchi de Indis victoriæ, ac triumphi. de quibus Diodorus Siculus lib. 5. & Lucianus in eo lib. qui inscribitur Φροσαλιδ, ἢ Διόνυσος.

ET SÆVIS INIMICA VIRGO] Diana venatrix: vt Od. VI. lib. 4. *Delia tutela Deæ fugaceis Lyncas, & cervos cohibentis arcu.* Homerus ἰλιάδ. ε. Ἀρτεμις ἰοχέαιρα. quo epitheto vtitur & Pindarus.

CERTA] quę sẽper id ferit, quod petit. sic Catul. ad Manli. *Tempore quo certa Stymphalia monstra sagitta Perculit.*

PVERÓSQVE LEDÆ] pueros Græcorum D more dixit. nam παῖς significat filium & puerum. sic Od. XIX. *Semeles puer.* & XII. lib. 3. *Citherea puer ales.* & de arte poët. *Nec pueros coram populo Medea trucidet.* significat autem per Ledæ pueros Castorem & Pollucem. Amborum enim vnam esse matrem Ledam inter poëtas conuenit. Sed iidem Castoris Tyndareum, seu Tyndarum, Pollucis Iouem patrem esse volunt: vt Pindarus Νεμ. ιδ. ι. apud quem sic Iupiter Polluci, Ἐσσί μοι υἱὸς πόνδε δ' ἔπειτα, πόσις ἀέθλια θνητὸν ματρὶ παᾷ πιλάσας ἔσαχ' ἥρως. id est, Tu mihi filius es: istum autem virteros semen mortale cum matri tuæ admouisset, constituit. Iccircò illum mortalem, hunc immortalem esse natum, vt Iouis filium. Castore autem ab Ida (vt scribit Pausanias Messanicis, cum quo consentit Theocrit. Διοσκούρους) vel, vt alij malunt, à Meleagro, vel, vt nonnulli, à Polynice, interfecto, Pollux, cùm ei liceret esse immortali, maluit cum fratre Castore immortalitatem suam communicare, partémq; vicissim mortalis conE dicionis, quæ illius erat propria, ferre ac subire, quàm solus immortalitate potiri. quod declarat Pindarus in eo carmine, quod suprà proximè commemoraui. μεταμειβόμενοι δ' ἐναλλὰξ ἀμέραν πὰν μὲν παπεὶ φίλῳ Διὶ νέμονται· πὰν δ' ὑπὸ κεύθεσι γαίας ἐν χυάλοισι θεράπνας πότμον ἀμφιπλάκητος ὁμοῖον. ἐπεὶ τῶνον ἤ πάμπαν θεὸς ἔμμεναι, ὀκεῖν τ' ὄραν ὦ ἔλεε' αἰᾶνα φθιμένῳ Πολυδεύκης Κάστορος ἐν πολέμῳ. id est, Per mutantes autẽ inter se alternis diem alium quidem apud carũ patrem traducũt, aliũ sub terrę latebris in Therapnę cauilatib⁹, sortem similẽ subeũtes. Nam hãc vitam maluit Pollux, fratre Castore in bello mortuo, quam prius de⁹ esse, & in cœlo habitare. sic & Hom. ὀδυσσ. λ. Κάστορά θ' ἱππόδαμον, καὶ πὺξ ἀγαθὸν Πολυδεύκεα. Τὼς ἄμφω ζωὸς κατέχει φυσίζοος αἶα. Οἳ καὶ νέρθεν γῆς τιμὴν πεῤ ἔχοντες Ἄλλοτε μὲν ζώουσ' ἑτερήμεροι, ἄλλοτε δ' αὖ τε τεθνᾶσι, τιμὴν δὲ λελόγχασιν ἴσα θεοῖσι. Dicuntur autem ambo nihilominus Διόσκουροι. & in carmine illo Homerico in Διοσκούρους, perspicuè vterque dicitur esse á Ioue procreatus: Τὼς ὑπὸ Ταυγέτου κορυφῆ ὄρεος μεγάλοιο Μιχθεῖσ' ἐν φιλότητι κελαινεφέι Κρονίωνι Σωτῆρας τέκε παῖδας ἐπιχθονίων ἀνθρώπων. à quo nihil discrepat Theocritus Διοσκούροις.

HVNC EQVIS, ILLVM] hunc equitem nobilem & victorem, videlicet Castorem: illum pugilem præstantissimum, nempe Pollucem. sic Saty. 1. lib. 2. *Castor gaudet equis, ouo prognatus eodem Pugnis.* & Hom. vt sup. diximus. Κάσορα δ' ἱππόδαμον, καὶ πὺξ ἀγαθὸν Πολυδεύκεα.

QVORVM SIMVL ALBA NAVTIS] id est, simulatq; Castoris & Pollucis sidus nautis apparuit. &c. quod amicum appellat Ode X. epod. *Nec sidus atra nocte amicum appareat,* propterea quòd sit nautis salutare, periculúmq; abesse significet. & sup. Od. 3. lucida sidera nominat. *Sic te diua potens Cypri, Sic fratres Helena lucida sidera, Ventorúmq; regat pater, &c.*

DEFL. SAX. AGITATVS HVM. &c.] tale est illud Ode VIII. lib. 4. *Clarum Tindaridæ sidus ab infimis Quassas eripiunt aquoribus rateis.* sic & Hom. vel aliquis alius in carmine illo εἰς Διοσκούρους. Αὐτὰρ δ' ἀρχαλέων ἀνέμων καταπαύσαν ἀέλλας,

A Κύματα δ' ἐτόρεσαν λευκῆς ἁλὸς, ἐν πελάγεσσι, Ναύτῃς σήματα καλὰ πόνου σφίσιν οἱ δὲ ἰδόντες Γήθησαν, παύσαντο δ' ὀΐζυροῖο πόνοιο. quorum verſuum hæc ferè ſententia eſt: Statim autem ſæuorum ventorum procellas compreſſerunt, fluctus maris ſtrauerunt; nautis ſigna læta laboris: illi autem vt viderunt, lætati ſunt, & finem metuendi ac laborandi fecerunt. & Pindarus Πυθ. ὠδ. ε. εὐδίαν ὃς μετὰ χειμέριον ὄμβρον πρὸ καταθύσσει μάκαιραν ἑσίαν. Et Theocr. multo apertius, Διοσκόρους: Αλλ' ἔμπης ὑμεῖς τι καὶ ἐκ βυθοῦ ἔλκετε νῆας Λυπῖσιν ναύταισι οἰομένοις θανέεσθαι. Αἶψα δ' ἀπολήγοντ' ἄεμοι, λιάζεται δὲ γαλήνα Αμπέλαχος νεφέλαι δὲ διέδραμον ἄλυδις ἄλλαι. Εκ δ' ἄρκτοι τ' ἐφάνησαν, ὄνων τ' ἀνὰ μέσσον ἀμαυρὴ Φάττης σημαίνουσα τὰ πρὸς πλόον εὐδία πάντα. quorum verſuum hæc ferè ſententia eſt. Attamen vos ex imo maris fundo naueis trahitis vnà cum ipſis nautis iamiam ſeſe interituros putantibus. Statim autem quieſcunt venti, optata autem & nitida tranquillitas per totum mare permanat, nubes aliæ aliò diſſipantur. vrſæ ſeſe aperiunt, ac patefaciunt, & aſinorum præſepe obſcurum, ſignificat omnia ad nauigationem eſſe parata, atque expedita. *Defluit ſaxis*, pro, *ſtruit de ſaxis*, Horatianum: de quo alibi.

B CÓNCIDVNT VENTI,] tale illud Virgilianum putat eſſe Germanus Valens, *Sic cunctus pelagi cecidit fragor*. Æneid. 1.

ET MINAX (QVÒD SIC VOLVERE)] ſic reperi ſcriptum in cod. Faërni, Vrſin. & duob. Vatic. Donati autem liber habet, quia ſic. Torn. nam ſic: quæ idem valent.

RECVMBIT] ſternitur, exæquatur, ſedatur, quieſcit, εὐνάζεται, κορέννυται.

ROMVLVM POST HOS PRIVS] qui plura de Romulo & Numa Pompilio ſcire volet, legat Liuium lib. 1. & Plutarch. in Rom. Verumtamen hæc pauca ex Liuio hucaſcribam: *Ita duo deinceps reges alius alia via, ille bello, hic pace ciuitatem auxerunt: Romulus ſeptem & triginta regnauit annos: Numa treis & quadraginta. Tum valida, tum temperata & belli & pacis artibus erat ciuitas.*

C AN SVPERBOS TARQVINI FASCEIS] id eſt, an ſuperbum Sext. Tarquinij Imperium. Alij exiſtimant ſignificari Iunium Brutum, quia (inquiunt) Tarquinio exacto, cùm ſtatim L. Tarquinius ſe conſulatu abdicaſſet, faſces penes vnum Brutum remanſerunt. alij, vt Porph. & Acron, Tarquinium Priſcum: & ſuperbos faſceis interpretantur magnificos, glorioſos, & præſtanteis. ſic ſup. Od. XI. *Atridas ſuperbos* dixit: & infr. Od. XXXV. *ſuperbos triumphos*. & Od. 4. lib. 2. *pauimentum ſuperbum*. & Virgil. Æneid. 6. *animámque ſuperbam Vltoris Bruti*.

AN CATONIS NOBILE LETHVM] M. Tull. epiſt. ad Pap. Pætum, *Ceteri quidem, Pompeius, Lentulus tuus, Scipio, Afranius fœdè perierunt: at Cato præclarè*. Plutarchus ſcribit, Catonem, cùm audiſſet, Scipionem, Afranium, Iubam à C. Cæſare deuictos eſſe, ſeſe Vticæ gladio percuſſiſſe, & cùm filij interuentu prohibitus eſſet, vulnúsque curari cœptum eſſet, intereà dum curaretur, vulnus obligatum reſcidiſſe, atq; ita animam efflaſſe. Laudat etiam offic. 1. genus hoc mortis M. Tull. & Hor. Od. 1. lib. 2. *Et cuncta terrarum ſubacta. Præter atrocem animum Catonis.* D

REGVLVM] de Regulo lege Oden v. lib. 3. & offic. lib. 1. & 3. & orat. in Piſonem. quo loco ita de Regulo: *Nec mihi ille M. Regulus, quem Karthaginienſes reſectis palpebris illigatum in machina vigilando necauerunt, ſupplicio videtur affectus, &c.* & pro Sextio: *Tu mihi etiam M. Atilium Regulum commemoras, qui redire ipſe Karthaginem ſua voluntate ad ſupplicium, quàm ſine iis captiuis, à quibus ad ſenatum miſſus erat, Roma manere maluerit.*

SCAVROS] Cùm Scaurorum in primis nobilis & clara virtus in rep. adminiſtranda extiterit, tùm ſingularis fuit M. Scauri grauitas & conſtantia, qui cùm accuſaretur à Q. Vario Hiſpano, quòd ſocios ad arma concitaſſet, ita cauſam egit ſuam. *Q. Varius Hiſpanus M. Scaurum principem ſenatus arguit ſocios ad arma concitaſſe: M. Scaurus princeps ſenatus negat: teſtis nemo: vtri vos Quirites credere debetis?* quibus auditis abſolutus eſt. hunc commemorat M. Tull. epiſt. lib. 1. ad App. cuius principium eſt *Periucundæ*: & lib. 1. de orat. & in Bruto, & orat. pro Fonteio. E

ANIMÆQVE MAGNÆ PRODIGVM PAVLLVM] qui animam, id eſt, vitam pro rep. profudit. Paullum igitur Æmilium ſignificat, Terentij Varronis collegam: quibus conſulibus, ac ducibus maximam cladem ad Cannas accepit ab Annibale populus Rom. eo enim prœlio cæſa ſunt XLV. Romanorum millia cum Paullo Conſule, & LXXX. ſenatoribus: XXX. partim conſularibus, partim prætoriis, partim ædilitiis. vide Liuium lib. 22. Quòd autem ad *magnam animam* attinet, magnorum virorum magnas animas eſſe credibile eſt. Itaque per magnas animas, magnarum animarum, ſeu magnorum animorum viros intelligere debemus.

FABRICIVMQVE] M. Tull. offic. 3. tradit, perfugam quendam, qui à Pyrrho in caſtra Fabricij venerat, eíque pollicitus erat, ſi præmium ſibi propoſuiſſet, ſe, vt clam veniſſet, ſic clam in Pyrrhi caſtra rediturum, & eum veneno necaturum, à Fabricio cum cuſtodia ad Pyrrhum eſſe remiſſum. Plutarchus autem in Pyrrho ſcribit, epiſtolam à medico ad Fabricium eſſe miſſam, in qua promitteret ſe veneno regem necaturum, ſi ſibi Romani ſui facinoris præmium pollicerentur. Fabricium autem offenſum hominis iniuſtitia, collega in eandem ſententiam adducto, ad Pyrrhum literas miſiſſe, quibus eum moneret, vt ſibi caueret. Plutarchi verba ſunt hæc: Ηκεν ἀνὴρ εἰς τὸ στρατόπεδον πρὸς Φαβρίκιον ὑπισχνούμενος, ἢν ἔγχειρίσῃ ὁ τῷ βασιλέως ἰατρὸς ἐπαγγελλόμενος ἀναιρήσειν τὸν Πύρρον, εἰ χάρις αὐτῷ παρ' ἐκείνων ὁμολογηθείη λύσαντι τὸν πόλεμον ἀκινδύνως. Ο δὲ Φαβρίκιος δυσχεράνας πρὸς τὴν ἀδικίαν τοῦ ἀνδρώπου, καὶ τὸν συνάρχοντα διαθεὶς ὁμοίως, ἔπεμψε γράμματα πρὸς τὸν Πύρρον ὡς τάχος φυλάττεσθαι τὸν κίνδυνον κελεύων. hunc eundem Fabricium ſcribit ibid. Plut. aurum à Pyrrho oblatũ accipere noluiſſe, & cùm die poſtero Pyrrhus iuſſiſſet elephantũ (quod animalis genus numq̃ ille anteà viderat) à Fabricij. F

tergo,

Digitized by Google

A tergo, aulæo interiecto collocati, deinde aulæo sublato, elephantus ille supra Fabricij caput, immanem, atq; horribilem vocem misisset, dixisse neque heri se ab auro esse corruptum, neque hodie à fera exterritum.

HVNC] Fabricium.

ET INCOMTIS CVRIVM] M. Tull. scribit in Catone maiore, Curio ad focum sedenti magnum auri pondus cùm Samnites attulissent, ab eo repudiatos esse. non enim aurum habere præclarum sibi videri dixit, sed eis, qui haberent aurum, imperare. *Incomtis* autem causa laudis posuit, quemadmodum contra turpe habebatur calamistratam comam habere, vt Seruius notat ad illud Virgil. Æn. 12. *crineis Vibratos calido ferro:* ibique hunc locum profert.

CAMILLVM] L. Furius Camillus, cùm ei dies à L. Apuleio tribuno pl. dicta esset, in exsulium sua voluntate abiit: idem Roma à Gallis capta, absens & exul consul creatus, Gallis in auro appendēdo iam occupatis cum exercitu interuēnit, eósq; sexto post Rom. captā mēse, ex Ital. expulit.

SÆVA PAVPERTAS] χαλεπὴ, ἀργαλέη: aspera, B & perpessu difficilis. sic χαλεπότητα, sæuitiam Latinè reddidimus apud Arist. in libris de moribus, quos annis superioribus in lucem edidimus. Hesiodus paupertatem, κακὴν appellat ἔργ. καὶ ἡμ. Ἀλλὰ κακλῶ πενίην. idem ibidem, ὀυλομένην θυμοφθόρον, sine coniunctione: id est, perditam seu pestiferam, & animi corruptricem. & idem Theognis: θυμοφθόρον simpliciter. Horat. epist. 2. lib. 2. audacem. *paupertas impulit audax, Vt versus facerem.* Plutarchus lib. περὶ φιλοπον. quanta sit paupertatis sæuitia declarat his verbis: Οἱ μὲν γὰρ πένητες οὐ τρέφουσι τέκνα φοβούμενοι, μὴ χεῖρον, ἢ πορισῆται, πραφέντα δουλοπρεπῆ καὶ ἀπαίδευτα, καὶ τῶν καλῶν πάντων ἐνδεᾶ γένηται. τὴν γὰρ πενίαν, ἔφασαν ἡγούμενοι κακὸν ἐκ' ἐπομένοισι μεταδοῦναι τέκνοις, ὥσπερ τινὸς χαλεπῆς καὶ μεγάλης νοσήματος. id est, Nam pauperes, liberos à se procreatos non alunt, metuentes ne deterius quàm conuenit, educati, seruilem in modum humiles atque abiecti, & indocti, & rerum omnium honestarum expertes euadant. Paupertatem enim malorum omnium extremum arbitrantes, à se impetrare non pos- C sunt, vt eam filiis suis impertiantur, tanquam morbum quendam sæuum, grauem, ac difficilem. Hunc locum mihi indicauit Germ. Valens.

TVLIT] protulit, extulit.

ET AVITVS APTO CVM LARE FVNDVS.] fundus non emtus, sed à maioribus acceptus, cum domo non sumtuosius, nec magnificentius, quàm fundi fructus ferrent, aut quàm fundum deceret, exstructa.

CRESCIT OCCVLTO VELVT, &c.] Hęc videntur esse ex Pindaro sumta, & imitata, vt indicauit mihi Scaliger, Nem. εἰδ. n. Αὔξεται δ' ἀρετὰ, χλωραῖς ἐέρσαις ὡς ὅτε δένδρον αἴσσει, &c. id est, Crescit autem virtus, vt cùm arbor recentibus & virideis herbas elicientibus roribus, surgit, &c.

FAMA MARCELLI] M. Claudium Marcellum significari vulgò existimant, qui Gallos Insubres Viridomaro eorum duce superauit: qui Syracusas expugnauit: qui quinquies consul fuit: postremò qui cum collega speculandi causa è castris egressus ab equitatu Annibalis circumuentus, & occisus est. Quem cùm interfectum esse audisset Annibal (vt scribit Plutarchus in eius vita) ipse ad locum, in quo exanimis iacebat, accurrit, mortuo diu astitit: staturam, & formam corporis diligenter & attentè considerauit, neque hoste tam infesto ac molesto sublato, aut vocem arrogantiorem misit, aut lætitiam immoderatam vultu significauit: sed mortis casum inopinatum miratus, annulum quidem ei de digito detraxit, corpus autem honorifico & insigni vestitu ornatum, comburendum curauit, cineresque in vrna argentea conditos, imposita etiam aurea corona, ad eius filium misit. De eodem M. Tull. lib. 4. accusat. cùm alia multa, tum hæc quoque valde honorifica commemorat. *Nemo fere vestrúm est, quin quemadmodum captæ sint à M. Marcello Syracusæ, sæpe audierit, nonnunquam etiam in annalibus legerit. Conferte hanc pacem cum illo bello, huius prætoris aduentum cum illius imperatoris victoria, huius cohortem impuram cum illius exercitu inuicto, huius libidines cum illius continentia: ab illo qui cepit, conditas: ab hoc, qui constitutas accepit, captas dicetis Syracusas.* Ego M. Marcellum Octauiæ filium significari puto: & ita Porph. de quo & Virgil. lib. 3. *Tu Marcellus eris.* & Paterculus poster. volumine. E

IVLIVM SIDVS] Iulium Cęsarem in Deorum numerum relatum accipe. Creditum est enim stellam illam, comatam, quæ nocteis septem fulsit, Cæsaris animum fuisse in cælum subuolantem, de qua sic Plutarch. Ἐφαίνη γὰρ ὀλὶγ νύκτας ἐπὶ μετὰ τὴν καίσαρος σφαγὴν διαπρεπὴς μέγας κομήτης. id est, visus est enim nocteis septem post Iulij Cęsaris cædem stella comata, illustris & magna. Virg. Mœr. *Ecce Dionei processit Cæsaris astrum.*

TV SECVNDO CÆSARE REGNES.] ita diuisum sit inter te, & Cæsarem Augustum mundi totius Imperium, vt tu in cælo regnes: Cæsar orbem terrarum & res humanas moderetur, & procuret.

ILLE, SEV PARTHOS] Parthos Augustus non domuit, sed pacem cum eis fecit. Illi enim signa militaria tùm ea, quæ Crassus, tùm ea, quæ Antonius amiserat, Augusto reposcenti reddiderunt. vide anno. ad Od. XV. lib. 4. F

LATIO IMMINENTEIS] Italiæ insidianteis & malè cogitanteis. Virgil. lib. 10. Æneid. *muris iterum imminet hostis Nascentis Troiæ.*

ORIENTIS ORÆ] sic habent cod. Iann. Faër. Vrsini, duo Vat. Torn. & Russard. Nicot. Cleric.

EGERIT] duxerit, neque quicquam réfert vtrùm Augustus ipse de Parthis triumpharit, an eo vel imperante, & principatum obtinente, vel consule, vel auspice, alij Parthos in triumphum duxerint.

TE MINOR, &c.] quantumuis magnas res gesserit, æquo animo tamen, te inferior terrarum Imperium obtinebit: tu autem in cœlo regnabis.

LATVM REGET] nonnulli veteres codices, & quidem non pauci, habent *latum.*



Digitized by Google

A ÆQVVS] æquo animo, vt Od. XXIX. lib. 3. *quod adeſt, memento Componere æquus.*

TV GRAVI CVRRV QVATIES] tale illud eſt Ode XXXIII. huius libri, *namque Dieſpiter Igni coruſco nubila diuidens Plerumque per purũ tonantes Egit equos, volucrémque currum.*

## AD LYDIAM.
### Ode 13.

Dolet ſibi Telephum anteponi.

*CVM tu Lydia Telephi*
*Ceruicem roſeam, cerea Telephi*
*Laudas brachia: væ, meum*
*Feruens difficili bile tumet iecur.*
*Tunc nec mens mihi, nec color*
*Certa ſede manent. humor & in genas*
B *Furtim labitur arguens,*
*Quàm lentis penitus macerer ignibus.*
*Vror, ſeu tibi candidos*
*Turparunt humeros immodicæ mero*
*Rixæ: ſiue puer furens*
*Impreſſit memorem dente labris notam*
*Non, ſi me ſatis audias,*
*Speres perpetuum, dulcia barbarè*
*Lædentem oſcula, quæ Venus*
*Quinta parte ſui nectaris imbuit.*
*Felices ter, & amplius,*
*Quos irrupta tenet copula, nec malis*
*Diuulſus querimoniis,*
*Suprema citius ſoluet amor die.*

C CVM TV LYDIA] Hocvnum eſt ex iis, quæ valdè mordent, & vrunt amantem, ſi amica vel illo audiente, riualem laudet, vel eo excluſo, hunc intromittat, vel denique aliquàm rem huic gratificetur, quam illi deneget. cuius rei elegans exemplum eſt id, quod in Eunucho paraſitus ſuadet militi: *Vbi nominabit Phædriam, tu Pamphilam Continuò: ſi quando illa dicet, Phædriam Intromittamus comeſſatum. tu Pamphilam Cantatum prouocemus, &c.*

CERVICEM ROSEAM] ſic Virgil. lib. 1. Æn. *Dixit: & auertens roſea ceruice refulſit.*

CEREA] vel ſolida, vel polita & ſine rugis, vel flexibilia, vel candida, vel tenera, & ita pulchra. ductum fortaſſe à cereis imaginibus, quas habebant Romani veteres in atriis. Seruius ad illud Virgil. Alex. *Addam cerea pruna:* notat hæc, *aut cerei coloris, aut mollia.* Horatius *cerea Telephi Laudat brachia, &c.* D

BILE TVMET IECVR] iecur, ſedes eſt libidinis, non iræ. Idque ita eſſe volunt ij, qui animi parteis ſua quaſque in ſede collocatas eſſe dicunt, vt Plato. quam ſententiam ſequitur & Horatius alio loco, vt Ode 1. lib. 4. *Si torrere iecur quæris idoneum*: ad quem locum plura dicemus. cur igitur hoc loco diſſidet à ſeipſo, neque ſibi conſtat? Poëtę ſunt liberiores, quàm Philoſophi, & maiore ex parte ſequuntur ſenſum vulgi, & opinionem popularem. Et fortaſſe hac in re Archilochum imitatus eſt, vt aliis in rebus. cuius extat hic verſiculus apud Athen. lib. 3. χολὴν γὰρ οὐκ ἔχεις ἐν ἥπατι. ſic Saty. IX. lib. 1. *meum iecur vrere bilis.* Germanus Valens putabat hoc etiam dici poſſe, ad κύστιν χοληδόχον, id eſt, fellis receptaculum, ſeu lienem, Horatium ſpectaſſe: qui ſine dubio hepati adiunctus eſt: & pro humoris copia, aut paucitate, intumeſcit, aut extenuatur, ac minuitur. Atq; iccirco tumere bile iecur dixit Horatius: quemadmodum Homerus ἰλιάδ. 1. mentem etiam prudentium ira intumeſcere dicit, his verſibus, Αλλ' ὅτε δὴ Μελέαγρον ἔδυ χόλος, ὅς τε καὶ ἄλλων Οἰδάνει ἐν στήθεσσι νόον, πυκάπερ φρονεόντων. non quòd mens tumeat ira, ſed E quòd fel, quod iecori proximum locatum eſt, vt ſanguinem impurum, & bilioſum exciperet, immoderata bilis copia dilatetur, ac turgeſcat. Virgilius quidem Æn. octauo perſpicuè iram in felle poſuit, ibi. *Alcidæ furiis exarſerat atro Felle dolor:* ſimúlque qualis bilis ſit natura oſtendit, verbo, *exarſerat.* At Homerus eodem lib. ſub perſona Achillis, cor, ſedem eſſe iracundiæ videtur ſentire. Ἀλλά μοι οἰδάνεται κραδίη χόλῳ, &c. id eſt, vt M. Tull. vertit. Tuſcul. quæſt. lib. 3. *Córque meum penitus turgeſcit triſtibus iris.* ſic & Virg. lib. 6. Æn. *tumida ex ira tum corda reſidunt.*

TVNC NEC MENS MIHI] hæc ſunt amoris indicia. quibus alia quædam adijcit Od. 1. lib 4. *Sed cur, heu, Ligurine cur Manat rara meas lacryma per genas? Cur facunda parum decoro Inter verba cadit lingua ſilentio?* & Od. XI. epod. *conuiuiorum & pœnitet, In queis amantem, & languor, & ſilentium Arguit, & latere petitus imo ſpiritus.* ſed longè plura, eaque certiora erudiſſima fœmina Sappho poſuit in molliſſimo illo, & politiſſimo carmine, quod F Franciſcus Portus Græcorum hominum, qui hodie viuunt, mea quidem ſententia, longè doctiſſimus, emendauit. Ως ἴδον γάρ σε, βραχέως μοι αὐδᾶς Οὐδὲν ἔτ' ἠχεῖ· Ἀλλὰ κὰμμὲν γλῶσσ' ἔαγ', ἄν δὲ λεπτὸν Αὔτικα χρῶ πῦρ ὐπαδεδρόμακεν, Ὀμμάτεσσιν δ' οὐδὲν ὄρημι, βομβεῦσιν δ' ἀκουαί μοι: Κὰδ δ' ἰδρὼς ψυχρὸς κέχυται, τρόμος δὲ Παῖσαν αἱρεῖ, Χλωροτέρη δὲ ποίας Ἐμμι, τεθνάκην δ' ὀλίγω δεύσια Φαίνομαι ἄπυνος. Quod totum expreſſit Catul. ad Leſbiam: *nam ſimul te, Leſbia, aſpexi, nihil eſt ſuper mi, * Lingua ſed torpet, tenuis ſub artus Flamma dimanat, ſonitu ſuopte Tinniunt aures, gemina integuntur Lumina nocte.* Plutarchus autem in Demetrio narrat, Eraſiſtratum medicum ex his amoris affectibus, & indiciis non ſolùm collegiſſe, ac deprehendiſſe Antiochi morbum, qui ex amore natus erat: ſed etiam, cuius amore captus eſſet, cognouiſſe. Plutarchi verba ſunt hæc: τῆς δὲ ἀπορίας καὶ καθ' ἑαυτὴν, καὶ μετὰ τῶν Σελεύκου φοιτώσας

Digitized by Google

A φοιτῶσης πολλάκις, ἐγίνετο πάτης Σαπφῦς ἐκείνα περὶ αὐτὸν πάντα· φωνῆς ὀλίγωσις, ἐρύθημα πυρῶδες, ὄψεως ὑποστῆξις, ἰδρῶτες ὀξεῖς, ἀπαξία καὶ θορυβὸς ἐν τοῖς σφυγμοῖς, τέλος τῆς ψυχῆς κῦ κράτος ἡττωμένης ἀπορία, καὶ θάμβος, καὶ ὠχρίασις: id est, Stratonica autem (hæc erat Antiochi noüerca, quam ille amabat) & sola, & cum Seleuco sæpe ad Antiochum eunte, exsistebant in eo omnia illa, quæ Sappho ponit, amoris indicia: vocis compressio, & hæsitantia linguæ: rubor igneus: oculi in terram defixi, sudores acres & celeres, inæqualitas, & perturbatio in pulsibus, ad extremum animo oppresso, & succumbente, consilij inopia, & stupor, & pallor. Sed non est silentio prætereundum, in verbis Plutarchi Gul. Canterum lib. nouarum lectionum 5. cap. 28. pro ὑποστῆξις, quod feci ex corrupto ὑποδείξεις, constanter asseuerare (eius enim sunt verba) scribendum ὑπολείψεις, id est, quasi defectiones. At ego ὑποστῆξις legendum arbitrabar, id est, stupor, seu torpor, vel ὑποστήξις, id est, liquefactio seu tabes. Quòd si neutrum horum placeat, malim scribi ὀπίλειψις seu ἐπιλείψεις, numero multitudinis. Verumtamen iudicent eruditi. Nam

B quod ad me attinet, Canteri coniecturam, vt probabilem & ingeniosam, valde laudo. Simile illud est Simæthæ apud Theocritum Daphnidis amore captæ, eiúsque aspectu perturbatæ, & perculsæ: πᾶσα μὲν ἐψύχθη Χίονος πλέον, ἐκ δὲ μετώπω Ἱδρὼς μευ κοχύσιν ἴσον ποταίσιν ἐέρσαις. Οὐδέ κε φωνᾶσαι δυνάμαν, οὐδ' ὅσσον ἐν ὕπνῳ Κυζώντας φωνεῦντα φίλαν ποτὶ μητέρα τίτθα. Ἀλλ' ἐπάγλω δακῦδι καλὸν χρόα πάντοθεν ἴσα. quorum versuum hæc ferè sententia est: tota quidem niue frigidior effecta sum: ex fronte autem sudor multus manabat roris australis instar. Neque quicquam eloqui, immo ne vocem quidem mittere poteram, ne tantam quidem quantam pueri dormientes ad matrem optatam quasi gannientes, edere solent. sed obrigui toto corpore, & congelaui, vt glacies. Lucianus quoque in eo dialogo, qui ζεὺς τραγῳδὸς inscribitur, similia quædam profert: πάσημεῖα γὰρ ταῦτα, οἱ στεναγμοὶ, καὶ τὰ δάκρυα, καὶ τὸ ὠχρὸν εἶναι, οὐκ ἄλλο τι, ἢ ἔρωτός ἐστι. & Apollonius lib.

C 3. argonaut. de Medea: Ἐκ δ' ἄρα οἱ κραδίη πηθέων πέσεν, ὄμματα δ' αὖτως Ἠλύσαιν, θερμὸν δὲ παρείδας εἶλεν ἔρευθος, Γήνατα δ' ὕπτ' ὀπίσω, ὕ τε περπάροιθεν ἀείρας Ἔδυνεν, ἐλλ' ὑπένερθε πάγη πόδας. quorum versuum hæc ferè sententia est. Cor igitur ei ex præcordiis excidit, oculi caligarunt, rubor genas occupauit, genua neque in anticam, neque in posticam partem attollere poterat, sed prorsus ei pedes obriguerunt. Ne Valerij Æditui quidem poëtæ veteris versus, quos profert Aul. Gellius lib. 19. cap. 9. ab hoc loco, & hac sententia alieni sunt. *Dicere cum conor curam tibi Pamphila cordis, Quid mi abs te quaeram: verba labris abeunt: Per pectus miserum manat subitò mihi sudor: Si tacitus subidus, duplo ideò pereo.*

CERTA SEDE MANENT] sic cod. Don. Faër. duo Vatic. Torneſ.

ARGVENS] indicans. Virgil. Æneid. 4. *Degeneres animos timor arguit.* & Hor. epist ad Mæcen. 3. lib. 1. *Laudibus arguitur vini vinosus Homerus.* id est, eo ipso, quòd Homerus multus est in vino laudando, indicat se vinosum fuisse.

QVAM LENTIS PENITVS MACERER] D quanto sunt amoris flammæ languidiores, tanto & grauior morbus est, & longior. nam neque amans ita affectus conualescere potest, nisi re adamata potiatur: neque vel metu, vel pudore deterritus, potiendi viam sibi expedire, neque languens interire.

MACERER] tabescam, liquescam, consumar: vt Od. XIIII. epod. *me libertina nec vno Contenta Phryne macerat.* Lucret. lib. 3. Procem. *Maceras inuidia ante oculos illum esse potentem, &c.*

IMMODICÆ MERO RIXÆ] rixæ ob vinũ vltra modum progredientes.

PVER FVRENS] ardens libidine, & ἐν τῇ συνουσίᾳ.

IMPRESSIT MEMOREM DENTE LABRIS] labra tibi momordit: quale est illud Catul. *Quem basiabis? cui labella mordebis?* solent enim amantes inter basia & amplexus mutuò labella mordere ita acriter interdum, vt morsiuncularum notæ impressæ maneant. quod declarat & M. Tul. Verr. VII. *hic scilicet est metuendum ne excitetur Verres, ne denudetur à pectore, ne cicatrices populus Rom. aspiciat ex mulierum morsu vestigia libidinis, atque nequitiæ.* Et Plautus in Pseud. *Teneris labellis* E *molles morsiuncula papillarum horridularum.* & Lucret. lib. 4. *Quod petiere premunt arctè, faciúntq; dolorem Corporis, & denteis illidunt sæpe labellis.* & ibid. *Affigunt auidè corpus, iungúntque saliuas Oris, & inspirant pressantes dentibus ora Nequicquam, quoniam nil inde abradere possunt.* & Tibull. lib. 1. eleg. VI. *Tunc succos, herbásque deds, queis liuor abiret, Quem facit impresso mutua dente Venus.* idẽ VIII. *Et dare anhelanti pugnantibus humidæ linguis oscula, & in collo figere dente notas.* eodem pertinet id, quod narrat Plutarchus, in Pomp. Floram meretricem commemorare solitam se è Pompeij complexu morsus expertem numquam discessisse. ὡς οὐκ ἐκεῖνῃ ἀδήκτως ἀπελθεῖν ἐκείνῳ συναναπαυσαμένην.

NON, SI ME SATIS AVDIAS] hæc pertinent ad alienandam à riuali Lydiam, cùm dicit credibile non esse eum cõstantem in amore fore, qui barbarũ in morẽ acriore morsu lędat oscula.

SPERES PERPETVVM] sume negationis particulam, non, è superiore versu, hoc modo. *Non speres perpetuum, &c.* id est, non debes sperare F eum fore tibi amatorem perpetuum, qui, &c.

OSCVLA, QVÆ VENVS] id est, oscula, quæ rei Venereæ fructu cumulantur. quinque enim sunt amoris partes, seu gradus, seu lineæ: aspectus, collocutio, tactus, osculũ, concubit⁹. Terent. Eunuch. *certe extrema linea amare haud nihil est.*

FELICES TER, ET AMPLIVS] τρὶς μάκαρες. Homer. ὀδυσσ. ε. vel τρισόλβιοι.

QVOS IRRVPTA TENET] quorum coniunctio & concordia nullis dissidiis dirimi possit. irruptam copulam autem dixit, imitatus, vt mihi indicauit Germ. Valens, Homericum illud, δεσμὸν ἄρρηκτον, id est, vinculum irruptum. sic Hom. ιλιάδ. ο. περὶ χροῒ δὲ δεσμὸν ἧπλε χρύσεον ἄρρηκτον.

SVPREMA] vltima. vt epist. ad Torq. lib. 1. *Supremo te sole domi Torquate manebo.* & Od. XVII. lib. 2. *ibimus, ibimus, Vtcumque precedes supremum Carpere iter comites parati.* Catullus in carmine de



Digitized by Google

A Thetidis & Pelei nupt. *& potius germanum amittere creui, Quàm tibi fallaci ſupremo in tempore deeſſe.* Varr. ex XII. tab. *ſolis occaſus diei ſuprema tempeſtas eſto.*

## IN BRVTVM BELLVM ciuile reparantem. Ode 14.

*O Nauis, referent in mare te noui*
*Fluctus. ô quid agis? fortiter occupa*
*Portum. nónne vides, vt*
*Nudum remigio latus,*
*Et malus celeri ſaucius Africo,*
*Antennæq; gemant, ac ſine funibus*
*Vix durare carinæ*
*Poſſint imperioſius*
*AEquor? non tibi ſunt integra lintea:*
B *Non Dij, quos iterum preſſa voces*
*Quamuis Pontica pinus,*
*Siluæ filia nobilis*
*Iactes & genus, & nomen inutile:*
*Nil pictis timidus nauita puppibus*
*Fidit. tu, niſi ventis*
*Debes ludibrium, caue.*
*Nuper ſollicitum quæ mihi tædium,*
*Nunc deſiderium, curáque non leuis,*
*Interfuſa nitenteis*
*Vites æquora Cycladas.*

O NAVIS, REFERENT IN MARE] Quintilianus ſcribit perpetuam in hac Ode eſſe allegoriam, & hoc rectè: tum nauis nomine remp. ſignificari: quod proximum non probant C eruditiſſimi viri, multáque hîc eſſe dicunt, quæ ad rempub. accommodari non poſſint. ſed videamus vtrùm, quod Quintilianus ſcripſit, defendi poſſit. an ſine controuerſia ſit damnandum. Primùm igitur Cn. Pompeium Magnum aduerſus Iul. Cæſarem: deinde Brutum & Caſſium aduerſus M. Antonium, & Octauianum: poſtremò Sex. Pompeium Magni filium aduerſus Octauianum pro ſenatu, populóque Rom. id eſt, pro libertate ferro decertaſſe omnibus notum eſt. fuerunt igitur Pompeius Magnus, Brutus, Caſſius, Sex. Pompeius, & ceteri earundem partium, reip. ſcilicet & libertatis propugnatores, ac defenſores: atq;, vt illis pugnantibus, de ſua libertate dimicauit populus Rom. ita deuictis ac ſuperatis, reſp. profligata, & ad vnius principatum, dominatúmque redacta eſt. Cum autè victa eſſet reip. cauſa Pompeio duce, & penes vnum Iulium Cæſarem omnis poteſtas eſſet: eo idibus Martiis à Bruto &, Caſſio, ceteriſque coniuratis interfecto, viſa eſt D reſpub. reſpiraſſe. Nihil enim aliud agebant Brutus & Caſſius, quàm vt populus Rom. non ſolùm tyranno, verùm etiam tyrannide ſublata, liber eſſet. Verùm ne his quidem ducibus ſuum ius recuperauit. ſed illi duobus prœliis, in quibus interfuit Horatius, victi mortem ſibi conciuerunt: & ita reſpub. primùm in trium, deinde in duorum, poſtremò in vnius poteſtatem venit. Succeſſit his Sextus Pompeius. conatus eſt rempub. toties iugulatam ac perditam, præſidiisque, atque ornamentis ſuis omnibus ſpoliatam reſtituere, atq; in libertatem priſtinam vindicare. Verùm de Sexto Pompeio fortaſſe nihil hîc dicere attinet. M. Brutus igitur victo, & mortuo Caſſio, de libertate altero prœlio decernere cogitat. diſſuadet Horatius. Quid agis M. Brute, ſeu tu populе Romane, cuius ſe vindicem ac propugnatorem M. Brutus profitetur? nónne vides Caſſio ſuperato, & extincto, tótque ampliſſimis, & clariſſimis viris eadem belli calamitate conſumtis tuas vireis infirmas, & imbecillas eſſe? non vides te cùm exercitum habeas mutilatum, paruáque belli ſubſidia: cùm ciuitates olim populi Rom. amiciſſimæ vel abs te ſint alienatæ, vel ab aduerſariis tuis occupatæ, atque oppreſſæ, vel denique metu perculſæ, belli fortunam non ſatis tutò de integro tentare, neque poſſe aduerſariorum tuorum vireis, potentiámque ſuſtinere? Nullæ tibi res integræ ſunt, nulla propugnacula, non alia ſubſidia, non noua auxilia, non aliæ belli gerendi facultates ſuppetunt: ne Deos quidem vllos habes tibi propitios, quos accepta clade iterum implorare poſſis. Neque verò eſt, quòd vel ſenatus, populíque Rom. nobilitatem, vel tui generis antiquitatem, vel eorum, qui pro te propugnant, amplitudinem ac virtutem iactes, vel armorum pulchritudine, auróque glorieris. Quemadmodum enim nautis nihil proſunt ad tutius nauigandum nauis fractæ, & conquaſſatæ pigmenta, apluſtra, ceteráque ornamenta: ſic neque debes tuæ nobilitati nimium confidere. Quare niſi te mauis bellorum ciuilium calamitate funditus deleri, atque extingui: ne te toties prœliorum periculo committito. Siue illa ſuperiora, quæ hactenus hac de re expoſuimus, ad populum Rom. accommodentur, ſiue ad Brutum: non videntur omnino abſurda, aut inepta futura. Bruto tamen magis, quàm populo Rom. videntur conuenire. Quòd autem nonnulli malunt, hanc Oden ad Sext. Pompeium pertinere, libertatis, Caſſio & Bruto mortuis, defenſorem: planè ab iis diſſentio. Ad hunc locum pertinent, quæ ſcribit Plutarch. in Bruto his verbis, Ἀλλ' ὥσπερ ἐν πλοίῳ πηδαλίου συντριβέντος ἕτερα ξύλα προσπλοῶ, νὴ προσαρμόττειν ὁπλοποιοῦσιν, οὐκ εὖ μὲν, ἀναγκαῖα δὲ μαχόμενοι πρὸς τὸν χειμῶνα· οὕτω Βροῦτος ἐν δυνάμει τοσαύτῃ, καὶ μεπαόροις πράγμασιν, οὐκ ἔχων ἰσχυρὸν πωῦπα στρατηγὸν, ἀναγκάζεται χρῆσθαι τοῖς παροῦσιν, &c. id eſt, quemadmodum in nauigio, clauo comminuto nautæ alia ligna affigere, atque adiungere conantur, non rectè illi quidem, ſed neceſſitate coacti, & vtilitati ſeruientes. ſic Brutus in tanto exercitu, & in rebus arduis, incertis, ac

pertur-

A ac perturbatis, cùm ducem parem non haberet, cogebatur eo vti, quod fors obtulerat. Omnino ad Bruti potius, quàm ad Sext. Pompeij tempora videtur hæc Ode pertinere. Si quis autem nauis nomine remp. aut populum Rom. significari existimet, quod fecit Quintilianus, verba totius Odæ fortasse non inuita sequentur. nam sic & M. Tull. nauis nomine remp. aut certè reipub. partē significat epist. ad Q. Cornif. lib. 12. *Quamobrē, mi Quincte, conscende nobiscum, & quidem ad puppim. Vna nauis est iam bonorum omnium: quam qui dem nos damus operam, vt rectam teneamus: vtinam prospero cursu: Sed quicunque venti erunt, ars nostra certè non deerit.* Sin Brutum malit: omnia magis quadrare videbuntur, vt multi existimant, sed Turnebus non item.

NONNE VIDES, VT] nónne vides Cassium interijsse? exercitum tuum accepta clade in Philippis imminutum & fractum esse? animos reliquorum militum metu perculsos concidisse?

NVDVM REMIGIO] sic dixit Saty. 3. lib. 2. *Nudus agris, nudus nummis.*

ET MALVS CELERI SAVCIVS] malus
B Africo saucius, id est, ab Africo perfractus. translatio est. sic Propertius de Ianua: *Nunc ego nocturnis potorum saucia rixis, Pulsata indignis sæpe queror manibus.* quem locum mihi indicauit Passeratius: & prætereà illum ex Liuij annal. lib. 37. *contemplatus Eudamus hosteis, claudas, mutilatásq; naueis remulco trahenteis.* Idem paullo pòst: *Ipsius Eudami multis ictibus vulnerata nauis erat.*

DVRARE] perferre, ὑπομένειν, καρτερεῖν. hoc loco. n. significat actionem. sed de hoc verbo alibi.

IMPERIOSIVS ÆQVOR] tempestatem, & fluctus belli ciuilis: vim & potentiam aduersariorum. Translatè autem dixit, imperiosum æquor. propriè Saty. v. lib. 2. *sed me Imperiosa trahit Proserpina.*

NON DII, QVOS ITERVM PR.
V. M.] Veteres habebant in puppi nauis quoddam veluti lararium, in quo erant locati dij nauis præsides, custodes, & quasi tutelares, siue Apollo, siue Castor & Pollux, siue Minerua, seu quis alius deus. Hesych. παταικοὶ θεοὶ φοίνικες, ὃς ἱστῶσι κατ' πὰς
C πρύμνας τῶν νεῶν: id est, Pataeci dij Phœnices, quos ponunt in puppibus nauium. huc pertinet illud Persij, *iacet ipse in littore, & vnà Ingentes de puppe Dei.* appellabantur dij illi, tutela, & παράσημον τῦ πλοίυ: id est, insigne nauis.

QVAMVIS PONTICA PINVS] quamuis generis nobilitate, & antiquitate glorieris, mi lites tamen speciosis istis imaginibus nihilo fiunt ad pugnandum alacriores, nihilóue pugnaciores. referri possunt hæc vel ad populi Rom. vel ad Bruti nobilitatem. sed hoc magis verbis conuenit, quàm illud, vt sæpe iam diximus. quamquam Turnebo aliter videtur. Ponticam pinum autem dixit, quia in Ponto magna copia materiæ est, vn de naues fiant. Catull. *Vbi iste post fastelus, antea fuit Comata silua. nam Citorio in iugo Loquente sæpe sibilum edidit coma.*

NIL PICTIS TIMIDVS] naueis picturā illustrare solebant antiqui. Virgil. Georg. 4. *Et circum pictis vehitur sua rura fastelis.* ποικίλας νῆας
D dicunt Græci: quem morem etiam nunc retinemus.

TV NISI VENTIS DEBES LVDIBRIVM] id est, tu nisi vis tuarum fortunarum, libertatis, vitæ naufragium facere, noli amplius tentare belli fortunam. Virgil. lib. 6. Æneid. *Ne turbata volent rapidis ludibria ventis.* Genus autem hoc loquendi, *debes ludibrium ventis*, pro eo, quod est, ludibrio ventis futura es, planè Græcum est. sic enim loquuntur illi, ὀφλισκάνειν γέλωτα, id est, debere risum, quod Latini dicunt, ludibrio esse. & ὀφλισκάνειν δίκλω, condemnari. Plato in apolog. Socr. Νῦν δὴ ἐγὼ μὲν ἄπειμι ἀφ' ὑμῶν θανάτυ δίκλω ὀφλών. ἴτω δὲ ὑπὸ τῆς ἀληθείας ὠφληκὼς μοχθηρίαν καὶ ἀδικίαν. Idem in Sympos. ἵνα μὴ γέλωτα ὄφλω. Eurip. in Medea. Καί πω πάσχω, βύλομαι γέλωτα ὄφλειν. ΕΧθρούς μεθεῖσα τὰς ἐμὰς ἀζημίυς. Idem Iphig. in Tauris: μωρίαν τ' ὀφλισκάνει. Demosth. philippica 1. ἐξ ὧν αἰσχύνω, καὶ αἰανδρίαν, καὶ πάντα τὰ αἴσχισα ὠφληκὼς αὐτὸς ἡμῶν δημοσίᾳ. ijsdem ferè verbis vtitur Olynth. secunda. Et Plutarch. in Bruto. ὠφλίσκανον οὖν πὰς δίκας ἐρήμας. Dionys. Halicarn. lib. 3. ῥωμαϊ. ἀρχαιολ. πολλὰ ὀφείλοντες αἰσχύλα ἀπῆλθον.

NVPER SOLLICITVM] Tu respubli- E
ca, quæ cùm te tribunus militum Bruto duce defendebam, mihi tædio fuisti: nunc autem me absentem desiderio afficis, ac maceras, curáque recuperandæ libertatis torques, vita scopulos, & angustias belli ciuilis: vel quod magis probant alij, tu Brute, qui mihi te duce rempublicam defendenti magno tædio fuisti: nunc autem &c. vt supra. Turnebus autem sic hunc locum explicat, Me nuper istius reip. tædebat, & pigebat, & iniquo animo victores istos ferebam: nunc autem postquam periculū iteratur, ac renouatur: quod erat mihi tædio, nunc desiderio esse incipit: vt magnopere metuam, ne status reip. mutetur facto naufragio.

INTERFVSA NITENTEIS VITES] Vites æquora effusa inter Cycladas: vites freta & maris angustias naufragijs infestas, vnde te explicare non facile possis. Cyclades, insulæ sunt in mare Ægæo, quas Virgilius sparsas appellat lib. 3. Æneid. *sparsāsque per æquor Cycladas, & crebris legimus freta concita terris.* ad quem F
locum notat Seruius, sparsas dici, quia nullo certo ordine constant: Cycladas autem appellari non à rotunditate, sed quòd longo ordine, longóque flexu eas circumire necesse sit, vel propter promontoria, vel quia natura fert, vt concitatiora sint maria terris vicina. Dionys. περιηγ. Οὐ γάρ πς κείνῳ ἀναλίγκια κύματ' ὀφέλλει: id est, nullum mare fluctus attollit mari Ægæo simileis, aut æqualeis. Epigramm. Græc. lib. 4. πᾶσα θάλασσα, θάλασσα. πὶ κυκλάδας, &c. *interfusa nitenteis* positum pro fusa inter nitenteis, vt dicemus ad Odem VII. lib. 2. Videtur autem Horatius magnam huius Odæ partē ex illis Alcaïcis expressisse (vt indicauit Erricus Stephanus.) quę extant apud Heraclidem Ponticum, τὸ μὲν γὰρ ἔνθεν κῦμα, κυλινδῆται, τάδ', ἔνθεν: ἄμμες δ' ἂν τὸ μέσον ναὶ φορήμεθα σὺν μελαίνᾳ *** Χειμῶνι μοχθοῦντες μεγάλῳ. καλὰν Πάρ μὲν γὰρ



Digitized by Google

A ἄντλος ἰσοπέδων ἔχει. Λαῖφος δὲ πᾶν ἄδηλον ἤδη, Καὶ λακίδες μεγάλαι κατ' ἄυπνα, χαλᾶσι δ' ἀγκυραι. * id est, Alius enim fluctus, alius illinc voluitur: nos autem in medio iactamur cum atra naue, Tempestate conflictati magna. Nam aqua marina ipsam mali partem infimam possidet: Vela autem iam tota lacerata, & absumpta sunt, multaque in eo penicula menta trita & lacera sunt: anchoræ autem laxatur.

## NEREI VATICINIVM de ruina Troiæ. Ode 15.

PASTOR *cum traheret per freta nauibus*
*Idæis Helenam perfidus hospitam:*
*Ingrato celereis obruit otio*
*Ventos, vt caneret fera*
*Nereus fata. MALA DVCIS AVI domum,*
B *Quam multo repetet Græcia milite,*
*Coniurata tuas rumpere nuptias,*
*Et regnum Priami vetus.*
*Eheu, quantus equis, quantus adest viris*
*Sudor? quãta moues funera Dardanæ*
*Gẽti? iam galeam Pallas, & AEgida,*
*Currúsque, & rabiem parat.*
*Nequicquam Veneris præsidio ferox,*
*Pectes cæsariem: gratâque fœminis*
*Imbelli cithara carmina diuides:*
*Nequicquam thalamo graueis*
*Hastas, & calami spicula Cnosij*
*Vitabis, strepitúmq; & celerem sequi*
*Aiacem tamen, heu serus adulteros*
C *Crineis puluere collines.*
*Non Laërtiaden, exitium tuæ*
• *Gentis, non Pylium Nestora respicis?*
*Vrgent impauidi te Salaminius*
*Teucer, te Sthenelus sciens*
*Pugnæ, siue opus est imperitare equis,*
*Non auriga piger. Merionen quoque*
*Nosces. ecce furit te reperiri atrox*
*Tydides melior patre:*
*Quem tu, ceruus vti vallis in altera*
*Visum parte lupũ graminis immemor,*
*Sublimi fugies mollis anhelitu,*
*Non hoc pollicitus tuæ.*
*Iracunda diem proferet Ilio,*
*Matroníq; Phrygum classis Achillei.*
*Post certas hiemes vret Achaicus*
*Ignis Iliacas domos.*

PASTOR] Paris. fuerat enim in monte Ida expositus propter Hecubæ somnium, & à pastore quodam educatus.

HELENAM] sic habent cod. Iann. Torneſ. & vnus Vatic. non vt vulg. *Helenen.*

HOSPITAM] Paridem duce Venere Lacedæmonem profectũ esse, & à Menelao hospitio perhonorifico acceptum, eius vxori Helenæ incontinentius, quàm hospitem decebat, oculos adiecisse, eámque raptam in vrbem Phœniciæ Sidonẽ primùm, deinde Troiam aduexisse, cùm alij complures tradunt, tùm Hom. interpres scribit Iliad. A. Apud Homerum autem sic loquitur Paris eo, quem dixi, Iliad. libro. ὑ γὰρ πώποτε μ' ὧδε ἔρως φρένας ἀμφεκάλυψεν, Οὐδ' ὅτε σε πρώτιστον Λακεδαίμονος ἐξ ἐράτειν͂ης Ἔπλεον ἁρπάξας ἐν ποντοπόροισι νέεσσι. quorum versuum hæc ferè sententia est: Numquam enim antea mihi amor ita mentem occupauit, ne tum quidem cùm te primùm è Lacedæmone raptam nauibus Troiam aduexi. D E

INGRATO] non grato, molesto, cùm ventorum naturæ nihil sit accommodatius, atque optatius, quàm flare, seu spirare, vt pote qui sint spiritus, otium illis esse molestissimum probabile est. *Ventos autem obruit otio*, id est, compressit, ne spirarent.

NEREVS] Nereus Ponti filius, à mendacio alienus, & verax, vt vult Hesiod. in Theog. Νηρέα δ' ἀψευδέα, καὶ ἀληθέα γείνατο Πόντος. Idem Thetidis pater: & deus marinus. propter has causas hîc Nereus, nempe quia & deus marinus est, & minime mendax, fata Troiana canit. Nam quamuis etiam alij dij & futura præsciant, & vera loquantur, tamen magis erat consentaneum & consonum, deum marinum nauiganti Paridi vaticinari, quàm quemuis alium.

MALA AVI] ἀπαισίῳ ὄρνιθι. malis auspiciis. vt Od. III. lib. 3. *Troiæ renascens alite lugubri Fortuna tristi clade iterabitur.* & Od. X. epod. *Mala soluta nauis exit alite.* contrà Od. VI. lib. 4. *potiore ductos Alite muros.* & Od. XVI. epod. *secunda Ratem occupare quid moramur alite?* sic Catull. in nuptias Iuliæ: *bona cum bona Nubit alite virgo.* & Tibull. *Fulserit his niueis Delius alitibus.* & Sophoc. in Oedip. Tyran. Ὄρνιθι αἰσίῳ. contrà ἀπαίσιοι ὄρνιθες F

FERA FATA] transiatio est à feris animantibus.

CONIVRARA TVAS RVMPERE] Eustathius in illum locum Homeri ιλ. β. Πᾶσι δὴ συνδέσιας π, καὶ ὅρκια βήσεται ἡμῖν, hæc tradit ex Stesichoro. Cùm Græcorum fortissimus, & præstantissimus quisq; Helenam sibi vxorem expetereret tùm propter generis splendorem, tùm propter eximiam formam: pater Tyndareus, seu Tyndarus veritus ne vno delecto, & ceteris antepositio, alios sibi inimicos atque infensos redderet: eos omneis ad iusiuran-

A iusiurandum adegit, ei, cui filiam suam in matrimonium collocaret, ceteros opitulaturos, siqua in illum propter Helenam à quoquam inferretur iniuria. Quo iureiurando ab omnibus dato, & accepto, Helenam Menelao despondit: ita non multo pòst tempore rapta Helena, principes Græcorum in societatem belli venerunt iurisiurandi religione obstricti. Pausanias Laconic. tradit, post iusiurandum illud vltrò, citróque datũ & acceptum, Tyndarum, equum, quem eo ipso tempore mactauerat, in eundem locum defodisse. errant autem qui hoc, *coniurata*, ad sacramentum militiæ referunt.

RVMPERE NVPTIAS] dirimere, dissoluere. Idem verbum etiam pertinet ad versum, qui sequitur. *Et regnum Priami vetus.* valebit autem ibi, euertere, diruere.

EHEV, QVANTVS EQVIS] sic Homer. ἰλιάδ. β. Ἰδρώσει μέν που πλαμοὺς ἀμφὶ σῷσι Ἀχαιοὺς ἀμφιβρότης, τῶεὲ δ' ἔγχεϊ χεῖρα καμεῖται· Ἰδρώσει δέ που ἵππος εὐξοον ἄρμα πάγων. in vtroque enim loco est. ἐπανόπτωσις prœliorum, & cladis futuræ.

QVANTA MOVES FVNERA] quantam B cladem, quantas strages Troianis excitare paras?

IAM GALEAM PALLAS] Pausanias Elia. 1. in ornamentis, & donis Olympiacis numerat Palladis statuam galea, & Ægide armatam. his verbis, Ἄθλωᾶ (inquit) ἔστηκε κράνος ὀπίσω εἰμένη καὶ αἰγίδα ἐνδεδυκυῖα. Hom. sic de Pallade ἰλιάδ. ε. Ἀμφὶ δ' ὤμοισιν βάλετ' αἰγίδα θυσσανόεσσαν· Δεινὴν ἣν πῶεὶ μὲν πάντη φόβος ἕστεφάωται· Ἐν δ' ἔρις ἐνδ' ἀλκὴ, ἐν δὲ χρυόεσσα ἰωκὴ. id est, Humeris autem Ægida fimbriatam humeris imposuit, horribilem aspectu, & vndique terrore coronatam: In ea erat contentio, in ea vires, in ea persecutio, seu clamor bellicus. & ἰλιάδ. β. μετὰ δὲ γλαυκῶπις Ἀθήνη Αἰγιδ' ἔχουσ' ἐρίτιμον, ἀγήρων, ἀθανάτην π. id est, postea autem Pallas vultu horribili Ægida tenens valde honoratam, senij expertem, & immortalem. Non temerè autem Horatius in describenda prœlij imagine Palladem appellat. Ei enim Deæ, vt & Marti, rei militaris, & belli gerendi partes datæ sunt. Itaq; Iupiter apud Homerũ ἰλιάδ. ε. Venerem ab omni studio, & munere rerum bellicarum remouens, C eas res Marti & Palladi curæ fore dicit. Οὔ τοι τέκνον ἐμὸν δίδοται πολεμήια ἔργα. Ἀλλὰ σύγ' ἰμερόεντα μετέρχεο ἔργα γάμοιο· Ταῦτα δ' Ἄρηϊ θοῷ, καὶ Ἀθήνῃ πάντα μελήσει. Non tibi filia mea res bellicæ datæ sunt. At tu tracta & persequere res nuptialeis, optabileis & amoris plenas. Hæc autem omnia marti celeri, & Mineruæ curæ erunt. Pindarus item Pallada κόραν ἐγχείβρομον vocat εἰδ. ζ. ὁλυμπ id est, hasta frementem, seu, si dicere licet, hastifremam.

NEQVICQVAM VENERIS] hoc ex Hom. ἰλιάδ. γ. Οὐκ ἄν τοι χραίσμη κίθαρις, τά τε δῶρ' Ἀφροδίτης, Ἤτι κόμη, τοτε εἶδος, ὅτ' ἐν κονίῃσι μιγείης. id est, non tibi profuerit, aut præsidio fuerit cithara, & Veneris munera, coma, forma, cùm in terram deiectus fueris. & eodem libro Venus Paridem cum Menelao singulari certamine decertantem, iamiámque pæne victum, è campo subducit, ac liberat, & in thalamo odorato collocat. τὸν δ' ἐξήρπαξ' Ἀφροδίτη Ῥεῖα μάλ', ὥστε θεός, ἐκάλυψε δ' ἠέρι πολλῇ. Καὶ δ' εἰσ' ἐν θαλάμῳ εὐώδεϊ, κηώεντι. aduerbium autem D *nequicquam* vel cum nomine *ferox* coniungi potest hoc modo: nequicquam præsidio Veneris ferox, id est, fretus, confisus, pectes Cæsariem, vel (quod minus probo) cum verbo pectes: alterum *nequicquam* autem, quod sequitur, cum verbo, *vitabis*, cohærere omnino debet. non admodum huic dissimile est illud Virgil. Æn. XII. de Ænea. *Longè illi Dea mater erit, qua nube fugacem Faminea tegat.* Iam ferox, idem ferè valet, quòd animosus, elatus, superbus: non, vt vulgus putat, crudelis, aut inhumanus. idque exempla ex bonis auctoribus linguæ Latinæ declarabunt. Atque ab Horatio ordiamur. Od. XXXII. huius lib. de Alcæo: *Quis ferox bello, tamen inter arma, &c.* Od. XXXV. eiusd. *Vrbésq; genitésq;, & Latium ferox.* & Od. XXXVII. eiusd. *Deliberata morte ferocior.* cuius loci explicationem suo loco legito. & Od. v. lib. 2. *currit enim ferox Aetas.* Od. II. lib. 3. *& Parthos feroces Vexet eques metuendus hasta.* & III. *Roma ferox.* Od. II. lib. 4. *quandoque trahet feroces Per sacrum clivum merita decorus Fronde Sicambros.* & Od. IIII. eiusd. *nec imbellem feroces Progenerant aquilæ columbam.* & IX. eiusd. E *non ferox Hector, vel acer Deiphobus graueis Excepit ictus pro pudicis Coniugibus, puerisque primus.* & de Arte poët. *Sit Medea ferox, invictaque.* M. Tull. Philipp. II. *Appellatus es de pecunia, quam pro domo, pro hortis, pro sectione debebas. Primò respondisti planè ferociter, &, ne omnia videar contra te dicere, propemodum æqua, & iusta dicebas.* Idem Philipp. XII. *sunt autem fortes illi quidem: sed propter memoriam rerum, quas gesserunt, pro populi Rom. libertate, & salute reip. nimis feroces, & ad suam vim omnia nostra consilia reuocantes.* Idem ad Attic. lib. 10. epist. *indulsit illi quidem suus pater semper: sed non facit indulgentia mendacem, aut anarum, aut non amantem suorum: ferocem fortasse, & arrogantem, & infestum facit.* Idem epist. ad M. Marcell. lib. 4. *sed miserius nihil, quam ipsa victoria: quæ etiam si ad meliores venit, tamen eos ipsos ferociores, impotentioréque reddit.* Virgil. Æn. I. *Bellum ingens geret Italia, populósque feroces Contundet.* Idem lib. 4. *Stat sonipes, ac frena ferox spumantia mandit.* Catull. de nupt. Thet. & Pel. *Morte ferox Theseus,* id est, morte Minotauri elatus. T. Liuius lib. 24. *legatisque Syracusanorum de cæde stationis Rom. querentibus, ferociter responsum est.* Idem lib. 1. *pastor accola eius loci nomine Cacus, ferox viribus, &c.* ibidem. *In eum hæc gloriantem cum globo ferocissimorum iuuenum Romulus impetum facit.* apud eundem: *ferox responsum, & ferociter respondere* crebrò leguntur.

Sallust. de bello Iugurth. *Sed Hiempsal, qui minimus ex illis erat, natura ferox, & iam antea ignobilitatem Iugurthæ despiciens, &c.* Idem ibid. *vt ille, qui nunc sceleribus suis ferox, atq; præclarus est, &c.*

IMBELLI CITH. CARM. DIVIDES] non, distribues fœminis, vt nonnulli explicant: sed grata fœminis carmina distinctè, aptè, accommodatè, dispositè lyra canes: carmina aliis atque aliis neruis carptis ac percussis modulaberis. vt Prop. *Hæc eadem legit in thyrsos, hæc carmina neruis Aptat.*

IMBELLI

A IMBELLI CITHARA] minime ad bellum apta: otiosis, & pacem colentibus conuenienti. Itaque qui ad Achillem iratum missi sunt Aiax & Achilles, vt eum plâcent, & molliant, reperiunt eum cithara canentem. Hom. *ἰλ. ι.* τὸν δ' εὗρον φρένα τερπόμενον φόρμιγγι λιγείῃ, &c. Horat. epist. 7. lib. 1. *Sed vacuum Tibur placet, aut imbelle Tarentum.*

CNOSSII] Cretensis. Cnossa vrbs Cretæ, de qua Hom. *ὀδυσσ. τ.* Cretensem calamum autem posuit propter Idomeneum Cretensium ducem.

STREPITVMQVE] pugnantium: vt Tit. Liuius lib. 44. annalium. *& ab* XII. *millibus propè clamorem, & strepitum pugnantium audiret.*

CELEREM SEQVI] genus loquendi à Græcis sumtum, Horatio vsitatum, vt aliàs pluribus verbis ostendemus.

SERVS] serò, vt Od. XVI. epod. *Nec vespertinus circum gemit vrsus ouile.* & epist. ad Aug. *Serus enim Græcis admonuit acumina chartis.*

CRINEIS PVLVERE COLLINES.] occumbes, cades, mortuus trahêris. sic ferè Od. VI. lib. 4. *posuitque collum in Puluere Teucro.* de quo genere dicemus ad Oden VII. lib. 2. quamquam
B qui puluere óbliti sunt, ac sordidi, non semper victi, aut cæsi intelliguntur. Sunt enim nonnulli *Non indecoro puluere sordidi.* vt Od. I. lib. 2. & Od. VI. lib. 1. *puluere Troico Nigrum Merionen.* nisi forte intelligas mortuos quidem esse illos, sed eam mortem esse laudabilem, & gloriosam. Pindarus sanè perspicuè hoc genere loquendi vtitur ad significandum animum in ipsa acie fortem & inuictum, corpúsque ad omnia belli pericula, & vulnera excipienda promptum, ac paratũ. sic enim Tiresias apud eum multo antè prædicit, crineis Herculis in illa Deorum & Gigantum pugna luto & puluere inquinatum iri. καὶ γὰρ ὅπαν θεοὶ ἐν πεδίῳ Φλέγρας γιγάντεσσι μάχαν αἰπὰζωσι, μελίων ὑπὸ ῥιπαῖσι κείνᾳ φαεσίμαν χαίᾳ πεφύρσεσθαι κόμαν. Sed non mihi videtur tacendum, in cod. Torness. ita legi: *tamen, heu, serus adulteros Cultus puluere collines.* quam scripturam tametsi nusquam alibi reperierim, damnare tamen non ausim. Verùm de ea iudicet lector emunctæ naris.

EXITIVM T. G.] Quidam libri veteres ha-
C bent *exitium tua Genti.* sic autem locutus est apud M. Tull. lib. 1. de diuinatione nescio quis poëta vetus, fortasse Pacuuius. hunc si tolleret, Eum esse exitium Troiæ, pestem Pergamo.

VRGENT] insequuntur.

TE SALAMINIVS TEVCER, TE STHENELVS] discrepant hîc libri manu scripti & à vulgatis, & inter se. Nam cum vulgati omnes, quos quidem viderim, sic habeant, *Teucérque, & Sthenelus*, ego copulationem *que* in nullo manu scripto reperi. habent autem scripti alij hoc modo, *Teucer te Sthenelus sciens*: in his duo Vatic. Iann. Faër. Russard. Nicotiani. alij, *Teucer, & Sthenelus*: in his Vatican. vnus, & Torness. neque est quòd quemquam moueat syllaba posterior in nomine *Teucer*, breuis. sic enim sæpe alibi. vt, *Perrupit Acheruntа, &c.* & Od. I. & *Caca timet aliunde fata.* & Od. XII. lib. 2. & vltimo versu huius Od. *Ignis Iliacas domos.* ego hanc scripturam, vt simpliciorem, & veriorem olim secutus eram. Nunc D
alteram malo. vulgatam autem planè non probo.

SCIENS PVGNÆ] hoc epitheto sæpe vtitur Homerus, vt *ἰλ. ε.* Ἐνθ' Ἕκτωρ δύο φῶτε κακὰ πέκτανε, εὖ ἰδὼς πόλεμον. & cod. lib. Κρήτων, Ὀρσίλοχός τε, μάχης εὖ εἰδότε χάρμης. & cod. lib. πολέμων εὖ εἰδὼς. & ibidem: Οὔ τις οἱ σεύσας ἔβαλεν πόξων εὖ εἰδώς. sic infra Od. IX. lib. 3. *Dulceis docta modos, & citharæ sciens.*

SIVE OPVS EST IMPERITARE] omissum alterum, siue. esset autem integra loquendi ratio hoc modo: & Sthenelus, siue pugnandum sit, pugnandi scientia instructus, & bonus παραβάτης, idem, aurigæ socius ad pugnandum expeditus: siue equi moderandi, promtissimus auriga. erat autem Sthenelus Diomedis comes. Homerus *ἰλιάδ. δ. &* ε.

MERIONEN QVOQVE] Meriones Idomenei comes. Homer. *ἰλιάδ. θ.* καὶ ὀπάων Ἰδομενῆος Μηριόνης, ἀπάλαντος Ἐνυαλίῳ ἀϊδρηφόντῃ. & *ἰλιάδ. γ.*

ECCE FVRIT TE REPERIRE ATROX] Vel furit te reperire atrox: id est, furenter persequitur, vt te reperiat: vel atrox te reperire, id est, atrox in te reperiendo. nam vtrumque loquendi genus & à Græcis ductum, & Horatianum est. E
Prætereà illud *furit*, videtur Horatius ex Homero expressisse *ἰλιάδ. ζ.* ἀλλ' ὁδὲ λίλυ Μαίνεται, ὑδέ πῃ οἱ δύναται μένος ἰσοφαρίζειν. id est, At hic valde furit, neque ei quisquam par esse potest.

TYDIDES MELIOR PARTE] cùm Agamemnon *ἰλιάδ. δ.* Græciæ principes ad fortiter pugnandum cohortans, & alios, vt ignauos, obiurgans: alios laudans, vt strenuos, & acreis & forteis, Diomedem ignauiæ argueret, dicens, patrem eius quidem Tydeum, fortissimum & pugnacissimum fuisse: sed ex eo filium natum esse, oratione & lingua promptiorem, in pugna verò tardiorem, ac deteriorem: Diomedes pudore deterritus, regisque maiestatem reueritus, nihil respondet: Sthenelus autem, eius comes & familiaris, pro se, & pro illo refert, se & Diomedem patribus esse meliores. Verba Hom. sunt hæc. Τοῖος ἔἰω Τυδεὺς Αἰτώλιος, ἀλλὰ τὸν υἱὸν Γείνατο εἶο χέρεια μάχῃ, ἀγορῇ δέ τ' ἀμείνω, &c. responsum autem Sthenelis: ἡμεῖς τοι πατέρων μέγ' ἀμείνονες εὐχόμεθ' εἶναι. Idem Homerus *ὀδυσσ. β.* ait paucos admodum filios pa- F
tribus virtute pares esse, plureis deteriores, raros meliores. sic Hom. Παῦροι γάρ τοί παῖδες ὁμοῖοι πατρὶ πέλονται· Οἱ πλέονες κακίους, παῦροι δέ τε πατρὸς ἀμείνους.

MELIOR] fortior, valentior, ἀμείνων, κρείσσων, κάρρων, vt Od. VI. lib. 3. *ille Missilibus melior sagittis.* & epist. X. lib. 1. *Ceruus equum pugna melior communibus herbis Pellebat.* sic Virgil. lib. 3. Georg. *Deterior qui visus, eum ne prodigus obsit, Dede neci: melior vacua sine regnet in aula.* sic & Græci, vt declarant superiora exempla ex Hom. & hoc ex Eurip. in Phœn. Ἐπὶ δὲ κρεῖσσον τὸ κακὸν ὄρνιτ' ἀγαθοῦ. Non me pigebit occasione oblata Plutarchi locum in Pyrrho corruptum in omnibus exemplaribus etiam manu scriptis, emendare, & explicare. Verba Plutarchi sunt hæc: εἷς δὲ τῶν παρόντων ὄνομα μανδρικὸς ἔφη τῇ φωνῇ λακωνίζων, αἰμὲν ἐσσὶ τύχᾳ θεὸς, ὐδὲν μὴ πάθωμεν· ἐ γὰρ ἀδικεῦμεν· αἰδ' ἄνθρωπος, ἔσεαι καὶ πυπαρπῶν ἄλλος Legendum ἔσσεαι καὶ σεῦ κάρρων ἄλλος. id est,

A id est, quidam ex iis, qui aderant, Mandricida nomine, dixit Laconico sermone: si tu quidem Deus es, non metuimus, ne quid abs te incommodi nobis accidat: non enim te iniuria afficimus: sin homo es, exsistet etiam aliquis alius te melior. quam quidem emendationem cùm ego olim Amiotto viro doctiss. qui nuper Plutarchi vitas in sermonem Gallicum vertit, exposuissem, ita probauit, vt eam secutus sit.

QVEM TV, CERVVS VTI] quem tu non aliter fugies, quàm lupum ceruus. εἰκὼν. Aristoteles ceruum in timidis animantibus numerat. Tùm Homerus timidos homines, & fugaceis, cum ceruis comparare solet. ιλ. χ. Ὡς οἱ μὲν κατ' ἄστυ πεφυζότες ἠύτε νεβροί, &c. & Achilles Agamemnonem in iurgio dicit cerui cor habere. notus est versus ille Οἰνοβαρὲς, κυνὸς ὄμματ' ἔχων, κραδίλω δ' ἐλάφοιο. infrà Od. 4. lib. 4. *Cerui luporum praeda rapacium Sectamur vltro, quos opimus Fallere, & effugere est triumphus.*

SVBLIMI FVGIES MOLLIS ANHELITV] sublimem anhelitum accipio, eum, qui multo extrinsecus hausto aëre, & ita dilatatis, & ductis pulmonibus exspiratur, & qui ex alto, imóque pectore ducitur: quod accidere solet in magno corporis labore, & longo cursu, vel grauiore aliqua animi cura. Virg. Georg. 3. *Tum verò ardentes oculi, atque attractus ab alto Spiritus.*

NON HOC POLLICITVS TVÆ.] Helenæ. multa enim de te magnificè prædicaras. quod quidem ei exprobrat Helena ιλιάδ. γ. his verbis, ἤμὲν δὴ πρίν γ' εὔχεο, &c. vel dic pollicitus κατ' τὸ σιωπώμενον. tuæ dixit, vt Od. XXV. *Me tuo longas pereunte nocteis. &c.*

IRACVNDA DIEM PROFERET] diuturna illa & pænè implacabilis Achillis ira bellum Troianum producet, Troiæq; expugnationem, & euersionem morabitur, ac retardabit. Home. principio Iliad. Μῆνιν ἄειδε θεὰ πηληϊάδεω Ἀχιλῆος.

POST CERTAS HIEMES.] post annos nouem: anno decimo. quod item Chalcas auguratus fuerat ex passerum numero.

## PALINODIA.

### Ode 16.

Veniam petit à puella, quam iambis læserat.

*O Matre pulchra filia pulchrior,*
*Quem criminosis cumq; voles, modum*
*Pones iambis, siue flamma,*
*Siue mari libet Adriano.*
*Non Dindymene, non adytis quatit*
*Mentem sacerdotum incola Pythius.*
*Non Liber æquè: non acuta*
*Sic geminant Corybantes æra*
*Tristes vt iræ: quas neque Noricus* D
*Deterret ensis, nec mare naufragum,*
*Nec sæuus ignis, nec tremendo*
*Iupiter ipse ruens tumultu.*
*Fertur Prometheus addere principi*
*Limo coactus particulam vndique*
*Desectam, & insani leonis*
*Vim stomacho apposuisse nostro.*
*Iræ Thyesten exitio graui*
*Strauere: & altis vrbibus vltimæ*
*Stetere causæ, cur perirent*
*Funditus, imprimerétque muris*
*Hostile aratrum exercitus insolens.*
*Compesce mentem: me quoq; pectoris*
*Tentauit in dulci iuuenta*
*Feruor, & in celereis iambos*
*Misit furentem. nunc ego mitibus* E
*Mutare quæro tristia, dum mihi*
*Fias recantatis amica*
*Opprobriis, animúmque reddas.*

QVEM CRIMINOSIS CVMQVE] quemcumque. sic epist. 1. ad Mæcenat. *Quo me cumq; rapit tempestas, &c.* & sup. Od. IX. *Quem fors dierum cumque dabit.*

PONES IAMBIS] sic loquitur Od. XV. lib. 3. *Vxor pauperis Ibici Tandem nequitiæ pone modum tuæ.* sic enim legitur in nonnullis membranis manuscriptis, vbi libri vulg. habent. *fige modum.*

IAMBIS] quos in te scripsi, & edidi.

NON DINDYMENE] Cùm studeat Horatius puellam offensam versibus maledicis, sibi placare: primùm permittit ei, vt versus de medio tollat, siue exurere velit, siue in mare deijcere: Deinde quia vult videri iratus scripsisse, ostendit quanta F sit iræ vis, quippe quæ vehementius commoueat hominum animos, quàm Cybele, Apollo, Liber mentem sacerdotum: inter fratres implacabileis inimicitias concitet, vrbeis funditus euertat. Postremò fatetur se ira impulsum versus olim iambicos scripsisse, cum iuuenis esset: sed nunc ætatis maturitate mitigatum esse.

DINDYMENE] Cybele, Rhea. Dindymene autem à Dindymis, monte Phrygiæ: vt Berecynthia à Berecyntho, Pessinuntia à Pessinunte. Bonam Deam Romani appellabant, cuius sacra oculis viri ne imprudentis quidem aspici fas erat. vide Catulli Galliambum.

ADYTIS] remotis & occultis templi, vt interpretatur Cæs. lib. 3. de bello ciuili, his verbis, *Pergamique in occultis ac remotis templi, quò præter sacerdotes adire fas non est, quæ Graeci ἄδυτα appellant, tympana sonuerunt.* Sic autem restitui hunc locum

A locum apud Cæſarem, vbi libri vulgati habent *ac remotis templis* ἄδυτον (inquit Heſych.) κοπρῶνιον, ἢ τὸ ἀπόκρυφον μέρος τοῦ ἱεροῦ. Id eſt, adytum, eſt ſpelunca, aut intima, & abſtruſa pars templi.

MENTEM SACERDOTVM] ſic Virgil. Æn. VI. mentem Sybillæ ab Apolline concitatam deſcribit. *Non comtæ manſere comæ, ſed pectus anhelum, Et rabie fera corda tument, &c.* M. Tull. hanc concitationem mentis à quadam vi & poteſtate terræ effici ſolitam eſſe putat. ſic enim ſcribit de diuinat. lib. I. *Poteſt autem vis illa terræ, quæ mentem Pythiæ diuino afflatu concitabat, euanuiſſe vetuſtate.*

INCOLA PYTHIVS] interpres Pindari, Pythia ſcribit à loco eſſe appellàta: loco autem nomen fuiſſe Pythô. Iam Pythô tradit interpres Homeri fuiſſe vrbem Phocidis. Hom. ὀδυσσ. θ. Πυθοῖ ἐν ἠγαθέῃ· ὃθ' ὑπέρβη λάϊνον οὐδὸν Χρησόμενος. Idem ἰλ. I. Οὐδ' ὅσα λάϊνος οὐδὸς ἀφήπορος ἔντὸς ἐέργει Φοίβου Ἀπόλλωνος Πυθοῖ ἐνὶ πετρηέσσῃ: id eſt, neque quàm multa ſaxeum limen, ſeu ſolum Phœbi oracula reddentis continet in vrbe Pythone lapidoſa. Incola igitur Pythius intelligitur Apollo, quod Pythô, vel Pythôna in-
B colit vrbem ſibi ſacram. Eſt autem dicta vel ἀπὸ τῆς πυνθάνεσθαι, quod eſt ſciſcitari, quærere: vel ab eo, quòd oraculi cuſtos draco ab Apolline ſagittis confixus ibidem computruerit, quod Græci dicũt πύθεσθαι. lege quæ ſcripſimus ad illum locum, *qui Pythia cantat*, in epiſtola de arte poët. ad Piſones.

NON LIBER ÆQVE] Iram Bacchi ſenſerunt Pentheus & Lycurgus: ſentiunt eius ſacerdotes mænades: experti ſunt denique & Centauri. Virg. Georg. 2. *Bacchus & ad culpam cauſas dedit, ille furenteis Centauros letho domuit, Rhœcúmq;, Pholúmq;, Et magno Hylæum Lapythis cratere minãtem.*

CORYBANTES] Corybantes, Rheæ ſacerdotes ἀπὸ τῆς κρύβειν dicti, propterea, quòd cùm Rhea partum, partúsque dolores Saturnum filios ſuos deuorare ſolitum celare vellet, eos ad eam rem adminiſtros, & adiutores adhibebat: illi autem tympanorum pulſu, cymbalorum ſonitu, cornuum, & tibiarum cantu partim Saturnum terrebant, partim Iouis vagientis, & Rheæ parturientis vocem auertebant. quod declarat & Callim.
C hymno in Iouem. Οὗλα δὲ κυρβαντίες γε περὶ τρύλλιν ὀρχήσαντο Τεύχεα πεπληγυῖαι, ἵνα κρόνος ἔασιν ἀκὴν Ἀστερίδος εἰσαΐοι, καὶ μή σεο κυρίζοιτο. Et Lucret. lib. 2. *Hîc armata manus (Curetas nomine Graij Quos memorant Phrygios) inter ſe forte catenas Ludunt, in numerúmque exſultant ſanguine pleti, Terrificas capitum quatientes numine criſtas, Dictæos referunt Curetas: qui Iouis illum Vagitum in Creta quondam occultaſſe feruntur, Cùm pueri circum puerum pernice choréa Armati in numerum ſtarent: pernice chorea Armati in numerum pulſarent æribus æra, Ne Saturnus eum malis mandaret adeptus, Æternúmque daret matri ſub pectore vulnus.* Lege & Strab. lib. 10. vbi multa de Curetibus, quos eoſdem eſſe, atque Corybantas, ait. Idem Strabo eòdem libro principium cuiuſdam dithyrambi Pindarici profert, in quo Pindarus ritus ſacrorum Bacchi apud Græcos, & cęremonias ſacrorum matris Deorum, quę fiunt apud Phryges, communione quadam omnium rerum & ſimilitudine inter ſe coniungere videtur: quod item facit Horat. Od. XVIII. huius lib. *ſaua tene cum Berecynthio Cornu tympana*, ſic Virgil. Æn. 3. *Hinc mater cultrix Cybeli, Corybantiáq; æra.* à Corybantibus manauit apud Græcos verbum κορυβαντιᾶν, quod valet Corybantum more inſanire ac furere, diuino quodam ſpiritu afflari. Plato in Sympoſio: Ἐγὼ γ' οὖν ὦ ἄνδρες εἰ μὴ ἔμελλον κομιδῆ δόξειν μεθύειν, εἶπον ἂν ὑμῖν οἷα δὴ πέπυσθαι αὐτὸς ὑπὸ τῶν τότε λόγων, καὶ πάσχω ἔτι καὶ νῦν. ὅταν γὰρ ἀκούω, πολύ μοι μᾶλλον, ἢ τῶν Κορυβαντιώντων, ἥ, τε καρδία πηδᾷ, καὶ δάκρυα ἐκχεῖται ὑπὸ τῶν λόγων τῶν τότε. id eſt, Ego igitur, viri, niſi vererer ne valde ebrius viderer, dixiſſem vobis iuratus quomodo ab iſtius verbis affectus ſim, atque etiam nunc afficiat. Cùm enim audio, mihi multo magis, quàm Corybantum in morem inſanientibus, & diuino quodam furore concitatis & corſalit, & lacrymæ excutiuntur vi verborum. & in Iône: καὶ οἱ μελοποιοὶ οἱ ἀγαθοὶ ὡσαύτως. ὥσπερ οἱ Κορυβαντιῶντες, οὐκ ἔμφρονες ὄντες ὀρχοῦνται. id eſt, & boni poëtæ, qui mele faciunt, ſimiliter, vt diuino furore afflati, cùm ſana mente non ſint, ſaltant. & ibid. ὑγὰρ τέχνη, ὡδ' ἐπιστήμη περὶ ὁμήρου λέγεις, ἃ λέγεις, ἀλλὰ θεία μοῖρα, καὶ κατακωχή. ὥσπερ οἱ κορυβαντιῶντες ἐκείνης μόνης αἰσθάνονται τῆς μέλους ἰδέας ἣ ἂν ᾖ τῆς θεοῦ, ἐξ ὅτου ἂν κατέχωνται. id eſt, non enim arte, neque ſcientia de Homero loqueris, ſed diuino quodam numine atque afflatu, quemadmodum qui diuino quodam furore ſunt concitati, illud ſolum melos ſtatim intelligunt, atq; arripiunt, quod ſit eius dei, cuius ſpiritu afflati ſint.

QVAS NEQVE NORICVS DETERRET ENSIS] ſignificat, eum, qui iratus eſt, neq; enſeis, neque vllum denique periculum, aut cruciatum extimeſcere. Itaque rectè Ennius iram principium inſaniæ eſſe dixit: & Pindarus ὀλυμπ. ιδ'. ζ. αἱ δὲ φρενῶν παραχαὶ παρέπλαξαν καὶ σοφόν. id eſt, mentis perturbationes, etiam ſapientem à recta via deduxerunt. Et Eurip. in Med. Θυμὸς δὲ κρείσσων τῶν ἐμῶν βουλευμάτων. Ὅσπερ μεγίστων αἴτιος βροτοῖς κακῶν. id eſt, ira autem meis conſiliis potentior eſt: Quæ quidem hominibus magnorum malorum cauſas afferre ſolet. Noticus enſis à Noricis appellatus. ſic Od XVII. epod. *Modo enſe pectus Norico recludere.*

FERTVR PROMETHEVS] Hæc de particulis vndique decerptis, & defectis, hominique illi primo adiunctis, aptiſſimè & elegantiſſimè ab Horat. ſunt excogitata. nullus enim alius horum auctor extat, quod ſciam: niſi quis hæc ad fabulam illam Platonicam referat, quæ eſt in Protagora: vbi ſcribit, cùm Epimetheus in fingendis animantibus rationis expertibus omneis naturæ facultates conſumſiſſet, & ita cùm genus humanum fingendum eſſet, nihil, vnde inſtrueretur, atque ornaretur, ſuperaret: Prometheum coactum eſſe ſapientiam artificialem à Minerua, ignem à Vulcano ſuffurari: Mercurium poſteà Iouis mandatu iuſtitiam & pudorem hominibus impertiſſe vt ciuilem inter ſe ſocietatem colere poſſent. huic igitur fabulæ hæc addit de ſuo Horatius. Ac fuit Prometheus Iapeti & Clymenæ filius, vt ſcribit Heſiodus in Theogon. vide ſup. Od. III. faciunt

autem

Digitized by Google

A autem Prometheum poëtæ prouidum, ſagacem. ac ſapientem, idque à Theophraſto ſcriptum eſſe refert interpres Apollon. lib. 2. argonaut. itaque & nomen ἀπὸ τῆ προμαθείας, vel ἀπὸ τῆ προμηθεῖσθαι conſecutus eſt: contrà Epimetheum eius fratrem, imprudentem, atque inſipientem, & malo demum accepto, atque ex rerum euentu, quid expediret, quid non, intelligentem.

PRINCIPI] primo ſic Od. vlt lib. 3. *Principi Æolium carmen ad Italos Deduxiſſe modos.* & Od. XVII. eiuſd. *Qui Formiarum mœnia dicitur Princeps, &c.* ſic Cæſar lib. 1. de bello Gall. *cuius legationis Numeius, & Verodoctius principem locum obtinebant.* idem ibid. *ea pars princeps pœnas perſoluit.* M. Tull. Accuſ. lib. 2. *Primum quod omnium nationum princeps Sicilia ſe ad amicitiam & fidem populi Rom. applicuit: prima omnium, id quod ornamentum imperij eſt, prouincia eſt appellata.* & lib. 2. epiſt. ad Attic. *ego princeps in adiutoribus, ego ſecundus.*

LIMO] πηλῷ. quomodo nati ſint primi homines ex eorum ſententia, quos hîc ſequitur Horatius, lege Diodorum Siculum lib. 1. & Lucret. lib. 5. & Heſiod. interpretes non longè à principio. huc pertinet illud Varronis, Eumenid. *Empedocles natos homines ex terra ait, vti blitum.*

INSANI LEONIS] iracundi, rabidi. tralatio eſt à ratione præditis. Lucretius lib. 3. de leonibus: *Sed calidi plus eſt illis, quibus acria corda, Iracundáque mens facile efferuescit in ira: Quo genere in primis vis eſt violenta leonum, Pectora qui fremitu rumpunt plerumque gementes, Nec capere irarum fluctus in pectore possunt.*

STOMACHO] hinc ſtomachum facere, & ſtomachari dicunt Latini, pro eo, quod eſt, iram commouere, & irasci.

IRÆ THYESTEN] quamuis hæc ſint omnibus nota ex tragicis poëtis: tamen M. Tullium ad hunc locum explicandum adhibeamus. ſic igitur ille Tuſcul. 4. *Ira verò quamdiu perturbat animum, dubitationem inſaniæ non habet: cuius impulſu exiſtit etiam inter fratres tale iurgium. Quis te homo Superauit vnquam gentium impudentia? Quis autem malitia te? noſti quæ ſequuntur. alternis enim verſibus intorquentur inter fratres graniſſimæ contumeliæ, vt facile appareat, Atrei filios eſſe, eius, qui meditatur pœnam in fratrem nouam, Maior mihi moles, maius miſcendum malum, Quî illius acerbum cor contundam, & comprimam. Quæ igitur hæ erunt moles? Audi Thyeſten ipſum. impius Hortatur frater, vt meos malis miſer Mandem natos: eorum apponit viſcera. Quid eſt enim quo non progrediatur ira? eodem, quo furor, &c.* vbi vulgò mendosè legitur *manderem.* eadem ferè reperiuntur in tertio libro de orat. ad Q. fratrem.

VLTIMÆ STETERE CAVSÆ] vltimæ cauſæ ſunt, quibus nullæ aliæ ſunt propinquiores. verbum ſtetere autem ſignificat eas eſſe certas, fixas, & pæne neceſſarias: vel vltimas cauſas eadem ratione dixit, qua ſupplicium vltimum, ſeu extremum dicimus, vt vltimas intelligamus cauſas, quę exitum habeant, quæ non ſint inanes. ſic Liuius lib. 7. *ea vltima fuit cauſa, cùm multæ antè querimoniæ vltro citróque iactatæ eſſent, cur per fetiales rebus repetitis bellum Tiburti populo indiceretur.*

IMPRIMERE TQVE MVRIS] Caius iuriſconſultus in pandectis iuris ciuilis tit. de vſufructu, ait Karthagini euerſę aratrum impreſſum eſſe: ex eóque probare, & colligere ſolent iuriſconſulti tum demum vrbem aliquam eſſe deſiiſſe, atque interiiſſe, cùm in ea aratrum circumductum ſit. Ad hanc rem pertinet locus ille M. Tullij Philipp. 1. *vt vexillum tolleres, vt aratrum circumduceres: cuius quidem vomere portam Capuæ pæne perſtrinxiſti, vt florentis Coloniæ territorium minueretur.*

INSOLENS.] victoria elatus. vt Od. 16. epod. *oſſa Quirini (Nefas videre) diſſipat inſolens.* M. Tull. pro Marcell. *victoria natura eſt inſolens & ſuperba.*

COMPESCE MENTEM] Comprime animum. vt epiſt. ad Loll. lib. 1. *animum rege, qui niſi paret, Imperat: hunc frenis, hunc tu compeſce catena.* Od. 14. lib. 2. *Tityóng, triſti Compeſcit vnda.*

ME QVOQVE PECTORIS] vtitur excuſatione ętatis, & perturbationis animi, quòd in eam olim ſcripſerit iambos.

NVNC EGO MITIBVS MVTARE] ſtudeo triſtem atque acerbam naturam meam lenire ac mitigare: ſtudeo triſtia relinquere, mitia autem perſequi, atque amplecti. hæc enim verbi *mutare* vis eſt interdum: vt Od. 19. huius libri. *Socraticam & domum Mutare loricis Iberis Pollicitus meliora tendis.* & epiſt. ad Mæcen. 2. lib. 1. *nec Otia diuitiis Arabum liberrima muto.* ſic Salluſt. *Nemo niſi victor pace bellum mutauit.* & Propert lib. 3. *Durus qui potuit lucro mutare puellam.* ſic & verbũ ἀλλάττειν apud Græcos nonnunquam. Eurip. in Hec. Νικᾶς᾽ Ἀσίαν Εὐρώπης θεράπαιναν, ἀλλάξασ᾽ ἀίδα θαλάμοις. contrà Od. 34. huius lib. *valet ima ſummis Mutare.* & Od. 1. epod. *Pecús ve Calabris ante ſidus feruidum Lucana mutet paſcuis.* ſic Od. 12. lib. 2. *Num tu, quæ tenuit dives Achæmenes, Permutare velis crine Lycymniæ?* & Od 1. lib. 3. *Cur valle permutem Sabina Diuitias operoſiores?* & Od. 9. epod. *Punico Lugubre mutauit ſagum.* & Ode prox. *Velox amœnum ſæpe Lucretilem Mutat Lycæo Faunus.* ſciendum eſt autem, veteres mutandi verbo vſos eſſe pro eo, quod eſt, emere aut vendere. vt Saty. 4. lib. 1. *Hic mutat merces ſurgente a ſole ad eum, quo Veſpertina tepet regio.* cui ſimile eſt illud Virgil. Pollione: *nec nautica pinus Mutabit merces: omnis feret omnia tellus.* & Georg. 3. *quamuis Mileſia magno Vellera mutentur Tyrios, incocta rubores.* & Horat. Serm. lib. 2. Saty. 7. *an hic peccat, ſub noctem qui puer vuam Furtiua mutat ſtrigili:* id eſt, emit. ſed illud, quod eſt in principio 1. lib. Georg. *veſtro ſi munere tellus Chaoniam pingui glandem mutauit ariſta:* ſimile eſt huic loco Horatiano. Catullus quoque *mutari*, videtur dixiſſe pro *emi*, in Aſinium: *crede Pollioni Fratri, qui tua furta vel talento Mutari velit.* Neque verò fit hoc temerè, veteres enim venditione & emtione non vtebantur, ſed permutatione: in qua res pro re, non pretium dabatur. qua de re lege Ariſtotelis lib. 5. de moribus, & pandectas iuris ciuilis tit. de rerum permutatione. M. Tullius quoque (vt redeam ad id, quod initio dicebam) commutandi verbum in vtramque partem vſurpauit: vt pro

A Sextio, *vt cum patriæ caritate constantiæ gloriam commutaret*: id est, vt patriæ caritati constantiæ gloriam anteponeret: & in Cluentiana, *Qui fidem suam ad perniciem innocentis pecunia commutarunt*: id est, qui fidem suam pecunia vendiderunt. quod Græci dicunt ἀνήκατηλλάξαντο, vel κατηλλάξαντο. Ex his, quid sit apud M. Tullium *permutare pecuniam, & pecuniæ permutatio*, intelligere licet. qua de re tamen dicemus alio loco.

DVM MIHI FIAS RECANTATIS AMICA] id est, vsque eò dum & ego stilo verso, iisque maledictis, quæ in te conieci, oblitteratis, ac tuis laudibus scriptis, tecum in gratiam redeam, & tu placata me tua à me alienatione exanimatum, recrees, & in spem erigas meliorem.

ANIMVMQVE REDDAS.] sic loquitur Terent. And. *reddidisti animum.*

## AD TYNDARIDEM.
### Ode 17.

Inuitat eam in Lucretilem.

B VELOX amœnum sæpe Lucretilem
Mutat Lycæo Faunus: & igneam
Defendit æstatem capellis
Vsque meis, pluuiósque ventos.
Impune tutum per nemus arbutos
Quærunt latenteis, & thyma deuiæ
Olentis vxores mariti:
Nec virideis metuunt colubras,
Nec Martialeis hædilia lupos,
Vtcumque dulci Tyndari fistula
Valles, & Vsticæ cubantis
Læuia personuere saxa.
Dij me tuentur: Diis pietas mea,
Et Musa cordi est. hinc tibi copia
Manabit ad plenum benigno
C Ruris honorum opulenta cornu.
Hic in reducta valle, caniculæ
• Vitabis æstus: & fide Teïa
Dices laboranteis in vno
Penelopen, vitreámque Circen.
Hic innocentis pocula Lesbij
Duces sub vmbra: nec Semeleïus
Cum Marte confundet Thyoneus
Prælia: nec metues proteruum
Suspecta Cyrum, ne malè dispari
Incontinenteis injiciat manus,
Et scindat hærentem coronam
Crinibus, immeritámque vestem.

VELOX AMOENVM] id est, Faunus sæpe ex monte Lycæo in Lucretilem (qui mons est in Sabinis) demigrat. vide quæ annotauimus de verbo mutandi, ad Oden superiorem. Sed non est omittendum, Priscianum lib. 18. hunc locum ita explicare, Lucretilem mutat Lycæo, id est, Lycæum mutat Lucretili. de Fauno autem, vide quæ suprà ad Oden 4. annotaui. D

DEFENDIT ÆSTATEM] id est, propulsat æstatem à capellis. sic Virg. Melibœo: *Solstitium pecori defendite.* Plautus Rudente: *vt illas serues vim defendas, dum ego herum adduco meum.* M. Tull. in Catone maiore: *& nimios solis defendit ardores.* Idem pro Roscio Amer. *iniuriam nouo scelere conflatam putant oportere defendi.* Idem offic. 3. *etenim si is, qui non defendit iniuriam, neque propulsat à suis cûm potest, iniustè facit, &c.* Cæsar lib. 1. de bello Gall. *& quòd non bellum intulerit, sed defenderit.* & Horat. Saty. 3. lib. 1. *& toga, quæ defendere frigus, Quamuis crassa, queat.*

PLVVIÓSQVE VENTOS] ventos, qui pluuiam pariunt. epist. de arte poët. *aut pluuius describitur arcus.*

IMPVNE TVTVM, &c.] quidam libri veteres habent, *Impune totum per nemus, &c.* E

DEVIÆ] quæ sæpe à recta via, seu regione deerrant. paullo aliter dixit *deuium scortum* Od. 11. lib. 2.

OLENTIS VXORES] hirci vxores, videlicet capellæ. ἄκυρον, vt Saty. 3. lib. 2. *Bellua cognatos elisserit.* & Virg. Melib. *Vir gregis ipse caper.* & Georg. 3. *Quem legêre ducẽ, & pecori dixêre maritum.*

COLVBRAS] sic habent cod. 2. Vatic. & Faër. neque verò refert vtrùm legamus, *colubros an colubras.* vtrumq; enim vsu receptum est. Nonius.

NEC MARTIALEIS HÆDILIA LVPOS] nec hædorum septa, id est, greges metuunt lupos. hædilia autem pes est Ionicus pro choriambo. qui pedes tempore sunt inter se pares. sic Hom. ὀδυσ. ξ'. Εως ἐγὼ τοῦδε κακοῦνα πολιὼ βίοτον συναγείρων Ηχ' λώμενν. & Cat. ad Cinnam: *Consule Pompeio primum duo Cinna sedebant Mœchilia: facto consule nunc iterum, &c.* vbi anapæstus pro spondæo positus est. ductum est autem mœchile à mœcho, vt hædile ab hædo. Et puto, ὁδὸν παράφρονα, duobus mœchilibus F significari à Catullo domum Luculli, cuius vxorẽ Clodiam, Clodij sororem, Clodius ipse adulterasse dictus est, vt scribit Plut. in Cæsare, & domũ Lepidi, quem dolore periisse, vxoris adulterio ex quadam epist. cognito, Pompeio primùm consule, scribit Plutarchus in Pompeio. sed Auratus & apud Catullum, non *mœchilia*, sed *mœchidia* legẽdum putat: & hîc *hædulei.* hæduleos autem idem vult valere quod hædulos. ego *hædulia*, malim legi, vt per hædulias intelligamus hædilia. Et verò liquidò confirmare possum, in libris veteribus ferè omnibus scriptum esse *hædilia.*

VTCVMQVE] id est, quandocumque seu vbicumque. Nam, *vt*, quidem apud bonos scriptores valet interdum, vbi, qua parte, quo tempore, cum, simulatque. Catull. ad Fur. & Aurel. *Littus vt longè resonante Eoa Tunditur vnda.* Idem ad Coloniam: *Verum totius vt lacus, putei laq; paludis,*

• *Lintidissi-*

Digitized by Google

A *Liuidissima, maximéq; est profunda vorago.* id est, vbi. & ad Licinum: *Vt conuenerat esse.* id est, simul vt, vel vbi. & Virgil. Æneid. 5. *cæsis vt forte iuuencis Fusus humum, viridesque super madefecerat herbas:* id est, vbi seu quo loco. sic Terent. *mater consequitur: iam vt limen exirem, ad genua accidit.* id est, cùm limen exirem. Horat. Od. 3. epod. *Vt Argonautas præter omneis candidum Medea mirata est ducem, Perunxit hoc Iasonem.* & Saty. 9. *vt illi Nil respondebam, miserè cupis (inquit) abire.* M. Tull. offic. 3. *at ille, vt ingressus est, confestim gladium destrinxit.* addatur igitur particula, cumq; tantundem valebit, aut etiam amplius. sic Od. 35. huius libri: *vtcumq; mutata potenteis Veste domos inimica linquis.* & Od. 4. libri quarti: *Vtcumque defecere mores, Dedecorant bene nata culpæ.* & Ode 17. libri. 2. *ibimus, ibimus, Vtcumque precedes, supremum Carpere iter comites parati.* & Ode 17. epod. *Vtcumque fortis exsilis puerpera.* & Ode 3. lib. 3. *Vtcumque mecum vos eritis, libens Insanientem nauita Bosporum Tentabo.* sic Terẽt. in Heautont. *sed nostrum est intelligere vtcumque, atque vbicumque opus sit, obsequi,* id est, quandocunque, & quo-

B cumque loco: & Plaut. in Epidico. *Vtcumque in alto ventus est, Epidice, ex imo velum vertitur.*

DVLCI FISTVLA] fistula Panos scilicet, aut Fauni. Pan enim fistulæ inuentor. Virgil. Alexi. *Pan primus calamos cera coniungere plureis Instituit: Pan curat oueis, ouiúmque magistros.* Idem Pharmaceut. *semper pastorum ille audit amores, Panáque, qui primus calamos non passus inerteis.* Pan deus pastorum est: atque iccirco monteis, siluas, valleis, & solitudines colit. Idem Virgil. ibidem. *Mecum etiam in siluis imitabere Pana canendo.* Idẽ. Georg. 2. *Fortunatus & ille, deos qui nouit agresteis, Panáque siluanúmque senem, Nymphásque sorores.* & Lucret. lib. 4. *Sex etiam aut septem loca vidi reddere voces, Vnam cum iáceres: ita colles collibus ipsis Verba repulsantes iterabant dicta referre. Hæc loca capripedes satyros, Nymphásque tenere Finitimi fingunt, & Faunos esse loquuntur: Quorum noctiuago*

C *strepitu, ludóque iocanti Affirmant volgò taciturna silentia rũpi: Chordarúmq; sonos fieri, dulceisque querelas, Tibia quas fundit digitis pulsata canentum: Et genus agricolúm late sentiscere cum Pan Pinea semiferi capitis velamia quassans, Vnco sæpe labro calamos percurrit hianteis, Fistula siluestrem ne cesset fundere musam.*

VSTICÆ CVBANTIS] montis in Sabinis: *cubantis,* leuiter decliuis, vt cubantis hominis speciem præ se ferre videatur.

LÆVIA] læuia saxa, assiduo aquarum cursu attrita, & expolita. Virg. Georg. 2. *Nec tiliæ læues.* & ibid. *Tum leueis calamos, &c.* vide sup. quæ annotauimus ad Od. 2.

PERSONVERE] propriè, & vsitatè, id est, sonitum acceptum reddidere. vel sonitu completæ fuerunt. sic Saty. 6. lib. 2. *simul domus alta Molossis Personuit canibus.* & M. Tull. ad Lept. lib. 6. *& si abest maturitas ætatis, iam tamen personare aureis eius huiusmodi vocibus non est inutile.* & pro Rosc. Amerino. *animi & aurium causa tot homines habet, vt quotidiano cantu vocum, & neruorum tota vicinitas personet.* alia huius verbi vis est, epist. 1. li. D 1. *Est mihi purgatam crebrò qui personet aurem.* sic Virg. Æn. 6. *Cerberus hæc ingens latratu regna trifauci Personat.* & ibid. *Sed tum forte cauum dum personat æquora concha.*

HINC] ex meo fundo.

AD PLENVM] ita loquitur Virg. Georg. 2. *Huc ager ille malus, dulcésque à fontibus vnda Ad plenum calcentur.*

BENIGNO CORNV.] pleno & largo cornu, vt in carmine læculari ad Deos: *apparétque beata pleno Copia cornu.* & epist. ad Iccium: *aurea fruges Italiæ pleno defudit copia cornu.* ordo est, hinc, id est, ex agro meo opulenta ruris honorum copia tibi mánabit ad plenum, benigno cornu. ruris honores appellat ea omnia, quæ ruri nascuntur. *benignus* autem valet idem, quòd largus, liberalis, munificus: propriè, qui bonis & dignis largitur, interdum etiam qui indignis, tùm apud hunc poëtam, & ceteros bonos latinitatis auctores: ex quo benignitas, quæ idem valet, quòd beneficientia & liberalitas. M. Tull. frumentaria. *qui benignitate adducti per beneficium & gratiam ciuitatibus concesserunt, vt nummos pro frumento darent.* & offic. 1. *videndum est, ne obsit benignitas & ijs ipsis, quibus benignè videbitur fieri, & ceteris.* Idem pro Deiotaro, *Deiotarus dicere est solitus benignè sibi à populo Rom. esse factum,* &c. iterũ, frumentaria. *vt ambitiosi homines & benigni, cum pluris senatus æstimasset, quam quanti esset annona, ex senatus æstimatione, non ex annonæ ratione, soluisses.* ibid. *benignè ac liberaliter.* orat. contra Rullum ad popul. *Gracchorum benignitas.* de orat. lib. 2. *raro datur, vt possis liberalitatem ac benignitatem ab ambitu, atque largitione seiungere.* Terẽt. in Hecyra. *nihil tibi apud me defieri patiar, quin, quod opus sit, benignè præbeatur.* Plaut. Menæchm. *Tanta ad narrandum argumentum est benignitas.* T. Liuius lib. 9. *prædæ erat largitor: & benignitatem per se gratam comitate adiuuabat.* Horat. Od. 29. lib. 3. de fortuna. *Nunc mihi, nũc alij benigna.* & Od. 18. lib. 2. *At fides, & ingeni Benigna vena est.* & Od. 1. epod. *Satis superque me benignitas tua Ditauit.* & Saty. 2. lib. 1. *Quippe benignus erat: contrà hic ne prodigus esse Dicatur, metuens, inopi dare nolit amico, Frigus*

E *quo, durámque famem depellere possit.* ibid. *at hic si, Quæres, qua ratio suaderet, quáque modestè Munifico esse licet, vellet bonus atque benignus Esse, daret quantum satis esset.* & Saty. 3. lib. 2. *vini sominique benignus.* & Od. 2. lib. 4. *dabimúsque Diuis Tura benignis.* & Od. 17. epod. *Egens benigne Tantalus semper dapis.* & epist. ad Scæuam lib. 1. *Si prodesse tuis, paulóque benignius ipsum Te tractare voles.* & epist. ad Mæcenat. secunda lib. 1. *benigne, Respondet.* Festus vult esse compositum ex bono & gignendo. notissimum est prouerbium Ἀμαλθείας κέρας. id est, capræ Amaltheæ cornu: quo significatur omnium rerum vbertas & copia.

HÎC IN REDVCTA VALLE] vallem reductam appellat (opinor) quæ sinus quosdam flexuosos, & recessus habeat: in quibus quis à ventis, & iniuria cæli tutus esse queat. sic Virg. Georg. 4. *inq; sinus scindit sese vnda reductos.* eadẽq; repetita

A sunt Æneid. 1. & Æneid. 6. *Interea videt Æneas in valle reducta Secluſum nemus.* & Horat. Od. 2. epod. *Aut in reducta valle mugientium Proſpectat errantes greges.*

CANICVLÆ VITABIS ÆSTVS] Caniculę nimios ardores vitabis. ſed de Canicula dicemus nonnulla ad Od. 13. lib. 3. ibi, *Te flagrantis atrox hora Canicula Neſcit tangere.*

ET FIDE TEÏA] Lyra Anacreontis Teïj, id eſt, modis & cantibus, qui Anacreontis verſibus ſint pares, & ſimiles. *Anacreontis* (vt ſcribit M. Tull. Tuſ. quæſt. lib. 4.) *tota poeſis eſt amatoria.* de eodem ſic Pauſanias Atticis. Anacreontis Teïj, qui maiore ex parte res amatorias ſcripſit, ſtatua in arce Athenienſium prima poſt Sapphonē locata eſt, eo habitu, & ſtatu corporis, cuiuſmodi credibile eſt eſſe hominis ebrij canentis. ſed de Anacreonte plura dicemus ad Od. 14. lib. epod.

DICES LABORANTEIS IN VNO PENELOPEN] canes Penelopen, & Circen vtramque vnius Vlyſſis amore ardentem. Vlyſſem autem ex Penelope Telemachum, ex Circe Telegonum patricidam ſuſcepiſſe traditum eſt.

B VITREAM] vel ſplendidam inſtar vitri, & ita formoſam: vel pellucidam, quales ab Epicuro Deos inductos eſſe ſcribit M. Tull. de diuinat. 2. his verbis: *Deos enim ipſos iocandi cauſa induxit Epicurus pellucidos, & perflabileis, &c.* quos alibi μεροχεάμμους appellat: vel marinam, quod magis probo. aqua enim, corpus eſt διαφανὲς vt vitrum. Atque iccirco aqua, vitrea dicitur: & color aquæ, vitreus, quaſi pellucidus ac cæruleus. Itaq3 Nymphæ marinæ apud Virg. 4. Georg. vellera carpūt vitreo colore fucata. ſic Virg. *eam circum Mileſia vellera Nymphæ Carpebant hyali ſaturo fucata colore.* & Horat. pontum, vitreum appellat. lib. 4. Od. 2. *vitreo daturus Nomina ponto.* Iam cæruleus, ſeu glaucus color diis & deabus marinis, & fluuiis tribuitur. idem Od. 13. epod. de Thetyde: *nec mater domum Cerula te reuehet.* Virg. lib. 8. Æneid. de Tiberi. *eum tenuis glauco velabat amictu, Carbaſus & crineis vmbroſa tegebat arundo.* Idem 12. *& quæ cæruleo ſunt numina ponto.* Idem quinto de Neptuno: *Cæruleo per ſumma leuis volat æquora curru.* Idem 8. extr. de Nilo: *& tota veſte vocantem*
C *Cæruleum in gremium.* alia ratione dixit famam, vitream Saty. 3. lib. 3. *quem cepit vitrea fama.* per *vitream* enim, fragilem ſignificari voluit, vt famā popularem. Apud Varronem vitreum, pellucidum ſignificat. *Quorumdam vitrea togæ oſtentant tunicæ clauos.* Nonius in nomine *vitreum.*

HÎC INNOCENTIS POCVLA] vinum Leſbium innocens appellat, id eſt, innoxium, quòd, qui eo vtatur, nihil intemperanter, nihil iracundè, nihil furioſè agat: vel refer ad moderatum, ac temperatum eius vſum. quod idem tamen de ceteris vinis dici poteſt.

DVCES] bibes, hauries. ſic Plautus Amphit. *eam ego, vt matre fuerat natum, vini eduxi meri:* id eſt, ebibi. ſic Horat. Od. 12. lib. 4. *Sed preſſum Calibus ducere Liberum Si geſtis.* & Od. 3. lib. 3. *Iucidas Inire ſedes, ducere nectaris Succos.* non diſſimile eſt illud Od. 1. lib. 4. *Illic plurima naribus Duces thura.* & verbum compoſitum obducere. D Cicer. Tuſcul. 1. de Theramene: *qui cum coniectus in carcerem triginta iuſſu tyrannorum venenum, vt ſitiens, obduxiſſet reliquum ſic è poculo eiecit, vt id reſonaret.* & ita quidam intelligendum putant locum illum. 1. epiſt. lib. 1. ad Attic. *qui ſic inopes & ab amicis, & ab exiſtimatione ſunt, vt mihi videatur non eſſe, ἀδύνατον Curiū abducere.* i. vt non videatur eſſe ἀδύνατον æquo animo ferre etiā Curium competitorem. ſic P. Victorius Florentinus explicat. tralatio ducta eſt à medicamentis liquidis, quæ ægri exſorbere ſolent, vt conualeſcant. vnde nata ſunt illa genera loquendi, exſorbere & deuorare moleſtiam.

NEC SEMELEÏVS CVM MARTE] tum confundit Bacchus cum Marte prœlia, cùm à vino & poculis, ad ferrum & arma venitur: vel cùm vino ſimul, & ferro certatur, quale fuit Lapithārum, & Centaurorum conuiuium. Profert hunc locum Seruius ad illum Virg. Georg. 2. *Ille furenteis Centauros, &c.*

THYONEVS] ſic dictus eſt Bacchus ἀπὸ τῆς Θυώνης τῆς Σεμέλης. Nam Semelen Pindarus Thyonem appellat Πυθ. εἰδ. γ. ἀπαρ λευκωλένῳ γε ζεὺς πατὴρ ἤλυθεν ἐς λέχος ἱμερον τὴν Θυώνα. Verùm Thyonen rurſus E dici volunt ἀπὸ τῦ θύειν, quia Bacchus in choris concitatus feratur, & furat. Interp. Apollon. argon. 1. πλὴν Σεμέλῃ θυώνῃ καλεῦσιν, ἐπαφὴ Αἰσχύλος ἔγκυον αὐτὴν παρεισήγαγεν ὅσαν, καὶ ἐνθαζομένην. id eſt Semelen, Thyonen nominant, quoniam Æſchylus prægnantem, ſeu grauidam eam induxit, & diuino numine afflatam.

SVSPECTA] tu ſuſpecta Cyro, videlicet ſuſpicanti alium abs te amari.

NE MALÉ DISPARI] ne tibi tuo malo, diſpari, vel miſere & valde diſpari viribus, id eſt, inferiori, imbecilliori, &c. Alij ſic: non reſpondenti in amore. vel coniunge, *male*, cum verbo *inijciat*, vt paullo pòſt dicemus.

INIICIAT MANVS] inijcere manus non eſt. inferre. hoc enim ſemper cum vi intelligitur: illud autem etiam ſine vi eſſe, & intelligi poteſt. vt M. Tull. pro Q. Roſcio Com. *hic mihi veritas manum iniecit, & pauliſper conſiſtere, & commorari coēgit.* Et dominus apud Iuriſconſultos, rei ſuæ manus F inijcere dicitur, cum eam apud alium poſſeſſorem repertam, apprehendit, & vendicat. ex quo manus iniectio apud eoſdem. Paterculus lib. poſteriore. *ſecutus deinde eſt conſulatus C. Cæſaris, qui ſcribenti manum inijcit, & quamlibet feſtinantem in ſe morari cogit.* hoc loco autem nomen, *incontinenteis*, adiectum, videtur augere vim verbi. Quin mihi magis placet, quod Paſſeratius nuper mihi dixit in ſermone, videri *male* coniunctim eſſe intelligendum cum verbo *inijciat*: vt malè inijciat intelligamus, immaniter, & ſceleratè inijciat. quā ſententiam adiuuant hi Tibulli verſus, *Non ego te pulſare velim: ſed venerit iſte Si furor, optarim non habuiſſe manus.* Idem. *Ah, lapis eſt, ferrumq;, ſuam quicumque puellam Verberat: è cælo deripit ille deos.* ſic alibi malum pro ſcelerato & impio vſurpatur. Hor. Od. 12. lib. 4. *quòd malè barbaras Regum eſt vlta libidines.*

CORO-

Digitized by Google

CORONAM] corollam è floribus. solebant enim vti coronis in conuiuiis antiqui. qua de re & supra diximus, & dicemus plura ad Od. 11. lib. 4. verumtamen etiam ex Lucretio, hoc intelligere licet lib. 3. *Hoc etiã faciunt, vbi discubuere, tenentq; Pocula sæpe homines, & inumbrant ora coronis.* quod item declarat versus ille, quem citat Athen. lib. 3. ex Archestrato, Αὐὶ δὲ στεφάνοισι κάρα ῥοδοδαφῆ δαίνυτα πυκάζῃ.

IMMERITAMQVE VESTEM] quæ nihil commeruit, quamobrem ab amante Cyro irato scindatur. Satyra. 3. lib. 2. *Culpantur frustra calami, immeritúsque labor at Iratis natus paries diis atq; poëtis.* Virgil. moreto. *Immeritóque furens dicit conuicia fumo.* Terent. Adelph. *Discidit vestem: resarcietur.*

## AD QVINCTILIVM. VARVM. Ode 18.

Vini potu moderato hilarari animum: immoderato, rixas excitari.

*NVLLAM, Vare, sacra vite prius seueris arborem*
*Circa mite solum Tiburis, & mœnia Catili.*
*Siccis omnia nam dura Deus proposuit: neque*
*Mordaces aliter diffugiũt sollicitudines.*
*Quis post vina grauem militiam, aut pauperiem crepat?*
*Quis non te potius Bacche pater, téque decens Venus?*
*At ne quis modici trãsiliat munera Liberi*
*Centaurẽa monet cum Lapithis rixa super mero*
*Debellata: monet Sithoniis nõ leuis Euius: Cum fas, atq; nefas exiguo fine libidinum*
*Discernunt auidi. non ego te candide Bassareu*
*Inuitum quatiam: nec variis obsita frondibus*
*Sub diuum rapiam. sæua tene cum Berecinthio*
*Cornu tympana: quæ subsequitur cæcus amor sui,*
*Et tollens vacuum plus nimio gloria verticem,*
*Arcaniq; fides prodiga, perlucidior vitro.*

NVLLAM VARE SACRA] hic versus ex Alcæo expressus est. μηδὲν ἄλλο φυτεύσῃς πρότερον δένδρεον ἀμπέλου.

MITE SOLVM] mite, quia vuæ in eo natæ mites sunt, seu quia miteis vuas effert. Virg. Georgic. 1. *Heu male dum miteis defendit Pampinus vuas.* ab eodem mitis vindemia dicta, lib. 2. extr. *Mitis in apricis coquitur vindemia saxis.*

CATILI] Virgilius geminat literam l. *Tum gemini fratres Tiburtia limina linquunt, Fratris Tiburni dictam cognomine gentem, Catillúsque, acérque Coras.* sic Horat. inf. Od. 22. lib. 3. in homine Apullicum geminat l.

SICCIS] sobriis, vino nequaquam madidis. vt Od. 5. lib. 4. *dicimus integro Sicci manè die.* & epist. ad Mæcenat. 3. lib. 1. *forum, puteálque Libonis Mandabo siccis, adimam cantare seueris* &. M. Tull. contra Rullum in Senatu, *Vtrum esse vobis consilia siccorum, an vinolentorum somnia videntur?* & Academ. quæst. lib. 4. *dormientium & vinolentorum, & furiosorum visa imbecilliora esse dicebas, quàm vigilantium, siccorum, sanorum.* & Plaut. in Persa. *Iamdiu factum est, cum bibimus: nimis sicci sumus.*

MORDACES] sic curas edaceis appellat Ode 11. lib. 2. *Dissipat Euius Curas edaceis.* Graeci γυιοκόρους, & θυμοδακεῖς μελεδῶνας nominant, quasi membra rodenteis, & animum mordenteis: & θυμαλγεῖς, & θυμοβόρους.

GRAVEM MILIT. AVT PAVPER. CREPAT?] id est, quis potus militiæ, aut paupertatis incõmoda queritur? quis de militia & paupertate loquitur, vt oneribus grauibus, & non ferendis? duobus codicibus calamo scriptis reclamantibus, qui habent, *increpat, crepat* excudendum curaui, vnum Vaticanum secutus, in quo scriptum est, increpat, alia manu, vt facile appareat initio, *crepat*, scriptum fuisse. Præterea Nonius Marcellus docet, *crepare* hoc loco valere, queri, & dolere, citatque & hunc versum Horatij, & alterum Lucret. lib. 2. *Et crepat antiquum genus, vt pietate repletum Per facile angustis toleraret finibus ævum.* sed simpliciter dici potest, crepare, per translationem quandam sermonis, esse assiduè aliqua de re loqui, sempérque eam in ore habere. quemadmodum in epist. ad Mæcen. 2. lib. 1. *Sulcos & vineta crepat mera.* & in epist. ad Pisones de arte. *Aut immunda crepent, ignominiosáque verba.* & Saty. 3. lib. 2. *Si quid Stertinius veri crepat.* & ita versus, qui deinceps sequitur, *Quis non te potius, &c.* facillime poterit explicari, hoc modo, Quis post vina militiam, aut paupertatem habet in ore? quis non potius Bacchum, & Venerem crebris vsurpat vocibus, ac sermonibus? Tale est illud Theognidis: Εἰ πίομαι, πενίης θυμοφθόρου μελεδαίνω, Οὐδ' ἀνδρῶν ἐχθρῶν, οἵ μὰ λέγουσι κακῶς, id est. si bibero, paupertatem animo rum pestem non curo: neque inimicos & maleuolos homines, qui mihi maledicunt.

AT, NE QVIS MODICI] At, ne quis supra modum bibat, monet Centaurorum, & Lapithatum pugna in poculis orta, & commissa, &c. sic Theognis, Οὐς δ' ἂν ὑπερβάλλῃ πόσιος μέτρον, ὑπ. ἐπ κείνος Τῆς αὐτὸ γλώσσης καρπὸς, ἐδέδοκται. quorum

A versuum hęc ferè ſententia eſt, Qui autem bibendi modum ſuperarit, neque ille iam linquæ ſuæ, neque mentis compos eſt. idem, Ἄφρονος ἀνδρὸς ὁμῶς, καὶ σώφρονος οἴνος ὅταν δὴ Πίνηθ' ὑπὲρ τὸ μέτρον, κοῦφον ἔθηκε νόον. id eſt, Cùm vinum ſupra modum hauſtum fuerit, ſtulti peręquè & intelligentis mentem leuem ac mobilem reddidit. citantur & hi verſus ab Athen. lib. 2. Πᾶσας δ' ἐκ κραδίας ἀνίας ἀνδρῶν ἀλαπάζει Πινόμενος κ' μέτρον, ὑπὲρ μέτρον δὲ χρεῖων. id eſt, Vinum modicè potum omneis ex animo moleſtias abigit, ac diſſipat: ſin immodicè hauriatur, malum eſt. huc pertinent & verſus Anacreont. qui citantur item ab Athen. lib. 14. Οὐ φίλος, ὃς κρατῆρι παράπλεῳ οἰνοποτάζων Νείκεα, καὶ πόλεμον δακρυόεντα λέγει· Ἀλλ' ὅστις μουσέων τε, καὶ ἀγλαὰ δῶρ' Ἀφροδίτης Συμμίσγων ἐρατῆς μνήσκεται εὐφροσύνης. i. non eſt mihi gratus qui ex pleno cratere vinum immoderate hauriens contentiones & bellum lacrymoſum narrat: ſed qui muſarum & Veneris munera temperans, & commiſcens, nihil præter lætitiam, & hilaritatem in ore habet.

CENTAVRĒA MONET CVM LAPITHIS] Pirithous Ixionis, & Diæ filius, epulum nuptiale
B Centauris, vt ſibi neceſſitudine coniunctis, præbuit. Cùm fugiſſet autem eum Marti ſacrificare, Deum illum irritauit, ſibique infenſum, atq; inimicum reddidit. Ita Centauri plus nimio poti ſibi ipſi tēperare non potuerūt, quin ingenio ſuo indulgentes Lapitharum vxoribus vim inferre conarētur. Lapithæ autē hāc tam atrocem iniuriā & cōtumeliā iniquo animo ferētes, atq; vlciſci volētes, magnas Cētaurorū ſtrages ediderunt. Antinous apud Home. ιλιάδ. φ. malus auctor quidem ille, ſed tamen hac parte verus, deterrere Vlyſſem volens, ne arcum illum difficillimum ad inflectēdum, intendere conaretur: hanc Lapitharum & Centaurorum hiſtoriam profert, dicens, Vlyſſem immodico vini potu impulſum, & mente captum, vt illos, rem ſuis viribus imparem ſuſcipere, ac tentare. Οἶνός σε τρώει μελιηδής, ὅς τε καὶ ἄλλον Βλάπτῃ, ὅς ἄν μὴν Χανδὸν ἕλῃ, μηδ' αἴσιμα πίνῃ. Οἶνος καὶ Κένταυρον ἀγακλυτὸν Εὐρυτίωνα Ἄασεν ἐν μεγάρῳ μεγαθύμῳ Πειριθόῳ Εἰς Λαπίθας ἐλθόντ', ὃδ' ἐπὶ φρένας ἄασεν οἴνῳ, &c. M.
C Tullius oratione in Piſonem, conſulum perpotationem cum Lapitharum & Centaurorū conuiuio comparat. ſic ille. *Quod quidem iſtius in illis reip. luctibus ſympoſium, quaſi aliquod Lapitharum aut Centaurorum conuiuium ferebatur.* Centaurū Pindarus ex Ixione & nube Iunonis ſimilitudinem gerente natum facit: eóq; loco hanc Centaurorum & Lapitharum pugnam multis verbis perſequitur interpres: quam in templo Theſei depictam fuiſſe ſcribit Plutarchus in Theſeo. lege & de eadem Heſiodi Apſidem.

RIXA SVPER MERO DEBELLATA.] rixa in conuiuio armis & ferro dijudicata. Verbo *debellandi* crebrò vtitur T. Liuius, ſed impersonaliter, vt loquuntur Grammatici: & interdum abſolutè.

MONET SITHONIIS NON LEVIS EVIVS] monet & Bacchus, quiā Thracibus ſumma religione colitur: quem non contemnunt Thraces Lycurgi exitio docti, vel, quem ſæpe ſibi habent iratum, cùm plus æquo poti, quicquid ſibi libet, etiam licere putant. D

SITHONIIS] id eſt, Thracibus. Ode 26. lib. 3. *Memphim carentem Sithonia niue.* Euium autem Bacchum eſſe appellatum à voce bacchantium εὐοῖ, cùm ſit notum, de ea re non dicam plura.

CVM FAS, ATQVE NEFAS.] cum fas, & nefas non iure, nec ratione, nec honeſtate, ſed ſua libidine diſcernere, ac metiri voūlt: quod cùm ſit, res inter ſe maximè diſſimiles, ac contrariæ facilè miſcentur, & confunduntur. Libido enim omnium rerum diſcrimen, ac delectum tollit, réſque maximè inter ſe diſiunctas, ac diuerſas coniungit, & exæquat, ne dum tanquā finis, ac terminus fas, & nefas diſcernere, aut diſtinguere queat.

AVIDI] libidine inflammati. aliter *auidos nautas* dixit Od. 28. huius lib. & Saty. 3. lib. 2. *auidum heredem.* & *conuiuas auidos* Saty. 5. lib. 1.

NON EGO TE CANDIDE.] candide, liber, ſimplex, aperte, verax, ſincere, Ode 11. epod. *candidum Peuperis ingenium.* & Saty. 5. lib. 1. *animæ, qualeis, neque candidiores Terra tulit.* & Od. 14. epod. *candide Macenas.* & epiſt. 6. lib. 1. epiſt. *ſi quid nouiſti rectius iſtis, Candidus imperti: ſi non,* E *his vtere mecum.*

INVITVM QVATIAM] ſacra Bacchi maxima, occultiſſimaque religione contineri, reconditiſſimáque in eis myſteria ſubeſſe ſcribunt boni auctores. huius igitur loci hæc ſententia eſt. te inuitum non commouebo, non te exagitabo. (nemo enim te laceſſit impune) neque tua ſacra pampinis inuoluta proferam in lucem, aut diuulgabo. neque res vllas arcanas, & reconditas enuntiabo. quod valet, non progrediar bibendo vſque ad ebrietatem. nam qui immoderatè bibūt, & nimio vini potu fiunt ebrij, res arcanas & reconditas ac tacendas enuntiare ac vulgare ſolēt. *inuitum* autem dixit, quia quamuis Bacchus non inuitus munera ſua largiatur hominibus, inuitus tamen eos vino obrui, & ebrios fieri videt. Licet etiam hæc ad ſacrorum Bacchi conſuetudinem referre, quam exponit Seruius ad illum Virgil. locum, Æneid. 4. *qualis commotis excita ſacris Thyas, &c.* his verbis, *Commotis ſacris ideo dixit,* F *quia in ſacrorum renouatione commouebantur ſimulacra: vnde Horatius, non ego te candide Baſſareu, Inuitum quatiam.* Baſſareum autem Bacchum dictum volunt à Baſſaris. de quibus magna quæſtio eſt. Alij enim eas Bacchi nutrices fuiſſe dicunt, dictas παρὰ τὸ βάσσειν καὶ ἀρᾶν, propter inſaniam ſcilicet, eaſdemque Lydas, Macetas, Mimallonas eſſe nominatas: alij Baſſaras, calceos fuiſſe volunt, alij veſtimenti genus, vt dicemus & ad Odam 25. lib. 3.

NEC VARIIS OSSITA.] id eſt, obducta, operta. obſerere enim hoc ſignificat per tralationem. Plautus in Trinummo. *hem iſtic oportet obſeri mores malos, ſi in obſerendo poſſint interſicier.* Orgia autem ſignificat.

SVB DIVVM RAPIAM.] diuulgabo, aperiam. ordo, nec ſub diuum rapiam tua ſacra variis frondibus obducta.

SÆVA

Digitized by Google

A SÆVA TENE CVM BERECINTHIO.] diximus suprà ad Oden 16. tympana, cymbala, cornua in sacris Cybeles, & Bacchi adhiberi solita, eadémque fere religione, & eodem ritu vtraque culta esse. qua de re, qui plura scire volet, legat Clementis Alexandrini στρώματα. Tu igitur Bacche tympana, & cornua tua, quæ impios ad insaniam adigunt, contine, & comprime: ne pátere, me ad insaniam immoderato vini potu adigi, quemadmodum tuæ Bacchæ audito tuo tympano, & Berecinthio cornu, furore præcipites aguntur.

QVÆ SVBSEQVITVR CÆCVS AMOR.] hi sunt vini intemperantius poti cómites: cæcus amor sui, quem Græci φιλαυτίαν nominant: arrogantia, atque insolentia caput altius, quàm par est, attollens: linguæ incontinentia, seu lingua soluta, atque expedita ad res arcanas, fideíque commissas, enuntiandas ac diuulgandas.

ET TOLLENS VACVVM.] Profert hunc locum Seruius ad illum Virg. Æneid. 7. *Perque caput Romuli venit, &c.* vbi tamen legitur *Attollens* mendosè opinor.

B ARCANIQVE FIDES PRODIGA.] fides parum certa, & constans in tacendis consilijs occultis, atque arcanis: fides effusa in efferendis, & prodendis rebus tacendis. sic locutus est suprà Ode 12. *animæq; magnæ Prodigum Paullum.* & epistola secunda ad Mæcenatem lib. 1. *neque multa prodigus herbæ.*

PERLVCIDIOR VITRO.] idem dicit, quod iam satis significarat: *fides perlucidior vitro:* id est, fides non continens clausa consilia sibi commissa, sed ea omnibus aperiens, & indicans. aptissima autem vitri similitudine vsus est ad significandam eorum leuitatem, ac perfidiam, qui consilium aliquod occultum sibi cómissum continere, & tegere non possunt. Quemadmodum enim vitri natura, quæ perlucida est, nihil earum rerum, quibus imponitur, occultare, aut tegere solet: immò eas perspicuas, & aspectabileis, omniúmque oculis expositas relinquit: sic ingenia vana, & futilia, nihil rerum occultarum clausum habere possunt, sed eas non solùm lingua, ve C rùm etiam fronte & vultu aperiunt ac declarant. Ad hunc locum pertinet illud Ode 11. epod. *Simul calentis inuerecundus Deus Arcana promorat loco.* & saty. 4. lib. 1. *Condita cùm verax aperit præcordia Liber.*

## DE GLYCERA.
### Ode 19.

Se illius amore vri.

MATER sæua cupidinum,
Thebanæq; iubet me Semilæ puer,
Et lasciua licentia
Finitis animum reddere amoribus.
Vrit me Glyceræ nitor
Splendentis Pario marmore purius:
Vrit grata proteruitas,
Et vultus nimiùm lubricus aspici.
In me tota ruens Venus
Cyprum deseruit: nec patitur Scythas,
Et versis animosum equis
Parthum dicere: nec quæ nil attinent.
Hic viuum mihi cæspitem, hic
Verbenas pueri ponite, turáque
Bimi cum patera meri.
Mactata veniet lenior hostia.

MATER SÆVA CVPIDINVM] multos esse vnius Veneris Cupidines à nemine (quod sciam) traditum est. Philostratus autem multitudinem illam Cupidinum mala carpentium (ne quis forte miretur) Nympharum subolem esse dicit his verbis: εἰ δὲ πλῆθος αὐτῶν (inquit) μὴ θαυμάσῃς. Νυμφῶν γὰρ δὴ παῖδές εἶσι. Quamobrem autem Lucianus dialogum quendam inscripserit, Ερωτες, ex eius dialogi lectione intelligi, quàm à me doceri, malo. hic versus iteratur Od. 1. lib. 4.

THEBANÆQVE IVBET] Cadmus Rex Thebarum: eius filia Semele. Hesiod. in Theog. Καδμείη δ' ἄρα οἱ Σεμέλη τέκε φαίδιμον υἱὸν. Μιχθεῖσ' ὀν φιλότητι Διόνυσον πολυγηθέα. id est, Cadméa autem peperit clarum filium Dionysum valde hilarum congressa cũ Ioue. Iam Semelen complexu Iouis grauidam, & ad pariendum vicinam, dolis Iunonis circumuentam, atque inductam petijsse à Ioue, vt ea ad se specie, eóq; habitu ventitaret, quo fuerat tum, cùm primùm Iunonis nuptias expetiuerat: Iouem autem, qui ei pollicitus erat, se, quicquid illi peteret, concessurum, in curru ad eam venisse cum fulgure, & fulmine, illámque metu exanimatam esse, vel (vt alij volunt) fulmine conflagrasse: Bacchum verò è flamma ereptum, in Iouis femur coniectũ, & insutum esse, docet Euripides in Bacchis. aliquot libri veteres habẽt *iubent*. paullo pòst omnes fere *Semelæ* non vt vulg. *Semeles*. E F

FINITIS ANIMVM REDDERE AMORIBVS] id est, referre animum ad amores, quibus finem constitueram. aliter dictum est illud suprà, *animúmque reddas*, Od. 16.

SPLENDENTIS PARIO MARMORE] de Pario marmore sic Strabo lib. 10. ὁ δὲ τῆ Πάρῳ ἡ Παρία λίθος λεγομένη ἀρίστη πρὸς τὴν μαρμαρογλυφίαν. In Paro est Parius lapis, qui dicitur esse optimus ad marmoris cælaturam.

GRATA PROTERVITAS] qui sunt exercitati in rebus amatorijs, dicunt ingenij ferocitatem, feruorem, & proteruitatem in puella, modestia, & pudore, & taciturnitate gratiorem esse. sic Od. 5. li. 2. *Iam proterua Fronte petet Lalage maritũ.* Od. 25. huius libri. *iuuenes proterui.* per translationẽ autem Od. 26. huius libri. *ventos proternos*

A *teruos* nominat. & Od. 16. epod. *proteruum Africum*. Seruius ad illum Virg. locum Alex. *triſteis Amarillidis iras* hunc locum profert: & videtur proteruitatem interpretari iram non veram: *quæ aliquid gratiæ* (inquit) *habere* conſueuit.

LVBRICVS ASPICI] lubricus ad aſpiciendum. quem difficile ſit ita conſtanter, & continenter aſpicere, vt Glyceræ complexum non expetas. qui aſpicientem percellere ſolet. & tralatio ducta eſt à via lubrica, in qua inſiſtere, aut ingredi ſine caſu aliquo, vel prolapſione ægrè quiſquã poteſt. nonnulli ſic: cuius ſplendorem oculi ferre non poſſunt. quod non diſplicet: alij vultum aſpici lubricum, politiſſimum, nitidiſſimum, & pulcherrimum interpretantur. nihil præterea. animaduertendum autem hoc loquendi genus *lubricus aſpici*, à Græcorum conſuetudine ductum. de quo ad Od. 8. lib. 4. dicemus.

CYPRVM DESERVIT.] Cyprum, vbi religioſiſſimè colitur, & cuius eſt præſes, cuſtos & domina, vt ſuprà Od. 3. hoc loco autem ſtudioſum adoleſcentem admonere volo de eo, quod tradit interpres Homeri *ιλιάδ. ε.* cur Venus Cypris dica-
B tur, recentioribus hominibus non eſſe notum, Ait enim ille Cyprin dictam ab Homero, quaſi *κυόπριν*, propterea quòd ſine Venere, id eſt ſine cõ cubitu, & complexu venereo mulieres grauidæ non fiant. Induxit autem (inquit ille) & decepit Heſiodum, ceteróſque poëtas Homero poſteriores, id, quod ait Homerus *ιλιάδ. θ. ἡ δ' ἄρα Κύπρον ἵκα νε φιλομμειδὴς Αφροδίτη.* ex illis verbis enim exiſtimarunt Venerem in Cypro eſſe natam. ſed eò (inquit) profecta eſt, quia ibi colitur. non continuò autem ſi quis Deus aliquo in loco colitur, in eo quoque natus eſt. ita nunquam ab Homero Apollinem Delium, aut Pythium eſſe appellatum, quamuis ſciat Homerus vtroque in loco eum ſanctiſſimè coli, templáque ei religioſiſſima eſſe conſecrata. Omnia autem ferè deorum epitheta apud Homer. vel ab animi affectibus, vel ab actionib⁹, vel ab ijs, quæ ad corpus pertinent, deducta ſunt:
*vt Απόλλων ἑκατηβελέτης, & ἑκηβόλος & ἑκάεργος γλαυκῶπις Αθήνη. λευκώλενος Ἥρη. ῥοδοδάκτυλος ἠὼς λευκόθρονος Ἥβη. νεφεληγερέτα ζεὺς. Αρης βροτόλοιγος. Ποσειδὼν ἐνοσίχθων,*
C *& κυανοχαίτης.* id eſt, Apollo iaculator, & longe iaciens, & procul à ſe arcens: Pallas glaucis oculis, ſeu horribili aſpectu: Iuno candidis vlnis. Aurora roſeis digitis: Hebe candidis talis, ſeu calcaneis. Iupiter nubium congregator. Mars mortalium peſtis ac pernicies. Neptunus terræ concuſſor, & glauca Cæſarie.

ET VERSIS ANIMOSVM EQVIS PARTHVM] Parthos fugientes ex equis pugnare traditum eſt: ſic Ode 13. lib. 2. *Miles ſagittas, & celerem fugam Parthi: catenas Parthus, & Italum Robur.* reperendum verbum, perhorreſcit *ἀπὸ κοινοῦ*. & epiſtola ad Auguſt. lib. 2. *Ipſe ego, qui nullos me affirmo ſcribere verſus, Inuenior Parthis mendacior.* de quo loco ſuo loco. Virg. Georg. 3. *Fidentémque fuga Parthum, verſíſque ſagittis.* Cicero ad Papir. Pætum, iocans. *Itaque obtemperare cogito præceptis tuis. hoc amplius, nauicularum habere aliquid in ora maritima. contra equitem Parthum negant vllam armaturam meliorem inueniri poſſe.* Quidam D
legunt hoc loco, *Nec verſis.* quam ſcripturam quã uis nuſquam repererim, non improbo tamẽ. Sed receptam ſequor. nam copulatio, *Et*, pertinet ad nomen *Scythas*, non ad verbum *patitur*. ſic Ode 12. lib. 2. *Nec ſauos Lapithas, & nimium mero Hylæum.*

NEC, QVE NIHIL ATTINENT] Venus non patitur me bella ſcribere, nec Scythas, nec alia id genus, quæ nihil ad amorem attinent.

HIC VIVVM MIHI CÆSPITEM] aggreditur ad Venerem ſacrificio placandam, vt facilius eius puellæ, cuius amore vritur, complexu potiatur. viuus cæſpes autem interdum aræ locum obtinet, maxime in rebus ſubitis, & longiorem moram non ferentibus, vt Od. 8. lib. 3. *poſitúſque carbo in Cæſpite viuo.* Verbenarum quoque in ſacrificijs vſus erat, & ad aras adhibebantur. Terent. in Andria *ex ara ſume verbenas.* & Od. 11. lib. 4. *arà caſtis vincta verbenis. Sagmina* (inquit Feſtus) *vocantur verbenæ, id eſt, herbæ puræ, quia ex loco ſancto arceſſebantur à conſule, prætoréve, legatis proficiſcentibus ad fœdus faciendum.* Quin etiam frondeis feliceis, vt laurum, myrtum, oliuam, verbenas appellabant veteres, & his aras coronabant: E
Præterea tus adolebant, & viuũ è patera libabãt: quę omnia hîc enumerantur. Viuum aũt cæſpitẽ intellige virentem: ſeu cuius herba adhuc viridis eſt, & terræ humore alitur. Contra Homerus. *ἰλ.* Flammam arefactam ſeu marcefactam eſſe dicit, quæ exſtincta eſt, *Αὐτὰρ ἐπὶ κῆρ πῦρ ἰκάνει καὶ πῦρ ἐμαράνθη.*

MACTATA HOSTIA] id eſt, poſtea quàm mactata fuerit hoſtia. Scio aliter explicare Eraſmum, & referre hoc in prouerbiorum numerum, *lenior mactata hoſtia*, pro homine facili & manſueto. ſed errat. VENIET.] Glycera.

## AD MAECENATEM. Ode 20.

Inuitat eum ad conuiuium minimè ſumtuoſum. F

*VILE potabis modicis Sabinum*
*Cántharis, Græca quod ego ipſe teſta*
*Cónditum leui, datus in theatro*
*Cùm tibi plauſus,*
*Care Mæcenas, eques: vt paterni*
*Fluminis ripæ, ſimul & iocoſa*
*Redderet laudes tibi Vaticani*
*Montis imago.*
*Cæcubum, & prælo domitam Caleno*
*Tu bibes vuam. mea nec Falernæ*
*Temperant vites, neque Formiani*
*Pocula colles.*

VILE

Digitized by Google

A VILE SABINVM] vinum Sabinum, id est, non admodum magni pretij. epist. 12. lib. 1. Vilem amicorum annonam esse dicit, vbi quid deest viris bonis. epist. 15. *omasum vile.* & 1. *Vilius argentum est auro.* Saty. 1. lib. 1. *vilem assem.* Sat. 11. lib. 2. *vilibus ouis.*

GRÆCA TESTA] condebant vinum in testis, id est amphoris, seu cadis fictilibus, antiquis quarum optimæ erant, quæ fingebantur in Græcia. propterea Græcam testam dixit. Græcam autem vel Cumanam, vel Samiam intellige. huc pertinet illud Od. 14. lib. 3. *Spartacum si qua potuit vagantem Fallere testa.* & Od. 21. eiusdem. *Onata mecum consule Manlio, &c.* Falluntur autem qui testam, dolium interpretantur, quamuis dolia, fictilia fuisse, non negem.

LEVI] leui à verbo lino, id est, picaui, vel gypso obduxi. hinc relino. Ter. in Heaut. *releui dolia omnia, omneis seras.*

DATVS IN THEATRO CÚM, &c.] tempus notat. notum est autem, claros, & gratiosos, & benè de rep. meritos viros, nisi forte aliqua inuidia laborarent, à populo ludos spectante solitos B esse plausu excipi: factiosos contrà, & inuidiosos, sibilis. M. Tull. pro Sextio. *In hunc consessum P. Sextius tribunus pl. cum ageret nihil aliud in eo magistratu, nisi meam causam, venit; ac se populo dedit, non plausus cupiditate: sed vt ipsi inimicis nostri voluntatem vniuersi populi viderent. Venit (vt scitis) ad columnam Meniam. tantus est ex omnibus spectaculis vsque à Capitolio, tantus ex fori cancellis plausus excitatus, vt numquam maior consensio, aut apertior populi Rom. vniuersi fuisse vlla in causa diceretur.* ad quem morem referendum est illud Saty. 1. lib. 1. *populus me sibilat: at mihi plaudo Ipse domi, simul ac nummos contemplor in arca.*

VT PATERNI FLVMINIS.] Etrusci flumis, id est, Tiberis: Mæcenas enim Etruscus erat origine, & à regibus Etruscis prognatus, vt diximus suprà ad Oden primam, *Mecenas atauis edite regibus:* quod & Prop. docet. lib. 3. *Mecenas eques Etrusco de sanguine Regum.* Tiberis autem ab Etruria fluit.

IOCOSA IMAGO] echo, vt sup. Od. 12.

C CÆCVBVM] Vinum subintell. Vinum Cæcubum etiam ab Athenæo commendatur lib. 1. his verbis: εὐγενὴς δὲ καὶ ὁ καίκυβος πλικπικὸς, εὔτονος. παλαῖται δὲ μετὰ ἰκανὰ ἔτη. i. generosum autem etiam est Cæcubum, sensum pungens, ac feriens, vehemens. colligit autem vetustatem post aliquã multos annos. scriptum est etiam in nonnullis codicib. Cæcubam, vt pertineat ad nomen, vuam.

ET PRÆLO DOMITAM CALENO.] de vino Caleno idem Athen. eod. lib. ὁ Καλλωὸς, κεῖφος, τῶ φαλέρνου εὐστομαχώτερος. id est, vinum Calenũ, ventriculo vtilius, quàm Falernum. Od. 31. huius lib. *Premant Calena falce, quibus dedit Fortuna vitem.* Calenum autem à Calibus dictum, quò deducta est Colonia à Romanis, vt scribit Paterculus lib. 1. Vuam pro vino posuit, vt docet Setuius ad illum versum Virgilij Georg. 2. *Et turpeis anibus predam fert vua racemos.*

MEA NEC FALERNÆ TEMPERANT.] nec Falernæ vites, nec Formiani colles mea pocula temperant: id est, pocula mea non sunt temperata vino Falerno, neque Formiano, lege quæ annot. ad Od. 8. sup. D

## IN DIANAM, ET Apollinem. Ode 21.

Sæculare Carmen.

*DIANAM teneræ dicite virgines:*
*Intonsum, pueri, dicite Cynthium,*
*Latonámque supremo*
*Dilectam penitus Ioui.*
*Vos lætam fluuijs, & nemorum coma,*
*Quæcumq; aut gelido prominet Algido,*
*Nigris aut Erymanthi*
*Siluis, aut viridis Cragi:*
*Vos Tempe totidem tollite laudibus,* E
*Natalémque, mares, Delon Apollinis,*
*Insignémque pharetra,*
*Fraternáque humerum lyra.*
*Hic bellũ lacrymosum, hic miserã famẽ,*
*Pestẽq; à populo, & principe Cæsare in*
*Persas, atque Britannos*
*Vestra motus aget prece.*

DIANAM] carmen est sæculare ἀποτρόπαιον, id est, comparatum ad mala impendentia, seu alioqui timenda, auertenda: ad Apollinem & Dianam. Hi autem dij offensi & irati, horribiles & formidolosi sunt. exanimant enim & interimunt: Exemplo est Niobe, cuius liberos mares quidem Apollo, fœminas autem interfecit Diana. Hom. ὀδυσσ. ω. Ἐλθὼν ἀργυρότοξος Ἀπόλλων Ἀρτέμιδι ξὼ οἵς ἀγανοῖς βελέεσσι καπέκπεπτε. Præterea à Apollo, qui idem Phœbus est, & sol, annum metitur: Diana, quæ F eadẽ est luna, menstruum spatium conficit. & ita hi dij temporum omniũ æternitatem regunt & cõtinent. Hoc igitur carmine puellæ Dianam, pueri mares Apollinem placare ab Horatio iubentur, vt bello composito, & sedato, pacem atque otium: fame discussa, & profligata, frugum vbertatẽ & rerum omnium copiam: peste depulsa, cæli salubritatem, & corporum valetudinem populo Rom. impetrent. Denique si cui huius carminis sententia videbitur obscurior, legat aliud carmen sæculare, quod est post epod. Confirmo, illius carminis lectionem multum ad hoc lucis allaturam. Verùm non est omittendum, Apollinem apud Homerum semper fauere Troianis. Itaq; Paridis sagittam in Achillis eam corporis partem, quæ vulnerabilis esset, direxit. Virg. lib. Ænei. 6. princip. *Phœbe graueis Troiæ semper miserate labores, Dardana qui Paridis direxisti tela, manuq; Cor-*

*pus*

A pus in Æacida. Meritò igitur orant eum Romani, qui ab Ænea orti sunt.

INTONSVM] ἀκερσεκόμαν. Od. 15. epod. *Intonsoque agitaret Apollinis aura capillos.* Tibul. lib. 3. *Annue: sic tibi sint intonsi Phœbe capilli.*

LATONA'MQVE SVPREMO.] Hesiodus Latonam quartam numerat Deam, cum qua Iupiter Titanibus deuictis, regnóque pacato, concubuerit. Λητὼ δ' Ἀπόλλωνα, καὶ Ἀρτεμιν ἰοχέαιραν Ἱμερόεντα γόνον πέρι πάντων οὐρανιώνων Γείνατ' ἔρ' Αἰγιόχοιο Διὸς φιλότητι μιγεῖσα.

VOS LÆTAM FLVVIIS, ET NEMORVM.] id est, vos virgines dicite Dianam *latam fluuijs*, &c. id est, quæ fluuijs delectatur, & arborum frondibus. *coma* autem lego, non *comam*, veterum codicum auctoritatem secutus, duorum Vatican. Iannoct. Vrsini, Faër. Torneſ. Nicotian.

NEMORVM COMA.] arborum frondibus, vt Od. 3. lib. 4. *Et ſpiſſæ nemorum comæ.* & Od. 7. *redeunt iam gramina campis, Arboribúſque comæ.* & Catull. de faſelo: *nam Cytorio in iugo Loquente ſæpe ſibilum edidit coma.*

ALGIDO.] Algidum (inquit Strabo) πολίχνιον, B id est, vrbs parua est inter Tusculum, & montem Albanum: & mons eiusdem nominis. vide Oden 4. lib. 4. & 23. lib. 3.

ERIMANTHI.] Erimanthus Arcadiæ fluuius, vt scribit Mela, & mons eiusdem nominis.

CRAGI.] seu Gragi: nihil refert. est autem Cragus (inquit Strabo 14. li.) mons, & oppidum in Lycia.

VOS] mares, quod sequitur versu proximo.

TEMPE] Tempe Thessalica. de quibus sup. Od. 1. & inf. Od. 1. li. 3. *Nõ Zephyris agitata tempe.*

TOLLITE LAVDIBVS] ferte laudibus, laudate.

NATALEMQVE DELON.] in qua nati sunt Apollo & Diana: qua de re sic M. Tullius libro accusat. 3. *ne posteà quidem potuisti accipere id, quod est proditum memoria, ac litteris? Latonam ex longo errore & fuga grauidam, & iam ad pariendum vicinam, temporibus exactis fugisse Delum, atque ibi Apollinem, Dianámque peperisse*, &c.

FRATERNA'QVE.] & tollite laudibus Apol- C linis humerum insignem lyra fraterna, id est, quã à Mercurio fratre accepit, vt supra diximus ad Oden 10. Mercurius enim fratri Apollini pro bob⁹ ab eo furtim ablatis lyram reposuit: ex quo χρυσάορ Apollo dictus ἀπὸ τῆς ἁρπάρας ἀορτῆρος. sed rursus Apollo Mercurio virgam dedit ad vaticinandum magnam vim habentem. Vnde χρυσόῤῥαπις est nominatus. Profert hunc locum Seruius ad illum Virg. Æn. 4. *Tunc virgam capit: hac*, &c.

BELLVM LACRIMOSVM.] πόλεμον δακρυόεντα, vel πολύδακρυν. Home. ἰλιάδ. γ. πολύδακρυν Ἄρηα. lacrymosum Martem, id est, bellum, hîc enumerantur tria horribilia mala, bellum, fames, pestis, quæ placatum & propitium Apollinem confirmat Horatius à populo Rom. depulsurum. neque verò hoc incredibile aut absurdum est. Appellatur enim etiam hic deus ἀλεξίκακος: id est, malorum depulsor.

ET MISERAM FAMEM.] rectè miseram. Nam fame nihil miserius. M. Tull. ad Attic. lib. 5. D *iter igitur ita per Asiam feci, vt etiam fames, qua nihil miserius est, qua tum erat in hac mea Asia (messis enim nulla fuerat) mihi optanda fuerit.* Hom. ὀδυσσ. μ. ait morteis omneis esse hominibus tristeis, atque acerbas: sed omnium miserrimum esse fame mori. verba Homeri sunt hæc: Πάντες μὲν δυλεροὶ θάνατοι δυλοῖςι βροτοῖςι. Λιμῷ δ' ὄικιστον θανέειν καὶ πότμον ἐπασπεῖν.

PESTEMQVE] Pestem immittit, & calamitatem importat Apollo iratus, vt lib. α. ἰλιάδ. νοῦσον ἀνὰ στρατὸν ὄρσε κακλὼ. Est ergo eiusdem etiam depellere.

AGET.] à populo Ro. in hosteis eius transferet: cùm præsertim sua sponte Romanis amicus sit ac propitius, vt Troianorum nepotibus. depellet (inquit) à populo Ro. mala vestris precibus adductus, nempe bellum, & famem, & pestem.

## AD ARISTIVM.
## Ode 22.

E

Vitæ integritatem, & innocentiam vbique esse tutam.

*INteger vitæ, scelerísque purus,*
*Non eget Mauris iaculis, neque arcu:*
*Nec venenatis grauida sagittis,*
*Fusce, pharetra,*
*Siue per Syrteis iter æstuosas,*
*Siue facturus per inhospitalem*
*Caucasum, vel, quæ loca fabulosus*
*Lambit Hydaspes.*
*Namque me silua lupus in Sabina,*
*Dum meam canto Lalagen, & vltra*
*Terminum curis vagor expeditis,* F
*Fugit inermem:*
*Quale portentum neque militaris*
*Daunia in latis alit esculetis:*
*Nec Iubæ tellus generat, leonum*
*Arida nutrix.*
*Pone me, pigris vbi nulla campis.*
*Arbor æstiua recreatur aura:*
*Quod latus mundi nebulæ, malúsque*
*Iupiter vrget:*
*Pone sub curru nimiùm propinqui*
*Solis, in terra domibus negata:*
*Dulce ridentem Lalagen amabo,*
*Dulce loquentem.*

INTE-

Digitized by Google

A INTEGER VITÆ.] Sic dictum *integer vita*, vt illud Saty. 3. lib. 2. *Integer animi. Quod si quis natam pro cara denouet agna, Integer est animi?* & ibid. *Integer est mentis Damasippi creditor?* & Saty. 9. lib. 1. *ô te Bolane cerebri Felicem.* simile illud Virg. Æneid. 2. *vos ô, quibus integer æui Sanguis, ait.* & 9. *atque integer æui Ascanius.* ibid. *Hic annis grauis, atque animi maturus Alethes.* & libro 12. *O præstans animi iuuenis.* & lib. 5. *Hoc Helymus facit, hoc æui maturus Acestes.* & lib. 4. *Isq; amens animi.* & lib. 11. *fortunatúsque laborum, Egregiúsque animi iuuenis.* & Catull. in Galliambo. *Vagus animi.* & Plautus Trinummo: *satin, tu sanus mentis, aut animi tui, qui conditionem hanc repudies?*

SCELERÍSQVE PVRVS.] sceleris purum accipio eum, qui castas, & puras à sanguine manus habet: qualeis Hyppoliti dicit esse Phædræ nutrix apud Eurip. Α'γὰς μὲν ὦ παῖ χεῖρας ἄιματος φέρεις. contrà Adrastus ille apud Herodot. Clione: is, qui fratre suo interfecto sese ad Crœsum contulerat, non habebat puras manus. sic Herod. ἀπικνέεται εἰς τὰς Σάρδις αὐτὴρ συμφορῇ ἐχόμενος, καὶ ὐ καθαρὸς χεῖρας ἐών, &c. sic Horat. Satyr. 1. lib. 2. filij dexteram, quæ à matris cæde temperer, ridiculè, & dissimulanter *piam* vocat, quamuis ille matrem venefico sit necaturus. Od. 17. epod. *Tibi hospitale pectus, & puræ manus.* & Saty. 4. lib. 1. *at benè si quis, Et viuat puris manibus.* M. Tull. purus à sanguine ciuili. Liuius lib. 45 *cum omnis præfatio sacrorum eos, quibus non sint puræ manus, sacris arceat, vos penetralia vestra contaminari cruento latronis corpore finetis?* sic loquuntur & Græci. Plato lib. sex. de Rep. καθαρὸς ἀδικίας, καὶ ἀνοσίων ἔργων. id est, purus iniustitiæ, & impiorum facinorum. & vsquequaque apud eosdem ἀξύνος φόνου, id est, purus à cæde. hoc idem nomen iunxit, cum auferendi casu Saty. 3. lib. 2. *Stas animo, & purum est vitio tibi, cum tumidum est cor?* eadem satyra cruentum sanguine paterno dixit, qui manus habet impuras sanguine paterno, id est, qui parentem interfecit.

B

NON EGET MAVRIS IACVLIS.] hanc esse germanam scripturam testantur aliquot antiqui codices. atque huic generi geminum est illud Od. 6. lib. 2. *vbi Maura semper Æstuat vnda.* & Od v. lib. 3. *Nec Mauris animum mitior an quibus.* in cod. Torn. deletum erat s. ab aliquo imperito, & arrogante lectore. Maura autem iacula dixit, quia Mauri optimi erant iaculatores.

C

SIVE PER SYRTEIS ITER] siue iter facturus per Syrteis, siue per Caucasum. Duæ Syrtes in mari Lybico à scriptoribus commemorantur, magna & parua. de quibus cùm alia multa ad hunc locum accommodata scribit Strabo lib. 17. tùm hæc inprimis: ἡ χαλεπότης δὲ ταύτης τῆ Σύρτιος, καὶ ἡ μικρᾶς ὄπ πολλαχῦ τεναγώδης ἐστὶν ἡ βυθὸς χῦ τὰς ἀμπώτεις, καὶ τὰς πλημμυρίδας. συμβαίνει δὴ πρὶ συμπίπτειν εἰς τὰ βραχέα, καὶ καθίζειν: ἀσφάλιον δ' εἶναγ τὸ σωζόμενον σκάφος. διόπερ τῆ ἀφ' ἑσπέρου ποιοῦνται φυλακὴν ὁμοίως μὴ ἐμπέσωσιν εἰς τὰς κόλπους ὑπ' ἀνέμων ἀφύλακτοι ληφθέντες. &c. id est, huius aũt Syrtis, & alterius, quæ minor appellatur, difficultas est, quòd multis locis fundus paludosus ac limosus est sub æstus maritimos recedenteis, & accedenteis. Euenit igitur nonnullis, vt in breuia incidant, & consident: raraque sit ea nauis, quæ seruatur. Quocirca longè ab his nauigationis suæ cursum remouent, cauentes, ne, cùm in sinus inciderint, à ventis occupentur imparati. Quibus consentanea sunt, quæ de ijs scribit Apollon. lib. 4. argon. πάντη γὰρ πέλαγος, πάντη μυιόεντα βυθοῖο Τάρφεα, κωφὴ δ' ἐς φιν ἐπιβλύῃ ὕδατος ἄχνη, Η' ερίη δ' ἄμαθος ἁδρὴ κέκλιται, id est, vsquequaque enim lacunæ limosæ, vsquequaque fossæ in fundo alga refertæ surda in eis scatet aquæ spuma. Obscura autem & densa arena adiacet. Dicta autem Syrtis est ἀπὸ τὸ σύρεσθαι, ὅτι κῦ κατὰ πᾶσας πολὺ ὕδωρ ὑκσύρεται. De his Syrtibus ita scribit Dionysi⁹ Alexand. Ἐξῆς δ' ἐπὶ Σύρτις ἀχάρροον ὁλκὸν ἑλίσσει Βαιοπόρη, μετὰ πλὼ δὲ πρὸς αὐγὰς ἔρχεται ἄλλη. Et Salustius de ijsdem sic bello Iugurt. *Nam duo sunt sinus propè in extrema Africa, impari magnitudine, pari natura, quorum proxima terræ præalta sunt: cetera vti fors tulit, alias alta sunt, alias in tempestate vadosa. Nam vbi mare magnum esse, & sæuire cœpit ventis, limum, arenámque, & saxa ingentia fluctus trahunt: ita facies locorum cum ventis simul mutatur: Syrtes ab tractu nominatæ.* Horat. Od. 6. lib. 2. Syrteis barbaras appellat: *vbi Maura semper Æstuat vnda.* Sed cùm Horat. hîc loquatur non de eo, qui nauigat, sed de eo, qui pedibus iter facit, & qui per loca belluis immanibus infesta ambulans iaculis & sagittis eget: non sunt hîc intelligendæ syrtes illæ in mari Lybico, sed potius Lybiæ solitudines mediterraneæ arenosæ, pulueruleutæ, & siticulosæ: seu, si quis malit, littora talibus marinis syrtibus propinqua. tales sunt syrtes illæ Getulæ, quas ait se aditurum auem canoram factum, Ode vlt. lib. 2. *Visam gementis littora Bosphori, Syrteisque Getulas canorus Ales, Hyperboreósque campos.*

D

E

ÆSTVOSAS.] æstuosas vocat non propter æstus maris accedenteis, & recedenteis: vt Od. 7. li. 2. *Te rursus in bellum resorbens Vnda fretis tulit æstuosis,* cùm hæ Syrtes sint Mediterraneæ: sed propter cæli, aut arenarum calorem: quemadmodum Od. 31. Calabriam æstuosam dicit.

INHOSPITALEM.] ἄξενον, ἀπάνθρωπον appellat Æschylus: quod annotauit Muretus. Idem Æsch. ἄβατον ἐρημίαν.

VEL QVÆ LOCA FABVLOSVS.] vel per ea loca, quæ Hydaspes Indiæ fluuius præterlabitur, & alluit: de quo multa fabulosa scribũtur ab historicis.

F

CVRIS VAGOR EXPEDITIS.] secutus sum omnium veterum librorum fidem, atque auctoritatem: in quibus sine vlla varietate excepto Faërni codice, reperi scriptum *curis expeditis*, non, *expeditus*, quam quidem scripturam agnoscit Porphyr. Quamuis autem sciam, Latinè dici posse, *curis expeditus*, tamen nescio quomodo hoc alterum est venustius, & magis Horatianum. sic dixit Catullus *curis solutis*, ad Sirmionem peninsulam: *O quid solutis est beatius curis?* quemadmodum enim vsitatè dicunt Latini, soluere animum cura, metu, & similibus: & item soluere curam, & metum, Horat. Od. 9. epod. *metumq; Cæsaris rerum iuuat Dulci Lyæo soluere.* Virg. Æn. 1. *Soluite corde metũ Teucri.* Lucr. lib. 4. *atque animi*

A *animi curas è pectore ſoluat.* & Græci, vt Eurip. in Oreſte. σὺ νῦν χάριν μοι τὸν φόβον λύσασα δός: ſic expedire animum curis, & expedire curas. Prioris generis exempla ex Horatio petere licet. Od. 23. lib. 3. *non animum metu, Non mortis laqueis expedies caput.* Od. 27. huius lib. *vix illigatum te triformi Pegaſus expediet Chimæra.* quamquam ſcio nonnullis in libris legi *Chimæra:* quæ ſcriptura ſi placet, ſubaudiendum, amore aut ſeruitute, aut Chimæra ipſa, aut quippiam aliud ſimile. & Od. 11. epod. *Amor Lyciſci me tenet, Vnde expedire nō amicorum queant Libera conſilia, Nec contumeliæ graues.* Iam apud M. Tull. crebra ſunt hæc loquendi genera: *expedire ſe ab occupationibus, expedire ſe ex laqueis, expedire ſalutem.* pro Rabir. Poſt. *Si quidem tam non ſemper ſtulti, quàm ſerò ſapientis eſt, cùm ſtultitia ſua impeditus ſit, quoquo modo poſſit, ſe expedire.* Idem ad Attic. *nos expedies omni moleſtia.* Terent. Hecyra. *At ſic citius, quî te expedias his arumnis, reperias.* alterius exempla ſunt, expedire negotia, expedire exitum, expedire nodum. & Horat. Od. 3. huius libri, *iaculo nobilis expedito.* ſic Terent. Hecyra: *Rem cognoſces: iram expedies.* Virgil. Æneid. 4. *Non arma expedient?*

B FVGIT INERMEM.] VOX, *inermem,* non eſt otioſa. videtur enim lupus ille tam ferus, & immanis Horatium inermem diuinitus fugiſſe. quòd ſi iaculis inſtructum, atque armatum fugiſſet: neque ita mirum eſſet, neque integritati & innocentiæ vitæ aſſignandum videretur.

MILITARIS DAVNIA] ad militiam apta. ſuprà Od. 8. *cur neque militaris Inter æquales equitet.* vel militaris, quæ milites effert ſtrenuos, ac forteis. Apulos Strabo lib. quinto tradit Daunos à Græcis appellatos eſſe.

ESCVLETIS.] ab eſculo eſculetum, vt à frutice fruticetum, à ſalice ſalicetum, à dumo dumetum.

NEC IVBÆ TELLVS] Mauritania: ſeu potius Numidia, cuius rex Iuba. ab hoc C. Curio legatus Cæſaris in Africa cùm exercitu cæſus eſt. qua de re Iulius Florus lib. 110. & C. Cæſar. lib. 2. de bello ciuili.

C PIGR. VBI NVLLA CAMP.] pone me in campis incultis, & ſterilibus, & horridis propter immoderatum frigus, in quibus denique (vt ait ille) *nulla arbores frondeſcunt, nullæ vites pampinis pubeſcunt, nulli rami bacarum vbertate incurueſcunt, &c.* Hæ ſunt igitur oræ duæ inhabitabiles, quæ obriguerunt pruina. tertia eſt, quæ maximo ſolis ardore torretur, vt ait M. Tull. lib. ſexto de rep. quam Horatius his verbis deſcribit infrà deinceps. *Pone ſub curru nimium propinqui Solis.* Atqui hanc eſſe temperatam, & habitabilem, qui noſtra & auorum noſtrorum ætate nauigarunt, compererunt. huc pertinet ille locus lib. 3. Od. 3. *Qua parte debacchentur ignes, Qua nebula, pluuiique rores.* & Ode 24. eiuſdem lib. *ſi neque feruidis Parte incluſa caloribus Mundi, nec Boreæ finitimum latus, Duratæq; ſolo niues Mercatorem abigunt.* has eaſdem oras ſignificat & deſcribit Virg. Georgic. 1. *Quinque tenent cælum Zonæ, quarũ vna coruſco Sem per ſole rubens, &c.* notiſſimi enim ſunt verſus: & M. Tull. lib. ſexto de rep. vt paullo antè diximus. D & lib. 1. Tuſcul. *ceteras parteis incultas, quòd aut frigore rigeant, aut vrantur calore.* & Lucret. lib. 5. ſed paullo aliter. *Inde duas porrò propè parteis feruidus ardor, Aſſiduúſq; geli caſus mortalibus aufert:* & Tib. lib. 4. ad Meſſallam pluribus verſibus. nomine autem Latino, *pigris,* videtur Græcum nomen ἀργοῖς exprimere voluiſſe.

MALVSQVE IVPITER.] graue, caliginoſum, inſalubre cælum. vide ſuprà ad Oden 1. *manet ſub Ioue frigido.*

VRGET.] premit, occupat, perpetuò tegit.

SVB CVRRV NIM. PROP. SOLIS.] hanc orbis terrarum partem exiſtimabant veteres Solis ardore torreri: quæ tamen eſt temperata, vt dixi, eiúſque temperationis rationem iam anteà docuerat Albertus Magnus.

DVLCE RIDENTEM.] ſic Catullus ad Leſb. *identidem te Spectat, & audit dulce ridentem, miſero quod omneis eripit ſenſus mihi.* Quod quidem Sappho Græcè dixerat (nam ab ea tranſtulit in vſum ſuum Catullus) γελάσας ἱμερόεν. Idem Catull. *illa, quam videtis turpe incedere.* Hom. ὁδ. ξ. καὶ ϑ' ἁπαλὸν γελάσαι. & Pindar. in Pyth. carm 9. γλυκερὸν γελάσας. & Apollon. 3. Argon. Νεκτάρεον μειδήσας. ſimilia ſunt hæc Horatiana. Od. 12. lib. 2. *me voluit dicere lucidum Fulgenteis oculos.* & Od. 19. li. eod. *turbidum Latatur.* & epiſt. ad Iul. Flor. lib. 2. *canet indoctum, ſed dulce bibenti.* & Ode 27. li. 3. *Perfidum ridens Venus.* Quamquam illud *canet indoctum, ſed dulce bibenti,* poteſt dici eſſe diſſimile, propterea, quòd verbum canere cum quarto caſu coniungi ſolet, & vocis agentis eſt.

## AD CHLOEN. Ode 23.

Non eſſe iam, quòd virileis complexus extimeſcat, viro matura.

VITAS inuleo me ſimilis, Chloë, F
Quærenti pauidam montibus auijs
Matrem, non ſine vano
Aurarum, & ſilúæ metu.
Nam ſeu mobilibus veris inhorruit
Aduentus foliis: ſeu virides rubum
Dimouere lacertæ:
Et corde, & genibus tremit.
Atqui non ego te, tigris vt aſpera,
Getulúsve leo frangere perſequor.
Tandem deſine matrem
Tempeſtiua ſequi viro.

VITAS INVL. ME SIMIL.] Videtur Horatius hæc ex Anacreonte expreſſiſſe, vt iam pridem indicauit Ericus Stephanus vir doctiſſi.

verſus

Digitized by Google

A versus autem Anact. aliquantum deprauatos, sic emendaui: Ἀ τε νεφρὸν τεοθηλέα γαλεθηνὸν, Ος ἐν ὕλῃ κεροέσσης ἀπολειφθεὶς ἀπὸ μητρὸς ἐπόθησε. Iam verò *inuleo* habent libri veteres complures sine aspirationis nota, quos secutus sum.

ET SILVÆ.] διαίρεσις est, vt Ode 13. epod. *Niuésque deducunt Iouem, Nunc mare nunc siluæ Threïcio Aquilone sonant.* Sic Catullus de coma Berenices. *Pristina vota nouo munere dissoluo.* ibid. *Condita quin verè pectoris euoluam.* & de poëmate Smyrna, *Smyrnam incana diu secula peruoluent.* Et Lucret. lib. 1. *Materies igitur, solido quæ corpore constat, Esse aterna potest, cùm cetera dissoluantur.* & eod. lib. *Atque in eas rursum res omnia dissoluuntur.* & lib. 3. *Quò quasi res possint discedere, dissoluique:* nisi quis contendat versus esse spondiacos. & Tibull. eleg. 7. lib. 1. *Hunc cecinere diem Parcæ fatalia nentes Stamina non vlli dissoluenda Deo.* & 10. *Sit satis ornatas dissoluisse comas.*

NON SINE VANO, &c.] Virgi. Georg. 3. *Nec vanos horret strepitus.*

NAM SEV MOB. VERIS INH.] cùm hæc scriptura optimorũ codicũ manu scriptorum
B auctoritate nitatur, ex eáq3 optima sententia ducatur, non video, cur debeat mutari, eáque probari, quam quidam viri docti dicunt in antiquis nonnullis libris reperiri, *Nam seu mobilibus vitis inhorruit Ad ventum foliis.* per veris aduentum autem Fauonium significari puto, veris comitem.

ET CORDE ET GENIB. TREM.] Virg. lib. 2. Æneid. *Nunc omnes terrent auræ, sonus excitat omnis suspensum, &c.*

TIGRIS VT ASP.] epist. ad Pis. *Serpentes auibus geminentur, tigribus agni.* Virg. Æneid. 4. *Hircanæq; admorunt vbera tigres.*

GETVLVSVE LEO] Virg. Æn. 5. *tergum Getuli immane leonis.*

FRANGERE PERS.] persequor vt frangam, & dilacerem. placet hoc loco colligere aliquot huiusmodi loquendi genera Horatiana à Græcis sumta. sup. Od. 12. *sumis celebrare Clio.* Od. 18. lib. 2. *hic leuare functum Pauperem laboribus Vocatus, atque non vocatus audit.* suprà Od. 15. *ecce furit te reperire.* infrà. Od. 26. *Musis amicus*
C *tristitiam, & metus Tradam proteruis in mare Creticum Portare ventis.* & Od. 37. *Sauis Liburnis scilicet inuidens Priuata deduci superbo Non humilis mulier triumpho.* & Od. 3. lib. 2. *quà obliquo laborat Lympha fugax trepidare riuo.*

TEMPEST. VIRO.] Virg. lib. 7. *Iam matura viro, plenis & nubilis annis.* Est autem fæmina viro tempestiua, sententia iurisconsultorum, anno duodecimo: Xenophontis in œconom. xv. Plato scribit, ἀκμὴς χρόνον, id est, tempus floris in fæmina esse annum xx. Hesiodus autem vult annos quatuor virginem pubescere: anno à pubertate quinto nubere. sic enim intelligendus versus ille Hesiodi est, ἡ δὲ γυνὴ πέπρ' ἠβώῃ, πέμπτῳ δὲ γαμοῖτο: id est, fæmina quàttuor annos pubescat, quinto nubat. Itaque si pubertas, vt iurisconsulti censent, anno duodecimo incipit, anno XVII. erit nubilis: si anno XIII I. (vt mauult Proculus) XIX. erit viro tempestiua.

# AD VIRGILIVM. Ode 24.

D

Deflet Quinctilij Vari mortem.

*QVIS desiderio sit pudor, aut modus*
*Tã cari capitis? præcipe lugubreis*
*Cantus Melpomene: cui liquidã pater*
*Vocem cum cithara dedit.*
*Ergo Quinctilium perpetuus sopor*
*Vrget? cui pudor, & iustitiæ soror*
*Incorrupta fides, nudáque veritas,*
*Quando vllum inuenient parem?*
*Multis ille bonis flebilis óccidit:*
*Nulli flebilior, quàm tibi, Virgili.*
*Tu frustra pius, heu, non ita creditum,*
*Poscis Quinctilium deos.*
*Quid si Threïcio blandius Orpheo*
E *Auditam moderere arboribus fidem?*
*Num vanæ redeat sanguis imagini:*
*Quam virga semel horrida*
*Non lenis precibus fata recludere,*
*Nigro compulerit Mercurius gregi?*
*Durum, sed leuius sit patientia,*
*Quicquid corrigere est nefas.*

QVIS DESIDERIO, &c.] id est, quid est, cur quenquam pudeat desiderio tam cari hominis affici? aut quid est, cur quisquam eius desiderij finem facere debeat?

CARI CAPITIS.] sic loquuntur Græci, φίλη κεφαλὴ, μιαρὰ κεφαλὴ. vnde hæc Latinis vsitatissima: *festiuũ caput, lepidũ caput, ridiculũ caput.* ex nobilissima corporis scilicet parte, totũ intelligim⁹.

PRÆCIPE LVGVBR. CANT.] Hor-F tatur, & oratMusam, vt sibi suggerat, & submini-
strret cantus lugubreis, & funebreis, & ad deplo-
randam Quinctilij mortem accommodatos. non
est autem *præcipere* idem, quod iubere aut imperare, vt vulgus putat: sed prænostrare potius, & docere. vt Saty. secunda lib. 2. *Nec meus hic sermo est, sed quem præcepit Ofellus.* & in epistola de arte Poët. *Quicquid præcipies, esto breuis.* vnde præcepta, quæ Græci vocant παραγγέλματα, epist. ad August. *Mox etiam pectus præceptis format amicis.* M. Tull. Catilinaria 3. *orare, vt item illi facerent, quæ sibi legati eorum præcepissent.* Idem pro Murena. *Quòd si è portu soluentibus ij, qui iam in portum ex alto inuehuntur, præcipere summo studio solent & tempestatum rationem, & prædonum, & locorum, &c.* Idem Catil. 2. ad Quirit. *quibus hoc præcipiendum videtur, vnum scilicet, & idem, quòd ceteris omnibus,*



Digitized by Google

A *vt desperent; se id, quod conantur, consequi posse.* Terent. adelph. *Docui, monui, benè præcepi semper, quæ potui, omnia.* ibid. *& quod queo, Conseruis adeundè illis præcipio modum. Hoc falsum est, hoc adustũ est, hoc lautum est parum.*

ERGO QVINCTILIVM.] hi sunt cantus lugubres, quos fingit Horatius à Musa sibi esse præmonstratos, præceptos & traditos. Non sine artificio autem Horatius Virgilium magno animi dolore ex Quinctilij Vari morte affectum consolatur, sensim & cautè ægro, saucióque animo medicinam adhibet, ne ad vulnus recens illidat manus, vt ait ille apud Æschylum. Videtur enim primùm assentiri, atque indulgere lugenti, eiusque fletum & lacrymas approbare, qui talis amici iacturam fecerit: Itaque cum Dijs immortalibus de hac Quinctilij morte quodammodo expostulat: Deinde posteaquàm sese Virgilio lacrymarum & luctus quodammodo socium adiunxit, aggreditur paullo maiore fiducia ad eius ægritudinem minuendam, ac leuandam commemoratione conditionis humanæ: quæ est, vt semel omnibus moriendum sit. Postremò ostendit nihil eum lugendo assecuturum, neque vlla vnquam ratione effecturum, vt Quinctilius reuiuiscat.

B PERPETVVS SOPOR.] mors. Longum somnum appellat Od. 11. lib. 3. *ne longus tibi somnus, vnde non times, detur.* Græci χάλκεον ὕπνον, νήγερτον, νήδυμον vocant. ferreum somnum: somnum, vnde nemo expergiscitur somnum, quem numquam quisquam exuere potest, vel à quo nemo (vt ita dicam) egredi, aut exire potest: quamquam νήδυμος ὕπνος interdum vsurpatur pro dulci, aut alto somno: Virgil. ferreum somnum, & durã quietem. Somnum autem mortis fratrem dici à poëtis vel pueri norunt. Homerus *iliad. ξ.* Ἐνθ' ὕπνῳ ξύμβαλλωτο καρηγρέτῳ θανάτοιο. Hesiod. Theog. somnum & mortem mortis esse filios tradit. Ἔνθα δὲ νυκτὸς παῖδες ἐρεμνῆς οἰκί' ἔχουσιν Ὕπνος καὶ Θάνατος, δεινοὶ θεοί, οὐδέ ποτ' αὐτοὺς Ἠέλιος φαέθων ἐπιδέρκεται ἀκτίνεσσιν Οὐρανὸν εἰσανιών. Pausanias Eliacor. 1. narrat se inter ceteras statuas, quæ erant Olympiæ, Noctem vidisse in muliebrem figuram, habitúmq; formatam, quæ manu dextera puerum album dormientem teneret: læua nigrum dormienti similem: vtrumque

C distortis pedibus: esse autem Θάνατον, alterum: alterum, somnum, & vtriusque Noctem esse nutricem. De somno & morte & eorum causis post Aristot. lege Plutarchum περὶ τῶν παρὰ τοῖς φιλοσόφ. ἀρεσκ.

VRGET?] occupat, opprimit, constrictum tenet? IVSTITIÆ SOROR, &c.] fidē appellatā esse ab eo, quòd fiat, quòd dictum est, scribit M. Tull. offic. 1. & in epistola quadam ad Tiron. & epist. ad Att. lib. 12. quæ res maximè est iustitiæ consentanea. Nam vt qui fidem fallit, iustus nullo modo dicendus est: ita qui iustus est, is maximè fidem præstat. verba autem Ciceronis in epist. ad Att. sunt hæc. *Cocceum velim appelles, quod enim dixerat, non facit.* id est, non præstat fidem.

INCORRVPTA.] quæ neque pretio, neq; gratia violatur. ἀδωροδόκητος, vel ἀδέκαστος, vel ἄφθαρτος, vt virgo. Raram appellat Od. 35. eiusd. lib.

NVDAQVE VERITAS.] cur nuda? an quòd, qui eam colunt, aperti sunt, ac simplices, D minimè omnium tecti, aut insidiosi, aut fraudulenti? an quód veritatis oratio simplex esse debet, neque vllum verborum ornamentum, neque artificium, neque fucum, aliúmve cultum desiderat? an quòd vult in luce, & in omnium oculis collocari: fugit latebras ac tenebras? non semper tamen nuda debet esse veritas, vt ait Pindarus: qua de re vide Oden 2. lib. 3.

MVLTIS ILLE BONIS.] sic habent libri manu scripti: 2. Vatic. Don. Faër. Vrsin. Tornes. Nicotian. Russard. Sententia aperta est. Subintelligendum enim, *viris.*

FLEBILIS.] deflendus, deplorandus, non idem valet hoc nomen Od. 2. lib. 4. *Flebili sponsæ iuuenémve raptum Plorat:* néque Od. 9. lib. 2. *Tu semper vrges flebilibus modis Mysten ademptum.*

NON ITA CREDITVM] non enim ita tibi creditus est Quinctilius à Dijs immortalibus, vt sibi eum nunquam abs te repetere liceret: immò verò ea lege in lucem editus fuit, vt aliquando, & cùm ita eis videretur, moreretur. iniquus es igitur, qui quasi eo repetito, aut erepto tibi facta sit iniuria, ita cum illis expostules, petásque vt eum tibi ab inferis excitatum restituant, quod numquam obtinebis, etiam si blandius Orpheo cithara canas. E

QVID SI THREÏCIO.] de Orpheo suprà diximus Ode 12. Threïcio autem dictum more Græcorum Θρηϊκίῳ. sic Od. 13. epod. *nunc mare, nunc siluæ Threïcio Aquilone sonant.* secutus sum hoc loco scripturam cod. duorum Vatic, Faër. Vrs. cum quibus in eo consentit cod. Iannoct. quòd habet, *Num:* dissentit in eo, quod habet, *Quod si.* Tornesianus contrà congruit, quòd habet. *Quid si.* discrepat, quòd habet, *Non.* vulgati autem codices sic habent, *Quòd si Theicio bland. Orph. &c. Non vana redeat sanguis imagini.*

AVD. MODER. ARB.] sup. Od. 12. *Blandũ & auritas fidibus canoris Ducere quercus.*

VANÆ IMAGINI.] τῷ εἰδώλῳ. sic Virg. Æn. 4. *Et nunc magna mei sub terras ibit imago.* sic Vlyss. ὀδ. λ. εἴδωλον quidem Herculis apud inferos esse narrat: ipsum autem in cælo cum ceteris Dijs immortalibus oblectari. qua de re extat apud Lucianum facetissimus, & argutissimus dialogus. F

VIRGA HORRIDA.] de hac virga diximus sup. Od. 10.

NON LEN. PREC. FATA RECL.] qui non est ea lenitate, vt precibus fati nexus, & necessitatem resoluat ac rescindat. *lenis recludere* genus loquendi Græcum, de quo aliâs.

NIGRO COMPVLERIT] compulerit in animarum, seu vmbrarum gregem.

QVIC. CORR. EST NEF.] ἀδύνατον, non pote, vt suprà Od. 11. ad hanc sententiam pertinet illud Eurip. Med. Κέφως φέρειν χρὴ θνητὸν ὄντα συμφοράς. id est, Oportet eum, qui mortalis sit, calamitates leuiter ferre. Idem in Hippoly. coron. Ῥᾴον δὲ νόσον μὲν ἡσυχίας, Καὶ γυναικὸς λήματος οἴσεις: id est, quiescendo, seu patiendo, & animo generoso facilius morbum feres.

AD

Digitized by Google

A

## AD LYDIAM.
### Ode 25.

Insultat ei, quòd iam vetula, vicissim à iuuenibus contemnatur.

*Parcius iunctas quatiunt fenestras*
*Ictibus crebris iuuenes proterui:*
*Nec tibi somnos adimunt, amátque*
*Ianua limen:*
*Quæ prius multùm facileis mouebat*
*Cardines. audis minus, & minus iam,*
*Me tuo longas pereunte nocteis*
*Lydia dormis?*
*Inuicem mœchos anus arroganteis*
*Flebis in solo leuis angiportu,*
B *Thracio bacchante magis sub inter-*
*Lunia vento,*
*Cum tibi flagrans amor, & libido,*
*Quæ solet matres furiare equorum,*
*Sæuiet circa iecur vlcerosum,*
*Non sine questu.*
*Læta quòd pubes edera virenti*
*Gaudeat, pulla magis atque myrto:*
*Aridas frondeis hiemis sodali*
*Dedicet Hebro.*

PARCIVS IVNCTAS] dicit Horatius, Lydiæ fenestras ab adolescentibus rarius, quàm anteà, lapidum iactu verberari, neque iam eam nocturno amatorum aduentu è somno excitari: C quibus verbis significat, pristinam eius formam, qua incendebantur amantes, tempore defloruisse. codices Donati & Faërni & quidam alij, discordant hîc à vulgatis. *iactibus* enim in eis legitur, non, *ictibus*: cum quibus consentit Torneſ. atque hæc lectio fortasse est verior. Præterea in quibusdam libris veterib. scriptum reperi, *vinctas*: quos non sequor.

AMA'TQVE IAN. LIM.] ianua tua, quæ crebrò aperiebatur propter multitudinem eorũ, qui tuum complexum expetebant, nunc perpetuò clausa & obserata est.

MVLTVM FACILEIS] multùm faciles erant cardines, quia ianua crebrò aperiebatur. quidam legunt *facilis*, vt sit recti casus, num. sing.

AVDIS MIN. ET MIN. IAM.] minus sæpe audiuntur à te illæ miserabiles amatorum voces, quos tu ætatis flore, & oris pulchritudine ferox excludebas. sic loquitur Satyra 5. lib. 2. *quarta sit partis Vlysses, Audieris, heres.* & Saty. 6. lib. 1. *Audit continuò, quis homo hic est? quo patre natus?* & Homerus ἰλιαδ. φ. ὡς ἄρα μιν Πριάμοιο θυγὴρ ἠϋκόμοιο Λαοδίκη φαίδιμος υἱὸς Λισσόμενος ἐπέεσσιν ἀμείλικτον δ' ὄπ' ἄκουσε, Νήπιε μή μοι ἄπονα πιφαύσκεο, μηδ' ἀγόρευε. id est, Sic eum affatus est Priami filius suppliciter orans, At hic vocem duram, & immitem audiuit, Stulte, ne mihi munera fare, neque narra. & M. Tull. Tuscul. 3. *Afflictúsne, & lamentabili voce plorans audies, O virum fortem?* idem fragm. Academ. ad Varr. *Et quare quem magis amet: Zenonem, à quo bestia nominatur, an Arcesilam, à quo audit, Tu fortasse verum dicis: sed requiram diligentius.*

ME TVO LONG. PERE. NOCT.] hæc erat amoris excluſi vox. post verbum dormis, in codice Faërni scripta est interrogationis nota: quem secutus sum.

LONGAS NOCTEIS] epist. 1. lib. 1. *Vt nox longa quibus mentitur amica, &c.*

INVICEM MOECHOS] tu nunc vicissim anus facta tuæ præteritæ arrogantiæ, atque intolerantiæ pœnas dabis, complexúmque iuuenum exoptans, illorum fastidium, ferociam, & superbiam experieris. Mœchos autem appellat, corruptores, & amatores, vt infrà Od. 33. *Quam turpi Pholoë peccet adultero.* & 36. *Nec Damalis nouo Di nelletur adultero.* & Od. 16. li. 3. *Nocturnis ab adulteris.* IN SOLO ANGIP.] deserto, vt Catull. de nupt. Pel. *sola sub rupe.* Et Lucret. lib 4. *quopacto per loca sola, Saxa pares formas verborum ex ordine reddant.* & Virg. li. 11. *Pastorũ & solis exegit mõtibus æuũ.* angiportus, & angiportum, vtrumq; est in vsu. Catull. *Nũc in quadriuijs, & angiportis Glubit magnanimos Remi nepotes.* Terent. Adelph. *id quidem angiportum non est peruium.* Est autem angiportus iter compendiarium in oppido, inde dictus, quòd sit angustus in portum aditus. Festus.

LEVIS.] amans, præsertim anus. nam si amare leue est etiam in iuuenibus, & puellis: quanto magis in senibus, & vetulis? vel leuis, id est, vilis & contemta, & nullius pretij.

THRACIO.] Thracio vento, Aquilone. de quo sic Hesiodus: Ὅς τε διὰ Θρήικης ἱππηγερέτης ἐλαύνει πόντῳ ἐμπνεύσας ὦρινε. idem, Πυκνὰ δὲ Θρηϊκίη Βορέω νέφεα κλονέοντος. Theocrit. εἰδ. λβ. Ἢ Νότιος βίη, ἢ Θρηικὸς Βορέαο. Aratus de Andromeda. Ἡ μὲν γὰρ Θρήικος ὑπὸ πνοιῇ βορέαο, &c. Homer. autem il. 1. Boream & Zephyrum facit è Thracia spiranteis. Βορέης καὶ Ζέφυρος, τώ τε Θρήικηθεν ἄητον. Horat. infrà Od. 13. epod. *Nũc mare, nunc siluæ Threicio Aquilone sonant.* Appellata autem est à nonnullis Thracia ἀνέμων ἐργαστήριον, ἢ οἰκητήριον: id est, ventorum officina, seu domicilium propterea, quòd est frigidissima. Itaq; Eurip. in Hecuba: Θρήκιον χιονώδη appellat, & item Apollon. lib. 1. argon. id est, Thraciam niuosam. vide annotation. ad Od. 12. lib. 4.

BACCHANTE] vehementer, & pæne dicam, furenter flante. ducta tralatio est à sacerdotibus Bacchi bacchantibus.

SVB INTERLVN.] amplificatio est. Est enim grauissimum, noctu, flante Aquilone, & interlunij tempore, sub dio pernoctare. & attende, versum non esse nomine integro clausum, quod vitiosum esse docet Hephæstion in enchiridio, Profértque versus hos Simonidis, ἦ μὰν Ἀθηναίοισι κλέος

A κλέος γένεθ', ἡνίκ' Ἀρισο-Τείτων Ἱππαρχον κτεῖνε, καὶ Ἁρμο-δίος. sed fortasse in Lyrico, & maximè Sapphico vsus. sed fortasse in Lyrico, & maximè Sapphico carmine licentia maior est. itaque vtitur ea interdum Sappho exempli causa: Ομμάτεσσιν δ' ἐδὲν ὄρημι: βομβεῦσιν δ' ἀκοαί μοι. Et Horat. item Od. 16. lib. 2. *non gemmis, neque purpuráve-Nale, nec auro.* Idem tamen crebrò diuidit nomina composita in hexametris. vt Saty. 9. lib. 1. *est locus vni-Cuique suus.* Saty. 3. lib. 2. *age, sistramentis incubet vnde-Octoginta annos natus.* ibidem, *Praterea ne vos titillet gloria, iure-Iurando obstringam ambo.* epist. ad Iulium Florum libro secundo. *Quanto cum fastu, quanto molimine circum-Spectemus vacuam Romanis vatibus edem.* epist. ad Pison. de Arte poët. *si non offenderet vnum Quemque poëtarum lima labor.* Est autem *interlunium*, tempus illud, quo Sol cum Luna coniungitur, quo tempore maximæ sunt noctis tenebræ: Varro vocat *intermenstruum*: Plinius lunam silentem, aut silentium lunæ. vide infrà ad Od. 8. lib. 2.

SVB] paullo antè, vel circiter. vt sup. Od. x.

QVÆ SOLET MATR. &c.] quæ solet equas concitare, & ad furorem adigere. Virgil. Georg. 3. *Scilicet ante omneis furor est insignis equarũ: Illas ducit amor trans Gargara, tránsque sonantem Ascanium, superant monteis, & flumina tranant.* vnde dicuntur ἱππομανεῖν, id est, equire, quod valet libidine maris ardere, ὀργᾶν εἰς ὀχείαν. Et mulieres libidinosæ, & libidine ardentes dicuntur ἱππομανεῖς, & ὑππομανεῖν: quamuis aliàs ἱππομανὴς significet eũ, qui immoderato equorum studio teneatur: & ἱππομανία immoderatum equorum studium. Hæc à Germ. Valente. lege Plin. de equarum libidine.

B

FVRIARE] Virg. Æn. 2. *furiata mente Choræbus.* CIRCA IECVR.] iecur sedes est libidinis, vt ostendemus lib. 4. ad Od. 1. Plato quidem cupiditatem in iecore locat.

VLCEROSVM] vlceribus madens propter ardorem libidinis: Itaque Virgil. & ante eum ceteri, Tityi iecur fingunt à vulture depastum, perpetuò renasci. sic Virg. lib. 6. *rostróque immanis vultur adunco Immortale iecur tondens fecundáque pœnis Viscera, rimatúrque epulis, habitátque sub alto Pectore, nec requies fibris datur vlla renatis.* & Hom. ὀδ. λ. γῦπε δέ μιν ἑκάτερθε παρημένω ἠΰτε παρ ἔκειρον, &c. id est, vultures autem duo ei vtrinque assidentes iecur tondebant.

C

● NON SINE ● QV.] quærêris, quòd iuuentus hilara magis delectetur edera virenti, & myrto, quàm frondib⁹ aridis, id est, quòd puellas vetulis anteponat. ederam Fest⁹ ait esse dictam vel quòd hæreat, vel quòd edita petat, vel quòd id, cui adhæserit, edat. reliqua lege apud Fest.

PVLLA MAG. ATQVE MYRTO] magisque gaudeat pulla, id est, subuiridi myrto, subaud. quàm frondibus aridis. falluntur autem, qui *atque* positum putant hoc loco pro, *quàm*. Nam & suprà myrtum viridem nominauit Od. 4. & fiebant ex myrto corollæ, vt intelligere licet ex eadem Ode, & ex 7. li. 2. *quis vdo Deproperare apio coronas, Curátve myrto?* & Ode 15. eiusdem libri, myrtum numerat in ijs floribus, seu frondibus, è quibus suaues odores efflantur. *tum violaria, & Myrtus, & omnis copia narium Spargent oliueris odorem Fertilibus domino priori.* & Ode vltima huius libri solam myrtum in conuiuij apparatu vult adhiberi. *Simplici myrto nihil allabores.* & Catull. in carm. in nuptias Iuliæ & Manlij, virginem Iuliam eum myrto comparat his verbis: *Floridis velut énitens Myrtus Asia ramulis.* Est autem myrtus sacra Veneri, eadémque gratissima, vt Oliua Palladi, Populus Herculi, Laurus Apollini. Virgil. in Melibœo, *Populus Alcidæ gratissima, vitis Iaccho: Formosæ myrtus Veneri, sua laurea Phœbo.* & Georg. 1. de Cæsare Aug. loquens. *cingens materna tempora myrto.* Itaque nonnulli Venerem Murtiam à myrto dicunt esse nominatam, vt scribit Varro lib. 4. de lingua Latina. Præterea myrtus memoratur in frondibus felicibus, vt laurus, oliua, &c.

D

HIEMIS SODALI.] sic Od. 18. lib. 3. *crateram Veneris sodalem* appellat. & Home. ἰνὰς δ' ἐφύζαν φόβῳ κρυόεντος ἐπαίρων. Id est, fugam timoris horribilis sodalem.

HEBRO.] Thraciæ fluuio. Est autem Thracia orbis terrarum pars frigidissima, sententia veterum, vt paullo antè diximus.

E

## DE AELIO LAMIA.
### Ode 26.

Se, soluto animo, velle Lamiam laudare.

*MVsis amicus, tristitiam, & metus*
*Tradã proteruis in mare Creticũ*
*Portare ventis, quis sub arcto*
*Rex gelidæ metuatur oræ,*
*Quid Tiridatem terreat, vnicè*
*Securus. ô, quæ fontibus integris*
*Gaudes, apricos necte flores:*
*Necte meo Lamiæ coronam,*
*Pimpléa dulcis nil sine te mei*
*Prosunt honores. hunc fidibus nouis,*
*Hunc Lesbio sacrare plectro,*
*Téque, tuásque decet sorores.*

F

MVSIS AMICVS] significat, eum, qui Musas colat, non facilè à cura, metu, molestia, ægritudine, & ceteris animi pestibus inuadi solere. Hesiodus quoque ait in Theogonia, si quis mœrore affectus, poëtam, aut cantorem aliquem audierit vel Deorum, vel superioris ætatis hominum laudes canentem, statim omnem ex animo molestiam, luctúmque deponere, his verbis: Εἴ γάρ τις καὶ πένθος ἔχων νεοκηδὲς θυμῷ Ἀζηται κραδίην ἀκαχημένος, αὐτὰρ ἀοιδὸς Μουσάων θεράπων κλεῖα προτέρων αἰνήσῃσιν Υμνήσῃ μακάρας τε θεοὺς οἳ Ὄλυμπον ἔχουσιν, Αἶψ' ὅγε δυσφροσυνέων ἐπιλήθεται οὐδέ τι κηδέων Μέμνηται. Theocritus autem Musas

Digitized by Google

A Musas dicit optimum esse ad amoris vulnus sanandum, remedium ac medicamentum, in Cyclope. Οὐδὲν ποθὸν ἕρωτα πφύκει φάρμακον ἄλλο, Νικίας, ὅτ' ἔγκειται, ἠμὶ δοκεῖ ὅτ' ἐπίπαγον; Ἢ ταὶ Πιερίδες.

TRISTITIAM ET MET. TRAD. PROT.] id est, tristitiam, & metum ex animo ejiciam: ægritudines, & curas omneis pellam. sic loquuntur poetæ, cùm significare volunt aliquid se obliuisci, aut negligere, aut deponere, ac delere ex animo velle. Homer. ὀδυσσ. θ. ἔπος δ' ἔπτερ πτερόεν βάσκετον Δεινὸν, ἄφαρ τὸ φέροιεν ἀϋτμῆ ἀξασθαι θύελλαι. id est, si quid autem graue ac molestum dictum est, id ablatum diripiant & dissipent venti, seu procellæ. Anacreon. Ἀπορίπλονται μέριμναι, Πολυφρόντιδες πτεραὶ Ἐς ἀλυκτύπους ἀήτας. id est, abijciuntur ac dissipantur curæ, & sollicitæ cogitationes in ventos mare verberanteis, seu maris murmur excitanteis. Idē Ἐμῶν φρενῶν μὲν αὔραις Φέρειν ἔδωκα λύπας. id est, animi mei ægritudines auris dedi differendas. Theocr. Διοσκύρ. Ἰσχον τοιάδε πολλὰ: τάδ' εἰς ὑγρὸν ὤχετο κῦμα Πτοιὴ ἔχοισ' ἀνέμοιο. habebam talia multa: sed hæc in fluctum maris abstulit venti flatus. Apollon. lib. 1. argon. ἀλλ' ἀνέμοισι Δώομεν ἀμπλακίλιν, ὡς καὶ πάρος εὐμενέοντες. id est, at peccatum præteritum ventis tradamus, & vt antea, beneuolentiam inter nos colamus. Catull. ad Ortalum. *Ne tua dicta vagis nequicquam credita ventis Effluxisse meo forte putes animo.* Idem de nuptijs Pelei. *Irrita ventosa linquens promissa procella.* Idem ad Alphenum. *Idem nunc retrahis te, ac tua dicta omnia, factáque Ventos irrita ferre ad nebulas aerias sinis.* Tibull. eleg. 5. lib. 1. *Hæc mihi fingebam, quæ nunc Caurúsque, Notusq; Iactat odoratos vota per Armenios.* & Hor. Ode 11. epod. *Vt hæc ingrata ventis dimidiat Fomenta.* Lucret. lib. 4. *tu fac ne ventis verba profundam.* Virgil. Æneid. 9. *sed auræ Omnia discerpunt, & nubibus irrita donant.*

PROTERVIS] sic Lucretius petulanteis Euros, seu, vt habent alij libri, auras, dixit lib. 6. *Interdum perscissa furit petulantibus Euris.*

SVB ARCTO.] duæ vrsæ in regione Aquilonari elucent, altera maior, quæ & Ἑλικὴ, & ἅμαξα, C id est, currus, quia currus similitudinem gerat, appellatur: altera ei propinqua, minor, quæ Cynosura, sic dicta, quòd canis caudæ inflexæ similis sit. Callistonem autem Lycaonis filiam à Ioue amatam, & compressam esse: deinde à Iunone re cognita in vrsam conuersam, & Dianæ, instar feræ, sagittis configendam esse traditam: postremò à Ioue in cælo collocatam, poëtæ fabulantur. Aratus paullo aliter hanc fabulam narrat, aitque ab his duabus vrsis Iouem, cum puer esset, & cum à Corybantibus custodiretur, educatum esse.

GELIDÆ MET. ORÆ] vel ab ora gelida metuatur: vel dic, à quibus Rex oræ gelidæ metuatur. QVID TIRID. TERR.] non admodum sollicitus, quid Tyridates extimescat, aut quis ei bellum inferre cogitet. sic Od. XI. lib. 2. *Quid bellicosus Cantaber & Scythes Hirpine Quincti cogitet, &c.* quidam libri scripti habent, *Mithridatem*, sed cum litura.

FONTIBVS INTEG.] puris, sinceris, ἀκηράτοις. sic Lucret. lib. 4. *iuuat integros accedere fonteis, Atque haurire, iuuatq; nouos decerpere flores.* D

PIMPLEA DVLCIS.] Musa Pimplea à Pimpleo monte & fonte sic appellata: de quo Strabo lib. 9. Θρᾴκης τῷ Πιερίαν, καὶ τὸ Λείβηθρον, καὶ τὸ Πίμπλον ὄρος τῆς Μούσης ἀνέδειξαν. Ἐκλιπόντων δ' ἐκείνων, Μακεδόνες νῦν ἔχουσι τὰ χωρία ταῦτα. Catull. *Mentula conatur Pimpleum scandere montem: Musæ furcillis præcipitem eijciunt.* Callimach. in hymno ad Delum, Ὡς μοῦσαν τὸν ἀοιδὸν, ὃ μὴ πίμπλειαν ἀείσω, Ἐλθοι.

NIL SINE TE MEI PROS.] codex Donati & nonnulli alij habent, *Nil sine te mei Possunt honores:* quæ lectio non est reijcienda, immò verò fortasse vulgatæ anteponenda.

HVNC] Lamiam.

LESBIO SACRARE] decet te & tuas sorores hunc immortalitati consecrare fidibus Latinis, & carmine Sapphico, vel Alcaïco.

## Ode 27.

Ad sodaleis inter pocula rixanteis, & poculis ipsis pugnanteis: hoc esse barbarorum. inuitatus vt bibat, id se ea lege facturū, si frater Megillæ nomen amicæ suæ proferat, vel sibi in aurē dicat. E

NATIS in vsum lætitiæ scyphis
Pugnare, Thracū est tollite barbarū
Morem: verecundúmque Bacchum
Sanguineis prohibete rixis
Vino, & lucernis Medus acinaces
Immane quantum discrepat. impium
Lenite clamorem sodales:
Et cubito remanete presso.
Vultis seueri me quoque sumere
Partem Falerni? dicat Opuntiæ
Frater Megillæ, quo beatus
Vulnere, qua pereat sagitta. F
Cessat voluntas? non alia bibam
Mercede, quæ te cumq; domat Venus,
Non erubescendis adurit
Ignibus: ingenuóque semper
Amore peccas quicquid habes, age,
Depone tutis auribus. ah miser,
Quanta laboras in Charybdi.
Digne puer meliore flamma.
Quæ saga, quis te soluere Thessalis
Magus venenis, quis poterit deus?
Vix illigatum te triformi
Pegasus expediet Chimæra.

NATIS IN VSVM] Natis, id est, natura factis, πφυκόσιν. alioqui scyphi fiunt ab artifice, non

A nascuntur. Sic Lucilius, *Iudicis Hortensi est ad eam rem nata palestra:* profert Porphir. Hoc igitur dicit. Ad compotationem, & hilaritatem scyphi cõparati sunt natura: ijs abuti ad pugnas, & prœlia, & Thracum est, & similiũ barbarorum, non humanitate politorum, & excultorum hominum. Thracum, & Scytharum ebrietatem notat Plato libro 1. de legibus, his verbis: Σκύθαι δὲ, καὶ Θρᾷκες ἀκράτῳ παντάπασι χρώμενοι γυναῖκες τε, καὶ αὐτοὶ, καὶ κατὰ τῶν ἱματίων καταχέομενοι, καλὸν, καὶ εὔδαιμον ἐπτοημένοι. id est, Scythæ aũt, & Thraces vino mero prorsũ vtẽtes, & ipsi & mulieres, pfusasq; ac made factas vino vesteis habẽtes, preclarũ, & beatũ studiũ esse existimant, idq; ab illis more & consuetudine receptum est. Concinit his Horatianis illud Anacreontis: Ἄγε, δῶτε, μηκέθ' ὅπως Παπάγῳ τε, κ' ἀλαλητῷ Σκυθικῷ πόσιν παρ' οἴνῳ Μελετῶμεν, ἀλλὰ καλοῖς Ὑποπίνοντες ἐν ὕμνοις. quorum versuum hæc ferè sententia est: (Nam mihi properanti, & aliud, quod magis ad rem attinet, agenti, numeros versuum reddere non licet) Age, date vt bibam, neque ita strepitu, & clamore omnia miscentes in vino Scythicam compotationem meditemur: sed carminibus potius concinnis ac iucundis pocula temperemus.

B

Verecvndvm] id est, verecundè tractandum. eundem inuerecundum nominat Od. 11. epod. *Simul calentis inuerecundus Deus Feruidiore mero arcana promorat loco.* alia scilicet ratione, nẽpe quia qui vinum intemperantius biberunt, inuerecundi sint, nihilque neque vereantur, neque extimescant.

Sang. proh. rixis.] vel prohibete rixas à Baccho, vt sit hypallage: vel propriè, & vsitato more locutus est. sic enim M. Tull. pro lege Manil. *Erit igitur humanitatis vestræ tantum ciuium Rom. numexum calamitate prohibere.* Idẽ Hor. de arte poët. *Concubitu prohibere vago.* vsitatiora sunt illa, *prohibere itinere, prohibere domo.* Cæs. & Terent.

C

Vino et lvcern. Med. acin. Imm. &c.] .i. longissimè distat, ac magnopere discrepat ferrum à vino & conuiuijs. lucernas autem cum vino coniungit, quia olim noctu potissimùm conuiuia agitabantur, Od. 8. lib. 3. *& vigiles lucernas Perfer in lucem.* ad quem locum plura.

Medvs acinaces] acinaces nomen est peregrinum. quod genus γλῶτταν appellat Aristot. lib. περὶ ποιητικῆς. Est autem gladius Persicus. Plato lib. 8. de Rep. eo loco, vbi ostendit, quemadmodum rerum publ. status, hominésque, qui in eis versantur, commutentur, Persarum regis gladium acinacen ostendit appellari his verbis. τὸ φιλοχρήματον, μέγαν βασιλέα ποιεῖν ἐν ἑαυτῷ, πάρας τε καὶ σρεπτὸς, καὶ ἀκινάκας προσχωννύτα. & Dion. lib. 50. de Antonio. καὶ ἀκινάκλιον ἔσιν ὅπερ παρεζώννυτο· ἐσθῆτα τε ἔξω τῶν παρείων ἐχῆτο: id est, & acinacen interdum accingebat: & vestitu alieno à patrijs institutis vtebatur. Medum autem appellat, quia Medorum imperium ad Persas translatum fuit, Medique, & Persæ vni Cyro paruerunt. sic sup. Ode 2. *Medos* pro *Persis posuit*, vt annotauimus. & Catull. de coma Berenices. *Cum Medi irrupere nouum mare.* Atque hæc à M. Ant. Mureto fuerant iam pluribus verbis explicata.

D

Immane qvant. discr.] summopere discrepat. Est autem hoc genus loquendi Græcorum proprium. sic enim loquuntur illi θαυμαστὸν ὅσον. mirabile quantum, id est, mirificè, & mirum in modum. ἀμήχανον ὅσον, ἀμύθητον ὅσον. Arist. πολιτ. β. ἔτι δὲ καὶ πρὸς ἡδονὴν ἀμύθητον ὅσον διαφέρει νομίζειν ἴδιόν τι, id est, præterea dici non potest, quantùm referat ad voluptatem, existimare aliquid suum esse & proprium. Demosth. καὶ προσαφορισθ. ὡς θαυμάσια ἡλίκα πεισόμενοι διὰ τοῦτ' ἀγαθά. i. tamquam mirabilibus quantis per hos bonis abundaturi. Plato polit. α. ἰδρῶτος θαυμαστὸν ὅσον. Idem θ. ὑκοῦν εἰ τοσοῦτον ἡδονῆ νικᾷ ὁ ἀγαθός τε, καὶ δίκαιος τὸν κακόν τε καὶ ἄδικον, ἀμηχάνῳ δή ὅσῳ νικήσει εὐχλισύνη τε βίου, καὶ κάλλει, καὶ ἀρετῇ. Si igitur vir bonus & iustus tanto improbum & iniustum hominem voluptate & iucunditate vitæ superat, inexplicabili quanto superabit vitæ elegantia, decõre, & pulchritudine. Idem in Alcibiade. θαυμαστὸν ὅσον προσεῖσι προθυμίαν ἔχει. Tale illud Aristoph. in Ranis. εὐθὺς γὰρ ἡμάρτησεν ὑράνιον ὅσον. id est, statim enim aberrauit cæleste quantum: id est, spatium ingens, quantum scilicet cælum à terris distat. Atque ad eundem modum M. Tullius loquitur lib. de finib. 4. *sed differre inter honestum, & turpe, nimium quantum, nescio quid immensum.* idem orat. perf. *huic generi orationis aspergentur etiam sales, qui in dicendo mirum quantum valent*, id est, θαυμαστὸν ὅσον. non dissimile exemplum est, quod è secundo historiarum Salustij libro producit Nonius Marcellus. *immane quantum animi exarsere.* nam immanis ponitur interdum pro magno, vt docet Festus. sic & Cornel. Tacitus lib. 19. *Et Flauianus exercitus immane quantum animo, exitium Valentis, vt finem belli, accepit.*

E

Lenite clam. sod.] sic Od. 8. lib. 3. *procul omnis esto Clamor & ira.* notum est illud Pindari ἀσυχία φιλεῖ τὸ συμπόσιον, id est, silentium conuiuio carum est. hortatur autem siue Horatius, siue quis alius sodalcis suos, vt vociferari & contendere inter se desinant, seséque in lectis eo corporis situ contineant, quo esse & bibere, non autem pugnare possint.

F

Et cvbito rem. pr.] hoc corporis habitu ac situ cenabant Græci ferè omnes, & Romani illi veteres, accumbentes scilicet, & cubito innitentes, non sedentes: cuius rei complura in ruinis & parietinis Italiæ, vestigia ac monumenta vidi. ad hunc locum pertinet ille, qui est Saty. 4. lib. 2. *Nec satis est cara pisceis auerrere mensa Ignarum, quibus est ius aptius, & quibus assis Languidus in cubitum sese conuiua reponat.* quos versus suo loco explicabimus: hoc tantùm dicemus in præsentia, ex his duobus locis perspicuum esse ita composito corpore cenasse veteres, vt modicè inflexa, & in curuata superiore corporis parte, reliquâ iacẽrent: quod est accubare. Nam ridiculum est, quod scribit Acron: deorum esse accumbere, virorum discumbere, ferarum recumbere, cum ita loquatur M. Tullius oratione de supplicijs: *vt muliebria quotidie conuiuia essent, vir accumberet nemo*

Digitized by Google

A mo, prater ipsum & pratextatum filium, Idem epistol. ad Pap. Pætum, lib. 9. *Accubueram hora nona cum ad te harum exemplum in codicillis exarasi*, & pro Deiot. *huc te è balneo, priusquàm accumberes, ducere volebat.* & in Catil. 2. ad Quirit. *qui mihi accubantes in conuiuiis complexi mulieres impudicas, vino langnidi, conferti cibo, &c.* & Terent. Eunucho. *At dum accubabam, quàm videbar mihi esse pulchrè sobrius?* Itaque hoc tantum interesse puto inter illa duo priora, accumbere & discumbere, quod discũbere semper de pluribus dicitur: vt M. Tull. ad Attic. lib. 5. epist. 1. *discubuimus omnes prater illam:* accumbere autem, & de vno, & de pluribus siue hominib⁹, siue diis. Qui autem recubare putat ad feras duntaxat pertinere, legat primum versum Virg. in Tityro: & illum locum M. Tull. pro Deiot. *Cum in lectulo recubuisses.* & 2. de orat. *cum ceteris in campo se exercentibus, in herba ipse recubuisset.* & de diuinat. 2. *deinde cum se collegisset, idq; visum pro nihilo habendum esse duxisset, recubuisse.* Nam ex illis locis intelligere licet, recubare, seu recumbere, non esse ferarum proprium. Est autem *recumbere* toto corpore iacêre, ita scilicet composito, vt facilè somnum capere possis. interdum tamen pro accumbendi verbo vsurpatur: vt ep. ad Torquat. lib. 1. *Si potes archaicis conuiua recumbere lectis.* Herôas porrò, & primos illos homines sedisse inter cenandum, non accubuisse, ex Homero perspici potest. vno aut altero exemplo contenti erimus. ἰλιάδ. λ. αὐτὰρ ἐπεὶτα ἐς κλισίην ἐλθόντες δὴ κλισμοῖσι κάθιζον, &c. id est, Postea porrò cùm in tabernaculum venissent, in sedibus sedebant. & ὀδυσσ. υ. Δαιτύμονες δ' ἀνὰ δώματ' ἀκηδέζωντα, οἱ δ' Ἡμενοι ἐξείης. Conuiuæ autem in ædibus audiant cantorem ordine sedentes. quod item scribit Athen. lib. 7. his verbis: ὑπολαμβάνοντες οἰῶ τὰς θεὰς πλησίον αὐτῶν εἶναι, τὰς ἑορτὰς κοσμίως, καὶ σωφρόνως διῆγον. ὅθεν δ' τε καπακλίνεσθαι τοῖς ἀρχαίοις ἔθος ἰῶ, ἀλλὰ δαίνυσθ' ἑζόμενοι: id est, moderatè, & temperanter dies festos agitabant antiqui. Itaq; neque solebant accumbere, sed epulabantur sedentes. Iterum Hom. ὀδυσσ. η. Δαίνυνται τε παρ' ἄμμι καθήμενοι, ἔνθα περ ἡμεῖς. Idem alibi: Ἐξείης δ' ἔζοντο κλισμούς τε, θρόνους τε. Catullus etiam Deos sedenteis, non accumbenteis facit in carmine de Pelei & Thet. nuptiis: *Qui postquam niueis flexerunt sedibus artus, &c.* Et Appollon. argon. lib. 2. Αὐτὰρ ἐπὶ μέγα δόρπον ἐνὶ μακάρεσσιν ἔθεντο, Δαίνυσθ' ἑζόμενοι. id est, Posteaquam autem magnam & copiosam cenam in amplis ædibus appoluerunt, Tum epulari cœperunt sedentes. Quod autem Germanus Valens indicauit mihi Seruium notare ad illum locũ Virgil. lib. 7. Æne. *hìc ariete caso Perpetuis solisti patres considere mensis: maiores enim nostri sedentes epulabantur, quem morem habuerunt à Laconibus & Cretensibus, vt Varro docet lib. de populo Rom.* nihil hoc valet ad refellendum quod dicebamus initio, Romanos illos veteres, cubanteis cenasse. Nam hæc verba Seruij, quæ sumta sunt ex Varrone, & Virgilij, referenda sunt ad primos illos & antiquissimos Romanos, qui seueriores, & duriores, & continentiores erant. posteriores enim mollius & remissius vixerunt antiquis, quemadmodum ostendimus ex Athenæo & Homero Heroas sedenteis corpora cibo curasse, non accumbentes. Quin si res eget pluribus argumentis aut ampliore auctoritate, Plutarchus accedat, qui lib. συμπσ. πότερον αὐτὸν δεῖ κατακλίνειν τὸν ἐστωμένης τὸν ἐσθιόμενον. vsquequaque his vocibus vtitur κατακλίνειν, κατάκλισις. κατακεῖσθαι, κατακλίνεσθαι. & Plato lib. 2. de rep. de epulis loquens: ὅτι κλινῶν κατακεῖσθαι, i. in lectis cubare. ibid. κατακλινέντες ὅτι στιβάδων ἐστρωμένων μίλακι καὶ μυρρίναις: id est, discumbentes in lectis gramineis edera & myrto stratis. Aristoph. Pluto, κοσμίως κατεκείμεθα, id est, modestè discumbebamus. idem Vesp. κατακλινόμενοι τε ὅτι τοῖς κοίταις: id est, & accumbentes in lectis. quæ postrema exempla suppeditauit mihi Germanus Valens. De triclinijs verò, in quibus discumbere solebant, dicemus ad illum locum Saty. 4. lib. 1. *Sepe tribus lectis videas cenare quaternos.*

B

C

D

Vultis severi] inuitatus ad combibendum, id se alia condicione facturum negat, quàm si frater Megillæ vnus è conuiuis, amicę suæ nomẽ edat, & pronuntiet, siue sibi in aurem dicat.

Severi Falerni] austeri. forte appellat Saty. 4. lib. 2. *Anfidius forti miscebat mella Falerno Mendosè.* Athen. lib. 1. scribit, vinum Falernũ aliud austerum esse, aliud dulce: dulce autem fieri, cùm sub vindemiæ tempus Noti flauerint, &c. verba Athen. sunt hæc, εἴδη δύο τῶ φαλέρνε, ὁ αὐστηρὸς, καὶ ὁ γλυκαίζων. ὅταν δὲ ποιῶσι γίνεται, ὅταν ἐσθὸν τὸν τρυγητὸν νότοι πνεύσωσι.

E

Opuntiæ] à nomine Opus fit Opuntius. Est autem Opus vrbs Locridis.

Quo beatus vulnere, qua pereat] id est, cuius puellæ amore saucius. sed quomodo quisquam vno tempore & beatus, & saucius esse, atque adeò perire potest? amor est variũ quiddã & multiplex. noti sũt δυσέρωτες: notũ illud γλυκύπικρον: notũ illud Terẽt. Eũ. *in amore hæc omnia insunt vitia, iniuriæ, suspiciones, &c.* Postremò notum illud Anacreontis, χαλεπὸν δὲ καὶ φιλῆσαι, Χαλεπὸν δὲ καὶ φιλῆσαι, Χαλεπώτερον δὲ πάντων Ἀποτυγχάνειν φιλουῦτα. id est, Et non amare dutum, Et verò amare durum, Durissima omnium res Amare, nec potiri. quibus consentaneum est hoc Tibull. lib. 2. *Ah miseri, quos hìc graniter Deus vrget, at ille Felix, cui placidus leniter afflat amor.* in summa, F amans eo, quòd potiatur, beatus dici potest: quòd seruiat autem, & quòd semper sollicitus sit, perit, & miser est.

Sagitta] noti sunt Cupidinis arcus, notæ sagittæ. nihil tritius est apud poëtas tùm Græcos, tùm Latinos. Vnus Propertius nobis erit nunc instar omnium lib. 2. *Et merito hamatis manus est armata sagittis: Et pharetra ex humero Cnossia vtroque iacet.* Lege & Philostratum in imaginibus & infrà Ode 8. lib. 2. *Semper ardenteis acuens sagittas Cote cruenta.* Xenophon autem ἐφεσιακ. α. ait iccircò Cupidines sagittarios fingi, quòd formosi & formosæ etiam è longinquo loco vulnerant. verba illius sunt hæc. ἴσως δὲ καὶ οἱ ἔρωτες τοξόται διὰ τοῦτο καλοῦνται, ὅτι καὶ πόρρωθεν οἱ καλοὶ πληθώσκουσι.



Digitized by Google

A CESSAT VOLVNTAS? NON ALIA BIB. &c.] id est, negas te mihi eius puellæ, quam amas, nomen editurum, aut in aurem dicturum? at nihil aliud mereri velim, vt bibam: nulla alia mercede, nullóve alio pretio adducar ad bibendum. *voluptas* habent cod. Iann. Vrsin. Vatic. Torn. Russard. & nonnulli alij, non. *voluntas*: quam scripturam non sum secutus tamen.

QVÆ TE CVMQ. DOM. VEN.] blanditur ei nunc, vt nomen amicæ ab eo eliciat, atque exprimat. hoc modo: quamcunque puellam amas, quocumque amorem tuum contulisti, eam tibi amicam quæsisti, & comparasti, cuius te neq; pudere, neque pœnitere debeat. amas aliquam honesto loco natam, & forma præstantem puellam. amorem tuum honesto aliquo, & gloriatione potius, quàm pudore digno locó collocasti. *Quæ te cumque*, pro, *Quæcumque te*.

INGENVO QVE SEMP. AM. PECC.] non aliquam ignobilem, & generis seruilis, sed liberam, & ingenuam amas.

QVICQVID HAB. AGE, DEP.] quæcumque ea sit age, committe mihi taciturо: dic mihi
B in aurem non vulgaturo.

TVTIS AVRIBVS] non perfluentibus, neque rimosis: sed vndique septis, & clausis ad continendam rem arcanam creditam.

AH MISER] audito tandem puellæ illius nomine, immitis fortasse, & illiberalis, & sæuo ingenio præditæ, ita exclamat.

QVANTA LAP. IN CHAR.] quàm sęuam, difficilem, improbam, rapacem, auaram puellam nactus es? Proculdubiò tibi res est cum illiberali, & immiti puella, quæ te sit excruciatura: qua numquam sis potiturus. Non dissimulabo in tribus libris manu scriptis scriptum esse, *Quanta laborabas Charybdi*.

CHARYBDI] Charybdin aquarum dicunt esse voraginem inter Adriaticum, & Tyrrhenum mare, quæ vim quamdam absorbendi habeat, Scyllæ maximè geminã, quam Scyllam credibilius est scopulum aliquem fuisse, ídque ex Homero ipso colligere licet, cuius hi sunt versus. ὀδυσσ. μ. Τῷ δ' ἐν ἰρινεοῖ ὄζῳ μέγας φύλλοισι πεφαλὼς. Τῷ δ' ὑπὸ δία
C χάρυβδις ἀναῤῥοιβδεῖ μέλαν ὕδωρ. Τρὶς μὲν γάρ τ' ἀνέποσιν ἐπ' ἤματι, τρὶς δ' ἀναροιβδεῖ δεινὸν, μὴ σύγε κεῖθι πύχοις, ὅτε ῥοιβδήσειεν. eodem libro. Ἔνθεν μὲν γὰρ Σκύλλη, ἑτέρωθι δὲ δία χάρυβδις δεινὸν ἀνερῥοίβδησι θαλάσσης ἁλμυρὸν ὕδωρ. Eadem videtur sensisse Virgil. Æneid. 3. *Dextrum Scylla latus, lævum implacata Charybdis Obsidet, atque imo barathri ter gurgite vastos Sorbet in abruptum fluctus rursúsque sub auras Erigit alternos & sidera verberat vnda*. M. Tul. orat. de haruſp. respõ: *quam denique tam immanem Charybdin poëta fingendo exprimere potuerunt, quæ tantos exhaurire gurgites posset, quantas iste Byzantiorum, Brogitarorúmque prædas exsorbuit?* Idem de orat. 3. *Charybdin bonorum, voraginem potius dixerim facilius enim ad ea, quæ visa, quam ad illa, quæ audita sunt, mentis oculi feruntur*. Idem Phil. 2. *Quæ Charybdis tam vorax: Charybdin dico? quæ si fuit, fuit animal vnũ. Oceanus medius fidius vix videtur tot res, tam dissipatas, tam distantibus in locis positas, tam citò absorbere potuisse*. Tibull. ad Messᵗ. lib. 4. *Nec violenta* D
*suo consumsit more Charybdis, Vel si sublimis fluctu consurgeret imo, Vel si interrupto nudaret gurgite pontum*. iam admonui, me in tribus exemplaribus antiquis scriptum reperisse, *Quanta laborabas Charybdi*. quam scripturam tamen non sum secutus. sic enim loquitur Oda 17. sup. *& fide Teia Dices laborantes in vno Penelopẽ, vitreámq; Circẽ*.

FLAMMA] Virgil. Æneid. 4. *est mollis flamma medullas*.

QVÆ SAGA] quæ te saga cantionibus, & carminibus amore poterit liberare? *Sagire* (inquit M. Tull. de diuinat. lib. 1) *sentire acutè est: ex quo saga anus, quia multa scire volunt*.

THESSALIS] Thessali potionibus & venenis, id est, medicamentis, & poculis quibusdam partim bonam mentem hominibus adimebant, partim contrariis restituebant. Plaut. Amphit. *Ego pollillum vlciscar hodie Thessalum veneficum, Qui peruersè adeò perturbauit familiæ mentem meæ*. Tibull. lib. 2. eleg. 4. *Quicquid habet Circe, quicquid Medea veneni: Quicquid & herbarum Thessala terra gerit*. gradatio est. *saga, magus, Deus*.

VIX ILLIG. TE TRIF.] puellam illam E
cum Charybdi paullo antè comparauit: nunc cũ Chimæra: quam triformem fuisse ex vulgatissimo Homeri versu notum est, Πρόσθε λέων, ὄπιθεν δὲ δράκων, μέσση δὲ Χίμαιρα. atque idem versus apud Hesiodum quoque reperitur in Theog. vt necesse sit vel Hesiodum ab Homero mutuatum esse, vel vtrumque ab aliquo superioris ætatis poëta, si quis Homero antiquior poëta fuit. Iam Chimæra ex Thiphône & Enchidna nata est. soror eius fuit Hydra, fratres Orthus & Cerberus, vt scribit Hesiod. in Theog. Chimæram interfecit Bellerophõ equo Pegaso vectus. qua de re sic Hesiod. τὼ μὲν Πήγασος εἶλε καὶ ἐσθλὸς Βελλεροφόντης.

PEGASVS] equum Pegasum Medusæ filium nominat Pindarus, quia ex Gorgonis capite, quod ei abscidit Perseus, exsilierit, vt scribit Hesiodus in Theog. τῆς ὅτε δὴ Περσεὺς κεφαλὴν ἀποδειροτόμησεν, Ἐξέπρεσεν χρυσάωρ τε μέγας, καὶ πήγασος ἵππος. Quantas autem, & quàm multas ad res fortiter & præclarè gerendas hic equus Bellerophonti fuerit vtilis atque opportunus, & quemadmodum eidem Bel- F
lerophonti Pallas in somnis frenum dederit, quo equum anteà ferum, indomitum, indocilem regeret, ac moderaretur, & quemadmodum eius opportunitate fretus Amazonas, Chimæramque flammas ex ore euomentem, & Solymos deuicerit, copiosè narrat Pindar. Olymp. εἰδ. γ. σὺν δ' ἐκείνῳ (Pegaso) καίποτ' Ἀμαζονίδων αἰόλος ψυχρᾶς ἀπὸ κόλπων ἐρήμᾳ πεζόταν βάλλων γωναικῖον στρατὸν, καὶ χείμαρραν πῦρ πνέοισαν, κὶ σολύμους ἔπιφνε, &c. Homerus autem hanc de Pegaso & Bellerophonte fabulam omnium plenissimè narrat, ιλιάδ. σ. Aratus quoque de Pegaso scribit nonnulla. ex eis petat, qui voleᵗ.

EXPEDIET] illigatum, & impeditum expediet, id est, soluet. Chimæræ quidem habent libri vulgati, & nonnulli scripti: Chimæra autem Donati, Faërni, Vrsini, vnus Vatic. Torness. vt *triformi Chimæra* cohæreat cum verbo *expediet*.

OD.

Digitized by Google

A Ode 28.

Inducitur Archytas nautæ cuidam respondens, omnibus esse moriendum, oránsque: ne se insepultum iacére patiatur: sed corpori suo terram, aut arenam inijciat.

*TE maris, & terræ, numeróque carentis arenæ*
*Mensorem cohibent, Archyta,*
*Puluueris exigui prope littus parua Matinum*
*Munera: nec quicquã tibi prodest*
*Aërias tentasse domos, animóq; rotũdum*
*Percurrisse polum morituro.*
*Occidit & Pelopis, genitor, cõuiua deorũ:*
*Tithonúsque remotus in auras:*
*Et Iouis arcanis Minos admissus: habent-*
B *Tartara Pãthoiden iterũ Orco (que*
*Demissum: quãuis clypeo Troiana refixo*
*Tempora testatus, nihil vltra*
*Neruos, atq; cutem morti concesserat a-*
*Iudice te, non sordidus auctor (træ,*
*Naturæ, verîq;. Sed omneis vna manet*
*Et calcanda semel via leti (nox:*
*Dant alios Furiæ toruo spectacula Marti*
*Exitio est auidis mare nautis.*
*Mista senum, ac iuuenum densentur funera nullum*
*Sæua caput Proserpina fugit.*
*Me quoq; deuexi rapidus comes Orionis*
*Illyricis Notus obruit vndis.*
*At tu nauta vagæ ne parce malignus, a-*
*Ossibus, & capiti inhumato (renæ*
C *Particulam dare. sic, quodcumque minabitur Eurus*
*Fluctibus Hesperiis, Venusinæ*
*Plectãtur siluæ te sospite: multáq; merces,*
*Vnde potest, tibi defluat æquo*
*Ab Ioue, Neptunóq; sacri custode Tarẽti.*
*Negligis immeritis nocituram*
*Postmodò te natis fraudem committere*
*Debita iura, vicésq; superbæ (forsan,*
*Te maneant ipsum. precibus non linquar*
*inultis:*
*Téque piacula nulla resoluent.* D
*Quanquam festinas: non est mora longa: licebit*
*Iniecto ter puluere curras.*

TE MARIS, ET TERRÆ] Archytas Tarẽtinus ita fuit philosophus, & geometra, vt à reip. administratione tamen non abstinuerit, quemadmodum declarat pulcherrima illa Platonis ad eum epistola.

COHIBENT] continent & coërcent te, qui viuus maria & terras dimensus es, cælúmque adeò ipsum mente & animo percurristi.

PVLVERIS EXIGVI PARVA MVNERA] paulum puluueris: non tantùm terræ, quantum satis sit ad totum corpus tuum contegendum.

PROPE LITTVS MAT.] in Apulia. Ode 2. lib. 4. *Ego apis Matinæ more, modóque, &c. Carmina fingo.*

NEC QVICQ. TIBI PROD. &c.] nec quicquam tibi adiumenti attulit ad mortem effugiendam, quòd in rerum cælestium cognitionem plurimùm studij, operæque contulisti, cælique magnitudinem mente peragrasti, E cùm esses omnino moriturus. Phauorinus apud Aulum Gellium lib. 10. hæc de Archyta, Ἀρχύτας Ταραντῖνος φιλόσοφος ἄμα καὶ μηχανικὸς ὢν ἐποίησε περιστερὰν ξυλίνην πετομένην, ἧς εἴπερ τι καθίσειεν, ἐκ ἔτι ἀνίσταιτο. μάχει γὰρ τότε * cetera desunt apud Aulum Gell. id est, Archytas Tarentinus cùm philosophus simul & machinarum opifex esset, columbam ligneam effecit volantem: quæ si quando consideret, non amplius surgebat.

OCCIDIT ET PELOPIS] responsio est Archytæ. Pelopis genitor est Tantalus. de quo plura lib. 1. Saty. 1. Quid mirum est (inquit Archytas) me mathematicum, & philosophum, mortuum esse? mortuus est & Tantalus conuiua Deorum: Tithonus quoque Auroræ coniux ex hominum numero sublatus est, aliique præstantissimi viri mortem obierunt. Plutarchus ἐν τῷ παραμυθητικῷ Ἀπολλώνιον. scribit, Antimachum poëtam mortua sibi vxore Lyda, quam vehementer amabat, scripsisse elegiam quamdam ad consolandum & leniendum mærorem suum: in qua calamitates Heroïcas colligebat, malis alienis suum casum, F ac dolorem leuare ac minuere studens. Est autem vnum hoc quoque ex iis, quæ in consolationibus adhibere & vsurpare solemus, si quem magnum & præstantem virum, cui similis calamitas, atque ei, quem consolari volumus, acciderit, proferre possimus. Eo argumento vsus est Seruius Sulpicius ad consolandum M. Tullium Cicer. de obitu filiæ. Primùm enim ostendit, vrbeis antiquissimas, & florentiss. funditus esse deletas, deinde viros clarissimos interiisse. sic Seruius. *Quæ res mihi non mediocrem consolationem attulit, volo tibi commemorare, si forte eadem res tibi minuere dolorem possit. Ex Asia rediens cùm ab Aegina Megarã versus nauigarẽ, cœpi regiones circumcirca prospicere. post me erat Aegina, ante Megara, dextra Piræus, sinistra Corinthus: quæ oppida quodã tempore floreuti-*

A *florentissima fuerunt, nunc prostrata, & diruta ante oculos iacent. Cœpi egomet mecum sic cogitare: Hem nos homunculi indignamur, si quis nostrum interiit, aut occisus est, quorum vita breuior esse debet, cum vno loco tot oppidorum cadauera proiecta iaceant?* &c. & M. Tull. ad Torquatum lib. 7. *Postremò is vir, vel etiam ij viri hoc bello occiderunt, vt impudentis videatur eandem fortunam, si res cogat, recusare.* Sic & Achill. ἰλιάδ. φ. Lycaonẽ vnum è filiis Priami mortem deprecantem, pretiúmque salutis & vitæ promittentem, hortatur, vt æquo animo mortem ferat: cæsum esse Patroclum illo multo meliorem: se quoque eximia corporis statura, & pulchritudine præditum, Æaci & Thetidis filium, vel manè vel meridie, vel vesperi moriturum. sic ille. Ἀλλὰ φίλος θάνε καὶ σὺ, τίη ὀλοφύρεαι αὔτως? Κάτθανε καὶ Πάτροκλος, ὄπερ σέο πολλὸν ἀμείνων. Οὐχ ὁράας οἷος κἀγὼ καλός τε μέγας τε, Πατρὸς δ' ἔμ' ἀγαθοῖο, θεὰ δέ μ' ἐγείνατο μήτηρ. Ἀλλ' ὀλέει με καὶ μοῖρα κραταιὴ Ἔσσεται, ἢ ἠῶ, ἢ δείλῃ, ἢ μέσον ἦμαρ, &c. Atq; hoc eodẽ mortis solatio nos vti iubet Lucret. lib. 3. ostendens, Æneam, Xerxem, Scipiones, Homerum, & innumerabileis alios clarissimos viros de vita decessisse. *Hoc*

B *etiam tibi tute interdum dicere possis, Lumina sis oculis etiam bonus Ancus reliquit: Qui melior, quam tu, multis fuit improbe rebus: Inde alij multi reges, rerúmque potentes, Occiderunt, magnis qui gentibus imperitarunt.* & apud Virgil. lib. 10. Æneid. Iupiter Herculem ob imminentem, & propinquum Pallantis interitum, ingemiscentem, his verbis solatur. *Stat sua cuique dies: breue & irreparabile tempus Omnibus est vitae: sed famam extendere factis, Hoc virtutis opus. Troiae sub mœnibus altis Tot nati cecidere Deúm: quin óccidit vnà Sarpedon, mea progenies, etiam sua Turnum Fata vocant, metásque dati peruenít ad aui.* Postremò Horatius duobus locis pro eo, quod est, mori, posuit, ire, aut decidere, quò Æneas, quò Numa, quò Ancus, & ceteri, Ode 7. lib. 4. *Nos, vbi decidimus Quo pius Æneas, quò Tullus dives, & Ancus, &c.* & epist. ad Numicium lib. 1. *cum benè notum Porticus Agrippae, & via te conspexerit Appi: Ire tamen restat, Numa quò deuénit, & Ancus.*

TITHONVSQVE REMOTVS] Ode 16.

C lib. 2. *Longa Tithonum minuit senectus.*

ET IOVIS ARCANIS MINOS] Hom. ὀδ. τ. de Minoë Τοῖσι δ' ἐνὶ Κνωσσὸς μεγάλη πόλις, ἔνθα δὲ Μίνως Ἐννέωρος βασίλευε Διὸς μεγάλου ὀαριστής. i. In his autem Cnossus, vrbs magna, in qua Minos regnauit, qui cum magno Ioue sermones habere solebat. & Plato in Min. cùm multa alia de hoc tradat, qualia sunt, Minoëm fuisse à Ioue eruditum atque institutũ, & nono quoque anno cum eo versari & sermones conferre solitum: tùm illos Hom. versus profert, eorúmque sententiam explicat.

PANTHOÎDEN.] Pythagoram significat, qui παλιγγενεσίαν illam, & μετεμψύχωσιν in seipso confirmans, dicebat se Euphorbum fuisse Panthoi filiũ: de quo Hom. ἰλιάδ. π. Πανθοίδης Εὔφορβος, ὃς ἡλικίλλου ἐπέκαστο Ἐγχείῃ τ' ἰπποσύνῃ τε, πόδεσσί τε καρπαλίμοισι. Nam Pythagoras quidem (vt scribit Pausan. Corinth.) Mnesarchi fuit filius, Euphronis nepos, Hippasi pronepos.

QVAMVIS CLYPEO TROIANA, &c.] D id est, quamuis detracto è poste templi Euphorbi clypeo testatus se Troianis temporibus Euphorbum fuisse, nihil præter corpus interire sibi persuaserat. Diogenes Laërtius hos versus ait se in hanc de Pythagora fabulam lusisse.

Τὰς φρένας ἣν ἐθέλῃς τὰς Πυθαγόραο νοῆσαι:
Ἀσπίδος Εὐφόρβου βλέψον ἐς ὁμφαλοόν.
Φησὶ γάρ, ὅππ᾽ ἐγὼν ἦμην ποθ᾽ Ἑρμοτίμου βροτός: ὃς δὲ
Ὅττ᾽ ἐκ ἦν, φάσκει: ἴσις ἔλω, ὅτ᾽ ἔλω? id est.

Pythagoræ penitus si vis cognoscere mentem,
Euphorbi scutum conspice Panthoïdæ.
Quondam, inquit, fui homo hic. qui cùm haud
erat, ipse fuisse.
Se dicit: viuus, dic mihi, qualis erat?

Interpres autem Sophoclis de Pythagora mihi videtur quædam scripsisse digna, quæ hûc ascribantur. Πυθαγόρας καθεῖρξας ἑαυτὸν ἐν ὑπογείῳ, λογοποιεῖν ἐκέλευσε τὴν μητέρα, ὡς πεθνηκὼς εἴη, καὶ μετὰ ταῦτα ὀπφανεὶς, περὶ παλιγγενεσίας, καὶ τῶν καθ᾽ ᾅδου τινὰ ἐπεραπιόπε, διηγέμενος περὶ τε ζῴων περὶ τῶν οἰκείων, οἷς ἐν ᾅδου συμπυχέναι ἔλεγεν. ἐξ ὧν πιαύτῳ ἑαυτῷ δόξαν περιέθηκεν, ὡς περὶ μὲν τῶν τρωϊκῶν Αἰθαλίδης ἦν ὁ Ἑρμοῦ, εἶτα Εὔφορ- E βος, εἶτα Ἑρμότιμος, εἶτα Πύθιος ὁ Δήλιος, εἶτ᾽ ἐπὶ πᾶσι Πυθαγόρας. id est, Pythagoras cùm se in loco quodam subterraneo conclusisset, iussit matrem hunc de se sermonem vulgare, se mortuum esse: Posteà autem cùm sese in conspectum hominum retulisset, quædam de palingenesia, id est, iterata quadam origine, & de iis rebus, quæ sunt apud inferos monstri similia, prædicabat: verba faciens apud eos, qui viuebant de eorum propinquis: quibuscum se apud inferos locutum & congressum esse dicebat. ex quibus hanc sibi hominum de ipso opinionem comparauit, se fuisse ante Troiana tempora Æthalidem Mercurij filium, deinde Euphorbum, deinde Hermotimum, deinceps Pythium Delium, postremò Pythagoram. similia quædam scribit interpres Apollon. in argonaut. lib. 1. πυθαγόρας δὲ ἐν τῷ μεταλλοιοῦσθαι τὰς ψυχὰς, καὶ F παρεισδύνειν εἰς ἕτερα σώματα φησὶν ὅπ γένοιτο ἑρμοῦ υἱὸς, καὶ Σαμίας ἑταίρας, καὶ πυθαγόρας. id est, Pythagoras in eo quòd animæ immutantur, & migrant in alia corpora, dicit se fuisse Mercurij & meretricis cuiusdam Samiæ filium, & Pythagoram.

REFIXO] id est, detracto. vt epist. ad Loll. 2. lib. 1. *Sub duce, qui templis Parthorum signa refixit.* & Od. 17. epod. *Refixa cœlo deuocare sidera.*

NON SORDIDVS AVCTOR NATVRÆ, &c.] id est, qui rerum omnium occultarum naturas, & causas studiosissimé exquisierat, quiq; in vero inueniendo plurimum studij posuerat, ex iisque rebus magnam sibi auctoritatem comparat. scripserat autem lib. de natura, vt tradit Laërt. sic infrà Od. 15. epod. *Nec te Pythagoræ fallant arcana renati.*

SED OMNEIS VNA MANET NOX.] vt sententia hæc verissima est, ita à scriptoribus admodum frequentata. Horat. suprà Od. 4. *Pallida mors æquo pnlsat pede pauperum tabernas, Regumq; turreis.* & Od. 14. lib. 2. *Eheu fugaces Postume, Postume, Labuntur anni, nec pietas morum,* &c.

quæ

Digitized by Google

A quæ sequntur. & Od. 3. eiusdem: *Omneis eòdem cogimur: omnium Versatur urna.* & Od. 18. eiusd. *aqua tellus Pauperi recluditur, Regúmque pueris.* & Od. 3. lib. 2. *Diuésne prisco natus ab Inacho, Nil interest, an pauper & infima De gente sub dio moréris Victima nil miserantis Orci.* & Od. 1. lib. 3. *aqua lege necessitas Sortitur insigneis & imos.* & Homerus ἰλιάδ. ζ. Μοῖραν δ' οὔπινα φημὶ πεφευγμένον ἔμμεναι ἀνδρῶν Οὐκακὸν, οὐδὲ μὲν ἐσθλὸν, ἐπὴν τὰ πρῶτα γένηται. Parcam autem neminem effugere posse dico, neque malum, neque bonum, postquàm semel natus sit. & Pindar. ἰσθμ. εἷς ἕκτῳ· θνάσκομεν γὰρ ὁμῶς ἅπαντες, Δαίμων δ' ἄϊσος. id est, Omnes enim similiter morimur. Parca autem non cernitur. & Lysias ἐν ἐπιταφίῳ τοῖς κορινθίων βοηθοῖς. ὥστε τί δεῖ, ἃ πάλαι προσοιδοκῶμεν πείσεσθαι, ὑπὲρ τούτων νῦν ἄχθεσθαι, ἢ λίαν ὅπως βαρέως φέρειν, ὅτι ταῖς τῆς φύσεως συμφοραῖς, ὑπισχνουμένης ὅπ ὁ θάνατος κοινὸς, καὶ τοῖς χείροσιν, καὶ τοῖς βελτίοσις? ὅτι γὰρ τὸς πονηροὺς ὑπερορᾷ, ὅτι τὸς ἀγαθὸς θαυμάζ: ἀλλ' ἴσον ἑαυτὸν παρέχει πᾶσι. id est, Quare quid oportet quæ nos olim mala exspectabamus, vt nobis euentura, iis nũc angi, aut ita grauiter ferre naturę casũ aduersos, cùm sciamus, mortẽ esse deterrimis, & præstãtissim. communem? Nam neque improbos despicit, neque bonos admiratur: sed sese omnibus æqualem præbet. Iterum Horat. Saty. 6. lib. 2. *neque vlla est, Aut magno, aut paruo lethi fuga.* & Propert. lib. 3. eleg. 16. *Sed tamen huc omnes, huc primus, & vltimus ordo, Est mala, sed cunctis ista tenenda via est.*

B

Nox] id est, mors. sic Catull. *Nobis cum semel occidit breuis lux, Nox est perpetua vna dormienda.* Nam vt lux pro vita à scriptoribus vsurpatur (M. Tull. pro Rosc. Amer. *propter quos hanc suauissimã lucem aspexeris, eos indignissimè luce priuare?* & lib. 4. accus. de signis, *cur piratis lucis vsuram tam diuturnam dedisti?*) ita nox, & tenebræ pro morte. iterum Catull. *At vobis male sit malæ tenebræ Orci, quæ omnia bella deuoratis.* & suprà Hor. Ode 4. *Iam te premet nox, fabulæq; manes.* in tribus lib. antiquis reperi scriptũ, *sed omneis vna manet mors.*

Manet] id est, vna omnibus nox imminet, vna mortis necessitas omneis exspectat, omneis exceptura est.

C

Dant alios Furiæ] significat à Furiis bella conflari, & furiosorum esse armis decertare. Itaque apud Virgil. lib. 7. Æn. Iuno bellum conflare inter Latinos & Troianos cogitans, Alecto ab inferis euocat, vt hoc negotium conficiat. sic Virg. *Hæc vbi dicta dedit, terras horrenda petiuit: Luctificã Alecto dirarũ ab sede sororũ, Infernisq; ciet tenebris: cui tristia bella, Iraq; insidiæq;, & crimina noxia cordi.* hoc igitur dicit non obscurè. alij in acie occidunt, alij naufragio pereunt. cod. Torneſ. habet, *Exitio est auidum mare nautis.* fortasse non malè. vt Od. 29. lib. 3. *Addant auaro diuitias mari.* ego tamen sequor alteram scripturam, & vulgatam.

Densentur] sic in cod. Torneſ. & trib. aliis scriptum est, *densentur*, inquam, non vt in vulgatis *densantur*. quo verbo vsus est Lucret. non semel, *densentur* autem, id est cumulantur, exaggerantur. ἐπασσύτεροι κεῖνται, οἱ γέροντες καὶ οἱ νέοι.

D

Nvllvm Sæva caput Proserpina.] Proserpina mortis & vitæ arbitra est. Martial. ad Lucinum quendam: *Non omneis fallis: scit te Proserpina canum: Personam capiti detrahet illa tuo.* Et apud Virgil. lib. 4. Æn. extr. Cùm Dido magno cum cruciatu, & longo tractu temporis moreretur, quia ei, vtpote ante diem morienti, Proserpina nondum *flauum vertice crinem Abstulerat, Stygióque caput damnauerat Orco*, deuolat Iris è cœlo, quæ eam corpore exsoluat. & Satyra. 5. lib. 2. Tiresias cum Vlyss. pauca locutus à Proserpina retrahitur, *sed me* (inquit ille) *imperiosa trahat Proserpina, viue, valeq;.* fũgit autem hoc loco, cum priorem syllabam habeat productam, temporis præteriti est.

E

Rapidvs] liber Faërni, habet *rabidus*. non probo.

Orionis.] Hyrieus Neptuni & Alcyonæ filius Tanagræ, quæ vrbs est Bœotiæ, habitabat: hic cum esset hospitalissimus, Deósque aliquando liberaliter hospitio accepisset, Iupiter, Neptunus, Mercurius ob eam hospitalitem, gratiam ei referre volentes, iusserunt, vt quod ei commodum esset, abs se peteret. Ille autem cùm liberis careret, neque vxorem ducere vellet tamen, filium petiuit. Tum Dij pellem bouis sibi ab illo immolati comminxerunt, & semine conspersserunt. quo facto, monuerunt, vt eam pellem in terra conderet, ac defoderet, & decem pòst mensibus effoderet. Interea natus est Ourion, ducto nomine ἀπὸ τῆ ὑρεῖν, id est, à meiendo. qui paullùm immutatis litteris, ὠρίων, Orion speciosioris & honestioris appellationis gratia posteà dictus est. is Dianæ, cum qua venabatur, stuprum inferre conatus est. qua re dea irritata scorpiũ è terra extulit, à quo Orion in talo ictus interiit. Iupiter autem, eum miseratus, in astra retulit. eò fit, vt Oriente Scorpio óccidat Orion. Verùm Homerus ὀδυσσ. ε. dicit eum à Diana sagittis esse confixum. Εὼς μὲν ἐν Ὀρτυγίῃ χρυσόθρονος Ἄρτεμις ἀγνὴ Οἷς ἀγανοῖς βελέεσσιν ἐπουχομένη κατέπηφε. Lege Aratum de Orione, & Diana. Horatius lib. 3. Od. 4. *Tentator Orion Dianæ.* & 13. lib. 2. *Ne curat Orion leones, Aut timidos agitare lyncas.* deuexum autem intellige, vel qui ad occasum vergit, vel qui in decliui cæli parte situs est, Siue autẽ oriatur, siue óccidat, tẽpestates excitat. iccirco Virgilius nimbosum vocat.

F

At tv nauta vagæ.] At tu nauta ne parce malignus particulam arenę dare ossibus. & capiti inhumato. terram ossibus & capiti inhumato benignè inijce.

Malignvs.] malignus esses si parceres: vel ne te in eo malignũ præbe, vt parcas. sic loquitur Saty. 6. lib. 2. *Si veneror stultus nihil horum*, id est, si non sum ita stultus, vt aliquid horum venerer, seu precer, & optem. vide annot. ad Od. 13. lib. 3. iam illud *parce dare* huic poëtæ vsitatum est: exempli causa. Od. 28. lib. 3. *Parcis deripere horreo Cessantem, &c.* & Sat. 2. lib. 2. *Et nisi mutatum parcis diffundere vinum:* id est, non vult. sic Catullus de nuptiis Pelei. *Nil metuunt iurare, nil promittere parcunt,*

Digitized by Google

A *parcunt*. id est, nihil est, quod promittere non audeant. & Titus Liuius lib. 34. *Proinde parce sic fidem ac iura societatis iactare*. iterum Horat. Od. 8. *Parce priuatus nimium cauere*. Malignus idem ferè valet, quod angustus: opponitúrque benigno, vt annotatum est ad illum locum epist. ad August. lib. 2. *laudare malignè*.

SIC] lege, quæ suprà diximus de hac particul. Od. 3.

QVOTCVMQVE MINAB.] verbũ minandi iunxit casui accusandi, vt epist. ad Celsum. *dic pulchra & multa minantem, Viuere nec rectè, nec suauiter*. & Od. 19. epod. *Minatus vrbi vincula*. sic sæpe M. Tull. vt Tuscul. 1. *Theodoro cùm Lysimachus Rex crucem minaretur, istis quaso* (inquit) *ista horribilia minitare purpuratis tuis*.

VENVSI. PLEC. SILVÆ] in Venusinas siluas récidat: siluæ Venusinæ luant, &c. sic loquitur epist. 2. lib. 1. *Quicquid delirant reges, plectuntur Achiui*.

TE SOSPITE.] te saluo: te incolumi.

ÆQVO AB IOVE.] æquo, id est, tibi placato, seu fauente, seu non irato. sic epist. ad August.
B lib. 2. *& mecum facit, & Ioue iudicat æquo*.

NEGL. IMMER. NOC. POSTM. &c.] hunc locum in omnibus libris corruptum non leui coniectura ductus emendaui. Nam cùm in vno codice Vaticano, & in Iannoct. & in Cleric. Russard. Nicot. *forsan* pro *fors &*, in nonnullis aliis *forset*, reperissem: facile mihi persuasi, illud *forsan*, principio fuisse ascriptum ad explicandã vocem obscuriorem *forsit*, seu *forset*, quod idem valet, deinde deleto *forsit*, quo & alibi vtitur Horat. in eius locum fuisse substitutum *fors &*. verumtamen nequis religiosior me paullo audaciorem esse diceret, *forsan* quod reperitur in quinque lib. antiq. pro meo iure arripui, ita tamẽ vt *forsit* multo malim. sententia autem huius loci sic restituti non est obscura. *forsit*, seu forsan non dubitas, aut non vertis religioni culpam admittere, quæ sit etiam tuis liberis immerentibus nocitura. si ita est, debitaiura, id est, Iustitia, quæ aliqua ex parte in reciproca perpessione cõsistit, & vicissitudo
C mali, te maneant, id est, tibi impendeant & instent, te excipiant, pœnas denique abs te repetant: vel sic, Hoc idem malum, nempe insepultum esse, tibi eueniat.

IMMERITIS] quia pœna non debet alium quenquam attingere, quam eum, qui culpam commisit. Verumtamen sæpè aliter fit: vt Georg. 1. *Laomedontéa luimus periuria Troiæ* ad quem Virgilij locum, hunc Horatij profert Seruius. Tale & illud Oda 6. lib. 3. *Delicta maiorum immeritus lues Romane*. & illud epist. lib. 1. *Quicquid delirant reges plectuntur Achiui*.

POSTMODO] paullo pòst.

TE NATIS] exte natis.

FRAVDEM] culpam, noxam.

DEBITA IVRA, VIC. SVP.] nunc his, quæ sequuntur, ei malè precatur, si se insepultum relinquat.

VICE'SQVE SVPERBÆ.] pœnæ reciprocæ graues & acerbæ, ἀμοιβαὶ, τὸ ἀντιπεπονθὸς. talio. pœnæ vltrices: vel pœnæ superbis factis dignæ. Sed D
Passeratius mauult legi *superbe*, in vocandi casu: adiuuat eum codex vnus manuscr. quem domi habeo, in cuius ora ascriptum est ad hunc locum, *superbe* quia me inhumatum esse siuisti.

TE MANEANT IPSVM] tibi sint paratæ, te expectent. M. Tull. cum dandi casu coniunxit Philipp. 2. *cuius quidem tibi fatum, sicut C. Curioni, manet*: sic enim scriptum est in antiq. codice. & Catullus. *Scelesta, tene? quæ tibi manet vita?* cum accus. Plaut. Mostell. *Meum bonum me, te tuum maneat malum*. & Hor. Od. 13. epod. *Te manet Assarici tellus*, id est, tibi parata, & reseruata est, te exspectat. & Od. 16. epod. *Nos manet Oceanus circumuagus*. & Od. 17. *Si tardiora fata te votis manent?* & epist. ad Torquat. lib. 1. *Supremo te sole domi Torquate manebo*. & epist. ad librum suum. lib. 1. *Hoc quoque te manet, vt pueros elementa docentem Occupet extremis in vicis balba senectus*. id est, hoc tibi impendet, hoc tibi euenturum est. & hac Ode paullo anté, *sed omneis vna manet nox*. & Od. 18. lib. 2. *Nulla certior tamen Rapacis Orci fine destinata Aula diuitem manet Herum*. Terent. E
Phor. *Simul autem non manebat ætas virginis Meam negligentiam*. & ita loquuntur Græci: vt Pindarus ἰαθμ. εἰδ. ς. τὸ γὰρ παρ δίκαν γλυκὺ πικρότατα μένει πλευτά. conuersa ratione dixit Horat. Od. xi. lib. 3. *Quæ manent culpas etiam sub Orco*. id est, quæ etiam apud inferos, vbi pœnas suarum culparum sufferunt, nondum tamen culpis liberantur: vel ita luunt pœnas, vt culpæ inexpiabiles maneant.

PRECIBVS NON LINQVAR] preces appellat, exsecrationes, ἀράς vt Od. 5. epod. vel simpliciter accipito. significat autem Deos suis precibus adductos pœnas inhumanitatis ab hoc nauta repetituros, proinde ac si diceret, euentura precatus sum.

PRECIBVS NON LINQVAR INVLTIS] Passeratius putabat *inultus* esse reponendum, vt sit hęc sententia: non linquar inultus, ob eas preces, quibus te deuoui.

TE'QVE PIAC. NVLLA RES.] nullæ victimæ, nulla sacrificia, nullæ denique placationes te culpa exsoluent, nec liberabunt, nisi meis ossibus terram inieceris. significat, scelus admissurũ F
nefarium, atque inexpiabile, nisi cadauer suum insepultum repertum, terra iniecta tegat: quod sepulturæ genus erat omnium postremum. Verumtamen qui corpus insepultum reliquerat, neque saltem iniecta gleba sepelierat, hoc nefas à se admissum, porca præcidanea immolata expiare ac luere poterat, vt docet Festus in voce *præcidanea, seu præcidaria agna & porca*.

QVAMQVAM FEST.] iterum studet ei blandiendo persuadere, vt humo iniecta corpus suum contegat.

INIECTO TER PVLV. CVR.] tradit M. Tull. lib. 2. de legibus, *humatos propriè dictos esse eos, quos humus iniecta contegeret*, eúmque morem à iure pontificali confirmari, quòd priusquam in os iniecta gleba sit, locus ille, vbi crematum corpus est, nihil habeat religionis. Et Varro lib. 4. de lingua Latina scribit, quoad quis inhumatus sit, qui

Digitized by Google

A qui Romæ combustus non est, aut cuius in sepulchrum iniecta gleba non est, eius familiam funestam manere. Et Seruius ad hunc locum Virgil. lib. 6. Æneid. vbi Misenus sepelitur, *Præcipuè pius Æneas*, &c. hæc ascribit. Qui de pietatis generibus scripserunt, primum locum in sepultura esse voluerunt: Vnde cùm pontificibus nefas esset cadauer videre, magis tamen nefas fuerat, si visum insepultum relinquerent. Genus autem sepulturę fuerat, iniectio pulueris: vnde est, *aut tu mihi terram Inijce*: & Horat. *non est mora longa: licebit Iniecto te puluere curras.* Idem Seruius ad illum locum eiusd. eod. lib. inops, inhumataque turba, Inopem (inquit) intelligit sine pulueris iactu. Nam Ops terra est. Iniectio autem fieri poterat etiam sine cadauere, nempe quibusdam sacris sollennibus, ex ritu Pontificali. & sepultura inanis tantundem valebat, quantum plena, vt intelligere licet ex ea qua Deiphobus affectus est. Nam nihilo minus eius vmbra trauecta est, quamuis ei Æneas cenotaphium dumtaxat fecerit, id est, tumulum inanem, vt lib. 5. Æn. *Tunc egomet tumulum Rhœteo in littore inanem Constitui, & magna manes ter voce*
B *vocaui, &c.* Horribile autem & formidolosum fuisse veteribus illis iacêre inhumatos, cùm alij scriptores, tùm maximè poëtæ declarant. Hector quidem apud Hom. ιλ. χ. iamiam moriturus in magni beneficij loco ab Achylle petit, ne se canibus dilacerandum relinquat: sed patri Priamo potius, matríque Hecubæ sepeliendum, atq; humandum reddat. Apud eundem Patroclus Achilli in somnis obiectus eum orat, vt se quàm primùm sepultura afficiat, ne ab introitu, & ostio inferorum excludatur. vmbras enim & manes sibi obstare, quominus fluuium traijcere possit, ideóque se vagari, & errare per vastas Orci solitudines. verba Patrocli sunt hæc ιλ. ψ. Θάπτέμε ὅττι τάχιστα: πύλας Ἄϊδαο περήσω. Τήλε με εἴργουσιν ψυχαὶ εἴδωλα καμόντων, Οὐδέ με πω μίσγεσθαι ὑπὲρ ποταμοῖο ἐῶσιν, Αλλ' αὖτως ἀκάληται ἀν' εὐρυπυλὲς Ἄϊδος δῶ. Ariadna quoque apud Catullum queritur se pro tot in Thesea officiis, ac beneficiis, dilacerandam feris relictum iri, neque iniecta terra tumulatum iri. sic illa: *Pro quo dilaceranda feris dabor, alitibúsque Præda, nec*
C *iniecta tumulabor mortua terra.* & apud Virgil. Palinurus Æneam orat, vt aut sibi terram inijciat, aut corpus suum secum tollat per vndas: *Sedibus vt saltem placidis in morte quiescam* (inquit ille.) Denique totum Antigonæ Sophoclis argumentum in eo vertitur, quòd Creon Polynicen vetuit sepeliri: soror Antigona eum clàm humo contexit: quo in facto deprehensa, suóque ipsius indicio prodita, viua in terram defossa est. & ὀδυσσ. γ. Telemacho de Agamemnonis nece quærenti cũ alia multa, tùm hoc respondet Nestor, si Menelaus Troïa reuersus Ægistum Agamemnonis percussorem domi viúum offendisset, neminem illi fuisse mortuo terram iniecturum: sed eum canes & volucreis fuisse discerpturos, ac dilaceraturos, neque vllam è Græciæ mulieribus mortem eius fuisse defleturam. sic Hõ. Εἰζώοντ' Αἴγισθον ἐνὶ μεγάροισιν ἔπτμεν Ατρεΐδης πρόσθεν ἰὼν ξανθὸς Μενέλαος. Τῷ κέ οἱ ἀδὲ θανόντι χυτλὼ ὀπὶ γαῖαν ἔχευαν. Αλλ' ἄρα τοι γε κυνὲς τε καὶ οἰωνοὶ κατέδαψαν Κείμενον ἐν πεδίῳ ἐκὰς Ἄργεος, οὐδέ D τιν' οἶμαι. qua de re plura dicemus ad Od. 5. epod.

TER] hic numerus non solùm perfectionem quandam significat, sed etiam μυσηριώδης τις ὄγκος, vt diximus suprà ad Oden primam.

CVRRAS] nauiges. ex quo cursum etiam in nauigatione vsurpant Latini per translationem. M. Tull. offic. 3. *si idem sciat complureis mercatores ab Alexandria soluisse, naueisque in cursu frumento onustas petentes Rhodum viderit.* Idem de nat. deorum lib. 3. *Dionysius cùm fanum Proserpinæ Locris expilasset, nauigabat Syracusas: isq; cũ secũdissimè cursum teneret, Videtisne (inquit) amici quam bona à Diis immortalibus nauigatio sacrilegis detur?* Idem ad Brutum epist. cuius initium est, *Messalam habes. Itaque in medio Achaico cursu, cum Etesiarum diebus Auster me in Italiam, quasi dissuasor mei consilij retulisset, te vidi Veliæ.* Hor. Od. 34. huius lib. *nunc retrorsum Vela dare, atque iterare cursus Cogor relictos.* Catull. de nupt. Pel. & Thet. *Illa rudem cursu prima imbuit Amphitriten.* & crebrò Virgil.

## AD ICCIVM. E
## Ode 29.

Mirum quiddam, & monstri simile dicit esse, eum à philosophiæ studio ad militiam transisse.

ICCI, beatis nunc Arabum inuides
Gazis: & acrem militiam paras
Non antè deuictis Sabæis
Regibus, horribilique Medo
Nectis catenas, quæ tibi virginum
Sponso necato barbara seruiet?
Puer quis ex aula capillis
Ad cyathum statuetur vnctis,
Doctus sagittas tendere Sericas
Arcu paterno? quis negat arduis F
Pronos relabi posse riuos
Montibus, & Tiberim reuerti:
Cum tu coëmtos vndique nobileis
Libros Panæti, Socraticam & domum
Mutare loricis Iberis,
Pollicitus meliora, tendis?

BEATIS] opulentis.

NVNC ARAB. INVID.] Arabia εὐδαίμων, cinnami, thurísque feracissima. infrà Ode 34. lib. 3. *Intactis opulentior Thesauris Arabum.* &c. & epist. ad Mæcen. lib. 1. *nec Osia diuitis Arabum liberrimam muto.* Constat autem Augustũ hoc tempore Parthis & Arabibus bellum inferre co-



Digitized by Google

A cogitasse. eóque referendum est id quod est infrà Od. 35. huius lib. *& inuenum recens Examen Eois timendum Partibus, Oceanóq; rubro.*

GAZIS.] Γάζα (inquit Hesych.) πόλις: ὡς δὲ Πέρσαις βασίλειον, ἢ οἱ ἐκ τῶν πολλῶν φερόμενοι φόροι, ἢ τὰ ἤμια. M. Tull. *qui ab auro, Gazáq; regia manus abstinuisset.* & offic. 2. *omni Macedonum Gaza, quæ fuit maxima, potitus est Paullus.* Horat. infrà Od. 16. lib. 2. *Non enim Gaza, neque consularis Summouet lictor miseros tumultus Mentis.* Pompon Mela. *Ceterum in Palæstina est ingens & munita admodum Gaza (sic Persa erarium vocant) & inde nomen est, quòd cum Cambyses armis AEgyptum peteret, huc belli opes, & pecuniam intulerat.*

HORRIBILIQVE MEDO] Medis & Persis, & Parthis. vt suprà Od. 2. *Neu sinas Medos equitare inultos Te duce Cæsar.* quibuscum bellum gerere populus Rom. seu potius Augustus populi Rom. nomine cogitabat.

NECTIS CATENAS] seruitutem meditaris, & comparas. nam bello capti, eorum, qui vicerunt, serui fiunt, iure gentium.

EX AVLA] vel puer aliquis, qui regi seruierit,
B vel puer nobili genere natus à te bello captus. T. Liuius lib. 45. annal. *Pueri Regij apud Macedonas vocabantur principum liberi ad ministerium Regis electi.*

CAPILLIS VNCTIS] vnguento delibutis.

AD CYATHVM STATVETVR] pocula tibi ministrabit in conuiuio.

SAGITTAS TENDERE, &c.] Od. x. lib. 2. *arcum tendere* dixit magis propriè. Verum tamen etiam Virgil. ita locutus est lib. 9. Æneid. *& spicula tendere cornu.*

QVIS NEGET ARDVIS] quis neget, fluuios sursum relabi & refluere posse, cùm tu libros Platonis, Panætij, Xenoph. Aristot. quos tu legendi causa coemeras, armis commutes: philosophiæque studio relicto, te ad rem militarem conferas? Sunt autem hæc ex Euripidis Medea sumta, vbi sic chorus: ἄνω ποταμῶν ἱερῶν χωροῦσι παγαί. καὶ δίκη, καὶ πάντα πάλιν στρέφεται. id est sursum fluuiorum sacrorum eunt fontes: & iustitia, & omnia retro vertuntur. & prouerbij speciem quandam
C obtinent. vtitur M. Tull. ad Atticum lib. 15. *de Lenio rem laudo: si verò etiam Carsulenus,* ἄνω ποταμῶν. Vsurpauit & Demosth. in orat. περὶ παραπρεσβείας. ἀλλὰ δῆτα ἄνω ποταμῶν ἐκείνη τῇ ἡμέρᾳ πάντες, ὅσοι οἱ περὶ πορνείας, ἐρρύησαν λόγοι. id est, sed planè scilicet fluuiorum instar sursum relabentium illo die omnia, quæ de impudicitia facta sunt, verba fluxerunt. non dissimile est illud eiusdem Euripid. ἀπὸ δ'. ἄνω χὰρ ῥέοι τὰ πράγματ' ἔτος, εἰ πειθαρχόμεθα δή. id est, sursum enim fluere res videbuntur, si nobis alterius imperio parendum erit.

RELABI] id est, lapsos è montibus in monteis reuerti.

PANÆTI] Panætij, philosophi Stoici, quem sæpe commemorat M. Tullius, quémque imitatus est in libris de officiis.

SOCRATICAM ET DOMVM] id est, Socraticam familiam, Platonem, Aschinem Socraticũ, Xenophontem, denique Academicos veteres. vide annot. ad illum locum epist. 1. lib. 1. *quo me* D *duce, quo lare tuter.*

MVTARE LORICIS IBERIS, &c.] id est, loricas Iberas Philosophiæ anteponere, vel Philosophiæ studio omisso, militiam persequi, & arma capere. de verbi *mutare* structura lege quę annotata sunt ad Od. 10. huius lib.

TENDIS] in quibusdam libris scriptum est *temnis*, quam scripturam si probamus, idem fere valet, quod, non dubitas, non vertis religioni, audes. vt sup. Od. prox. *negligis fraudem committere forsit.* sed plures, iique manuscripti: in his cod. Don. Farnes. Torn. tres Vaticani, habent *tendis.* quam scripturam secutus sum. *tendis* autem positum esse intelligemus pro, contendis, seu cogitas, & in animo habes.

POLLICITVS MEL.] quàm rei militari operam dare. longè enim præstat philosophari, quàm militare.

## AD VENEREM.
### Ode 30. E

Vt in ædeis Glyceræ veniat.

*O Venus regina Cnidi, Paphíque,*
*Sperne dilectam Cypron, & vocãtis*
*Thure te multo Glyceræ decoram*
*Transfer in ædem.*
*Feruidus tecum puer, & solutis*
*Gratiæ Zonis; properéntque Nymphæ,*
*Et parum comis sine te Iuuentas,*
*Mercuriúsque.*

REGINA CNIDI.] Venerem Cnidi sanctissimè coli tradunt boni auctores. in his Pausan. Attic. Κνίδιοι (inquit) μάλιστα σέβουσιν Ἀφροδίτην, καὶ σφίσιν ἔστιν ἱερὰ τῆς θεοῦ, &c. de Cypro suprà diximus F Od. 19.

ET VOC. THVRE TE MVLTO] tibi sacrificantis.

ÆDEM] cur non dixit ad ædeis decoras: cùm *ædes* numero singulari significet templum, & locum, in quo Deus aliquis colitur? dicendum, per ædem Glyceræ significari sacellum à Glycera Veneri consecratum. colebat enim domi suos quisque Deos, qui dicebantur lares familiares, & penates.

FERVIDVS PVER.] Cupido.

ET SOLVT. GRAT. ZON.] cur Gratiarum zonæ solutæ sunt? an quòd munifici & liberales homines, qui sunt omnibus gratissimi, omnia habent aperta ac soluta? & ob eandem causam nudæ dicuntur ab eodem Od. 7. lib. 4. *Gratia cum Nymphis, geminisque sororibus audet Ducere nuda choros.* & 9. lib. 3. *Gratia nudis iuncta sororibus.* an quòd Gratiæ, quæ Veneris sunt comites, τὴν ζώνην λύουσιν, id est, zonam soluunt (si quis autem nescit,

Digitized by Google

A neſcit, quid ſit zonam ſoluere, diſcat ex Homer. ὀδυσσ. λ. λῦσε δὲ παρᾴνίλω ζωνὴν, καὶ δ' ὕπνον ἔχευε. & Theocr. εἰδ. κ. λῦσε δὲ οἱ μίτρην, καὶ οἱ λέχος ἔντυνον ὦραι. & Catul. ad Ian. *Ne quærendum aliunde foret neruoſius illud, Quod poſſet zonam ſoluere virgineam.* an quòd etiam pauperes, & qui nullis diuitiis, aut facultatibus inſtructi ſũt, poſſunt ab altero gratiam inire, & in eum beneficium aliquod conferre, puta opera, & arte, & virtute? an quòd inter amicos omnia ſunt nuda, ſoluta, & aperta? quod poſtremum eſt Porphyr. Ita autem pingi ſolebant Gratiæ tres, vt teſtatur Seneca, manibus implexis, ridentes, iuuenes, virgines, ſolutis ac perlucidis veſtibus. Adde huic Seruium, qui hæc notat ad illum Virg. locum Æneid. 1. *Matris Acidaliæ*: in monte Acidalio lauant ſe Gratiæ, quas Veneri conſtat eſſe ſacratas. Ipſius enim & Liberi filiæ ſunt, nec immeritò. Gratiæ enim per horum ferè numinum munera conciliantur. Ideo autem nudæ ſunt, quòd Gratiæ ſine fuco eſſe debent: ideo connexæ, quia eas inſolubileis eſſe decet. Horat. *Segnésque nodum ſoluere Gratiæ.* (hæc ſunt ex Od. 21. lib. 3.) Quòd verò vna auerſa pingitur,

B duæ nos aſpicientes, hæc ratio eſt, quia profecta à nobis gratia, duplex ſolet reuerti. alij ſic, in quibus Michaël Epheſius in lib. 5. de moribus ad Nicom. διὰ τοῦτο καὶ τριῶν ὑσῶν ἐν τῷ μέσῳ χαρίτων ἡ μία ἔσα τῶν ἄκρων, ἔμπαλιν ἔστραπται πρὸς τὸν χαρισάμενον, καὶ δεξιῶται· καὶ τὸ μὲν ἐπιτρέφεσθαι πρὸς τῶν εὖ πεποιηκότα, ἦν σύμβολον ὑπηρεσίας. τὸ δὲ δέξιοῦσθαι, τὸ πάλιν ἀρχὴν αὐτὴν ποιεῖσθαι τῆ αὐτευεργετῆν. id eſt, iccirco media triũ Gratiarum, quæ in templo ſunt poſitæ, retro verſa eſt in eum, qui beneficium contulit, & dextram ei porrigit, benignéque eum accipit. Ac quòd in eum, qui bene meritus eſt, ſit conuerſa, ſignum eſt offi-

C cij, atque obſequij: quòd autem manu porrecta eum accipiat, ſignificat, eam non ſatis habere gratiam referre, ſed etiam nouum beneficij conferendi initium facere.

ET PARVM COM. SINE TE IVV.] ſignificat, iuuenes ſine rebus Venereis, & amatoriis ſeueriores ac triſtiores eſſe, quàm ætatem deceat. eſt autem Iuuentas, iuuentæ Dea, Iouis & Iunonis filia, quam læuem, id eſt, imberbem appellat Od. 11. lib. 2. *fugit retrò Leuis Iuuentas.* De ea M. Tull. lib. 1. de natura deorum ſic ſcribit: *At poëta quidem nectar, ambroſiam, epulas comparant, & aut Iuuentatem, aut Ganymedem poculа miniſtrantem,* & Tuſcul. lib. 1. *non enim ambroſia Deos, aut nectare, aut Iuuentate pocula miniſtrante lætari arbitror.* Appellatur autem hæc à Græcis Hebe, id eſt, pubertas: quam Homer. Herculis vxorem facit.

## Ode 31.

Se non diuitias: ſed tranquillam, hilarámq; vitam ab Apolline poſcere.

*QVID dedicatum poſcit Apollinem*
*Vates? quid orat, de patera nouum*
*Fundens liquorem? non opimæ*
*Sardiniæ ſegetes feraceis:*
*Non æſtuoſæ grata Calabriæ* D
*Armenta: non aurũ, aut eburIndicum:*
*Non rura, quæ Liris quieta*
*Mordet aqua, taciturnus amnis*
*Premant Calena falce, quibus dedit*
*Fortuna vitem: diues & aureis*
*Mercator exſiccet culullis*
*Vina Syra reparata merce,*
*Diis carus ipſis: quippe ter, & quater*
*Anno reuiſens æquor Atlanticum*
*Impune. me paſcunt oliuæ:*
*Me cichoréa, leuésque maluæ.*
*Frui paratis & validomihi*
*Latoë dones, &, precor, integra*
*Cum mente: nec turpem ſenectam*
*Degere, nec cithara carentem.*

E

QVID DEDIC. POSC. APOLL.] Apollinem, cui templum excitauit, dedicauitque Cæſar Auguſtus in palatio, vt ſcribit Sueton. eodémque loco bibliothecam libris omnibus inſtructam. Horat. epiſt. ad Iul. Flor. lib. 1. *& tangere vitet Scripta, palatinus quæcunq; recepit Apollo.* & lib. 2. ad Auguſt. *ſi munus Apolline dignũ Vis cõplere libris.*

DE PATERA NOV. FVND. LIQV.] vini primitias libans & offerens Diis immortalibus, ſic Od. 5. lib. 4. *te proſequitur mero Defuſo pateris.*

NON OP. SARDINIÆ SEGETES FERACEIS:] ſic habent libri veteres Donati, Faërni, Vrſ. Torneſ. duo Vatic. non admodum diſſimile eſt illud, quod optat Pindarus εἰδ. π. Νεμ. Alij (inquit) aurum optant, alij poſſeſſiones, fundos, & prædia: mihi autem detur, poſteaquàm meis ciuibus placuerim, res laudabileis laudibus affecerim, iniuſtas & improbas, vituperarim, oſſa terræ mandare. Verba Græca petat ex Pindaro, qui volet. nos locum indicauimus.

OPIMÆ] pinguis & vberis, ſed tamen inſalu- F bris, & peſtilentis. M. Tull. epiſt. lib. 7. ad Fad. Gallum. *Id ego in lucris pono non ferre, hominem peſtilentiorem patria ſua.* Idem ad Q. Frat. lib. 2. *Cura mi frater, vt valeas, & quamquam eſt hiems, tamen Sardiniam eſſe cogites.* Opimum Varro, & Feſtus ap Ope deducunt Saturni vxore, quòd ipſe agrorum cultor habetur, à ſatu nominatus, tenénſque falcem effingitur: quod eſt inſigne agricolæ. Vnde ſpolia quoque, quæ dux populi Rom. duci hoſtium detraxit, opima dicuntur. Hæc Feſtus. ſic ſuprà idem Horatius *Lariſſam opimam* dixit.

SEGETES FERACEIS] agros fertileis. ſeges ea pars agri, quæ arata & conſita eſt. Horatius tranſlatè poſuit epiſt. 7. lib. 1. *Hæc ſeges ingratos tulit & feret omnibus annis.*

ÆSTVOSÆ] ſolis ardore torridæ. ſic ſuprà Od. 22. *Syrteis æſtuoſas* appellat.

EBVR INDICVM] Virg. Georg. lib. 1. *India*

A *mittit ebur.* sed cui sunt inauditi elephanti Indici?

LIRIS.] Campaniæ fluuius. mendosè autem scribitur per y in quib. cod. de quo plura ad illum locum, & innantem Maricæ littoribus ten. Lirim. Od. 17. lib. 3.

MORDET] alluit. tralatio est. *Lambit.* sup. Od. 22. alia tralatione. sic Lucret. lib. 5. *& ripas radentia flumina rodunt.* & Virgil. lib. 8. Æn. *ego sum, pleno quem flumine cernis Stringentem ripas & pinguia culta secantem.*

PREMANT] amputent presso pollice, vel vuas cultello abscissas in torculari calcent, & premant. sic ferè Virgil. 1. Georgic. dixit falce vmbras premere. *& ruris opaci Falce premes vmbras.*

CALENA FALCE.] cultello falcis instar incurvo. Calena autem à Calibus. vt sup. Od. 20. *Vinum Calenum.* falce autem Calena, qua vitem premant domini, vinum Calenum vult significari, vt Od 20. per vuam prælo domitam Caleno vinum Calenum. sic Propert. *Vináq; fundantur prælis elisa Falernis.* Idem Horat. per amphoram Læstrygoniam vinum Formianum vult intelligi Od. 16. lib. 3. *Nec Læstrygonia Bacchus in ãphora Langueſcit mihi.* quæ sunt obseruata à Passeratio.

B EXSICCET] exhauriat, ebibat. hypallage. dicimus enim exsiccare culullos, & pocula. vt Sat. 6. lib. 2. *Siccat inæqualeis calices conuiua tribulis.* Q. Cicero ad Tiron. lib. 16. epist. *lagenas etiam inaneis obsignabat, ne dicerentur inanes aliquæ fuisse, quæ furtim essent exsiccatæ.* Priscianus lib. 2. scribit, *ex*, ante *C. P. Q. S.* manere integrum: verumtamen, ne offendantur aures, S. elidi. quod si verum est, scribendũ *exiccet.* ego tamen *exsiccet* scribendum censeo: & cur censeam, causam afferre possum.

CVLVLLIS] poculis, calicibus. epist. ad Pis. *Reges dicuntur multis vrgere culullis, Et torquere mero, &c.* sed cululli erant initiò fictiles, & in sacrificiis tantùm vtiles, vt vult Acron. Alij volunt culullos, à culleis dictos per diminutionem: neq; tamen pocula, quibus in conuiuiis vterentur, fuisse negant.

VINA SYRA REPARATA] Franc. Duarenus, iurisconsultus clarissimus, qui nuper morte
C immatura nobis ereptus est, lib. 1. anniuers. disputation. hunc locum sic explicat: *vina quæ sint emta nummis ex venditione Syræ mercis refectis:* idq; confirmat testimonio veterum iurisconsultorum: apud quos *parare* pro *emendi* verbo in vsu est. sic & M. Tullius vsurpat cùm alibi, tùm in orat. pro Flacco. *Sitam te Crassi agri delectabant, hîc alicubi in Crustumio, aut in Capenati parauisses,* & Horat. Saty. 3. lib. 2 *seruós ve tuos, quos ære pararis.* quemadmodũ autem redimere pro eo, quod est emere, ponere solemus: ita & reparare, pro parandi verbo ab Horatio vsurpatum est: vel reparata dictum est pro, permutata: quod idem valet vt suprà docuimus. aliter vsurpauit Ode 37. huius lib. ibi, *nec latenteis Classe ita reparauit oras,* vt suo loco dicemus.

DIIS CARVS IPSIS] argumentum est à cõsequentibus. ter, & quater in anno mare Atlanticum saluus nauigat: ergo Diis carus est. fieri enim non potest, vt quisquam tam secunda nauigatione vtatur sine Deorum immortalium beneficio ac benignitate: quemadmodum neque cuiquam res aduersæ sine eorundem ira, aut certè voluntate accidunt. quod ita esse Theognis ostendit. Οὐδεὶς ἀνθρώπων ὅστ' ὄλβιος, ὅστε πονηρὸς, Οὔτε κακὸς νόσφιν δαίμονος, ὅστ' ἀγαθός. id est, Nullus mortalis neque diues, neq; pauper. neq; malus, neq; bonus sine deo est.

D IMPVNE] sine vlla iactura, sine naufragio sup. Od. 17. *Impune tutum per nemus arbutos Quærunt latenteis, &c.*

ME PASC. OLIVÆ.] sic Ode 11. epod. *Non attagen Ionicus iucundior, Quàm lecta de pinguissimis Oliua ramis arborum.*

CICHOREA] cichorea est numeri multitudinis κιχορεῖα à singulari κιχορεῖον. e, autem ex diphth. ει longum est. vide Prisc. lib. 2.

LEVES] quæ ventrem grauem leuant: non vt quidam, inemtæ, aut contemtæ: quamquam iudicet lector.

MALVÆ.] sic Od. 2. epod. *aut graui Malua salubres corpori.*

FRVI PARATIS] semper Horat. vsum bonorum partorum commendat: quod pluribus verbis alibi ostendemus.

E VALIDO] omnium enim rerum humanarum optimum est valere, proximum pulchritudo, tertium vires corporis, quartum diuitiæ. Vulgatissimus est apud Græcos hic senarius ὑγιείᾳ κρεῖττον ὐδὲν ἐνβίῳ. id est, Bona valetudine nihil est in vita melius.

LATOE] ô Apollo, da mihi, vt possim firmus & validus bonis quæsitis & partis frui. Latoum dixit à Græco λητῶος.

INTEGRA CVM MENTE] humanitatem ex homine exuit, homóque esse desiit, tametsi hominis figuram, & speciem gerat, qui sanæ mentis non est. Nam neque homo quicquam in seipsum mente melius habet, & vnusquisque nostrûm mens est, vt docet Aristoteles in libris de moribus ad Nicomachum. Theognis autem nihil in nobis esse mente melius, nihil contrà amentia grauius, aut molestius, ita declarat. Γνώμης δ' ὐδὲν ἄμεινον ἀνὴρ ἔχει ἔν γε ἑαυτῷ, Οὐδ' ἀγνωμοσύνης Κύρν' ἀνιηρότερον. legendum autem, *& precor integra,* non, *at precor.* F

TVRPEM] inertem, vel inhonoratam, atque ingloriam.

## Ode 32.

Barbiton, siue testudinem suam commendat.

*POscimus, si quid vacui sub vmbra*
*Lusimus tecum, quod & hunc in annũ*
*Viuat, & plureis: age, dic Latinum*
*Barbite carmen,*
*Lesbio primùm modulate ciui:*
*Qui ferox bello, tamen inter arma,*

*Siue*

Digitized by Google

A *Siue iactatam religarat vdo*
*Littore nauim:*
*Liberum, & musas, Venerémque, & illi*
*Semper hærentem puerum canebat:*
*Et Lycum nigris oculis, nigróque*
*Crine decorum.*
*O decus Phœbi, & dapibus supremi*
*Grata testudo Iouis, ô laborum*
*Dulce lenimen, mihi cumque salue*
*Rite vocanti.*

POSCIMVS] non est dissimulandum in omnibus ferè libris manu scr. reperiri, *Poscimur.*

VACVI] otiosi, feriati, σχολάζοντες.

LVSIMVS] id est, cecinimus, vel (vt Seruius) ad illum Virgilij versum, Tityro, *Ludere quæ vellem calamo permisit agresti*) scripsimus: quod mihi minus placet.

LATINVM] cuius ego sum auctor, & princeps.

B LESBIO PRIMVM MODVLATE] id est, qui primùm modulatis, & distinctis sonis temperatus es ab Alcæo. vel quòd primùm Alcæus vsus est. sup. Od. 26. *Hunc Lesbio sacrare plectro Teque tuásque decet sorores.* & Od. 6. lib. 4. *Lesbium seruate pedem, meique Pollicis ictum.* vocem *modulate* ita accipio, vt sit participium παθητικὸν. cuius contrar. immodulatus. de arte poët. *Non quinis videt immodulata poëmata iudex.* vel sic: *modulate*, id est, qui Alcæo obsecutus, & gratificatus, cantus modulatos edidisti: qui ab Alcæo sumtus, vsurpatus, adhibitus es ad modulandos & canendos versus lyricos.

TAMEN INTER ARMA] omisit alterum, siue, vt sup. Od. 3. *tollere, seu ponere vult freta.* hoc modo. siue inter arma, id est, siue esset in castris, siue in aliquo portu constiterat à longa, & difficili nauigatione conquiescens. Constat autem Alcæum virum militarem, & bellicosum fuisse. Gessit enim bellum cum Athenien sibus, & maximè cum tyrannis. nam Pittacum tyrannum Mi-

C tylenis expulit. Od. 12. lib. 2. *Virumque sacro digna silentio Mirantur vmbræ dicere, sed magis Pugnas, & exactos tyrannos, &c.*

RELIGARAT.] apto & vsitato verbo vsus est. sic Saty. 5. lib. 1. *ac missæ pastum retinacula mulæ, Nauta piger saxo religat.* & Cat. in nupt. Pelei. & Thet. *Perfidus in Cretam religasset nauita funem.* dissimile est illud sup. Od. 5. *Cui flauam religas comam.* Iam quòd ait Horatius hoc loco Alcæum virum militarem interdum res amatorias cecinisse, id testatur Cicero lib. 4. Tusc. his verbis, *Fortis vir in sua rep. cognitus, quæ de iuuenum amore scripsit Alcæus?*

ET ILLI SEMP. HÆR.] Cupidinem. Neque ab hoc loco aliena, neque fortasse omnibus nota illa est fabula apud Platonem in symposio, qua nouam rationem affert, cur Veneri semper adhæreat Cupido. Scribit igitur Plato, nata Venere Iouem natalitia Diis præbuisse, atque in eo conuiuio cùm ceteros Deos, tùm Porum Metidis D filium interfuisse: Illum autem largius æquo potum, nectaréque ebrium, in Iouis hortos introiuisse, ibiq; obdormiuisse? Peniam verò (paupertatem Latini dicunt) quę ad illud conuiuium mẽdicandi gratia venerat insidias Poro egestate coactã struxisse, & propter illum cubuisse, vt ab eo (si modò id consequi posset) grauida facta filium pareret: illam igitur à Poro compressam esse, atq; ex eo concubitu grauidam factam, Cupidinem peperisse: Inde euenisse, vt Cupido Venerem potius, quàm matrem, sequatur, illíque ministret. Iam cùm omnes ferè Cupidinem Veneris filium faciant, Sappho ab aliis dissidens è cœlo & terra natum fingit, vt scribit Interpr. Apollon. in lib. 3. Argon.

ET LYC. NIGR. OC. NIGRO'QVE] nigros oculos laudabant veteres illi in pueris, & puellis. Catull. in Acmen. *Salue nec minimo puella naso, Nec bello pede, nec nigris ocellis.* & Horat. epist. ad Pisones, *Spectandum nigris oculis, nigróq; capillo.* Anacreon taleis suo Bathyllo oculos, & capillos depingi iubet. Λιπαρὰς κόμας ποίησον Τὰ μὲν ἔνδοθεν μελαίνας, Τὰ δ' ἐς ἄκρον ἠλιώσας. deinde paucis E versibus interpositis, Μέλαν ἄμμα χρυσὸν ἔστω Κεκερασμένον χαλκίῳ, talem & suæ puellæ comam esse vult. Γράφε τὴν ἐμὴν ἑταίραν, Γράφε μοι τρίχας τὸ πρῶτον Ἁπαλὰς τε καὶ μελαίνας. id est, *Mihi pinge meam puellam, Primùm comas tenellas, Nigrásq; pinge pictor.* Itaq; quibus natura nigri non erant oculi, siue fœminis, siue maribus, fœminarum similibus, ij fuligine supercilia denigrabant. Arnob. lib. 2. aduers. Genteis: *Laminas perunderent aurum, imminuerent fronteis limbis, fuligine oculos obrumbrarent, nec in formis erubescerent masculorum calamistris vibrare cæsariem.* Homer. ἐλίκωπας Græcos appellat, id est, μελανοφθάλμους, seu nigris oculis, quamuis sciam etiam aliter accipi.

ET DAPIBVS SVPR. GR. TEST.] Itaq; apud Hom. ιλ. α. Apollo cithara canit, cui Musæ voce respondent. Δαίνυντ', οὐδέτι θυμὸς ἐδεύετο δαιτὸς ἐίσης, Οὐ μὲν φόρμιγγος περικαλλέος, ἣν ἔχ' Ἀπόλλων Μουσάων θ' αἳ ἀείδον ἀμειβόμεναι ὀπὶ καλῇ. id est, Epulabantur, neq; quicquam eis deerat, quod comesse vellent: neque cithara, quam tenebat Apollo: neq; Musæ, quæ ei vicissim voce respondebant. F

DVLCE LEN. MIHI CVMQ.] cumque, & quandoque idem valent. quandoque autem apud hunc poëtam sæpe pro quandocumque ponitur, vt alibi dicemus. vno nunc exemplo contentus ero. Od. 1. lib. 4. *Et quandoque potentior Largis muneribus riserit æmuli: Albanos prope, te, lacus, Ponet Marmoream.* sic igitur hunc locum explicat Porph. ô barbite, mearum curarum, ac molestiarum lenimen mihi suaue, ac iucundum, quotiescumque te euoco, salue. alij salue mihi. &c. ego cumque, puto accipiendum pro quouis tempore. hoc modo: salue duce lenimen mihi quouis tempore te vocanti.

## AD ALBIVM TIBVLlum. Ode 33.



Digitized by Google

A Ne doleat ſibi riualem iuniorem á Glycera anteponi.

*ALBI ne doleas plus nimio memor*
*Immitis Glyceræ, neu miſerabileis*
*Decantes elegos, cur tibi iunior*
*Læſa præniteat fide:*
*Inſignem tenui fronte Lycorida*
*Cyri torret amor: Cyrus in aſperam*
*Declinat Pholoën. ſed prius Appulis*
*Iungentur capreæ lupis,*
*Quàm turpi Pholoë peccet adultero.*
*Sic viſum Veneri: cui placet impares*
*Formas, atque animos ſub iuga aënea*
*Sæuo mittere cum ioco.*
*Ipſum me melior cùm peteret Venus:*
*Grata detinuit compede Myrtale*
B *Libertina, fretis acrior Adriæ*
*Curuantis Calabros ſinus.*

ALBI NE DOLEAS] Albi ne fortè doleas, &c. hoc teſcire volo, *Inſignem tenui*, &c. hæc aſcripſi, ne quis putet, *ne* hîc eſſe prohibẽtis particulam. nam hîc valet, ne fortè, vel vt ne: vt Ode 4. lib. 4. *Ne fortè credas*, &c.

PLVS NIMIO MEMOR IMM.] plus nimio, id eſt, plus multo. idem epiſt. 10. lib. 1. *Quem res plus nimio delectauere ſecundæ*, &c. ſic Lucret. lib. 5. *Nec nimio ſolis maior rota, nec minor ardor.* Idem ibid. *Nec nimio tũ plus, quàm nũc, mortalia ſecla Dulcia linquebant labentis lumina vitæ.* Anton. ad Ciceron. lib. 10. epiſt. ad Attic. *Sed quia te nimio plus diligo, non poſſum diſſimulare*, &c. Plautus Bacchid. *Vixiſſe nimio ſatius eſt, quam viuere.* Idem ibid. *Nimio es tu adiſtas res diſcipul' docilior. Quàm*
C *ad illa, quæ te docui, vbi operam perdidi.*

CVR TIBI] ne ſupra modum doleas, quòd tibi riualis iunior anteponatur (hæc enim verbi, *præniteat*, vis eſt) ſeu, quòd plutis fiat à Glycera, quàm tu: id eſt, quòd ei carior ſit, & gratior: Inſignem tenui fronte, &c. ſic ſuprà verbo ſimplici
● vſus eſt, Od. 5. *miſeri, quibus intentata nites*: id eſt, grata es, places. cur, autem eleganter poſitum pro, eò quòd, vt epiſt. ad Celſum Albinoua. lib. 1. *Fidis offendar medicis, iraſcar amicis, Cur me funeſto properent arcere veterno?* & ita ferè ſemper loquitur Horat. paullo aliter M. Tull. vt Verr. de iure dicundo. *tamen digna cauſa eſſet, cur inimicitias hominis improbiſſimi ſuſciperem.* cuius rei plura exempla legito ad illum locum, *Cur me funeſto*, &c.

INSIGNEM TENVI FRONTE LYCORIDA.] oſtendit, quàm miſera ſit amantium condicio, qui rarò admodum pari voluntate, mutuóque amore inter ſe reſpondent. Lycoris (inquit) Cyri amore incenditur: Cyrus á Lycoride abhorret, in Pholoën, à ſe alienam, ppenſior, quæ eò tibi dico, ne forte doleas. &c. Nam hęc pendẽt & apta ſũt ex D
ſuperiorib⁹ vt diximus. hãc animorũ & voluntatũ in amantibus diſſenſionem ac diſcordiam pulcherrimè deſcribit Lodoicus Arioſtus, poëta Italus, verſibus Italico ſermone ſcriptis: quos, quia in his cõmentariis alium ſermonẽ, quàm, quo olim Latini vtebantur, inculcare, indecorum eſſe puto, verti hoc modo: *Improbe amor, puer iniuſtiſſime: cur ita rarò Noſtra à te efficitur voti ſententia compos? Cur ita delectat te, perfide, corda duorum Cernere diſſidiis inter ſe infeſta ſuperbis? Arces me à liquidiſq; vadis, & gurgite tuto. Pertrahis in rapidóſque amneis. cacáſque lacunas. Quæ me vltrò petit, hinc reuocas, alióque retorques: Quæ fugit, huius me tabeſcere cogis amore.* Ad eandem ſententiam pertinent hi Moſchi verſus, Ηρα Πὰν Αχὼ τὰς γλῶσσας, ἥρατο δ' Αχὼ Σμυρναῖα σατύρου. σάτυρος δ' ἐπεμαίνετο Λύδᾳ. Ως Αχὼ δ' Πᾶνα, τόσσον σάτυρος φλέγει Αχῶ. Καὶ Λύδα σατύριζεν. ἔρως δ' ἐσμύχετ' ἀμοιβᾶς. id eſt, *Echonem ardebat vicinam Pan, ſatyrum Echo Laſciuum, ſatyrus Lydæ flagrabat amore, Quantum Echo Panem, Pan tantum Echona coquebat: Tam Lyde ſatyrum. perdebat talio amorem.* Ταῦτα δ' ἔπη ἐπόρισεν ἐμοὶ Φιλιὸς ὁ Οὐρσῖνος, ἀνὴρ πάνυ πεπαιδευμένος. E

TENVI FRONTE] ſic epiſt. 2. ad Mæcen. lib. 1. *reddes Forte latus, nigros anguſta frõte capillos.*

SED PRIVS APPVLIS] ſic Ode 16. Epod. *Nouáque monſtra iunxerit libidine Mirus amor, iuuet vt tigreis ſubſidere ceruis. Adulteretur & columba miluio.* ſignificat autem, Cyrum numquam Pholoa potiturum.

QVAM TVRPI] quàm Cyro amatori Pholoë gratificetur, & morem gerat. ſic infrà amatorem, adulterum appellat, Ode 36. *nec Damalis nouo Diuelletur adultero.* ſic Catull. ad Furium & Aurel. *Cum ſuis viuat, valeátque mœchis.* & Plaut. in Mil. glor. *herus meus ita magnus mœchus eſt mulierum, vt neminem fuiſſe, neque futurum credo. turpem* autem accipe, non quòd reuera ſit turpis, ſed quòd ei talis videatur: vel refer ad animi turpitudinem.

SIC VISVM VENERI] ſic loquebantur veteres in rebus parum ſecundis, & caſibus aduerſis: Virg. lib. 3. *Poſtquàm res Aſiæ, Priamiq; euertere gentem Immeritam viſum ſuperis.* Idem 2. *Diis aliter viſum.* Idem ibid. *Si nihil ex tanta ſuperis placet vrbe relinqui.* Homer. ἰλ. β. οὕτω πωδὶ μέλλει ὑπερμενέϊ φίλον εἶναι. qui verſus iteratur & ἰλ. ἰῶπα, & alibi. Idem ἰλ. ν. ἀλλὰ τοῦ οὕτω Μέλλει δὴ φίλον εἶναι ὑπερμένεϊ κρονίωνι. Et Plautus Amphitr. *Ita diis eſt placitum, voluptati vt mœror comes conſequatur.*

CVI PLACET IMP. FORMAS, ATQVE] ſine dubio ex formarum, aut animorum diſſimilitudine naſcitur amoris inæqualitas, atque adeò alienatio ac diſſenſio. cùm vel deformis formoſam, vel ſenex puellam, vel quis alius ingenio & moribus diſparem amat. Quoniam autem non ſæpe contingit, vt pares ætates, formæ, naturæ, mores, ingenia copulentur inter ſe, & ad amandũ ſeſe applicent: iccirco quamplurimi exſiſtunt in amore naufragi, & calamitoſi, &, vt Græci appellant, δυσέρωτες: pauci admodum, quibus omnia ex animi ſententia procedant. F

SVB

Digitized by Google

A SVB IVGA AËNEA] ſub coniunctionem inæqualem, ac diſparem, duramque ſeruitutem. Eſt enim duriſſimum ſeruitutis genꝰ eam amare, quæ aſpernetur amantem. *aënea* autem ſcriptum reperi in cod. Donati & Faërni ſine aſpirationis nota in ſecunda ſyllaba: quam ſcripturam ſecutus ſum. nam & Aulus Gell. lib. 2. cap. 4. teſtatur nomen *aëna* in libro mirandæ vetuſtatis 2. Æneid. ſcriptum fuiſſe ſine aſpiratione. Idem tamen aſcribit aſpirationis notam poſteà eſſe appoſitam.

SÆVO] χαλεπῷ, difficili, immiti, vt ſuprà Ode 19. *Mater ſæua Cupidinum.* hæc enim vis eſt nominis, ſæuus. ſic & Ode 29. lib. 3. *Fortuna ſæuo læta negotio.* & epiſt. ad Iul. Florum lib. 2. *ne mea ſæuus Iurgares, ad te quòd epiſtola nulla veniret.* & Saty. 2. lib. 2. *hic neque ſeruis Albuci ſenis exemplo, dum munia didit, Sæuus erit.* ſup. Od. 12. *Sæua paupertas.* infrà Ode 35. *ſæua neceſſitas.* epiſt. ad Lollium lib. 1. *Vt puerum credas ſæuo dictata magiſtro Reddere.* Lucretius lib. 3. *ſæuas tolerare procellas.* Terentius Phorm. *Concluſam hîc habeo vxorem ſæuam.* Ex quo ſæuitia, aſperitas quædam, & iracundia, χαλεπότης. Ode 12. lib. 2. *dum fragrantia detorquet ad Oſcula Ceruicem, aut facili ſæuitia negat.* B Virgil. Æneid. 1. *ſæuumq́ ambobus Achillem.* & 2. *hic ſæuus tendebat Achilles.* & verbum ſæuire χαλεπαίνειν. Saty. 2. *Sæuiat, atque nouos moueat fortuna tumultus, &c.* & Ode. 3. lib. 3. *Dum longus inter ſæuiat Ilium, Romámque pontus.* Plautus Epidico: *ſed memento, ſi quid ſæuiunt ſenes, ſuppetias mihi tũ ſororeferre.* Virg. Æn. 6. *ne ſæui magna ſacerdos.*

IOCO] Iocum, Deum hoc loco accipio. vt ſuprà Ode 2. *Quam Iocus circumuolat, & Cupido:* vt ſit, cui Veneri, vnà cum ſæuo Cupidine, placet impares & diſcordeis formas inter ſe iungere. Sed Paſſeratius mauult iocum hîc poni pro re ludicra & oblectamento Veneris: vt Od. 2. huius libri, bellum Martis ludum appellauit: *Heu nimis longo ſatiate ludo.* ſimilia ſunt illa: Od. 29. lib. 3. *Fortuna ſæuo læta negotio, Ludum inſolentem ludere pertinax.* & Ode 1. lib. 2. *Ludúmque fortunæ, &c.* & Od. 28. huius lib. *Dant alios furiæ ſæuo ſpectacula* C *Marti, &c.*

IPSVM ME MELIOR] cùm ego ipſe ab elegantiore & commodiore puella vltro expeterer, Myrtalæ tamen difficili, ſæuæ, iracundæ, à me alienæ ſeruiebam: quæ mihi ſeruitus erat iucunda.

GRATA DETINVIT COMP. MYRT.] id eſt, grata ſeruitute. duo inter ſe coniunxit propemodum repugnantia. nam vix credibile eſt cuiquam ſeruitutem & compedes eſſe gratas. Et tamen hoc in amore éuenit, quale eſt illud γλυκύπικρον. Ita autem gratæ ſunt amantibus compedes, vt ſeruis dulcis eſt ſeruitus ſub eo domino, vnde aliquid emolumenti ſperant. Nam vt hi emolumenti ſpe capti dominorum ſæuitiam perferunt: ſic illi dominarum ſuarum amore irretiti, vnde ſibi incredibileis voluptates promittunt, earum aſperitatem æquo animo ferunt. hîc igitur nomen *compedis* ſeruitutem ſignificat: epithetum autem *grata ei* adiunctum declarat, amanteis libenter, & iucunde puellis ijs, quarum amore deuincti ſunt, ſeruire, quantumuis difficiles ſint, atque illiberales. ſic Oda 11. lib. 4. *tenétque grata Compede vinctum.* Verbis proprijs amantium ſeruitutem, & D puellarum dominationem demonſtrauit Oda 8. lib. 2. *Adde quòd pubes tibi creſcit omnis: Seruitus creſcit noua, nec priores Impia tectum domina relinquunt Sæpe minati.* alia tranſlatione dixit epiſt. ad Iul. Flor. lib. 1. *Thracáne vos, Ebrúſque niuali Cõpede vinctus, &c.*

ACRIOR] iracundior, vt Ode 9. lib. 3. *& improbo iracundior Adria.* ὑπερβολὴ.

CVRVANTIS CALAB. SINVS] id eſt, ſeſe in Calabriam inſinuantis.

## Ode 34.

Pœnitere ſe, quòd, dum Epicuréam diſciplinam ſectaretur, parum ſtudioſè Deos coluerit.

PArcus Deorum cultor, & infrequens,
Inſanientis dum ſapientiæ
Conſultus erro, nunc retrorſum
Vela dare, atque iterare curſus
Cogor relictos. namque Dieſpiter
Igni coruſco nubila diuidens,
Plerumque per purum tonanteis
Egit equos, volucrémque currum:
Quo bruta tellus, & vaga flumina,
Quo Styx, & inuiſi horrida Tænari
Sedes, Atlanteúſque finis
Concutitur. valet ima ſummis
Mutare, & inſignem attenuat Deus,
Obſcura promens. hinc apicem rapax
Fortuna cum ſtridore acuto
Sustulit: hîc poſuiſſe gaudet.

PARCVS DEORVM] Dicit ſe, qui anteà non ſatis piè, neque religioſè deos immortaleis coluerit, Cyrenaïcæ & Epicureæ ſectæ præceptis ac decretis imbutus, ſententiam, conſiliúmque nunc neceſſariò mutare, Deorum metu non inani perterritum.

INSAN. DVM SAP.] *conſultus ſapientiæ* ſic dictum, vt dicimus, iuriſconſultus. *Sapientiam* autem *inſanientem* intelligit Epicuréam, aut Cyrenaïcam, quæ præter cetera, docet contemnere omneis religiones. venuſtè autem *inſanientem ſapientiam* dixit Græcorum exemplo: apud quos crebrum eſt hoc genus loquendi. Eurip. in Hecuba, νύμφιον ἄνυμφον, παρθένον τ' ἀπάρθενον. Sopho. in Aiace ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα. Oppianus ἀγνευτ. δῶρα δύσδωρα. Iterum Sophocl. γάμοι ἄγαμοι. Idem in Electra: μήτηρ ἀμήτωρ. Ariſtoph. βίος ἀβίωτος. & Hom. ὀδυσσ. ὁ, ἢ πάχαιρος ἄϊρος ἐπὶ πασσυτον κακὸν ἔξει. & ὀδυσσ. ψ. μῆτερ δύσμητερ. & illud: χάριες ἀχάριτες, ἄχαρις χάρις.

A quæ cùm alij Latini ſcriptores, tum Horatius noſter multis locis eſt imitatus. M. Tullius Philippica. 1. *ijdémque buſtum in foro facerent, qui illam inſepultam ſepulturam effecerant.* & vetus quidam poëta apud M. Tull. lib. 3. de orat. *Qua tempeſta te Paris Helenam innuptis iunxit nuptijs.* Catul. de nuptijs Pelei, *funera necfunera.* (quo loco admonitum lectorem velim, *necfunera*, vnum nomen eſſe: qualia ſunt illa necopinatò, & apud Iuriscóſ. res necmancipi, furtum necmanifeſtum.) Idem in Lucullo *vſus diſciplina indocilis.* Ennius *artem inertem.* Horat. Ode 12. lib. 2. *facilis ſauitia.* (nam ſuprà oſtendimus, ſæuum idem valere, quod χαλεπὸν, id eſt, difficile.) his fere ſimilia ſunt illa, epiſt. ad Bullat. *Strenua nos exercet inertia.* & epiſt. ad Iccium *concordia diſcors.*

NVNC RETRORSVM VELA DARE,] ſic Virg. lib. 3. *Certum eſt dare lintea retrò, &c.*

ATQVE ITERARE CVRS. COG. REL.] Græcum verbum expreſſit παλινδρομεῖν, id eſt, recurrere. De verbo *iterare* diximus ad Od. 7. eſt autem ἀλληγορία, cum ſignificet ſe cogi mutare cõſilium. Curſum perſpicuè hîc poſuit pro nauigatione, vt ſuprà annot. ad Od. 28.

B DIESPITER] Iupiter. Varro lib. 4. de lingua Lat. *Dieſpiter, id eſt, Dies pater.* Dies pater, id eſt, diei & lucis pater. Düonem etiam διὰ περαύνιον, id eſt Iouem Fulmineum eſſe dicunt: quæ notio huic loco valde quadrat.

IGNI CORVSCO.] fulmine. ſic M. Tull. Tuſc. 2. *Iace vbſecro in me vim coruſcam fulminis.* at Virg. Æn. 2. *enſem coruſcum* appellat.

PLERVMQVE PER PVRVM] hoc negat Lucret. lib. 6. fieri poſſe, his verbis, *Fulmina gigni er ècraſſis, altéque putandũ eſt Nubibus exſtructis. nam cælo nulla ſereno, Nec leuiter denſis mittũtur nubibus vmquam.* idem paullo pòſt, *Denique cur nũquam cælo iacit vndique puro Iupiter in terras fulmẽ, ſonitúſque profundit?* Salluſt. tamen hiſt. de bell. Catilinar. narrat M. Herennium die ſereno fulmine ictum eſſe. Sed in his intelligendum eſt tonitrua & fulmina naturalia, cælo nubilo, & nubibus alte exſtructis fieri: prodigioſa autem & diuina puro, & ſereno. Itaque videtur hîc Horatius (vt rectè iudicabat Germanus Valens) ſignificare, talia fulmina, qualia hîc deſcribit, malum ſibi minari, niſi reſipiſcat: eadémque valere, ad ſe & ceteros homines ab impietate deterrendos. Nam tonitrua & fulmina diuina, qualia ſunt ea, quæ cælo puro fiunt, triſtia, & mala portendunt hominibus. Ex ea opinione ſunt illa Virg. Georg. 1. *Non alias cælo ceciderunt plura ſereno Fulgura, nec diritoties arſere cometæ.* Idem lib. 8. Æn. *Iterum atque iterum fragor intonat ingens, Arma inter nubem cæli regione ſerena Per ſudum rutilare vident, & pulſa tonare.* Idem lib. 9. Æneid. *Audijt & cælo genitor de parte ſerena Intonuit leuum.* Homer. ὀδυσ. υ, ἦ μαλ' ἐβρόντησας ἀπ' ἀϱαῆ ἀστϱόεντος. Οὐδέποθι νέφος ἐσῖ, πάϱας νυ τίω τόδε φαίνεις. id eſt, ô Iupiter, profectò grauiter è cælo tonuiſti: neque tamen vſquam nubes eſt: oſtentum igitur aliquod tuum nobis præbes. M. Tull. *Aut cùm terribili percuſſus fulmine ciuis Luce ſerenanti vitai lumina liquit.*

PER PVRVM] cælo ſereno. ſic Virgilius Georg. 2. *& dum ſe latiùs ad auras Palmes agit laxis per purum immiſſus habenis.* δι' αἰθρίας dicunt Græci. D

TON. EGIT EQ. VOLVCR.] tonuit. ſed poëtarum more locutus eſt, vt ſuprà Ode 12. *Tu graui curru quaties Olympum.*

QVO BRVTA TELLVS] ſic infrà Ode 4. lib. 3. tellurem inertem appellat: vtrumq; 3, quia hoc elementum omnium grauiſſimum, atque (vt ita dicam) immobiliſſimum eſt. *Nam brutum* (inquit Feſtus) *antiqui grauem appellabant.* Nonius autem *Brutum dicitur hebes atque obtuſum.* Seruius tamen *brutam* videtur interpretari immobilem. Ille enim ad illum Virgilij locum 10. Æneid. *Et tremefacta ſolo Tellus, &c.* notat hæc quæ ſequuntur, *loquente Ioue ſtupor elementorum oſtenditur per naturæ mutationem. Nam quicquid in æterno motu eſt, quieuit: & contrà terra mota eſt, quæ ſemper immobilis eſt. vnde Horat. Quo bruta tellus, &c.*

STYX] Cùm multa ſcribat Pauſanias in Arcadicis de Styge, tùm hæc quoq; tradit, Homerum Stygis nomen in ſuam poëſin conieciſſe reſpicientem ad eam aquam, quæ è Styge, fluuio Arcadico manat. Nam in iureiurando Iunonis (inquit) fecit eam ita loquentem, Ἴσω νῦν τόδε γαῖα καὶ οὐρανὸς εὐρὺς ὕπερθε, Καὶ τὸ καταιβόμενον Στυγὸς ὕδωρ. Paullo pòſt idem Pauſanias, Τὸ δὲ ὕδωρ τὸ ἀπὸ τοῦ κρημνοῦ τοῦ ὑψηλοῦ τὸν Νώνακριν σταζον ἐμπίπλει μὲν πρῶτον εἰς πέτραν ὑψηλὴν διεξελθὸν δὲ διὰ τῆς πέτρας ἐς τὸν Κράθιν ποταμὸν κάτεισι. θάνατον δὲ τὸ ὕδωρ φέρει τοῦτο καὶ ἀνθρώπῳ καὶ ἄλλῳ ζώῳ παντί. Λέγεται δὲ ὅτι γένοιτό ποτε ὄλεθρος ἀπ' αὐτοῦ καὶ αἰξίν, αἳ τοῦ ὕδατος ἔπιον τοῦτο πρῶτον. id eſt, aqua autem, quæ è ſaxo præcipito ad Nonacrin manat, incidit primùm quidem in rupem excelſam: deinde poſteaquam per rupem illam dimanauit, & inde exijt, in Crathin fluuium delabitur. Mortem autem hæc aqua & homini, & alij cuiuis animanti affert. Atque etiam aiunt, capras quondam omneis, quæ ex hac aqua bibiſſent, interijſſe. Sequitur deinceps apud Pauſaniam, Fuerítne hoc veneni genere enectus Alexander magnus, pro comperto non habeo. memoriæ certè proditum eſſe ſcio. Hæc Pauſan. Plutarchus autem in Alexandro videtur non dubitare, quin Alexander huius aquæ potu extinctus ſit. Iam quamobrem Dij per Stygiam paludem iurent, conſule Euſtath. & Seruium, & Arnobium. E F

TÆNARI.] Ταίναρος (inquit interpres Pindari) πόλις λακωνικὴ, ἐν ᾗ ἐσῖ πύλη εἰς ᾅδου. id eſt, Tænarus vrbs eſt Laconica, in qua eſt ad inferos ianua. alij dicunt eſſe promuntorium in Peloponneſo, vbi ſpecus eſt, Acheruſiæ ei, quæ in Ponto eſt, ſimilis.

VALET IMA SVMM. MVT.] id eſt, poteſt ea, quæ ſunt humilia, & infima, ſumma efficere, & contrà. Atque hanc ſententiam mutuatus eſſe videtur ab Heſiodo ἔργ. καὶ ἡμερ. vt rectè annotat M. Anton. Muretus: Ῥέα μὲν γὰρ βριάει, ῥέα δὲ βριάοντα καλέπτει, id eſt, facilè humilem attollit, ſeu potentem efficit: Sublatum autem & potentem extenuat, ac deprimit. Huc pertinet illud Æ-

ſopi

A ſopi reſponſum, qui interrogatus, quid Iupiter faceret, τὰ μὲν ὑψηλὰ ταπεινοῖ, (inquit) τὰ δὲ ταπεινὰ ὑψοῖ: id eſt, alta quidem humilia reddit, humilia autem attollit. Pindarus autem ἐν ὀδ. π. Πυθ. docet, bona quæ appellantur, præſertim ea, quæ non ſunt labore parta, non eſſe cuiuſquam ſapientiæ, aut conſilio aſſignanda: ſed deo, ſeu fortunæ. non enim eſſe in hominibus ſitum, vt ſint opulenti ac beati: ſed à fortuna facultates rei familiaris & copias ſuppeditari, ac præberi, quæ modò hunc attollat, ceteriſque omnibus ſuperiorem efficiat: modò illum deprimat, & in aliorum poteſtatem redigat. Sic Pindar. Τὰ δ' ὔκ ἐστ' ἀνδράσι κεῖται· δαίμων δὲ παρίχει, ἄλλοτε δ' ἄλλον ὕπερθε βάλλων μὲν, ἄλλον δ' ὑπὸ χερῶν μάτερῳ καταβαίνει. Eandem rem ſic Xenophon libro 6. ἑλλωικῶν. Καὶ ὁ θεὸς δ', ὡς ἔοικε πολλάκις χαίρει τοὺς μὲν μικροὺς, μεγάλους ποιῶν, τοὺς δὲ μεγάλους μικρούς. id eſt, Deus autem, vt appâret, ſæpenumerò amat & paruos atque humileis magnos facere, atque attollere: & magnos atque excelſos, minuere, ac deprimere. & Saluſt. coniur. Catil. *ſed profectò Fortuna in omni re dominatur: ea res cunctas ex libidine magis, quàm ex vero celebrat, obſcurátque.*

B INSIGNEM ATTENVAT] obſcurat, ita tenuem reddit, vt fugiat aſpectum. τὸν ἀριστρεπῆ ἀμαυροῖ, ἐπιφανῆ ἀφανίζει, ἢ ἀφανῆ ποιεῖ.

OBSCVRA PROMENS] id eſt, ea, quę non appârent, retegens, aperiens, in promtu, atque in oculis omnium ponens.

HINC AP. RAPAX, &c.] Hæc cohęrent cum ſuperioribus, vnóque ſpiritu (vt ita dicam) continentur. Ab hoc (inquit) fortuna ſummas opes, & ampliſſimos honores aufert, in illum transfert. ita videtur Deum & Fortunam pro eodem ponere.

CVM STRID. AC.] His verbis puto ſignificari ſubitam fortunæ commutationem: quæ vix intelligi poteſt ſine magno ſonitu ac fragore, potius, quàm eorum, qui de ſuperiore gradu in inferiorem deturbantur, clamores & lamentationes. ſtridor enim ſonitum ac ſtrepitum ſignificat, non clamorem, quamquam ſi quis hoc malit, pugnare nolo, cùm præſertim ſic explicet Porphyrio.

C

## Ode 35.

AdFortunam orans, vt ſeruet Cæſarem in Britannos ire meditantem.

*O Diua, gratum quæ regis Antium,*
*Præſens vel imo tollere de gradu*
*Mortale corpus, vel ſuperbos*
*Vertere funeribus triumphos:*
*Te pauper ambit ſollicita prece*
*Ruris colonus: te dominam æquoris,*
*Quicunque Bithyna laceſſit*
*Carpathium pelagus carina.*

B1

*Te Dacus aſper, te profugi Scythæ,* D
*Vrbeſq;, genteſq;, & Latium ferox,*
*Regumq; matres barbarorum, &*
*Purpurei metuunt tyranni,*
*Iniurioſo ne pede proruas*
*Stantem columnam: neu populus frequens*
*Ad arma ceſſanteis, ad arma*
*Concitet, imperiumq; frangat.*
*Te ſemper anteit ſæua neceſsitas,*
*Clauos trabaleis, & cuneos manu*
*Geſtans aëna: nec ſeuerus*
*Vncus abeſt, liquidumq; plumbum,*
*Te ſpes, & albo rara fides colit*
*Velata panno, nec comitem abnegat,*
*Vt cumque mutata potenteis*
*Veſte domos inimica linquis.* E
*At vulgus infidum, & meretrix retro*
*Periura cedit. diffugiunt cadis*
*Cum fæce ſiccatis amici,*
*Ferre iugum pariter doloſi.*
*Serues iturum Cæſarem in vltimos*
*Orbis Britannos, & iuuenum recens*
*Examen Eois timendum*
*Partibus, Oceanóque rubro.*
*Eheu: cicatricum, & ſceleris pudet,*
*Fratrúmque. quid nos dura refugimus*
*Ætas? quid intactum nefaſti*
*Liquimus? vnde manus iuuentus*
*Metu Deorum continuit? quibus*
*Pepercit aris? ô vtinam noua* F
*Incude defigas recuſum in*
*Maſſagetas, Arabáſque ferrum.*

O DIVA] M. Tull. lib. de natura Deor. 3. ſub perſona Cottæ ea, quæ à Balbo de dijs fuerant diſputata, refellens, & contrà diſſerens, ijs Dijs reiectis, qui à vetere Græcia conficti ſunt, diúque habiti, ea quoque, quæ rerum vim habent, non Deorum, è numero, &, pæne dicam, è concilio Deorum tollit, qualia ſunt, mens, fides, ſpes, victoria, ſalus, concordia: *Aut enim illa* (inquit) *in nobiſmet inſunt ipſis, vt mens, vt ſpes, vt virtus, vt concordia: aut optanda nobis ſunt, vt honos. vt ſalus, vt victoria: quarum rerum vtilitatem video: etiam conſecrata ſimulacra: Quare autem in his vis deorũ inſit, tum intelligam, cùm cognouero: quo in genere maximè eſt fortuna numeranda, quã nemo ab inconſtantia &*

A tia & temeritate seiungit: quæ digna certè non sunt Deo. Pindarus autem Fortunam Iouis liberatoris filiam, & seruatricem vrbium appellans, eius opera naueis in mari, in terra bellum, hominúmque conuentus, & conciones gubernari dicit, atque ita duodecimum carmen Olymp. orditur. Λίσσομαι πᾶ ζιὸς ἐλευθερίᾳ ἴμερ' εὐρυσθενὲς ἀμφὶ πόλει σώτειρα τύχα· πὶω γὰρ ἐν πόντῳ κυβερνῶντας θοαὶ νᾶες, ἐν χέρσῳ τε καὶ φῆροὶ πόλεμοι, κἀγοραὶ βυληφόροι. Non est porrò dubium, quin fortunam in Deorum cœtu homines collocarint, ea, quorum causas ignorant, fortuitò fieri, magnámque partem rerum humanarum nutu, & arbitrio fortunæ gubernari existimantes. Pausanias scribit in Messenicis, Bupalum quendam præstantem templorum ædificandorum, fingendorúmque animalium artificem, primùm Smyrnæis Fortunæ statuam fecisse, polum in capite sustinentem, & altera manu Amaltheæ cornu tenentem. Idem Achaicis admonet, Pindarum Fortunam vnam è Parcis facere, eámque omnium sororum potentissimam: qua in re se illi assentiri dicit. Pausan. verba sunt. Ἐγὼ μὲν οὖν Πινδάρῳ πάτ' ἄλλα πείσομαι τῇ ᾠδῇ, καὶ μοιρῶν τε εἶναι μίαν τὴν τύχην, καὶ ὑπὲρ πάς
B ἀδελφὰς τὶ ἰσχύειν.

QVÆ REGIS ANTIVM] quemadmodum suprà Od. 28. Neptunum Tarenti custodem dixit non aliam ob causam, quàm quòd illi ea in vrbe templum erat consecratum: sic & hoc loco Antium, ait à fortuna regi: proinde ac si diceret, fortunam Antio præesse, ac præsidere: hoc est, Antij coli, sacrificiísque sollennibus placari, vt vrbis custodem. & ita sæpe M. Tull. loquitur. non longè abiero. pro lege Man. *testórque omneis Deos & eos maximè, qui huic loco, templóque præsident.* appellant autem Græci Deum, qui aliquo in loco præcipuè colitur, & in quo maximè toti ciuitati præsidium est constitutum, πολιοῦχον.

PRÆSENS VEL IMO, &c. id est, quæ potes etiam ex infimo gradu, & loco hominem ad summum extollere, & contrà è fastigio rerum humanarum, & maxima gloria, ad interitum, præcipitem agere. iam hoc genᵒ, *præsens tollere*, tale est, qualia sunt illa, *pertinax ludere*, *durus componere versus*, *nobilis superare*, & cetera: de quibus dicemus Od. 8. lib. 4. iccirco autem præsens pro potente positum est, vel quòd is, qui prestò est, maiorem vim habet, quàm qui abest: vel quòd vsitato loquendi more Deos præsenteis appellamᵒ, qui in nostris dubijs, ac difficilibus temporibus statim nobis auxilium ferunt, aut, qui à nobis coluntur, & oculis cernuntur, vt Sol, & Luna. M. Tull. Tuscul. 1. *& vsque ad Oceanum Hercules, tantus, & tam præsens habetur Deus.* Terent. in Phorm. *non tu hunc habeas plane præsentem Deum?* Virgil. in Tityro. *Nec tam præsenteis alibi cognoscere Diuos.* & iterum M. Tull. Cat. 3. de Dijs: *tum verò ita præsentes his temporibus opem & auxilium nobis tulerunt, vt eos pæne oculis videre possemus.* ex eodem fonte manarũt illa, *præsens animus*, *præsens venenum*, *præsens auxilium*, *præsens pestis.* & fortasse assentans Augusto Horatius ambiguè dixit illud epist. 1. lib. 2. *Præsenti tibi maturos largimur honores*, vt dicemus suo loco. idem Od. 5. lib. 3. *præ-*
*sens Diuus habebitur Augustus.* & Saty. 3. lib. 2. D
*Reiecta præda, quam præsens Mercurius fert.*

VERTERE FVNERIBVS] vertere in funera. similia sunt his illa, quæ sunt in Od. superiore de deo & fortuna: *valet ima summis Mutare, &c.* & quæ Ode 29. lib. 3. *Fortuna sæuo læta negotio, &c.*

TE PAVPER AMB. SOLL. P. RVR. COLONVS] Od. 14. lib. 2. *Sine inopes erimus coloni.*

LACESSIT CARP. PEL.] remis impellit, in Carpathio mari nauigat è Bithynia profectus: vel, quod magis probo, speciem pro genere positam intelligito.

PROFVGI SCYTHÆ] eadem ratione hîc profugos Scythas appellat, qua Od. 24. lib. 3. *cã pestreis.* melius. *Campestreis* (inquit) *melius scythæ, Quorum plaustra vagas rite trahunt domos.*

PVRPVREI] id est, purpurati: purpura collucentes. itaque plus dixit, quàm si purpuratos dixisset. PRORVAS] percellas, euertas. Vtitur hoc verbo & Od. 4. lib. 4. *multa proruet integrum Cum laude victorem.*

STANTEM COLVMN.] statum, & incolumitatem imperij: Donat. in Phor. *columnam* hîc positum dicit esse pro columine imperij. E

NEV POP. FREQ.] néve populus congregatus seditionem concitet, & quietos ad arma capienda in tyrannum hortetur. hæc autem repetitio *ad arma, ad arma* populi concitati impetum, & furorem declarat, & pæne dicam, oculis subijcit. ἐπαναδίπλωσιν vocant Græci.

TE SEMPER ANTEIT SÆVA] primùm mendosè legitur in quibusdam libris, *ferna necessitas*, cùm *sæua* legendum sit, vt habent libri manu scripti. Deinde Aristoteles lib. 3. de morib. ad Nicomach. quattuor rerum causas enumerat φύσιν, ἀνάγκλω, τύχλω, νοῦ: id est, naturam, necessitatem, fortunam, mentem. Earum igitur rerum dominã esse fortunã, eásque res esse fortuitas arbitramur, quæ neque semper, neque plerumq3, neq3 alicuius rei gratia fiunt, & quarũ causæ non sunt terminatæ, vel quarũ causas ignoramus, cùm eæ causæ non sint necessariæ, & cùm earum effecta possint esse, vel non esse. quarum autẽ rerum causæ sunt nobis quidem incognitæ, & occultæ, sed necessariæ: earum causas necessitati ascribimus. Propterea autem, quòd quæ necessariò fiunt, exploratiora, certiora, stabiliora denique sunt, quã quæ fortuitò, iccircò fortunã anteit necessitas. necessitatis autẽ firmitatẽ, ac stabilitatẽ, declarãt claui trabales, cunei, vncus, plumbũ. hæc enim omnia ad colligandũ, firmitérq3 continendũ valẽt. Apellãt porrò Græci necessitatẽ ἀνάγκλω, eamq3 nonnulli eandem esse volunt, atque εἱμαρμένλω, id est, fatũ. Itaq3 & suprà Horat. *lethi necessitatẽ* nominat, mortem, seu Parcã, & multis alijs locis, vt ad Oden 3. annotauimus. alij necessitatem Parcarum matrẽ faciunt. Plato quidem lib. vltimo de Rep. necessitati, vt Parcæ, fusum attribuit, colum, vncum, verticillum. Idem in Timæo mundi principium, & originem à necessitatis & mentis conspiratione ducit, mentémque necessitati imperantem dicit plurima eorum, quæ fiunt, modificare, & in

quàm

Digitized by Google

A quàmoptimum habitum fingere, & conformare. Intelligendum est autem, hæc fuisse Antij in tabula, depicta: quæ nunc Horat. nobis pulcherrimis versibus expressa proponit.

CLAVOS TRABALEIS] claui trabales, vncus, & cætera, quæ necessitati tribuuntur, pertinent vel ad exprimendam necessitatis vim ac potentiam, vel potius ad significandam firmitatem, ac stabilitatem. Quemadmodum enim hæc omnia vel vim afferunt, & adhibentur ad torquendum, & cruciandum: vel valent ad continendum, vinciendum, ac firmandum: sic necessitas primùm quouis impellit inuitos, neque quisquam eam effugere, neque domare, neque flectere potest: deinde ad perpetuitatem fixa & stabilis est, adeò vt neque labefactari, neque moueri, neque refigi possit. Sunt autem claui trabales, quibus trabes configuntur: quos necesse est magnitudine præstare. vnde prouerbium, *clauo trabali figere*. M. Tull. Verrina de supplicijs. *vt hoc beneficiũ (quem admodum dicitur) clauo trabali figeret*, id est, confirmaret, & constabiliret. clauos adamantinos attribuit necessitati Od. 24. lib. 3. noster Horat.

B *Sifigit adamantinos Summis verticibus dira necessitas Clauos: non animum metu, Non mortis laqueis expedies caput.* necessitate autem nihil esse potentius cùm alij multi, tùm Euripides ait in Helena his verbis. λόγος γάρ ἐστιν ὐκ ἐμὸς, σοφῶν δ' ἔπος, Δεινῆς ἀνάγκης ὐδὲν ἰσχύειν πλέον.

ET CVNEOS MANV GEST.] cuneis insertis non solùm res perrumpuntur, & finduntur, vt lib. 1. Georg. *Nam primi cuneis scindebant fissile lignum*: & Tusc. 2. *Hos ille cuneos fabrica crudeli inserens, Perrupit artus*: sed etiam continentur, vt intelligere licet ex Vitruuij lib. 10. cap. 10.

VNCVS] vnco vtebantur antiqui ad cruciatus, & maleficiorum pœnas. M. Tull. Philip. 1. *vncus impactus est fugitiuo illi*. Suet. in Tiber. *Putant Neronem ad voluntariam mortem coactum, cum ei carnifex, quasi ex Senatus auctoritate missus, laqueos, & vncos ostentaret*. Iterum M. Tull. in orat. pro C. Rabirio. *nos à verberibus, ab vnco, à*
C *crucis denique terrore neque res gesta, neque acta ætas, neque nostri honores vindicabunt?* vtebantur olim vncis etiam ad astrigendum & continendum plumbo liquido addito, itémque nos hodie vtimur. sunt autem tales vnci, hami quidam ferrei, quibus saxa & cæmenta firmissime inter se deuinciuntur & continentur, præsertim plumbo adiecto. Vitruuius ansas appellat lib. 2. cap. 8. *Quòd si quis noluerit in id vitium incidere, medio cauo seruato, secundum orthostratas intrinsecus ex rubro saxo quadrato, aut ex testa, aut silicibus ordinarijs struat bipedaleis parietes, & cum ansis ferreis & plumbo frõtes vinctæ sint*. Arnobius. *Quid miserius his esse, aut quid infelicius poterit, quàm si eos in basibus ita vnci retinent, & plumbeæ vinctiones?* liquidum autem plumbum ad tenacitatem, & vinctionem plurimum valere declarat etiam Eurip. his versibus. Κἀγὼ ἑδραῖα, Καὶ γὰρ ἐμπέριξ σ' ἔχει Τηκτὸς μόλυβδος, ἐξανασήσω σ' ἐγώ: id est sedeto stabilis & firma. Nam etiã si te circum deinctam continebit liquidum plumbum, ego te è loco excitabo, & emouebo.

TE SPES] Nota est illa Hesiodi de Pandô- D
ra, eiúsque dolio fabula: quam cum Epimetheus domum recepisset, doliúque operculum remouisset, innùmerabilis illa malorum colluuio, quæ in dolio incluſa continebatur, erupit, & ab eo vsque tempore in omneis terrarum parteis dispersa, ac dissipata, homines assiduè exagitat, vexat, excruciat. spes sola dolio, priusquam & ipsa cum aliis euolaret, obturato, remansit, vt hæc esset humanarum miseriarum solatium, & lenimen. Itaque non temerè cum Fortuna in illa tabula, pingebatur. significabat enim pictura, homines in aduersa fortuna, spe sola sustentari, tanquam maximo, & vnico incommodorum, & dolorum suorum allenamentò. Versus Hesiodi sunt hi: Μένη δ' αὐτόθι ἐλπὶς ἐν ἀῤῥήκτοισι δόμοισιν Ἔνδον ἔμμενε, πίθου ὑπὸ χείλεσιν, οὐδὲ θύραζε ἔξέπτη. πρόσθεν γὰρ ἐπέμβαλε πῶμα πίθοιο, &c. Atque ad hanc, opinor, fabulam respiciens Theognis, spem solam in terris cum hominibus remanſisse deam præsentem, & propitiã: ceteros Deos, ac Deas in cælum abijsse dicit, Ἐλπὶς ὐν ἀνθρώποισι μόνη θεὸς ἐνδαλὴ ἔνεστιν, Ἄλλοι δ' ὔλυμπόν δ' ὐπερνέποντες ἔβαν. hoc igitur significat Horat. spem & fidem assiduas aduersæ fortunæ comites, ac socias esse: spem, E
quia fortis, & animosi est in rebus afflictis sperare: nam (vt ait Theocritus) viuorum est sperare, mortuis autem nihil reliquum est, quod sperent: ἐλπίδες ὐν ζωοῖσιν, αὐέλπιστοι δὲ θανόντες: fidem, quia veri, & fideles amici numquam, ne fortuna quidem aduersante, ac reflante, deserunt: sed vel amicis optulantur, vel eorum miseriam, propè æquè dolendo, faciunt leuiorem: assentatores autem, parasiti, scurræ, lenones, meretrices statim, vt aliquid aduersi incidit, diffugiunt, neque à se impetrare possunt, vt rerum aduersarum onus pro sua parte ferant.

ET ALBO RARA FIDES, &c.] Seruius in illum Virgil. vers. Æneid. 1. *Cana fides & Vesta Remo cum fr. Quir*. hæc annotat. *Cana fides vel quòd in canis hominibus inuenitur, vel quòd ei albo panno inuoluta manu sacrificatur: per quod significatur, fidem oportere esse arcanam, tectam & velatam*. Vnde & Horat. *Te spes & albo rara fides, &c.* idem fe- F
rè notat ad illum locum, *raptas sine iure Sabinas Consessu caneæ magnis circensibus actis, &c.*

NEC COM. ABN. VTCVMQVE, &c.] id est, nec te comitem aspernatur, vel nec ipsa tibi comes esse recusat, quandocumque tu fugis, & deseris eos, quos anteà coluisti, ac beasti, id est, cùm tu commutaris, & ex amica, & secunda, fis inimica, & aduersa. significat, viros bonos, & fideleis amicos non deserere amicum olim florentem, nunc miserum fortuna commutata, & rebus conuersis. per *fortunam abeuntem*, & aufugientem, significatur aduersa: per *manentem*, secunda, vt Od. 29. lib. 3. *Laudo manentem: si celereis quatit Pennas, resigno quæ dedit*: ad quem locum plura exempla afferemus.

AT VVLG. INF. ET MERETR.] At vulgus, & infideles amici diffugiunt, te mutata. Bonfinis autem omnium; qui vmquam fuerunt, corrector & ineptiss. & audaciss. malè hîc, &, pro, *at*, reponit.

DIFFVG.

A DIFFVG. CADIS CVM FÆCE] ἀλληγορία est. significat autem Horat. infideleis amicos, & eos, qui emolumentum sequuntur in amicitia, re bus amicorum accisis, & afflictis, diuitiisque vel consumtis, atque exhaustis, vel casu aliquo amissis, atque ereptis, diffugere. Huc pertinet Græco rum prouerbium ζεῖ χύτρα, ζῇ φιλία: id est, feruet ol la, viuit amicitia. eodem Petronij Arbitri versus: *Si fortuna manet, vultum seruatis amici: Cùm cecidit, turpi vertitis ora fuga. Grex agit in scena mimũ: pater ille vocatur: Filius hic, nomen diuitis ille gerit. Mox vbi ridendas inclusit pagina parteis, Vera redit facies, dissimulata perit.*

FERRE IVG. PARITER DOL.] *doloſi ferre* iugum, vnum est ex ijs loquendi generibus, quæ à Græcis mutuatus est Horatius: de quibus a libi. doloſi igitur ferre, id est, doloſi in ferendo pariter cum amicis calamitate affectis, iugo. quod simile est, ac si diceret: in secunda amicorum fortuna superiora omnia habere, aut omnium commodorum participes esse volunt: in aduersa autem, calamitatis partem subire nolunt. translatio est à bobus iunctis. non vacat autem dolo is, qui

B in societate, lucri partem æqualem, aut etiam ma iorem sibi deposcit: damni verò si quid incidat, id ne minima quidem ex parte ad se pertinere velit. Sed verum est, quòd & hîc ait Horatius, & Nem. ἴδ. ἰῶτ Pindar. paucos reperiri in laboribus, & pe riculis fideleis. verba Pindari sunt hæc, quibus cõ sentanea sunt hæc Horatiana: Παῦροι δ' ἐν πόνῳ πιστοὶ βροτῶν καμάτῳ μεταλαμβάνειν. Nam quale est hoc, quod dixit Hor. *doloſi ferre*, tale est illud Pindaricum, παῦροι πιστὶ μεταλαμβάνειν. Horat. *iugum*, Pindar. καμάτῳ. Theognis hanc eandem sententiam sæpe iterat. Vno & altero exemplo erimus contenti. Εὖ μὲν ἔχοντες ἐμεῦ πολλοὶ φίλοι ἦν δέ τι δεινὸν Εγκύρσῃ, παῦροι πιστὸν ἔχεσι νόον. & alibi, Παῦρος εὑρήσεις Πολυπαί δη ἀνδρας ἑταίρους Πιστὺς ἐν χαλεποῖς πρήγμασι γιγνομένους, Οἵ πινες αὖ πλιμφερνόμόφρονα θυμὸν ἔχοτες Ισον τ' ἀγαθῶν, τῶν τε κακῶν μετέχειν. Πολλοί τοι πόσιος καὶ βρώσιος εἰσὶν ἑταῖροι, Εν δὲ σπουδαίῳ πράγματι παῦρότεροι.

IN VLTIMOS ORBIS BRIT.] Virg. Tit.

C *Et penitus toto diuisos orbe Britannos.*

ET IVVENVM RECENS EXAMEN] exercitum ex iuuenibus conflatum. examen de apibus propriè dicitur. transfertur autem ad alia, vt hîc, & Ode 2. epod. *Positósque vernas ditis examen domus.*

EOÏS TIMEND. PARTIB. OCEANÓQVE] serua (inquit) exercitum populi Ro. formidoloſum partibus ſolis orientis, eíq3 mari, quod ad orientem spectat. nonnulli Oceanum ru brum positum esse volunt, ad significandam eam mundi partem, quæ sita est ad ſolem occidentem: à quibus dissentio. hoc enim significat Horatius, se precari, vt, quemadmodum hic exercitus metuendus est partibus & mari ſolis orientis: puta Perſis, Medis, Parthis, Arabibus: ita sit horribilis Britannis, qui oram mundi ſoli occidenti propinquam incolunt: aduersus quos hunc exercitum ducturus sit Augustus.

EHEV CICATRICVM, &c.] cur pudet? quia tupia sunt vulnera in bello ciuili accepta. Qui hic tuentur nescio quam scripturam anti- D quam, *Heu, Heu, cicatr. & scel. p.* nihil de eis grauius dicam, quàm quòd in ſole caliganteis oculos habent.

ET SCELERIS] scelus est enim ciuem interficere, & bellis ciuilibus interesse.

FRATRVMQVE] ciuium. vel dic propriè, consanguineorum, & germanorum. eueniebat enim interdum, vt duo fratres contrariarum essent partium.

QVID NOS DVRA REFVG. ÆTAS?] ætas annorum triginta spatium continet, vt infrà dicemus. Bella autem ciuilia à Sylla, Mario, Octauio, Cinna, iterum Sylla & Mario, Carbone, Pompeio, Cæsare gesta in triginta annorum spatio vertuntur. Consecuta sunt Octauiani, M. Antonij, Bruti & Cassij tempora. Itaque bella ciuilia ad alteram ætatem peruenerunt ac permanarunt, vt idem ait Ode 16. epod. *Altera iam teritur bellis ciuilibus ætas.* hoc igitur dicit Horatius. A quo maleficio aut scelere refugerunt huius ætatis homines? quid est tam nefarium, quod non admiserint? quas aras non violarunt?

METV DEORVM] metum deorum hîc pro E cultu deorum, seu pietate, & religione aduersus deos, quam εὐσέβειαν Græci appellant, posuisse videtur. nam propriè metus deorum invitio locum habet, & vituperatur. Est enim superstitio, & vitiosa religio, quam δεισιδαιμονίαν appellant Græci, id est, metum seu timorem deorum. vt Saty. 3. li. 2. *Quóne malo mentem concussa? timore deorum.*

OVTINAM NOVA INCVDE DEFIGAS RECVSVM] ego hunc locum in omnibus libris & impressis & manuscriptis corruptum, litteris leuiter immutatis, olim sic restituendum putaueram, *Ovtinam noua Incude destringas recusum In Mass &c.* Vulgata enim lectio *diffingas*, planè corrupta erat. nam diffingere est dissoluere, & demoliri, vt Ode 29. lib. 3. *neque Diffinget, infectúmque reddet, Quod fugiens semel hora vexit.* quod hu ic loco non conuenit. distringere autem ferrum cùm alijs optimis linguæ Latinæ auctoribus valdè vsitatum est, tùm Horatio. M. Tull. offic. 3. F *At ille, vt ingressus est, confestim gladium destrinxit.* Idem in Catil. 3. *ijdémque gladios in remp. destrictos retudimus.* Horat. Ode 1. li. 3. *Destrictus ensis cui super impia Ceruice pendet, &c.* & saty. 1. lib. 2. *quem* (ensem) *cur destringere coner? &c.* præterea illud alterum verbum, *retusum*, quod erat etiam corruptum, emendauimus, & *recusum*, substituimus. Erat igitur huiusmodi horum verborum sententia. Ovtinam destringas ferrum in Massagetas & Arabas, & ceteros hoſteis populi Rom. noua incude recusum, id est, posteaquam noua incude fuerit recusum. est enim bellis ciuilibus, & corporibus ciuium Rom. retusum. Sed nunc posteaquàm aduersaria mea relegi, in quibus notatum mea manu reperi, in codice Ful. Vrſini scriptum fuisse *defigas*, eodémque modò Canterium in alio codice item manu scripto, legisse audiui: scripturam veterem coniecturæ meæ antepono, & sic in omnibus exemplis reponendum censeo. quòd ad vocem *recusum* attinet, sententiam non muto.

Nam

Digitized by Google

A Nam *retusum* nullo modo ferri potest. Iam quòd Adr. Turnebus vulgatâ lectione *diffingas* tueri conatur, & *diffingas* ita explicat, aliter fingas, nõ probo. Nihilomin⁹ quòd Pseudoporphirio, *diffingas* interpretatur, *redacuas*. Nã neq; Porphirioni hoc venit vmquã in mentẽ, neq; à quoquo emũctę naris homine ferri potest: cúm, *diffingere*, vt dixi, sit, id, quod cusum, fictum, & fabricatũ est, deformare, corrumpere, atque interimere: qui deintegro autem ensem acuat, non perimat, sed reparet, ac restituat. Præterea si daremus (quod tamen non possumus) diffingere, esse reparare, reficere, atque vt ita dicam, refabricari, nónne ineptissimus esset hic sermo: ô vtinam reficias ensem, seu redacuas ferrum, quod cæde ciuium retusum est, in Massagetas & Arabas? nónne elegantia Horatiana indignissimus? Postremò quid sibi vult illud reacuere, seu redacuere ferrum noua incude? noua cote diceret potius. Omnino nihil hac explicatione pinguius fingi potest.

## Ode 36.

B

Ob Numidæ reditum gaudio exsultat.

*ET THVRE, & fidibus iuuat*
*Placare, & vituli sanguine debito*
*Custodes Numidæ deos:*
*Qui nunc Hesperia sospes ab vltima*
*Caris multa sodalibus,*
*Nulli plura tamen diuidit oscula,*
*Quàm dulci Lamiæ, memor*
*Actæ non alio rege puerciæ,*
*Mutatæq; simul togæ.*
*Cressane careat pulchra dies nota:*
*Neu promtæ modus amphoræ,*
*Neu morem in Salium sit requies pedum:*
C *Neu multi Damalis meri*
*Bassum Threïcia vincat amystide;*
*Neu desint epulis rosæ:*
*Neu viuax apium, neu breue lilium.*
*Omnes in Damalin putreis*
*Deponent oculos: nec Damalis nouo*
*Diuelletur adultero,*
*Lasciuis ederis ambitiosior.*

ET THVRE] thus semper adhibetur in sacrificijs, vt suprà, Od. 19. *Verbenas pueri ponite, thuráque, &c.* & 30. *& vocantis Thure te multo Glycera decoram Transfer in ædem.*

PLACARE] placare deos, iratos futuros, nisi eis sacrificia promissa persoluantur. de arte poët. D *vinóque diurno Placari Genius festis impune diebus.*

SANGVINE DEBITO] debito vel voti, vel officij causa. vt Od. 6. lib. 2. *ibi tu calentem Debita sparges lacryma fauillam Vatis amici.*

HESPERIA VLTIMA] epithetum, vltima, distinguit eam Hesperiam, quæ pro Italia ponitur, ab Hesperia, quæ est ad Occidentem versa. Nam aliàs per Hesperiam etiam apud hunc poëtam, Italia significatur, vt Ode 6. lib. 3. *Dij multa neglecti dederunt Hesperiæ mala luctuosa.* & Ode 5. lib. 4. *Longas ô vtinam dux bone ferias Præstes Hesperiæ.*

SOSPES] saluus, & incolumis.

NVLLI PLVRA TAMEN, &c.] Nulli tamen plura tribuit, aut impertit oscula, quàm Lamiæ.

ACTÆ NON ALIO REGE.] memor pueritiæ eodem rege traductæ, id est, eodem magistro, ac doctore, seu eodem & communi amico potentiore: vt epist. ad Mæcen. 2. lib. 1. *réxque paterque Audisti coram.* & ad Scæuam: *Coram rege suo de paupertate tacentes Plus poscente ferent.* idem valet potens amicus, vt epist. ad Loll. lib. 1. *tu cede potentis amici Lenibus imperijs.* & Ode 18. *nec potentem amicum largiora flagito.* sic Parasit⁹ apud Plautum in Asinaria regem eum appellat, à quo alitur. E *Nam ni impetro, regem perdidi. ex amore tantum est homini incendium.* itémque in Menęchmis. Ego igitur hæc verba, *non alio*, sic accipio, vt significent, Pompeium Numidam & Lamiam eodem & communi rege, id est, potenti, seu magno amico, qui hîc non nominatur, vsos esse, seu eodem magistro ac doctore: quod probabilius est, atque ita Turnebo videtur: alij, vt dicat Horat. Lamiam Numidæ regem fuisse: à quibus dissentio.

MVTATÆQVE SIMVL TOGÆ.] cùm essent æquales, eodem tempore togam virilem sumpserunt.

CRESSA NE CAREAT] Cressa nota, id est, alba, à Creta insula. ex quo nomine, Cressus, Cretensis, Creticus. Neque verò referendum est hoc ad Cretensium morem, quo Acro & Porphyrio eos solitos ait dies lætos albis lapillis notare, & contrà, &c. Thracum enim fuit hæc consuetu- F do, qui (vt scribit Plinius lib. 7.) eos dies, quibus secunda fortuna essent vsi, iucundéque & beatè vixissent, albo lapillo notabant, nigro contrarios: sed Cressa idem valet, quod alba, seu candida, vt dixi: & Creta non solùm insulæ nomen est: sed etiam lutum illud album significat, quo vtebantur ceræ loco Græci Asiatici ad obsignandas litteras & priuatas, & publicas, propterea quòd in Creta magna est talis luti copia. Cic. pro Flacco: *Hæc quæ est à nobis prolata laudatio, obsignata erat creta illa Asiatica, qua vtuntur omnes in publicis & priuatis litteris.* Hoc igitur dicit Horat. notetur hic dies candida nota, vt verè felix & faustus. sic Catullus ad Lesbiam. *O lucem dignam candidiore nota.* & fortasse idem Catull. *soles candidos* appellat dies candida nota notandos, vt Horat. contrà satyra 9. lib. 1. *nigrum solem.* nisi forte alia ratione dictum est *nigrum solem*, vt videbimus suo loco.



Digitized by Google

A NEV PROMTÆ MODVS, &c.] néve modus adhibeatur in bibendo. promere & deprome re vinum, & vini amphoras, Latinis ſcriptoribus vſitatum eſt loquendi genus. Ode 21. lib. 3. *Deſcende Coruino iubente Promere languidiora vina.* & 28. eiuſd. libri: *prome reconditum Lyde ſtrenua Cæcubum.* & infr. Ode prox. *Antehac nefas depromere Cæcubum.* & Plaut. in milit. glor. *Promſiſti tu illi vinum? L V C. non promſi.* Quidam libri habent vbique *Nec*, pro *Neu*.

NEV MOREM IN SALIVM] neu ceſſemus Saliorum more ſalire, ſeu potius ſaltare. Ode. 1. lib. 4. *In morem Salium ter quatient humum.* Virgil. lib. 8. *Hinc exſultanteis Salios, nudoſque lupercos.* Erant autem Salij, Martis Gradiui ſacerdotes à Numa Pompilio inſtituti, qui certis anni temporibus carmina cantabant cum tripudijs & ſaltibus ſollennibus: de quibus qui plura ſcire volet, legat Dionyſ. Halicar. lib. 2. Salium autem quarti caſus eſſe numeri ſingularis, non patrij in numero multitudinis eſſe puto, ab adiectiuo (vt grammatici vocant) Salius, a, um: vt à Sulpicio ſubſt. adiectiuum facit Ode 12. lib. 4. *Qui nunc Sulpitijs accubat horreis.*

B NEV MVLTI DAM. MERI] id eſt, néve Damalis puella bibaciſſima, certantibus inter ſe vino conuiuis, Baſſum vincere contendat bibendo, aut magnitudine poculorum, ſed cum Numida certet potius. ſic dictum eſt autem ab Horat. *Damalis multi mari*, vt à M. Tull. *homo non multi cibi, ſed multi ioci.* in epiſt. vltima lib. 9. ad Papirium Pætum. De huiuſmodi certamine facetè in quendam Falcidium Cicero pro Flacco: *Magnum erat ei certamen propoſitum, magna cum Græcis contentio: qui tamen (vt opinor) iacent victi. Nam iſte vnus totam Aſiam magnitudine poculorum, bibendóque ſuperauit.*

BASSVM THREÏCIA VINCAT AMYSTIDE.] Amyſtidem poculi genus fuiſſe quidam dicunt ἀπὸ τῆ ἀμυσὶ πίνειν, id eſt, ab eo, quod eſt, hauſtim, & labris non clauſis bibere. μύζω enim eſt muſſare, ſugere, os & labra claudere. quod ſi quis ἀμύστιδα, ſeu ἄμυσιν talem compotationem intemperatam, & barbaram intelligi malit, ei libentius
C aſſentiar. vtitur hoc nomine Anacr. ἄγε δὴ φέρ' ἡμῖν ὦ παῖ κελέβιν, ὅπως ἀμύσιν προπίω. & Eurip. ſeu Ariſt. in Cyclope: Ἐδέξατ', ἔπαυσεν ἄμυσιν ἑλκυφᾶς, id eſt, accepit, hauſit poculum illud Thracium, & ebibit. & Callimachus apud Macrob. lib. 3. cap. 21. καὶ γὰρ ὁ Θρηϊκίλιν ἀπαυήνατο χαλδὸν ἄμυσιν ζωροποτεῖν δ' ὀλίγῳ ἤδετο κισσυβίῳ, id eſt, ille enim Thracium poculum patente ore ebibere recuſauit, paruo autem poculo delectabatur. Ex quo fit ἀμυσίζειν. quod vaet, ſine reſpiratione, & vno quaſi ſpiritu bibere. Plutar. συμπο. lib. γ. κεφ. ε. Τὰς γὰρ ἀθρόως καὶ ἀπνευσὶ πίνοντας, ὅπερ ἀμυσίζειν ὠνόμασαι, οἱ παλαιοὶ ἥκιστα φασὶ παρεκπίπλειν μέθης. id eſt, eos enim, qui vno hauſtu & ſine reſpiratione bibunt, quod ἀμυσίζειν nominatur, veteres aiunt minimè eſſe ebrietati opportunum.

NEV DESINT EP. ROSÆ, NEV VIVAX AP.] ſic & Od. 3. lib. 2. roſæ & vnguenta in conuiuio adhibentur. *Hûc vina & vnguenta, & nimium breueis Flores amœnæ ferre iube roſæ.*

VIVAX] quod diu viret. Theocr. ὕλα. καὶ θάλλοντα σέλινα. verborum gratiam viuacem dixit epiſt. ad Piſones: *Nedum ſermonum ſtet honos & gratia viuax.* contrà *breue lilium* idem Horat.

PVTREIS DEP. OC.] id eſt, omnes alij præter Numidam, putreis in Damalin oculos declinabunt, & claudent ſomno occupati, & obdormiſcent, neque quantumuis eius amplexum concupiſcant, ea potientur, ſed eos Veneri intentos ſomnus auferet. *deponent oculos*, id eſt, demittent & declinabunt palpebras ſomno oppreſſi: *putreis in Damalin* autem, id eſt, vel amore & cupiditate Damalis fractos, vel ebrios. licet etiam coniungere verbum *deponent* cum hoc, *in Damalin*: vt ſit *deponent oculos in Damalin* tanquam onus, putreis autem, id eſt, libidine fractos, libidine natãteis, ſeu colliquefactos, vt apud Theoc. εἰδ. α. πίπτει ὀφθαλμὼς, ὅπι ἑ μετὰ παῖσι χορεύεις. id eſt, colliquefiunt tibi oculi, quia cum eis non ſaltas. Sic Plautus, Curgul. *Propino magnum poculum. ille ebibit, Caput deponit: condormiſcit.* Idem Moſtell. *Ecce autem hic depoſuit caput, & dormit: ſuſcita.* Iam ijs, quibus ſomnus obrepit, *Brachia palpebraq; cadũt, poplitéſque procumbunt*, vt ait Lucretius lib. 4. Licet etiam interpretari *deponent*, condent, & quaſi ſepelient. Nam depoſiti dicuntur, deplorati, & quaſi deſperati. Cæcilius, *Depoſitus modò ſum anima, vita ſepultus ſum.* Virgil. lib. 12. *Ille vt depoſiti proferret fata parentis.* ſic depoſitam Remp. dixit M. Tull. actione 1. notant Aſconius, & Nonius. Sic & Arnobius vſurpat depoſitum corpus lib. 1. aduerſ. genteis. *Vnus fuit è nobis, qui depoſito corpore innumeris ſe hominum pro vita in luce detexit?*

ADVLTERO] amatore, vt ſuprà diximus Od. 33. nouo autem, videlicet Pomponio Numida.

LASCIVIS EDER. AMB.] ambitioſam hoc loco accipe, brachia collo implicantem, complectentem. ſic Ode 15. Epod. *Arctius, atque edera procera aſtringitur ilex Lentis adhærens brachijs.* & Catullus de Iuliæ & Manl. nuptijs. *tenax edera hac & hac Arborem implicat errans.* Sic contrà ambitioſi homines dicuntur nimis amplecti plebem, qui plebem largitionibus corrumpunt, & F qui regnum appetunt. M. Tull. in orat. pro Milone de Sp. Melio.

## Ode 37.

Ob victoriam Actiacam, Genio indulgendum eſſe.

*NVnc eſt bibendum: nunc pede libero*
*Pulſanda tellus: nunc Saliaribus*
*Ornare puluinar deorum*
*Tempus erat dapibus, ſodales.*
*Antehac nefas depromere Cæcubum*
*Cellis auitis, dum Capitolio*

*Regina*

Digitized by Google

A *Regina dementeis ruinas,*
*Funus & imperio parabat,*
*Contaminato cum grege turpium*
*Morbo virorum quidlibet impotens*
*Sperare, fortunáque dulci*
*Ebria. Sed minuit furorem*
*Vix una sospes nauis ab ignibus:*
*Mentémq; lymphatam Mareotico*
*Redegit in veros timores*
*Cæsar, ab Italia volantem*
*Remis adurgens, accipiter velut*
*Molleis columbas, aut léporem citus*
*Venator in campis niualis*
*Æmoniæ, daret vt catenis*
*Fatale monstrum: quæ generosius*
*Perire quærens, nec muliebriter*
B *Expauit ensem, nec latenteis*
*Classe cita reparauit oras.*
*Ausa & iacentem visere regiam*
*Vultu serèno fortis, & asperas*
*Tractare serpenteis, vt atrum*
*Corpore combiberet venenum,*
*Deliberata morte ferocior:*
*Sæuis Liburnis scilicet inuidens*
*Priuata deduci superbo*
*Non humilis mulier triumpho.*

NVNC EST BIBENDVM] videtur hæc ab Alcæo esse mutuatus: cuius hi versus reperiuntur apud Athen. lib. x. Νῦν χρὴ μεθύσκειν, καὶ πιὰ πρὸς
C βίαν πίνειν.

SALIARIBVS] opiparis, & sumtuosis. M. Tull. *Saliarem in modum.* Salios eosdem fuisse apud Romanos atque Curetas apud Græcos narrat Dionys. Halicarn. lib. 2. antiq. Ro. de quibus ille multa sub extrem. lib. ab illo loco Ἐκτὴ δὲ μοῖρα τῆς πρώτης παραθεῖα νομοθεσίας ἦν ἡ μετὰ ταῦτα μεμηχανημένη τοῖς καλουμένοις ὑπὸ Ῥωμαίων σαλίοις, &c.

ORNARE PVLV. DEOR.] solebant Rom. vel deuictis hostibus, vel quouis alio modo Republ. benè gesta, & periculo communi propulsato, ad omnia puluinaria Deorum supplicationem decernere, atque aliquot dies festos lætitia publica celebrandos indicere. Sic Cic. Cat. 3. *Quamobrem Quirites quoniam ad omnia puluinaria supplicatio decreta est, celebratote illos dies cum cõiugibus & liberis vestris.* Habebant autem singuli dij suos lectos & puluinos, quibus imponebantur: quam superstitionem Romanorum insectatur & irridet Arnob. lib. 7. aduersus genteis, his verbis. *Lectisternium Cereris erit idibus proximis. habent enim dij lectos atque, vt stratis possint mollioribus incubare, puluinorum tollitur, atque excitatur impressio.* Hac Oda autem Horat. sodaleis suos ad lætitiam exhortatur ob victoriam Actiacam. D

TEMPVS ERAT] sic scriptum reperi in libro Donati, Faërni, Tornes. Vaticanis duobus: alij corrumpentes, *erit* reponunt: alij *erat* positum volunt pro est. Ego puto propriè locutum esse Horatium, longéque adeò significantius, quàm si verbo præsentis temporis vsus esset: hoc modo. non erat fas antehac è cællis auitis vinum deprimere, conuiuiáque agitare: Sed nunc deuicto M. Antonio cum Cleopatra, hoc erat illud tempus, in quo decebat epulari, & conuiuari. sic loquitur Ælian. vari. histor. lib. 1. Σοφὸν πάρα χρῆμα ὦ γένος βαρβάρων Αἰγυπτίων. & Oppian. lib. 3. ἁλιευτ. Ἐχθύσι δ' ἐκ ἄρα μοῦνον ἐπ' ἀλλήλοισι νόημα Πυκνὸν ἔλω, καὶ μῆτις ἐπικλοπος, &c. & Hesiod. ἐργ. καὶ ἡμέρ. Οὐκ ἄρα μοῦνον ἔλω ἐρίδων γένος, ἀλλ' ἐπὶ γαῖαν Εἰσὶ δύω. Theocr. εἰδ. ε. ὦ παγαὶ. ἢ τωμῶλος ἥδα Κομάτα. & ita loquitur epist. ad Scæuam lib. 1. *atqui rerum caput hoc erat, hic fons.* & Saty. x. lib. 1. *Hoc erat excepto frustra Varrone Atacino, Atque quibusdam alijs, melius quod scribere possem.*

DVM CAPITOLIO] interea dum Cleopatra, & M. Antonius ea moliebantur, quibus Capitolium, imperiúmque populi Ro. euerterent. E

DEMENTEIS RVINAS] à demente Cleopatra cogitatas, & comparatas. Fortasse hic locus versuum Ennian. qui sunt in Catone Ciceronis corrumpendorum occasionem dedit. Sic enim vulgò leguntur. *Quò vobis mentes, rectæ quæ stare solebant Ante hac dementi sese flexere ruina?* cum ita sint legendi. *Quò vobis mentes, rectæ q. st. sol. Ante hac, dementes sese flexere viai?*

CONTAMINATO CVM GREGE TVRPIVM.] cum eunuchis turpi morbo laborantibus, viris effæminatis, & impudicis. Eunuchos igitur viros appellat non simpliciter, sed viros morbo illo corporis, & animi turpeis, & fœdos, propter quẽ ad patiendum, quàm ad agendum sunt aptiores, ac propensiores. vide annot. ad illum locum Sagorius Nazianzenus ἐπίπαφ. Basilij magni, sic de Eunuchis: τὰς ὁμοῦ τῆς γυναικωνίτιδος, τῆς ὁμογυναικὸς ἐν ἀνδράσι γυναῖκας, τῆς τοῦτο μόνον ἀνδρικοὺς τὴν ἀσέβειαν οἱ τὸ φυσικῶς ἀσιλλαίνειν ὑκ ἔχοντες ὦ δυύαρται μόνον τῇ γλώττῃ παρεύουσιν. id est, Viros ex mulierum cubiculo egressos, atque ad eas custodiendas & oblectandas accommodatos: inter mulieres viros, inter viros mulieres, atque ad omnia obscæna patienda promptos ac paratos, vna re dumtaxat virileis & forteis, quòd impij ac scelerati sint: qui quoniam ijs membris, quę ad procreandum à natura viris data sunt, libidini obsequi nequeunt, lingua impurâ atque impudica, qua possunt tantùm, scortantur. Hæc Nazianzenus. Traditum est præterea ab ijs, qui ex figuræ inspectione de ingenio faciunt coniecturam, eos magnam partem immiti esse ingenio, fraudulentos, facinorosos, audaceis, maleficos, ac sceleratos. F

QVIDLIB. IMP. SPER.] impotens sperare, id est, in eo imporens, quòd quidlibet sperare



Digitized by Google

A auderet. impotens sperare autem à Græcis sumtum, de quo genere vide ad Od. 8. lib. 4. Iam impotens valet apud bonos scriptores idem ferè, quod apud Græcos ἀκρατὴς, incontinens, effrenatus, non rationi obediens, sed affectibus, & perturbationibus animi seruiens. M. Tull. epist. ad M. Marcell. *Victoria etiam si ad meliores venit, tamẽ eos ipsos ferociores, impotentioresq; reddit.* Idem de haruſp. reſponſ. *nihil feci iratus, nihil impotenti animo.* Idem Philipp. 5. Antonium impotentem, iracundum, contumelioſum, ſuperbum, &c. nominat. ſic Catull. de faſelo. *freta impotentia*, id eſt, impotentium hominum more æſtuantia, & ſæuientia. idem ad papyrum, vt Cæcilium arceſſat. *Illum deperit impotente amore*, id eſt, immodico, & immoderato. & Horat. Ode 1. lib. 2. *Iuno impotens*, id eſt, ira & odio elata, ira inflammata, ab ira victa, quæ iram continere non poterat, vel quæ odium ſuum exſaturare non potuerat. & Od. vlt. lib. 3. *Aquilo impotens*, ſupra modum ſæuiens, vehemens, vt ſit tralatio à rebus animatis, vt *freta impotentia*. impotens igitur ſperare, id eſt, quæ ſe ſe continere non poterat, quin quidlibet ſperaB ret.

FORTVNAQVE DVLCI EBRIA] rebus ſecundis elata, & impos mentis. ſic Demoſthenes Philipp. prima Philippum dicit magnitudine rerum geſtarum ebrium eſſe. Ἐγὼ δ' οἶμαι μὲν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι τὴν τύχης, ὀκεῖνον μεθύειν τῷ μεγέθει τῶν πεπραγμένων, &c. & Anacreon. ἔρωτι μεθύοντα, id eſt, amore ebrium dixit. & Theocrit. in Dioſcuris πληγαῖς μεθύων: id eſt, plagis ebrius. idem apud Hephęſtionem: Ἀρθεὶς δ' ἠύτ' ἀπὸ λευκάδος πέτρης Ἐς πολιὸν κῦμα, κολυμβῶ μεθύων ἔρωτι.

SED MINVIT FVR.] ſed eius dementiam, inſolentiam atque impotentiam compreſſit tanta, in pugna Actiaca, clades accepta, vt vix vna navis ſalua ei reſtiterit. Itaque eius animum rebus proſperis ferocem, impotentem, inſolentem, res aduerſæ ἐσωφρόνισαν, id eſt, caſtigarunt, & ad ſanitatem mentis reuocarunt.

MENTEMQVE LYMPH.] Lymphatos appellant Latini, quos Græci νυμφολήπτους, vt ſuprà diximus. quam vocem videtur vſurpaſſe Plato in Phædro pro furioſo, & mente concitato. ὥστε ἐὰν ἄρα πολλάκις νυμφόληπτος γενόμενος τὸ λόγε γένωμαι, μὴ θαυμάσῃς. Sext. Pompeius Feſtus ſcribit lymphas dictas eſſe à Nymphis, vulgóque memoriæ proditum eſſe, quicumque ſpeciem è fonte, id eſt, effigiem Nymphæ viderint, furendi finem non facere: quos Græci νυμφολήπτους, Latini lymphatos appellant. Alij lymphatos dici exiſtimant eos, qui metu, & horrore quodam aquæ afficiuntur, adeò vt ſe ſæpe in aquas, præcipiteis agant: quos Græci ὑδροφόβους appellant, morbo à canis rabioſi morſu contracto, quem ὑδροφοβικὸν πάθος vocat Dioſcorides: & ὑδροφοβίαν, quo morbo tentati aquam horrent ceu canes ipſi, & aquæ metu ſimul & deſiderio, ſitíque excruciantur. dicuntur autem νυμφόληπτοι eadem ratione qua μουσόληπτοι, vt ſi Latinè dicanturilli à nymphis: hi à muſis capti.

MAREOTICO] vino, quod ad Mareotidem Ægypti paludem naſcitur. Virgil. Georg. 2. *ſunt & Mareotides albæ.* Athen. lib. 1. Διπνοσοφ. ſcribit vinum Mareoticum eſſe Alexandrinum, à Marea fonte, qui in Alexandria eſt, & ab vrbe ei fonti vicina eiuſdem nominis, appellatum: eámque vrbem fuiſſe olim maximam, nunc eſſe vicum: paucis verbis pòſt, à Marone quodam vno ex ijs, qui cum Baccho militarunt, eſſe nominatam. Multas autem huius Mareotici vini laudes commemorat ibidem Athen. Florem Libycum appellat Plautus Caſina. *Niſi hac Meraco ſe vſpiam percuſſit flore Libico.*

REDEGIT IN VER. TIM.] qui rebus ſecundis inſolentes fiunt, & quibus vinum bonam mentem ademit, aut corrupit, ij periculi, in quo fortè verſantur, magnitudinem neque attendunt, neque ſentiunt, quamdiu ita ſunt affecti: poſteà autem, quàm ad ſe redierunt, tum demùm timere incipiunt, tum demùm periculo ſcilicet edocti ad ſe redeunt, & ſe colligunt. videtur igitur Horatius ſignificare, Cleopatram, quamuis ob res ſecundas furore, amentíaque præcipitem, & temulentam, veris tamen timoribus tum affectam fuiſſe, cùm eam Cæſar victor inſequebatur. dixit autem *veros timores*, quia ſunt & alij vani timores, E maximè in bello. notum illud πολλὰ κενὰ τῶ πολέμῳ.

VEROS TIMORES] ſic epiſt. 17. lib. 1. *vti mox nulla fides damnis, verisque doloribus adſit.*

VOLANTEM] quàm celerrime poterat fugientem. MOLLEIS COLVMBAS] imbelleis appellat Ode 4. lib. 4. *nec imbellem feroces Progenerant aquila columbam.*

ADVRGENS] perſequens, proximè inſequẽs.

DARET VT CATENIS, &c.] vt viuam caperet. Quod Auguſtum duas ob cauſas vehementer exoptaſſe, primùm quòd verebatur, ne illa pecuniam, quam penes ſe habebat, corrumperet ac diſſiparet: deinde quòd eam exiſtimaret magnũ momentum ad triumphi decus & gloriam, allaturam, ſi viua Romam deportaretur, ſcribit Plutarch. in Antonio, his verbis: Ἐκ δὲ τούτου τὸν Προκουλήϊον ἔπεμψε κελεύσας, ὡς δύνηται, μάλιστα τῆς Κλεοπάτρας ζώσης κρατῆσαι. καὶ γὰρ ἐφοβεῖτο περὶ τῶν χρημάτων, καὶ μέγα πρὸς δόξαν ἡγεῖτο τὸ θρίαμβον, καταγαγεῖν ἐκείνην. F

NEC MVLIEBR. EXP. ENS.] quemadmodum verè dicere licet eam non extimuiſſe ferrum: ita conſtat enſe non perijſſe: ſed duntaxat conatam eſſe ſibi manus afferre: à Proculeio autem eſſe prohibitam. expauit autem, id eſt, extimuit.

MVLIEBRITER] Oda 6. epod. *Vos, quibus eſt virtus, muliebrem tollite luctum.*

NEC LAT. CLASSE CITA, &c.] id eſt, nec ſeſe contulit in abditas & abſtruſas Ægypti latebras, in quibus vel deliteſceret, vel nouum exercitum aduerſus Cæſarem compararet. Ad hunc locum pertinent hi Virgil. verſus lib. 8. Æn. *Contrà autem magno mœrentem corpore Nilum, Pandentémque ſinus, & tota veſte vocantem, Cæruleum in gremium, latebroſáque flumina victos:* ad quos notat Seruius, Cleopatram præſagio mortis futurę, & metu perturbatam, tuti receſſus immemorem fuiſſe, vbi facile poterat bellum reparare: de qua re ſe moriens dicitur accuſaſſe: ex quibus & Seruij verbis, & Virgilij verſibus poſſum recte videri hunc

Digitized by Google

A hunc locum Horat. explicasse cùm ita dixi, *Nec Cleopatra sese contulit in abditas Ægypti latebras, in quibus vel latitaret, vel nouum exercitum compararet, seséque aduersus Cæsarem nouo belli apparatu instrueret.* Alij tamen sic malunt, nec se in Ægyptũ contulit, vbi latitaret: cum quibus pugnare nolo.

FORTIS ET ASPERAS TRACT. SERP.] Plutarchus scribit in Antonio, de genere mortis Cleopatræ nihil vnquam certi sciri potuisse: nullum veneni vestigium in eius corpore apparuisse: duas tantùm cicatrices esse repertas, exileis & obscuras, quibus adductum Cæsarem, fictam eius imaginem in triumphum deportasse, cui aspis affixa adhæreret. Propertius lib. 3. Fæminas imperare amantibus. *Brachia spectaui sacris admorsa colubris, Et trahere occultum membra soporis iter.*

CORPORE COMBIB.] conciperet, admitteret. & ita M. Tull. lib. 3. de finibus: *sed inficiendi tamen iam debet ijs artibus, quas si, dum tener est, combiberit: ad maiora veniet paratior.* Idem in Hortēs. *Vti qui combibi purpuram volunt, sufficiunt prius lanam medicamentis quibusdam.*

B DELIBERATA MORTE, &c.] Pet. Victorius vir optimè de litteris ac litteratis meritus, lib. x var. lect. hunc locum sic esse distinguendum docet, *Deliberata morte ferocior, Sauis Liburnis scilicet inuidens, &c.* & sæuis Liburnis naueis significari, non Liburnos populos. cui prorsus assentior, præsertim cum faciat cum eo Plutarchus in Anton. his verbis: οἱ τότῳ Λιβυρνίδες ὤφθησαν διώκυκλοι τὴν Καίσαρος. Præterea Vegetius lib. 4. de re militari, scribit Actiaco prœlio Liburnorum auxilijs præcipuè victum esse Antonium, atque iccirco experimento tanti certaminis patuisse, Liburnorum naueis ceteris aptiores esse. Erit igitur hæc sententia, Cleopatra deliberata morte, id est, cùm moriendi consilium cepisset, seu cum mori decreuisset, ferocior, id est, animosior, quàm anteà, ausa est venenum bibere, & serpenteis tractare, quarum contactu & morsu venenum toto corpore conciperet, scilicet Augusto eam laudem, gloriámque inuidens, vt capta per triumphum duceretur. Præterea Lucianus, bonus auctor, LiburC nos & Liburnorum naueis commemorat in eo dialogo, qui inscribitur ἔρωτες. ἐπὶ ἰταλίαν μοι πλεῖν διανοουμένῳ, ταχὺ αὐτῶν σκάφος εὐτρέπισο, τότων τῶν δικρότων, οἷς μάλιστα χρῆσθαι Λίβυρνοι δοκοῦσιν, ἔθνος Ἰονίῳ κόλπῳ παροικοῦν. id est, in Italiam nauigare cogitanti scapha mihi parata fuerat, ex ijs, quæ duobus remis impelluntur. Quòd si quis volet seruata eadem, quã P. Victorio auctore, adhibeo, distinctione, nomine *Liburnis* populos, non eorum naueis intelligere, non admodum improbabo, vt sic explicetur hic locus: Cleopatra deliberata morte, ferocior effecta, quàm prius fuerat, scilicet inuidens sæuis Liburnis populis illis, quorum nauibus magna ex parte parta fuerat Augusto victoria, & cetera, vt suprà. ego tamen explicationem priorem malo.

INVIDENS DEDVCI] tale est hoc, qualia sunt illa, quæ collegimus ad Oden 23. Iam, quòd ad verbum inuidendi attinet, ita Homerus loquitur ὀδ. λ. vbi Vlysses ab Alcinoo oratus, vt reliqua de suis erroribus, laboribus, incommodis perse- D quatur, sic respondet: Εἰδ' ἔτ' ἀκηδέμεναί γε λιλαίεαι, ὄν κεν ἔγωγε Τότων σοι φθονέοιμι, καὶ οἰκτρότερ' ἄλλ' ἀγορεύσαι. id est, non inuidebo tibi his & alia miserabiliora narrare, &c. PRIVATA] non iam regina, vt fat. 3. lib. 1. *Priuatúsque magis vivam te rege beatus.* alij ineptè subintelligunt, regno.

SVPERBO] suprà Ode 35. *superbos Vertere funeribus triumphos.*

NON HVM. MVL. non abiecta, non contempta, immo summo loco nata ac generosissima. M. Tull. in Lælio: *humilem sanè & minimè generosum (vt ita dicam) relinquunt ortum amicitiæ:* vel non fracto, & paruo, sed excelso & magno animo.

## AD PVERVM. Ode 38.

Se tenui apparatu gaudere.

PErsicos odi, puer, apparatus: E
Displicent nexæ philyra coronæ:
Mitte sectari, rosa quo locorum
Sera moretur.
Simplici myrto nihil allabores
Sedulus curo. neque te ministrum
Dedecet myrtus, neque me sub arcta
Vite bibentem.

PERSICOS ODI, PVER,] id est, O puer, nolo in conuiuio adhiberi vnguenta, odores, coronas operosas, & similes delicias, quibus Medi & Persæ vti solebant. Persarum sumtuosum, & luxuriosum apparatum paucis verbis declarat Herodotus Καλλιοπῃ, quo loco Pausanias victoria potitus contra Persas, & suppellectile Mardonij Persarum ducis visa, multo auro, atque argento, & peripetasmatis variè depictis, iubet pistores, & F coquos Mardonij eodem modo, eodémque ornatu cenam sibi apparare, quo modo Mardonio solebant. Quod cùm illi fecissent, hîc Pausanias cùm aspexisset lectos aureos & argenteos, & magnificum illum cenæ apparatũ, obstupefactus epularum appositarum, & ceterarum rerum expositarum copia, iussit ridens suos ministros sibi cenam Laconicam parare: quo facto cùm magnum inter hos duos apparatus interuallum esset interiectum, tum ridens Græcorum duces euocari iussit, &c. Intelligendum est autem, luxuriem, & sumtuosum apparatum apud Persas increbruisse posteaquam rerum potiti sunt, Medorúmque imperium subegerunt. Nam antea tenuissimum eorum victum fuisse tradit Xenophõ Κύρου παιδ. princip. his verbis: φέροντας δὲ οἰκοθεν σῖτα μὲν ἄρτους, ὅσον δὲ καρδαμον, πεῖν δὲ ὕγης δι-

A ῥύσασθαι. id est, nam domo afferunt, in cibum quidem, panes: in obsonium autem nasturtium, in potum autem, si quis sitiat, poculum fictile, vt aquam de quouis flumine hauriant. Quem Xenophontis locum spectans M. Tull. lib. 5. quæst. Tuscul. *Persarum victus* (inquit) *à Xenophonte exponitur: quos negat ad panem adhibere quicquam præter nasturtium.*

NEXÆ PHIL COR.] de coronis in conuiuio adhiberi solitis cùm aliquid suprà dixerimus, ad Odam 17. tum plura dicemus ad Oden 11. lib. 4. Huc autem libet ascribere quæ tradita sunt ab Athenæo lib. vltimo δειπνοσοφις. vbi loquitur de coronis & vnguentis: qui locus non reperitur in libris vulgatis. Docet igitur ille, multorum antiquorum poëtarum, philosophorum, aliorúmque scriptorum testimonijs collectis, initio reperta esse vincula forte fortuna oblata, quibus in conuiuijs & poculis capita religarent, propter dolorum capitis ex vino liberalius poto grauitatem & intẽtionem, cùm capitis & temporum vinctionem ad illos dolores sedandos valere existimarent: posterius verò ornatum etiam ad hæc vincula accessisse, à conuiuijs non alienum, coronis floreïs cõcinnatis, & connexis. Capiti autem coronas imponi solitas ad arcendos (vt diximus) capitis dolores ex immoderato vini potu conflatos, quia in capite sensus omnes inesse videantur, & quia vtile sit, in potu caput esse tectum, & tempora reuincta: quamquam etiam pectus coronare solerent, vt cordis & vitæ sedem. Vincula autem capitis paratissima, & vsitatissima fuisse, hederacea, quia hedera & vbiuis locorum, vulgóque nascatur, & aspectum præbeat non iniucundum ob viriditatem innatam, & latitudine frondium, ac magnitudine corymborum facillime frontem opacare possit, & contentionem in constringendo ac vinciendo sine periculo ferre queat, & refrigerandi vim habeat sine odoris grauitate. Cùm igitur coronæ primùm ad prohibendum immoderati potus incommodum, & valetudinis causa essent excogitatæ, deinde etiam voluptatis ratio esset habita: ita connecti cœptæ sunt ex rosa, viola, lauro, amaraco, lilio, narcisso, myrto, & similibus floribus: de quorum florum singulorum natura & virtute multa ibidem Athenæus. philyra autem, tenuissima & subtilissima est tiliæ membrana, qua accuratius, & operosius coronæ nectebantur. Plinius libro 16. cap. 14. *Inter corticem & lignum tenueis tunicas multiplici membrana, è quibus vincula tiliæ vocantur: tenuissimæ earum philiræ coronarũ lemniscis celebres, antiquorúmque honore.*

B

SERA] quæ in longinquis terrarum oris tardius nascitur.

SIMPLICI MYRTO, &c.] nihil te adhibere volo ad conuiuij apparatum præter myrtum, cuius odor & gratissimus est, & minimè sumptuosus. Myrthum myrrhinam appellant Græci: de qua multa Athen. libro illo vltimo. Frons est & Veneri gratissima, & ad discutiendum vini vaporem vtilissima. de ea diximus nonnulla sup. ad Odam 25.

C D E

NIHIL ALLABORES] nihil addas. sed allaborare est ἐμφατικώτερον. Valet enim, laboriose aliquid alteri addere. vtitur eod. verbo Ode 8. lib. epod. *Ore allaborandum est tibi.*

SEDVLVS CVRO] Ordo est, sedulò curo, ne quid addas myrto. Ex myrto autem fiebant etiam coronæ, quibus in vino, & epulis vtebantur, vt Od. 7. lib. 2. *Quis vdo Deproperare apio coronas, Curátue myrto?*

SVB ARCTA VITE] sub angusta pergula, ex vite ad vmbram comparata.

CARMI-

Digitized by Google

A

# CARMINVM LIBER SECVNDVS.

## AD C. ASINIVM POLLIONEM. Ode I.

Commendat ſcripta illius, quibus bella ciuilia complectebatur.

MOTVM ex Metello conſule ciuicum,
Bellíque cauſas, & vitia, & modos,
Ludúmque Fortunæ, graueíſque
Principum amicitias, & arma
Nondum expiatis vncta cruoribus,
Periculoſæ plenum opus aleæ
Tractas, & incedis per igneis
Suppoſitos cineri doloſo.
Paullum ſeueræ Muſa tragœdiæ
Deſit theatris: mox, vbi publicas
Res ordinaris, grande munus
Cecropio repetes cothurno,
Inſigne mæſtis præſidium reis,
Et conſulenti, Pollio, curiæ:
Cui laurus æternos honores
Dalmatico peperit triumpho.
Iam nunc minaci murmure cornuum
Perſtringis aureis: iam litui ſtrepunt:
Iam fulgor armorum fugaceis
Terret equos, equitúmque vultus.
Audire magnos iam videor duces
Non indecoro puluere ſordidos,
Et cuncta terrarum ſubacta,
Præter atrocem animum Catonis.
Iuno, & deorum quiſquis amicior
Afris, inulta ceſſerat impotens
Tellure, victorum nepotes
Rettulit inferias Iugurthæ.
Quis non Latino ſanguine pinguior
Campus ſepulcris impia prælia
Teſtatur, auditúmque Medis
Heſperiæ ſonitum ruinæ?
Qui gurges, aut quæ flumina lugubris
Ignari belli? quod mare Dauniæ
Non decolorauere cædes?
Quæ caret ora cruore noſtro?
Sed ne, relictis Muſa procax iocis
Cea retractes munera næniæ,
Mecum Dionæo ſub antro
Quære modos leuiore plectro.

MOTVM CIVICVM] bellum ciuile. ſed aptius eſt nomen motus, & ſignificantius. Pollionem, qui tragœdias, ſeu prætextas potius, ſcribebat de bellis ciuilibus, monet Horatius, vt hanc ſcripturam tantiſper intermittat, dum reſtituatur in ordinem, atque in ſuum ſtatum Reſpub. vel, vt alij malunt, dum hiſtoriam de eodem bello ciuili, ordine perſcripſerit. Erat enim Pollio & tragœdiarum, & hiſtoriarum ſcriptor. Pollionem autem tragœdiarum, ſeu prætextarum fuiſſe ſcriptorem declarant illa Horatiana ſat. x. lib. 2. *Pollio Regum Facta canit pede ter percuſſo.* idem infrà hac eadem Oda, *Paullum ſeuerae muſa tragœdiae Deſit theatris, &c.* Quòd autem quidam alioqui docti, exiſtimant, principium huius Od. *Motum ex Metell. &c.* intelligendum eſſe de ſcriptione hiſtoriæ mihi vehementer errare videntur: & miror, hoc eis vmquam in mentem venire potuiſſe. Nam & verborum ſtructura, & orationis ſeries, & ſententia ipſa perſpicuè declarant, hoc totum ad tragœdiæ ſcriptionem pertinere. Sic enim Horatius. Tu pollio tractas motum ciuilem à Metello conſule, bellique cauſas, &c, periculoſæ plenum opus aleæ, &c. Intermitte (inquit Horatius) iſtam ſcriptionem, & ſine muſam tragicam paullíſper deſiderari à theatris: mox vbi cum aliis ſenatoribus rempubl. in ſuum ſtatum reſtitueris,

A seu in ordinem redegeris, atque ordinaris, grande muntus scriptionis tragicæ repetes. hæc mihi videtur esse huius loci sententia. quam maleuoli quidam homines, & inuidia obcæcati non viderunt. Seruius hunc locum profert ad illum Virg. lib. 6. Æneid. *ciuili tempora quercu.*

EX METELLO CONSVLE] L. Afranij collega, de quo sic M. Tull. epist. ad Attic. lib. 1. *Metellus tuus est egregius consul. vnum reprehendo, quòd otium è Gallia non magnopere nuntiari gaudet.*

BELLIQVE CAVSAS] belli causæ, verbo erant (vt ipse Cæsar dicebat) quòd intercessio sublata, ius tribunitium sublatum, circumscriptus esset Antonius, reuera dominandi cupiditas, & πλεονεξία.

LVDVMQVE FORTVNÆ] sic sup. Od. 2. lib. 1. bellum, ludum Martis appellauit. Iam quis nescit fortunam in bello plurimum posse? Ex quo dicunt Latini, belli fortunam experiri, seu tentari, & apud Ennium: *Quorum virtuti belli fortuna pepercit, &c.*

GRAVEISQVE PRINCIPVM AMIC.] primùm L. Crassi, Cn. Pompeij, C. Cæsaris: deinde Octauiani, M. Lepidi, M. Antonij.

B NONDVM EXP. VNCTA] arma sanguine ciuili, cuius nondum pœnas meritas luimus, oblita: arma adhuc cruenta sanguine ciuili, neque dum aliqua expiatione, pura effecta. videtur spectare ad morem veterum Græcorum, qui si cædem aliquam extra bellum admisissent, tam diu manus habebant cruentas atq; impuras, donec ab aliquo rege expiati atq; abluti essent. annot. sup. Od. 2. lib. 1. *Cui dabit partes scelus expiandi Iupiter?*

PERICVLOSÆ PLEN. OP. AL.] propter incertum belli euentum. nam cùm sit necesse in scribendis his prætextis, multorum vitia notare, multorúmque voluntates offendere, verisimile est, eos, quos scriptis offenderis, si vicerint, grauiter laturos. Licet hoc etiam referre ad historiarum scriptionem, ex sententia Seruij. Hæc enim annotat ille ad illum Virg. versum Palæm. *Pollio enim amat nostram, &c. Blanditur iam Pollioni patrono: quem tragœdiarum & historiarum scriptorem fuisse testatur Horatius. Nam in secundo carminum*
C *dicit de historiis, periculosæ plenum opus aleæ Tractas, &c. Idem paullo pòst de tragœd. Paullum seueræ musæ tragœdiæ, &c.*

ET INCEDIS PER IGNEIS] allegoria est, qua obscurè significat idem, quod proximè dixerat, periculosam esse illorum temporum tragœdiam scribere, seu tragœdiæ scribendæ ex bellis ciuilibus argumentum sumere.

CINERI DOLOSO] cineri, qui celat, & tegit igneis subiectos. sic infrà Od. 27. lib. 3. *Taurum dolosum* appellat, qui deum celat.

PAVLLVM SEVERE] sine, vt theatra tantisper tuis tragœdiis careant, dum hi motus ciuiles conquiescunt, perinde ac si diceret, intermitte vsque eò scriptionem tragicam, quo ad remp. dissipatam ac disiectam ordinaris: vel intermitte tragœdiæ scribendæ studium: néue tragœdias tuas, quæ tali argumento constant, scenæ committe hoc tempore, rebus videlicet nondum compositis, neque ordinatis.

MOX, VBI PVBLICAS R. O.] id est, vbi D ea, quæ sunt in rep. turbata, dissipata, disiecta digesseris, disposueris, in suum ordinem restitueris: munus scribendi abs te susceptum repetes: vel vbi historiam belli ciuilis oratione soluta conscripseris, vt alij volunt.

CECROPIO] Attico, seu Athenienſi. Thespis enim, Æschylus, Sophocles, Euripides tragœdiarum scriptores, Athenienses fuerunt, suasque tragœdias Athenis docuerunt. Fuit autem Cecrops Actæi gener, eius, quem primum in Attica regnasse scribit Pausanias Atticis, his verbis: Ακταῖον λέγουσιν ἐν τῇ Αττικῇ βασιλεῦσαι πρῶτον. ἀποθανόντος δὲ Ακταίου Κέκροψ ἐκδέχεται τὴν ἀρχὴν θυγατρὶ συνοικῶν Ακταίου.

INSIGNE MÆST. PRÆS. REIS ET CONSVLENTI] id est, qui & causis agendis, reisq; defendendis, & consilio dando, sententiáque dicenda, cùm in senatu magnis de rebus consultatur, multum vales.

CVI LAVRVS] significat eum de Dalmatis triumphum egisse. Vicerat autem Salonam Dalmatiæ ciuitatem, vt notat Seruius ad illum Virgil. E locum Palæm. *quo te quoq; gaudet*, vbi hos versus Horatij profert.

IAM NVNC MINACI] ostendit Pollionem ita subijcere oculis præliorum imaginem, vt ij, qui legant, spectare, atque iis, quæ narrantur, interesse sibi videantur. & est elegans ὑποτύπωσις. In prælijs autem ad exacuendos & excitandos militum animos, cornua, litui, tubæ adhibebãtur, vt ex hoc loco, & Ode 1. lib. 1. colligitur. & *Litui tubæ Permistus sonitus.* Erat autem lituus genus buccinæ incuruæ. Ennius: *Inde loci lituus sonitus effudit acutos.* Festus.

NON INDEC. PVL. SORD.] qui pro patriæ libertate fortiter pugnantes occubuerunt. vide sup. Ode 15. lib. 1. *puluere Troico Nigrum Merionen.*

ET CVNCTA TERR.] Et omneis terrarum parteis. Similia sunt illa, quæ alibi annotabimus, *angusta viarũ, extrema finiũ, amara curarum, &c.*

PRÆTER ATR. AN. CAT.] sup. Od. 12. *& Catonis Nobile lethum.* Plutarchus in Catone, F scribit populum Vticensem statim audita Catonis morte, ad eius fores concurrisse, atque vna voce conclamantem, illum solum seruatorem, ac beneficum, solum liberum, solum inuictum appellasse. his verbis: καὶ μικρὸν ὕστερον ὁ δῆμος τῶν ὑπαίθων μία φωνῇ τὸν εὐεργέτην καὶ σωτῆρα, καὶ μόνον ἐλεύθερον, καὶ μόνον ἀήττητον καλοῦντων. Ipse Cæsar verò accepto de eiusdem morte nuntio dixisse fertur: Cato inuideo tibi mortem. tu enim mihi tuam salutem inuidisti. atrocem igitur animũ intellige constantẽ, imperterritum, ἄφοβον. nam assentior iis, qui hoc nomen à verbo Græco deductum volunt, τρέω: quod valet tremere, vt sit atrox is, qui non timeat: quamq; scio atrocem interdum aliud significare.

IVNO, ET DEORVM] Iuno, & alij dij, qui Numidis fauerant in bello Iugurthino, Numidarum, & Afrorum calamitate, necéque Iugurthæ (fuit enim ille Romæ in carcere necatus) offensi, victores ipsos, nempe Romanos, eorúmq; posteros Iugurthæ mânibus, tamq; victimas mactarunt, ac parentarunt.

INVLTA

A INVLTA TELLVRE.] Africa.

IMPOTENS] vel ἀκρατὴς τῆς ὀργῆς, vt suprà Od. 37. id est, irata, vel non potens, id est, quæ non potuerat odium suum explere.

VICTORVM NEPOTES] posteros Romanorum, qui fuerant victoria potiti.

INFERIAS] victimas, quæ mânibus immolantur, seu mactantur. de Iugurtha autem lege Sallust.

IMPIA] scelerata, patriæ pernicioſa, in quibus ciuis ciuem trucidat.

HESPERIÆ] Italicæ, vt Ode 36. lib. 1. Dionys. Halicar. ἀρχαιολ Ρωμ. Ελληνες ἑσπερίαν καὶ αὐσονίαν ἐκάλουν τὴν Ἰταλίαν· οἱ δ' ἐπιχώριοι σατορνίαν. i. Græci, Italiam, Hesperiam & Ausoniam appellabant: Incolæ autem Saturniam.

DAVNIÆ CÆDES] Appulorum, & Italorum cædes.

SED NE RELICTIS MVSA] sic Musam reprimit Ode 3. lib. 3. *Quò Musa tendis? desine pervicax Referre sermones Deorum.* sic Pindarus in medio carmine, seipsum, ab eo, quod instituerat, aberrantem, aut ad ea, quæ ad rem susceptam minus pertinebant, digredientem reprimit, & reuocat. εἰδ. γ. Νεμ. θυμὲ τίνα θεὸς ἀλλοδαπὰν ἄκραν ἐμὸν πλόον παραμείβῃ? & Olymp. εἰδ. θ. cùm Herculem tribus diis, quos eo loco nominat, præstantiorem esse ostendisset, seipsum reprimens, talémq; orationem abominans, odiosam atque inuisam sapientiam esse dicit diis maledicere. ἀπόμοι λόγον τὸν τόμα ῥίψον· ἐπεὶ τὸγε λοιδορῆσαι θεὸς ἐχθρὰ σοφία. & paullo pòst. μὴ νῦν λαλάγει τὰ, &c.

B

CEÆ NÆNIÆ] Simonidei carminis. fuit enim Simonidis (vt Scribit Quinctilianus) virtus mirifica in commiseratione commouenda, & in tractandis rerum tristium argumentis. Ideóque Catull. *Paullum quidlibet allocutionis Mæstius lacrymis Simonideis.* Céeæ sine dipthongo in priore syllaba scriptum est in omnib. lib. veter. Theoc. εἰδ. ιζ. Εἰμὶ δὲ τὰς ἀοιδὰς ὁ κήιος ἄνδρα φανέων, &c. aptissimo autem vocabulo vsus est, *nænia*, quod est carmen funebre, & lugubre, vt Ode vltima huius libri. *Absint inani funere næniæ.* quamuis pro quouis carmine ab eodem vsurpetur: vt Od. 28. lib. 3. *Dicetur merita nox quoque nenia.* & epist. 1. lib. 1. *an puerorum Nænia, quæ regnum recte facientibus offert.*

C

RETRACTES] iterum tractes. sic Virg. lib. 7. Æn. *Agmina in arma vocat subitò, ferrúmque retractat.*

DIONEO SVB ANTRO] Dionen Veneris matrem esse etiam Homerus testatur ἰλ. ε. quo in loco ait Venerem à Diomede vulneratam, atque in cælum reuersam statim in sinum, & complexum matris Dionæ concidisse. Ἡδ' ἐν γόνασι πίπτε Διώνης δῖ' Ἀφροδίτη Μήτρος ἑῆς· ἡ δ' ἀγκὰς ἐλάζετο θυγατρὸς ἑῆς. & Eurip. Hel. Κύπρι Διώνης Κύπρι, μὴ μ' ἐξεργάσῃ. Theoc. autem εἰδ. ιε. Venerem Dionæam appellat. Κύπρι Διωναία, & Virgil. in Mœride, Augustum Cæsarem tanquã ab Iulo & Venere prognatum, Dionæum vocat. *Ecce Dionei procedit Cæsaris astrum.* Hoc igitur loco antrum Dionæum, Venereum intelligemus, in quo sint canendæ res leues, & amatoriæ, & Venereæ.

PROCAX] Saty. 6. lib. 2. *seruóque procaceis Pasco libatis dapibus.*

D

QVÆRE MODOS] versus, cantus, vt Od. 3. lib. 3. *Magna modis tenuare paruis.* & huius lib. Od. 12. *nec Siculum mare Pœno purpureum sanguine mollibus Aptari citharæ modis.* & 9. lib. 3. *Dulceis docta modos.* & de arte poët. *Accessit numerisque, modisque licentia maior.*

## AD C. SALLVSTIVM Crispum. Ode 2.

Primùm Proculeium laudat ob liberalitatem in fratres: Deinde ostendit, eum, qui suas cupiditates reprimere, pecuniamque contemnere possit, solum regem, solum beatum esse.

*NVLLVS argento color est, auaris*
*Abditæ terris inimice lamnæ*
*Crispe Sallusti, nisi temperato* E
*Splendeat vsu.*
*Viuet extento Proculeius æuo,*
*Notus in fratres animi paterni.*
*Illum aget penna metuente solui*
*Fama superstes.*
*Latius regnes auidum domando*
*Spiritum, quàm si Libyam remotis*
*Gadibus iungas, & vterque Pœnus*
*Seruiat vni.*
*Crescit indulgens sibi dirus hydrops:*
*Nec sitim pellit, nisi causa morbi*
*Fugerit venis, & aquosus albo*
*Corpore languor.*
*Redditum Cyri solio Phraaten* F
*Dissidens plebi, numero beato-*
*Rum eximit virtus: populúmque falsis*
*Dedocet vti*
*Vocibus, regnum, & diadema tutum*
*Deferens vni, propriámque laurum,*
*Quisquis ingenteis oculo irretorto*
*Spectat aceruos.*

NVLLVS ARGENTO COLOR EST, &c.] Horum verborum hæc sententia est, Nihil habet nitoris argentum, nihil splendoris, nihil pulchritudinis, nisi vsu modico ac moderato, id est, neq; nimiùm profuso, neque nimiùm parco splendorem, & nitorem acquirat.

ABDITÆ TERRIS INIMICE LAMNÆ] O Crispe

Digitized by Google

A O Crispe Sallusti inimice laminis, id est, crustis tenuibus aureis, seu argenteis in terram defossis: qui odisti nimiam pecuniæ custodiam: liberalitatem autem & munificentiam diligis. *lamnæ* positum pro laminæ. vt epist. ad Vall. *ventres lamna candente nepotum Diceret vrendos.* falluntur autem, qui pertinaciter contendunt hîc esse legendum *Abdito*. Nam planè hic est ordo verborum, O Crispe Sallusti, inimice lamnæ, seu laminæ terris abditæ, id est, in terras defossæ, Nullus est color argento, &c. Quòd si ita locutus esset Horatius, vt quidam eum locutum esse volunt, Nullus est color argento abdito terris, nisi splendeat vsu temperato, nónne esset ineptissime locutus? Quid enim ineptius, atque absurdius, quàm ita loqui, nullus est nitor argento in terras abdito, & ita deformi, & rubiginoso, nisi niteat? &c. Est enim simile ac si quis ita dicat, Nulla est mulieris deformis gratia aut venustas, nisi formosa sit.

EXTENTO] longo, producto. translatum, propriè dixit epist. ad August. *Ille per extentum funem mihi posse videtur Ire poëta.* & Od. 15. huius lib. *vndiq; latius Extenta visentur Lucrino Stagna lacu.*

B ILLVM AGET PENNA MET. SOLVI] Omnino sic est legendum: & ita reperi scriptum in omnibus codicib. manu scriptis. denique hanc lectionem agnoscit Porphyr. Corruperunt autem hunc locum arrogantes quidam, & indocti homines, qui, cùm facile animaduerterent hoc sentire Horatium, Proculeij nomen propter eius eximiam in fratres suos liberalitatem, immortale futurum, existimarentque, si *metuente* legeretur, planè aliam, & contrariam huius loci sententiam futuram, quasi penna metuens solui, sit ea, quam dies, aut vis aliqua sit solutura, negationem *haud*, addiderunt. Sed quamuis nemo mediocriter doctus dubitet, quin hæc sit vera, & germana scriptura, constitui tamen, vt adolescentibus consulam, eius rationem explicare. Penna igitur metuens solui ea est, cuius nulla vmquam dissolutio est futura. Atq; ita loquitur Virg. Georg. 1. *Arctos Oceani metuenteis aquore tingi.* quibus verbis nihil aliud significat Virgilius, quàm arctos nunquam occidere, & *metuenteis*, valet φυλαττομένας:

C id est, cauenteis. Est eim versus ille ex Arato ad verbum ferè expressus. Ἀρκτὸν κυανέην πφυλαγμέναι ὠκεανοῖο. quod idem est apud Homer. ιλ. σ. de vrsa maiore, Οἵη δ' ἄμμορός ἐστι λοετρῶν ὠκεανοῖο. Sed cuius

● testimonium grauius nobis esse debet, quàm ipsius Horatij, qui frequentissimus est in huiusmodi loquendi generibus? sic loquitur Saty. quinta libro secundo, *forti nubet procera Corano Filia Nasica metuenteis reddere soldum.* nam *metuentis* hoc loco nihil aliud esse puto, quàm nolentis. & lib. 3. Ode x1. *metuitque tangi Nuptiarum expers*, id est, non vult tangi. & Od. 5. lib. 4. *Culpari metuit fides*, id est, nemo est, qui violare fidem velit. & Od. 24. lib. 3. *& metuens alterius viri Certo fœdere castitas*, id est, castitas ab altero viro abhorrens: & epist. 1. lib. 2. *Sed turpem putat in scriptis, metuitque liturã*, & epist. ad Quinctium. lib. 1. *Labra mouet metuens audiri*, id est, nolens audiri. & ad Loll. 2. eod. lib. *Si benè te nouit metues liberrime Lolli Scurrantis speciem prebere professus amicum.* sic & Persius Saty. 1. *Non ego cùm scribo si forte quid aptius exit, Quando hæc rara auis est, si quid tamen aptius exit, Laudari metuam.* Tralationem autem ductam esse ex eo puto, quòd qui metuunt quippiam, id ipsum fugiunt, & vitant, quam maximè possunt. Itaque Virgil. hæc verba Arati πφυλαγμέναι ὠκεανοῖο, ita vertit, *Oceani metuentes æquore tingi*, cum verbum Græcum φυλάττεσθαι idem, quod cauere, & vitare significet. Sic igitur hic locus est legendus: neque exsistat posthac quisquam vsque adeò audax, atq; impudens, vt, quæ apud bonos scriptores non intelligit, audeat corrumpere. Hæc ego cùm M. Mureto Venetiis demonstrassem quin ita esset, vt sentio, ne dubitandum quidem esse dixit: sed cùm in iis exemplis, quæ sunt ab eo (vt dicebat) aliquot locis emendata, hoc mendum hærere vidisset, huius erroris culpam in operas typographi contulit: & paucis pòst mensibus, cùm libros variarũ lectionum ederet, magnam partem eorum, quæ ad hunc locum in meis commentariis legerat, in sept. caput primi libri me conniuente & permittente retulit.

E LATIVS REGN. AVID, &c.] sententia generalis est. hoc enim significat, latiores vnũquẽq; regni fineis habiturum, si suas cupiditates reprimat ac refrênet, quàm si disiunctissimas terrarum parteis possessionibus continuet, & coniungat.

SPIRITVM] φρόνημα.

CRESCIT INDVLGENS.] significat, auarum non sanari pecuniæ accessione, quemadmodum neque hydropicus conualescit aquæ potu. sic Bion apud Teletem lib. de comparatione diuitiar. & paup. Καί εἴπις βύλεται ἢ αὐτὸς ἐνδείας καὶ ἀπορίας ἀπολυθῶαι ἢ ἄλλον παραλύσαι, μὴ χρήματα αὐτῷ ζητείτω. ὅμοιον γάρ φησιν ὁ βίων, ὡς εἴπις τὸν ὑδρωπικὸν βουλόμενος παῦσαι τὸ δίψος, τὸν μὲν ὕδρωπα μὴ θεραπεύοι. κρήνας δὲ καί ποταμοὺς αὐτῷ παρασκευάζοι. ἐκείνος τι γὰρ αὖ μᾶλλον πίνων διαῤῥαγείη, ἢ παύσαιτο δίψους: οὔπος τε ἂν αὖπαυ ἰκανωθείη, ὅταν ἢ ἄπλητος: id est, & si quis vult aut ipse indigentia, & inopia liberair, aut alium liberare, ne pecunias sibi, aut illi quærat. Simile enim fuerit, inquit Bion, vt si quis hydropicum siti liberare volens, hydropa quidem non curet, fonteis F autem & fluuios ei apparet atque apponat. Nam & ille prius bibendo rumpatur, quàm morbo leuetur, & hic numquam satis habuerit, cùm sit insatiabilis.

DIRVS HYDROPS] Hydrops, morbus est notissimus & generis fœminei est apud Græcos, ἡ ὕδρωψ. Hydropicum nominant, qui eo morbo laborat. vide Corn. Celsum lib. 3. Videtur tamen hoc loco poni morbus pro ægro. Quidam libri veteres habent, durus: quos non sequor.

FVGERIT VENIS] fugerit è venis.

ET AQVOSVS ALBO CORP. LANG.] albo corpore, id est, pigro, languido, & inerti, ἀργῷ. sic Satyra 2. lib. 2. *pinguem vitiis, albúmq; nec ostrea, Nec scarus, aut poterit peregrina iuuare Lagois.* & Pers. *Turgidus hic epulis, atq; albo ventre lauatur.* Iam per hæc duo aquosum languorem, morbum significauit, ὕδρωπα.

PHRA-

Digitized by Google

A PHRAATEN] Fuit hic Phraates rex Parthorum. Iul. Flor. epit. 100. Cornel. Tacitus lib. 2. Strabo lib. 6. Hor. de eod. epist. ad Iccium lib. 1. *ius, imperiúmq; Phraates Cæsaris accepit genibus minor.* fuit & Phraortes (aduersus quem pugnauit M. Antonius) rex Parthorum, Medorum, Persarum: de quo Plutarch. in Antonio. iccircò quidam hoc loco legi volunt *Phraortem*: à quibus dissentio. nihil enim vetat, quo minus Phraates idem & Parthorum, & Persarum regnum obtinuerit, vt Ode 5. lib. 3. Præterea Priscian. lib. 18. hunc locum testem producens, vulgatam scripturam agnoscit.

REDDITVM CYRI SOLIO] in Cyri sedem & locum, id est, in regnum, imperiúmq; Persarum restitutum. Est autem hæc huius loci sententia, quam quidam indignis modis deprauant. Virtus igitur (inquit Horat.) à plebe dissidens, Phraatem regem in numero beatorum non habet, populúmque & multitudinem imperitam, quæ solet reges & dynastas in beatis numerare, immò verò eos solos beatos prædicare, dedocet his vocibus vti, falsis præsertim, dum ipsa eum solum verè beatum, ac verè regem iudicat, qui pecuniam contemnit, qui auri splendore non capitur, neque commouetur. hunc Phraatem commemorat epist. 12. lib. 1. *ius imperiúmque Phraates Cæsaris accepit genibus minor.* Est autem hic versus, *Dissidens plebi numero beatorum*, hypermeter, & syllaba eius vltima pertinet ad versum sequentem. cuius generis exempla alibi colligemus. Iam hoc *dissidens plebi* pro illo *dissidens à plebe*, Horatianum est. vt sup. lib. 1. Ode. 27. *Vino & lucernis Medus acinaces, Immane quantum discrepat*, pro discrepat à vino & lucernis. & epist. 2. lib. 2. in extr. *& tamen idem Scire volam, quantum simplex, hilarisq; nepoti Discrepet.* & Saty. 6. lib. 1. *longè mea discrepat istis Et vox, & ratio.* & Saty. 3. lib. 2. *quid discrepat istis, Quæ nummos, aurúmque recondit nescius vti Compositis?* & de arte poët. *Primo ne medium, medio ne discrepet imum.* ibid. *& diuina futuri Sortilegis non discrepuit sententia Delphis.* sic apud eundem *distare* & *differre* cum casu dandi coniunguntur. Ode 9. lib. 4. *Paullum sepultæ distat inertiæ Celata virtus.* & epist. ad Mæcen. 2. lib. 1. *quid distent æra lupinis.* & epist. ad Loll. 2. eod. lib. *infido scurræ distabit amicus.* de arte poët. *Nec sic enitar tragico differre colori, &c.* & Saty. 4. lib. 1. *nisi quòd pede certo Differt sermoni, sermo merus.*

PROPRIA'MQVE LAVRVM] id est, perpetuam, & quæ amitti, aut eripi non possit, vt Saty. 6. lib. 2. *nihil amplius oro, Maia nate, nisi vt propria hæc mihi munera faxis.*

QVISQVIS INGEN. OC. IRR, &c.] Nemo mihi videtur hunc locum rectè explicare. Nam alij *oculo irretorto* interpretantur *sine cupiditate, & sine inuidia*: alij *non reflexo à continentia ad cupiditatem*: alij *non inuidente*: alij aliter, quæ omnia mihi sunt tenebræ. Ego verò huic pulcherrimæ sententiæ ab illis obscuratæ potius, quàm declaratæ, lucem ex aliis scriptoribus afferre volo. Pindarus igitur πυθ. ὠδ. γ. de Æsculapio loquens, non dissimili dicendi figura ait eum auri aspectu, ac splendore captum, Hippolytũ mortuum ab inferis reuocasse, his: ἀλλὰ κέρδει καὶ σοφίᾳ δέδεται. ἔτρεψε καὶ νεῖον ἀμάρυγμα μιδέων, χρυσὸς ἐν χερσὶ φανείς. id est, sed illius oculos reflexit, ac retorsit aurum splendens in alterius manibus conspectum: victa est oculorum eius acies auri splendore. Itaque ex his Pindari verbis, sic hunc Horatij locum explico: Virtus Phraatem è numero beatorum eximit, vni regnum deferens, qui ingenteis auri aceruos ita spectat, vt oculos suos nullam in aliam partem reflectat, aut retorqueat: qui aurum rectis oculis intueri potest: cuius ea est oculorum animi acies, vt auri splendore non offendatur, neque præstinguatur, id est, qui ita aspicit, vt non concupiscat, aut corrumpatur. Est autem metaphora ducta ab iis, qui oculorum vitio lucem aspicere non possunt: sed oculos ab ea demouere, atque in aliam partem reflectere coguntur. vnde natæ sunt hæ & apud Græcos, & apud Latinos loquendi figuræ: ὀρθοῖς ὄμμασι προσβλέπειν, ἀσκαρδαμύκτοις, ἀτρέπτοις, id est, rectis, fixis, immotis, non reflexis oculis intueri, id est, sine dubitatione, & sine metu aspicere. Theocrit. εἰδ. ε. μέγα δὲ ἄλθομαι, εἰ τύ μ' ὑπὲρ μᾶς Ὄμμασι τοῖς ὀρθοῖσι ποτιβλέπειν: id est, molestè autem fero, si tu me audes rectis oculis intueri: si aspectus mei splendor & dignitas, meáque præstantia non te deterret, quo minus aduersum aspicere audeas. Suet. in Augusto, *vnde præbitam Antonio materiam putem exprobrandi, ne rectis quidem oculis eum aspicere potuisse instructam aciem.* Aristoph. ἱππ. βλέψον εἰς ἐμ' ἀσκαρδαμύκτης. Oppian. lib. 1. κυνηγ. Ἦ πῶς αὖ δέδορκε ἀσκαρδαμύκτοισιν ὀπωπαῖς Αἰζηοῖσι λόχον πεπυκασμένον ὁπλίτῃσι. Καὶ χαλκὸν σιναγῶνα, καὶ ἀστράπτοντα σίδηρον. Huc pertinet Plutarchi locus in Cicerone, quo loco eum cum Demosthene comparat, ostenditque, illum aduersus munera, & corruptelas integrum, sanctum, castum, atque vndique septum fuisse: hunc contrà ad corrumpendum tenerum ac facilem. Sic autem loquitur Plutar. πρὸς τὰς δωρεὰς βασιλέων ἀνεπιλέπτως καὶ οὐκ εὐτόλμως. id est, non ausus esset Demosthenes regum munera aduersis & irretortis oculis intueri: erat illi ita tenera & imbecilla oculorum acies, vt auri splendore præstingueretur. Quemadmodum igitur ait Plutarchus Demosthenem non fuisse ausurum regum munera irretortis oculis intueri: quibus verbis significat, illum fuisse δωροδόκον, id est, ad capienda munera facilem, promtum ac procliuem: sic hoc loco Horat. dicit eum verè regnare, verósque triumphos agere, qui magnam vim auri & argenti spectare, possit oculis irretortis, id est, qui pecuniæ magnitudine de consilio suscepto ac proposito non deducatur: qui pecuniam contemnat: qui habeat animum à pecunia incorruptum, integrum, inuictum. Est enim (vt dixi) tralatio ab oculorum sanitate, & integritate, ad animi magnitudinem & castitatem. Vtitur eadem similitudine M. Tull. in epist. quadam ad Brutum cuius initium est, *Cum sæpe te litteris*, &c. significans periculum esse ne animus Octauiani vincatur á specie honoris falsa, his verbis, *videtur enim in eo esse indoles: sed flexibilis ætas: multique ad deprauandum parati. qui splendore falsi honoris*

*obtecto,*

Digitized by Google

A *obiecto, aciem boni ingenij præstingui posse confidunt.* Quamobrem autem oculi splendore offendantur, elegantem reddit rationem Lucretius lib. 4. *Splendida porrò oculi fugitant, vitántque tueri. Sol etiam cæcat, contrà si tendere pergas: Propterea, quia vis magna est ipsius, & altè Aera per purum grauiter simulachra feruntur, Et feriunt oculos turbantia composituras. Præterea splendor quicumque est acer, adurit Sæpe oculos, ideò quòd semina possidet ignis Multa, dolorem oculis quæ gignunt insinuando.* Quòd autem Turnebus ita hunc locum explicat, *Quisquis ingenteis oculo irr. Sp. ac.* id est, quisquis non est auarus, nec aspectu pecuniæ mouetur: planè idem atque ego, sentit, nihilque à me in eo discrepat. sed cùm addit: *nam qui pecuniæ est auidus, & studiosus, ad eius acerũos subinde retorquet oculos, ac pæne strabus efficitur: nec sic ab ea auelli potest, quin oculos sæpenumero reflectat, vt eam aspiciat:* cùm, inquam, hæc addit, à mea sententia longissimè discedit, & in communem aliorũ multorum errorem reuoluitur. Ita enim dicunt, eum, qui aliquid inuitus relinquit, aut aliquid vehemẽter concupiscit, identidem ad illud oculos retor-

B quere. Esto. Sed quid hoc ad huius loci explicationem pertinet? Nihilo plus, quàm exempla, quæ colligũt, nihil enim in eis est, quod ad hũc locũ accommodari possit. Alij enim Orphei exemplum afferunt, cui cùm hac lege esset vxor reddita, vt sequeretur illa à tergo, præiret ipse, neque oculos ad eam retorqueret, id est, neque eam respiceret: *ille Restitit, Euridicémque suam iam luce sub ipsa Immemor, heu, victúsque animi respexit. ibi omnis Effusus labor, atque immitis rupta tyranni Fœdera, térque fragor stagnis auditus Auerni, &c.* Alij Catilinæ exemplum proferunt, qui cùm ex vrbe eiectus esset, oculos sæpe ad eam vrbem, quam inuitus reliquerat, reflectebat, ac retorquebat, eámque ex suis faucibus ereptam esse lugebat. Addunt & Ouidij versum nescio quo ex libro, *Ille dolore ferox caput in sua terga retorsit.* Sed hæc exempla nihil habent, quod huic loco conueniat. Nam neque Orpheus vxorẽ suam Eurydicen spe-

C ctabat antè quàm ad eam oculos retorsit, sed cùm antecederet, oculósq; ad ea, quæ ante pedes erãt, versos haberet, immemor condicionis, & legis; sub qua fuerat sibi vxor reddita, in vxorem ponè sequentem caput, & oculos retorsit. Sic Catilina cùm vrbem inuitus reliquisset, viáque Aurelia in castra Manliana proficisceretur, quæ Fesulis erant, oculos in Etruriam versos habebat, vrbem à tergo relinquebat: in quam propterea quòd eam, vt cupierat, non incenderat, sæpe oculos retorquebat. idem de illo Ouidiano, caput in sua terga retorquente, dici potest. At hic, quem Horatius noster vult verè regem esse, veréque triumphare, spectat auri aceruos oculo irretorto, id est, ita spectat aceruos, vt oculos aliò non retorqueat, sed eos in aceruis defixos habeat: isti autem ita dicunt, aut certe ita debent dicere, si volunt, exempla, quæ afferunt, ad hæc accommodare, non retorquere oculum ad aceruos. At quomodo quis potest oculum retorquere ad id, quod spectat? hoc enim natura, & ratio postulant, vt qui retor-

D quet oculos, aliò retorqueat, quàm quò os versum habet, & quò intuetur, & spectat, vt Orpheus & Catilina aliò retorquent oculos, quàm quo oculos aduersos habent: eò autem oculos aduersos habent, quò versus iter faciunt: Orpheus in eorum, qui viuunt, sedem, & lucem versus: Catilina in Etruriam. non enim Orpheus ab inferis ad superos & ad hominum sedem vxore ponè sequẽte, rediens, oculos ad Orcum & inferos versos habet: nam instar nepæ retrogrederetur: neque Catilina ex vrbe in Etruriam proficiscens, vrbem aspicit: sed & ille aspiciens quæ ante oculos, & ante pedes sunt, iussorum Proserpinæ immemor, in vxorem retorquet oculos: & Catilina via Aurelia iter faciens, & in Etruriam aspectum & faciẽ directam habens, dolore affectus ob id quòd consilium vrbis incendendæ ad exitum non perduxit, subinde ad vrbem reflectit oculos. At hic noster beatus, qui ab Horatio describitur, quique ingenteis auri aceruos spectans oculo irretorto inducitur, si oculum retorqueret, nónne ab aceruis in aliam partem retorqueret? Cum igitur aceruos oculo irreflexo, atque irretorto spectat,

E rectos, ac defixos in aceruis oculos habere intelligitur, & ita sanos, & acreis, & integros & incolumeis, qualis est Aquilarum acies, quæ fulgore solis non læditur, neque obtunditur: non teneros, & imbecillos, quales sunt lipporum oculi, qui quouis splendore offenduntur, ita vt lucem ferre non possint, sed à re splendida, & lucida vel in aliã partem reflectendi, vel claudendi sint: quod nisi faciant, totam oculorum aciem corrumpunt, & vel strabones, vel cæci fiunt. Atque hoc modo conuenit ad hanc sententiam illud Varronis, quod profert Turnebus: sed ille aliter intelligit. *Multi enim, qui lumina intrarunt integris oculis, strabones facti sunt. Habet enim quiddam ἑλκωτικόν,* (id est, ad trahendum valens,) *prouincialis formosula vxor.* significat enim Varro, multos esse magistratus, qui si quam in prouincia mulierem forma præstantem aspexerint, statim libidine incensi, ea potiri velint: quia non habent oculos sanos, continentes, & rectos, sed imbecillos, prauos, & peruersos. Eos enim mulieris formosæ aspectus cor-

F rumpit ac deprauat, quemadmodum nimius fulgor oculorum nostrorum aciem præstinguit, hebetat, & corrumpit. est enim allegoria quædam, vt dixi, & translatio ab oculis corporis ad oculos animi. Potest tamen etiam hoc dici, translationem esse ab iis, qui iter facientes, atque ambulantes, retorquent oculos ad dexteram, aut læuam, ita vt strabi fieri videantur: Cuiusmodi illud quoq; est ex Lucilio: *Nulli me inuidere: non strabonem fieri sapius deliciis me istorum.* Nimis fortasse longus fui: sed refellenda fuit quorumdam hominum pertinacia: qui eo ingenio sunt, vt quiduis, quãtumuis ineptum, effutire, quàm alterius inuenta approbare malint. Huc pertinent Laberij versus, quos profert Gellius lib. x. cap. 17. *Democritus Aoderites physicus, philosophus, Clypeum constituit contra exortum Hyperionis, Oculos effodere vt posset splendore æreo Radiis solis aciem effodit luminis, Malis bene esse ne videret ciuibus: Sic ego splendore fulgentis pecuniæ*

*pecunia Volo elucificare exitum ætatis meæ, Ne in re bona videam esse nequam filium.* Hos autem versus sic in suum modum, numerúmque restitui.

## AD DELLIVM
### Ode 3.

Neque demittendum aduersis, neque efferendum secundis rebus animum: sed hilariter viuendum, cùm æqua sit omnibus moriendi condicio.

*AEquam memento rebus in arduis*
*Seruare mentem: nõ secus in bonis*
*Ab insolenti temperatam*
*Lætitia, moriture Delli*
*Seu mæstus omni tempore vixeris:*
*Seu te in remoto gramine per dies*
*Festos reclinatum bearis.*
*Interiore nota Falerni.*
*Quà pinus ingens, albáque populus*
*Vmbram hospitalem consociare amant*
*Ramis, quá obliquo laborat*
*Lympha fugax trepidare riuo:*
*Huc vina, & vnguẽta, & nimiũ breueis*
*Flores amœnæ ferre iube rosæ:*
*Dum res, & ætas, & sororum*
*Fila trium patiuntur atra.*
*Cedes coëmtis saltibus, & domo,*
*Villáque, flauus quam Tiberis lauit,*
*Cedes: & exstructis in altum*
*Diuitijs potietur heres.*
*Diués ne prisco natus ab Inacho,*
*Nil interest, an pauper, & infima*
*De gente sub diuo moreris,*
*Victima nil miserantis Orci.*
*Omnes eõdem cogimur: omnium*
*Versatur vrna: serius, ocyus,*
*Sors exitura: & nos in æter-*
*Num exsulium impositura cymbæ.*

ÆQVAM MEMENTO] æquam, id est, æquabilem, non contractam, aut demissam, aut fractam rebus aduersis, atque asperis: memento æquo animo ferre res aduersas. sic Plaut. Aulul. *Pol, si est animus æquus tibi, satis habes, qui bene vitã colas.* Idem in Ruden. *ergo animus æquus optimum est æruinæ condimentum.* Terent. Adelph. *ne nimium modò Bonæ tuæ istæ nos rationes Mitio, & tuus iste animus æquus subuertat.* Lucret. lib. 5. *Diuitiæ grãdes homini sunt viuere parcè Æquo animo. animus æquus*, his locis valet, tranquillus, sedatus, non cõmotus, non perturbatus. sic Horat. epist. ad Loll. lib. 1. *Det vitam, det opes: æquum mi animum ipse parabo.* Idem satyra 5. lib. 1. *cenanteis haud animo æquo Exspectans comites.* Idem epist. ad Bullat.. *Est Vlubris, animus si te non deficit æquus.* Idem satyra 3. lib. 2. *Accipe, quid contrà iuuenis respondeat æquus.* interdum non iratus, neque offensus. Cic. pro Rosc. Amer. *Concedo, & quòd animus æquus est, & quia necesse est.* idem in orat. perfect. *Conqueris tamen, vt eos ipsos, quos contrà statuas, æquos, placatósque dimittas.* Hor. Od. 18. li. 3. *abeasq; parum is Æquus alumnis.* & Od. 29. eiusd. lib. *quod adest, memento Componere æquus.* & carmine sæculari ad Deos: *Si palatinas videt æquus arceis.* Idem epist. ad Scæuam lib. 1. *Tentantem maiora, ferè præsentibus æquum.* & Od. 12. lib. 1. *Te minor latum reget æquus orbẽ.* & æquitas animi, est tranquillitas quedam, & placabilitas. M. Tull. in Agrar. *Quantũ tibi agri vẽdet socer tuus? Si ego eius æquitatem animi noui, vendet non inuitus.* Idem ad Attic. lib. 4. vlt. epist. *perspice æquitatem animi mei, & ludum, & contemtionem Seleuciana prouincia.*

REBVS IN ARDVIS] in rebus asperis, & aduersis. ἐν πῆς δεινοῖς, ἐν πῆς φοβεροῖς.

NON SECVS IN BONIS] in secundis. in libro Donati, & Faërni scriptum est *non secus ac bonis.* sed in libro Faërni inest litura.

SEV MÆSTVS OMNI, &c.] hæc cohærent cum superioribus illis, *moriture Delli*, hoc modo, Delli, qui omninò moriturus es, siue te per omnem ætatem mœrori, & ægritudini dedideris, siue hilariter, & iucundè vixeris.

IN REMOTO GRAMINE] in loco aliquo viridi, & herboso, ab arbitris remoto, ac libero, in quo otiosus recubes, animúmque relaxes.

TE BEARIS] te hilariter, & beatorum in morem curaris: te vino præstantissimo inuitaris: tibi benè feceris, vt loquitur Plautus. Vtitur eodem verbo Od. 8. lib. 4. *Calo Musa beat.* & epist. ad Loll. 2. lib. 1. *Munere te paruo beet.* & epist. 2. lib. 2. *Latiúmque beabit diuite lingua.*

INTERIORE NOTA FALERNI.] vino optimo & vetustissimo, & propter eximiam bonitatem in intima cellæ vinariæ parte recondito, & notam insignem, quæ ætatem significet, nempe consulum nominibus inscriptis, præ se ferente: vel interiorem notam dixit pro meliore. Solebant autem veteres illi (qui mos etiam ad nostra tempora permansit) vini cados, testas, amphoras, in cellis condere, notatas, id est, insignibus quibusdam litteris, aut alijs notis, sed maximè cõsulum nominibus distinctas, ad tempus, ac præstantiam vini significandam. quo ex more natum illud est loquendi genus, *de meliore nota.* Curius ad Cic. lib. 7. *Quare Cicero mi, perseuera constanter nos conseruare, & Sulpicij successori nos de meliore nota commenda, &c.* Catul. ad Manlium: *Quare quòd scribis Veronæ turpe Catullo Esse, quòd hic quisquam de meliore nota, Frigida defesso tepefecit membra*

A *bra cubili, &c.* Horat. autem propriè Saty. 10. lib. 1. *vt Chio nota si commissa Falerni est.* M. Tull. in Bruto de Thucydide. *Orationes autem, quas interposuit, (multæ enim sunt) eas ego laudare soleo. imitari neque possum, si velim, nec velim fortasse, si possim: vt si quis Falerno vino delectetur, sed eo nec ita nouo, vt proximis consulibus natum velit: nec rursus ita vetere, vt Opimium, aut Anicium consulem quærat. Atqui eæ notæ sunt optimæ: credo: sed nimia vetustas nec habet eam, quam quærimus, suauitatem, nec est iam sanè tolerabilis.*

QVA PINVS INGENS, &c.] nunc locum describit, vbi Dellius iucundè & beatè viuere possit: vmbrosum videlicet, amœnum, fonti perenni vicinum. sic Lucret. lib. 2. *Tum tamen inter se prostrati in gramine molli Propter aquæ riuum sub ramis arboris altæ, Non magnis opibus iucundè corpora habebant.* In nonnullis lib. antiquis scriptum est: *Quâ pinus.* quam scripturam secutus sum. sic enim loquuntur boni scriptores. Tibull. lib. 2. *Tunc operata Deo pubes discumbet in herba, Arboris antiquæ quâ leuis vmbra cadet.*

PINVS INGENS] Od. 10. huius lib. *Sæpius ventis agitatur ingens Pinus.*

B QVA OBLIQVO] Codices quidem veteres Iannoct. Faër. Torn. & vulgati habent *Quo obliquo.* sed secutus sum rationem ac veritatem, præsertim aliorũ librorum auctoritate cõfirmatam.

AMANT.] φιλοῦσιν, id est, solent, more Græco. vt Od. 16. lib. 3. *Aurum per medios ire satellites, Et perrumpere amat saxa, potentius Ictu fulmineo.* & Ode 8. epod. *Quid, quòd libelli Stoici inter Sericos iacêre pulpillos amant.* sic loquitur Plato πολιτ. ε. οἷα δὴ ἐν πολέμῳ φιλεῖ. id est, qualia in bello amant. Idem π. χρὴ τῷ ὄντι τὸ ἀγαθὸν ποιεῖν, μεγάλῳ φιλεῖ εἰς ἅπαν πόνον μεταβολῇ αὐτὸ διδόναι. id est, & reuera supra modum aliquid facere, magnam amat in contrarium mutationem reponere. sic item alij, vt Dionys. Halicar. ἀρχ. Ρωμ. Φ. οἷα δὲ φιλεῖ πάσχειν σφαττόμενα πολλαχοῦ, &c. id est, qualia accidere amant exercitui recens collecto.

LYMPHA FVGAX] mirus, ac pæne dicam, diuinus Horatius est, in epithetis inueniendis. C *Lympha fugax* à cursu: alibi *Lympha loquaces* à strepitu & murmure. vt Od. 13. lib. 3.

TREPIDARE.] aptissimum verbum ad significandum aquæ trepidę, trepidéque fluentis cursum. est enim *trepidare* positum, pro trepidè fluere. Iam verò, hæc totum *laborat trepidare* idem valet, quod laborioſè fluit, laborat in fluendo, propter lapillos subiectos: & tralatio est à rebus animatis. trepidandi verbo autem sic vsus est epist. ad Fuscum Arist. lib. 1. *Quam, quæ per pronum trepidat cum murmure riuum.*

HVC VINA, ET VNG. &c.] præter vina, adhibebant veteres in conuiuijs ad luxum & delicias, rosas, & vnguenta. sic Od. 29. lib. 3. *Thyrrena regum progenies, tibi Non antè verso lene merum cado Cum flore Macenas rosarum, & Pressa tuis balanus capillis Iamdudum apud me est.* sic Anacreõ. Ἐμοὶ μέλει μύροισι Καταβρέχειν πήνιλλα. Ἐμοὶ μέλει ῥόδοισι, Κατασφέιν κάρηνα. id est, Mihi curæ est vnguentis madefacere Cæsariem: Mihi curæ est rosis coronare verticem. In hunc igitur locum, quem modò descripsi, iube vina, & ceteras delicias ferri. D

ET NIMIVM BREVEIS, &c.] qui citò defloreſcunt.

DVM RES, ET ÆT. ET SOR.] sic suprà Od. 9. lib. 1. *Donec virenti canicies abest Morosa, &c.* res, οὐσία, τὰ ὑπάρχοντα, bona, facultates, vt sæpe alibi apud eundem.

SORORVM TRIVM] Parcarum: quas noctis filias facit Hesiod. in Theog. earum autem nomina sunt è re ficta. Κλωθὼ μὲν δὴ τὸ συγκλώθειν τὰ ἀνθρώπινα, quia res humanas connectat: ἡ δὲ Λάχεσις μὲν δὴ τὸ λαγχάνειν cuius opera suam quisque fortunam sortiatur: tertia ἄτροπος μὲν δὴ τὸ ἀμετάτρεπτον ἔμμοιρίδιος ἀνάγκης: id est, propterea, quòd necessitas illa fatalis nullo modo flecti, aut immutari possit, vt suprà diximus.

LÂVIT.] semper ferè hoc verbo in tertia inflexione vtitur: numquam in prima. Od. 4. lib. 3. *Qui rore puro Castaliæ lauit Crineis solutos.* & Ode 13. eiusd. *Neque dulci mala vino lauere.* & Od. 6. lib. 4. *Phœbe, qui Xanthi lauis igne crineis.* & Saty. 5. lib. 1. *Ora, manúsq; tua lauimus Feronia lympha.* sic & Cat. in Egnatium. *Aut quilibet, qui puriter lauit dentes.* Virgil. Georg. 3. *nec cùm præcipitem Oceani rubro lauit æquore currum.* & Æneid. 3. *Luminis effossi fluidum lauit inde cruorem.* Accius Medéa. *Lauere falsis* (al. *falsis*) *vultum lacrymis.* E

FLAVVS TIBERIS] sic Od. 1. lib. 1. *Vidimus flauum Tiberim.*

ET EXSTRVCTIS IN AL. DIVI. &c.] & diuitijs coaceruatis, atque exaggeratis. sic loquitur Lucret. lib. 6. *Scilicet hoc densis fit nubibus, & simul altè Exstructis.* insignis autem dementiæ esse incerti fortasse, aut certe ignoti heredis causa assiduè sollicitum, & anxium viuere, neque bonis vel quæsitis, vel à patre, aut aliquo propinquo acceptis vti animum inducere, multis locis ostendit Horat. eúmque animi morbum grauissimè in sectatur epistol. ad Torquat. *Parcus ob heredis curam, nimiúmque seuerus Assidet insano.* epist. vltima lib. 2. *Viar, & ex modico, quantum res poscet, acerno, Tollam, nec metuam, quid de me iudicet heres.* & Od. 7. lib. 4. *Cuncta manus auidas fugient heredis, amico Quæ dederis animo.* & Saty. 3. lib. 2. *Ni tua custodis, auidus iam hoc auferet heres.* F

DIVESNE PRISCO NATVS AB, &c.] quia *Pallida mors æquo pulsat pede pauperum tabernas, Regúmque turreis,* Od. 4. lib. 1. *neque vlla Aut magno, aut paruo lethi fuga,* Saty. 6. lib. 2. lege, quæ collegimus ad Oden 28. lib. 1.

INACHO] Rege Argiuorum, de quo & Od. 19. lib. 3.

SVB DIO MOR.] sub cælo viuas, sine tecto. sub dio est, qui non est sub tecto (inquit Festus). Ode 2. lib. 3. *Vitámque sub dio, & trepidis agat In rebus.* nihil autem refert sub diuo, an sub dio scriptũ sit. Seruius tamen videtur legisse *sub diuo.* qui profert hunc locum ad illum Virg. Æneid. 12. *Diua deum:* & *sub diuo,* interpretatur, sub aëre.

VICTIMA NIL MIS. ORCI] videtur Græcum epithetum exprimere voluisse, quod Orco attribuit Hesiod. in Theog. νηλεὲς ἦτορ ἔχοντος. quia

Digitized by Google

A quia ſcilicet nullius eum miſereſcat. *Orci igitur victima*, id eſt, tu mortalis, ſeu moriturus.

OMNIVM VERS. VRNA] ſic Od. 1. lib. 3. *Omne capax mouet vrna nomen.* Virg. lib. Æn. 6. *Quæſitor Minos vrnam mouet.* Porrò hæc de vrna, & ſortibus fabula ex veterum more nata eſt: qui pleraque ſortibus decernebant, ac iudicabant. Apud Homer. *il.* γ. cùm quæreretur vter prior in aduerſarium haſtam iaceret, Pariſne, an Agamemnon, res ſorti permiſſa eſt. Itaque cùm vterque ſortem ſuam diſſimilem, aut aliqua nota diſtinctam in galeam coniecisſet, Hectórque ſorteis, agitando cõfudiſſet: Paridis ſors prior è galea extitit. verba Homeri ſunt hæc. Κλήρους ὲν κυνέῃ χαλκηρεῖ βάλλον ἑλόντες, Ὁππότερος δὴ πρόσθεν ἀφείη χάλκεον ἔγχος, &c. ſequitur deinceps: Ὡς ἄρ' ἔφαν πάλλεν δὲ μέγας κορυθαίολος Ἕκτωρ Ἀψ ὁρόων. Πάριος δὲ θοῶς ὲκ κλῆρος ὄρουσεν. & *il.* η. vbi Hector, & Aiax ſingulare certamen ineunt. Ὡς ἔφαθ' · οἱ δὲ κλῆρον ἐσημήναντο ἕκαστος, Ἐν δ' ἔβαλον κυνέῃ Ἀγαμέμνονος Ἀτρεΐδαο, &c. i. ſic locutus eſt. illi autem ſortèis ſinguli ſuas notarunt, Tum in caſſidem Agamemnonis coniecerunt. Quin etiam in iudicijs, & actionibus, & quæſtionibus
B ſortes locum habebant. M. Tull. Verr. de iure dicundo. *Quod ab eo pridie, cùm multis lacrymis eum oraret, atque obſecraret Heraclius, impetrare non potuerat, id ei poſtero die venit in mentem, è lege Rupilia ſortiri dicas oportere: educit ex vrna treis: ijs, vt abſentem Heraclium condemnent, imperat: itaque condemnant.* Horat. ſatyra 1. lib. 2. *Cernius iratus leges minitatur, & vrnam.* Atque huc referendus eſt hic locus & tota illa de vrna Minois fabula. Tũ ſacerdotia in Græcia ſortitò capiebantur, vt & in Sicilia. M. Tull. ead. Verr. *Syracuſis lex eſt de religione, quæ in annos ſingulos Iouis ſacerdotem ſortitò capi iubeat: quod apud illos ampliſſimum ſacerdotiũ putatur. cùm ſuffragijs tres ex tribus generibus creati ſunt, res reuocatur ad ſortem, &c.* ibid. *iubet ille ſibi legem legi. recitatur: in qua ſcriptum erat, vt, quot eſſent renunciati, tot in hydriam ſortes conijcerentur: cuius nomen exiſſet, vt is haberet ſacerdotium.*

OMNES EODEM COG.] compellimur. ſic
C ſuprà, *Omneis vna manet nox*, Od. 28. lib. 1.

SERIVS, OCYVS, &c.] ſiue tardius, ſiue celerius aut citius, moriendum eſt. Sic Archinus παῦσιν ἀνθρώποις ὀφείλεται ἀποθανεῖν ἢ πρόσθεν, ἢ ὕστερον: id eſt, Omnes homines morti debentur, ſiue prius, ſiue poſterius. Propert. lib. 2. ad Iouem pro amica ægrotante *Longius, aut propius, mors ſua quemque manet.*

ET NOS IN ÆTER. EXS. IMP. CYMBÆ.] Charontis. Theocr. εἰδ. ιϛ. ἐς εὐρεῖαν ἁδιὰν συγγῦ Ἀχέροντος. quo loco fortaſſe legendum συγγοῦ Χάροντος. id eſt, in amplam cymbam triſtis Charontis. Sed non diſſimulabo me ſcriptum reperiſſe in duob. lib. Vatic. & Torneſ. *in æternum exitium impoſ.* &c. de qua ſcriptura iudicabit lector eruditus. Ego autem *exſulium* Latinos dixiſſe puto, non *exſilium*, ab exſule, quòd nomen à ſolo ductum eſt, non ab exſiliendo, vt vulgus putat. Solum (inquit Feſtus) quis dubitet, quin locum ſignificet, cum exſules quoque dicantur loco pulſi?

# AD XANTHIAM Phoceum. Ode 4. D

Quòd ancillam amet, non eſſe, cur eum pudeat. multis enim magnis viris idem vſu veniſſe.

*NE ſit ancillæ tibi amor pudori,*
*Xanthia Phoceu, prius inſolentem*
*Serua Briſeis niueo colore*
*Mouit Achillem.*
*Mouit Aiacem Telamone natum*
*Forma captiuæ dominum Tecmeſſæ:*
*Arſit Atrides medio in triumpho*
*Virgine rapta:*
*Barbaræ poſtquàm cecidere turmæ*
*Theſſalo victore: & ademtus Hector* E
*Tradidit feſſis leuiora tolli*
*Pergama Graijs.*
*Neſcias, an te generum beati*
*Phyllidis flauæ décorent parentes.*
*Regium certè genus, & penateis*
*Mæret iniquos.*
*Crede non illam tibi de ſceleſta*
*Plebe dilectam: neque ſic fidelem,*
*Sic lucro auerſam, potuiſſe naſci*
*Matre pudenda.*
*Brachia, & vultum, tereteíſque ſuras*
*Integer laudo: fuge ſuſpicari,*
*Cuius octauum trepidauit ætas* F
*Claudere luſtrum.*

NE SIT ANC. TIBI AM. PVD.] ſic in lib. de Arte poët. *ne forte pudori Sit tibi Muſa lyræ ſollers. ne* enim hîc non habet vim vetandi, ſed negandi finem, vt ſuprà Od. 33. lib. 1. *Albi ne doleas, &c.*

INSOLENTEM] an qui non erat ſolitus amare? vt Ode 5. lib. 1. *& aſpera Nigris æquora ventis Emirabitur inſolens.* an elatum, & ferocem? vt Od. 16. eiuſd. libri. *imprimeréque muris Hoſtile aratrum exercitus inſolens.*

SERVA BRISEIS] δορικτήτη. Homer. δουρίλωτος. de qua ſic Achilles *il.* ι. ἦ μὲν οἱ φιλέω' ἀλόχους μερόπων ἀνθρώπων Ἀτρεΐδαι, ἐπιὴ, ὅστις ἀγαθὸς καὶ ἐχέφρων, &c. quos verſus mox teſteis producemus, eorúmque ſententiam priore loco ponemus.

TECMESSÆ.] in voce Tecmeſſæ liqueſcit *m.* vt in illo verſu Catull. Galliamb. *n.* in voce gymnaſijs. *Aberoforo, palæſtra, ſtadio, atque gymnaſijs.*



Digitized by Google

A MOVIT ACHILLEM.] ita mouit, vt ea sibi ab Agamemnone erepta, tantisper bello abstinuerit, donec Patroclum ab Hectore interfectum viderit: neque prius muneribus ab Agamemnone sibi promissis, ac delatis placari potuerit. Hom. *il. 1.* Eodem loco sic loquitur Achilles: Agamemnonem exercitum comparasse, bellúmque Troianis intulisse non aliam ob causam, quàm ob ereptam Menelao fratri Helenam: non solos Atridas suas vxores amare: sed, vt quisque vir est optimus, & prudentissimus, ita ei suam vxorem esse carissimam: se item Briseïda ex animo amauisse, quamuis bello partam, & seruam. verba Hom. sunt hæc: *τί δὲ λαὸν ἀΐετε ἐνθάδ' ἀγείρας Ἀτρεΐδης. ἦ ὄχ Ἑλένης ἕνεκ' ἠὐκόμοιο, Ἦ μοῦνοι φιλέουσ' ἀλόχους μερόπων ἀνθρώπων Ἀτρεΐδαι, ἐπεὶ ὅστις τ' ἀγαθὸς, καὶ ἐχέφρων, Τὸν αὐτῆ φιλέει, καὶ κήδεται ὡς καὶ ἐγὼ τὴν Ἐκ θυμοῦ φίλεον, δϊοτρικέτην περ ἐοῦσαν.* quem Hom. locum expressit Virg. Æneid. 9.

TELAMONE NATVM] Aiacem Telamonium. *ἐμφατικῶς.* multò enim præstabat Aiax Telamonius Oïleo Homer. *il. β. Ἀνδρῶν δ' αὖμεγ' ἄριστος ἔἶω Τελαμώνιος Αἴας, Ὀφρ' Ἀχιλεὺς μήνιεν.* & ibid. sup. Oïleum cum Telamonio conferens, illum ait longè hoc fuisse minorem, his verbis: *Λοκρῶν δ' ἡγεμόνευεν Οϊλῆος ταχὺς Αἴας Μείων, οὔπω τόσος γε, ὅσος Τελαμώνιος Αἴας, Ἀλλὰ πολὺ μείων.*

ATRIDES] Agamemnon.

VIRGINE RAPTA] Cassandra, Priami filia. *Arsit virgine* autem dixit, vt Od. 9. lib. 3. *Donec non alia magis Arsisti.* Quamquam *Virgine rapta* dici potest esse absolutè positum.

THESSALO VICTORE.] Achille, vel Neoptolemo eius filio, vt quidam malunt, à quibus dissentio.

ET ADEMTVS HECTOR] quemadmodum Hectorem interfecerit Achilles, narrat Homer. *il. χ.*

TRAD. FESSIS LEVIORA TOLLI] multis locis declarat Homerus, maximum fuisse Troianis in Hectore præsidium positũ. non longè abiero. Andromacha *il. χ.* in extremo, *Οἵος γὰρ σφιν ἔρυσο πύλας καὶ πίχας μακράς.* Solus enim custodie
C bas ac seruabas portas, & mœnia vrbis Troiæ. sed sine dubio respexit Horat. ad eum locum, qui est *il. ω.* vbi Homer. occiso Hectore Priamum facit Troianos obiurgantem & increpantem, quòd illos suspicaretur suis miserijs lætari, sibique in suo luctu insultare: ipsos quantam iacturam mortuo Hectore fecerint, propediem sensuros. eorum enim cædem & cladem eo mortuo Græcis multo faciliorem futuram. sic Hom. *ἀπὰρ γνώσεσθε καὶ ὔμμες. Ῥηΐτεροι γὰρ μᾶλλον Ἀχαιοῖσιν δὴ ἔσεσθε Κείνης πεφνειῶτος ἐναιρέμεν,* &c. cui non dissimile est illud eod. lib. vbi Andromacha, Hectoris cadauere Troiam aduecto, se ab Hectore viduam relictam esse querens, sic loquitur: puerum Astyanactem ad pubertatem non esse peruenturum. prius enim Troiam funditus deletum iri, cùm interierit eius custos & propugnator. *οὐδέ μιν οἴω Ἡβῶντ' ἴξεσθαι, πρὶν γὰρ πόλις ἥδε καὶ ἄκρης Πέρσεται. ἦ γὰρ ὅλωλας ἐπίσκοπος ὅστε μιν αὐτὴν Ῥύσκευ, ἔχες δ' ἀλόχους κεδνὰς, καὶ νήπια τέκνα.* eodẽ pertinet illud Virg. Æneid. 9. *Haud sibi cum Danais rem faxo. & pube Pelasga Esse putent, decimum quos distulit Hector in annum.* Horat. lib. 3. Od. 3. D
*nec Priami domus Periura pugnaceis Achiuos Hectoreis opibus refringit.* Ex his perspicuum est, quãobrem suprà per Thessalum victorem, Achillem significari existimemus.

LEVIORA TOLLI] id est, faciliora ad euertendum, ac delendum. olet helleniſmum. videtur spectare illud Homericum *il. ω.* quod suprà retulimus, *Ῥηΐτεροι γὰρ μᾶλλον Ἀχαιοῖσιν δὴ ἔσεσθε,* &c.

NESCIAS AN.] id est, incertum est, an te generum, &c. vel hoc modo, fortasse tali loco nata Phyllis est, vt tibi honestum sit eam amare.

PENATEIS MÆRET INIQVOS] deos familiareis mærens accusat, vt parum sibi propitios, vt sibi inimicos, & præter meritum iratos, quòd honestissimo & summo loco nata, nunc in alterius potestatem venerit, perpetuò seruitura.

DILECTAM] dilectam habent libri scripti Donati, Faër. Vrsin. Torn. fortasse nõ malè. Nam Festus ita scripsit: *Dilectus militum, & is, qui significatur amatus, à legendo dicti sunt.*

SIC LVCRO AVERSAM] abhorrentem à lucro: quam lucrum ad impudicitiam nõ facilè impellere potest. pecuniam contemnere, & E
lucrum aspernari, in muliere magnum pudicitiæ argumentum, atque adeo propugnaculum est. quemadmodum contrà, lucri studium, & pecuniæ cupiditas omnium mulierum pudicitiam expugnat. *οἱ πολλοὶ γὰρ ἥττους τῦ κερδαίνειν.* vulgus enim à lucro vincitur, sed maximè mulierum genus. *auersam* autem habent lib. Faërni, vnus Vatican. Vrs. Torness. non *aduersam:* & ita locutus est Saty. 3. lib. 2. *Auersus mercaturis.* quam scripturam, reiecta altera, probaui.

TERETEISQVE SVRAS] longas & rotundas. Ode 11. epod. *Aut teretis pueri longam renodantis comam.*

CVIVS OCTAVVM] noli suspicari me Phyllidis tuæ brachia, faciem, suras iccircò laudare, quòd eius amore captus sim, cùm annum quadragesimum natus sim. Sed quis credat, quod dicitur ab Horatio, siquidem hoc dicitur, virum annos quadraginta natum, ineptum iam esse ad res F
Venereas, languidum, atque inertem? an hoc nõ dicitur, sed virum ea ætate minus esse incontinentem aut libidinosum, minúsque ad res Venereas propensum ac præcipitem, quàm adolescentem aliquem annos xx. natum? Vsus est autem verbo ad significandum celerrimum ætatis nostræ cursum aptissimo, fluit enim & labitur ætas riui, aut fluminis instar, vt sup. Od. 3. *quâ obliquo laborat Lympha fugax trepidare riuo.* trepidare igitur hoc loco valet celeriter labi & fluere. nam & Virgilio *trepidare* festinare est, vt Æneid. 9. *Ne trepidate meas Teucri defendere naueis.* Quod notat Nonius. sic & T. Liuius lib. 23. Annalium, *Móxque dum in sua quisque ministeria discursu trepidat ad prima signa, succeditque ad muros acies,* &c. aliter ponitur Od. 11. huius lib. *nec trepides in vsum Poscentis aui pauca.* & Ode 19. lib. eius. *Eunæ: recenti mens trepidat metu.* & Ode 27. lib. 3. *Non vides, quanto trepidet tumultu Pronus Orion?* & Od. 29.
lib.

Digitized by Google

A lib. eiuſ. *ſi mortalis vltrà Fas trepidat.* de quibus dicemus ſuis locis. Od. 11. autem lib. quarto, hoc verbo vtitur ad exprimendum flammæ celerem motum. *flammæ trepidant rotantes Vertice fumum.*

## Ode 5.

Reuocandam eſſe mentem à cupiditate virginis immaturæ.

*NOndum ſubacta ferre iugum valet*
*Ceruice: nondum munia comparis*
*Æquare: nec tauri ruentis*
*In Venerem tolerare pondus.*
*Circa virenteis eſt animus tuæ*
*Campos iuuencæ, nunc fluuijs grauem*
*Solantis æſtum, nunc in vdo*
*Ludere cum vitulis ſalicto*
B *Prægeſtientis. tolle cupidinem*
*Immitis vuæ: iam tibi liuidos*
*Diſtinguet auctunnus racemos*
*Purpureo varius colore.*
*Iam te ſequetur: currit enim ferox*
*Ætas: & illi, quos tibi demſerit,*
*Apponet annos. iam proterua*
*Fronte petet Lalage maritum,*
*Dilecta, quantum non Pholoë fugax,*
*Non Chloris: albo ſic humero nitens,*
*Vt pura nocturno renidet*
*Luna mari, Cnidiúſve Gyges:*
*Quem ſi puellarum inſereres choro:*
*Mirè ſagaceis falleret hoſpites*
C *Diſcrimen obſcurum, ſolutis,*
*Crinibus, ambiguóque vultu.*

NOND. SVBACTA FERRE, &c.] Allegoria eſt, & tranſlatio perpetua, ducta à iuuenca, ſeu boue, quæ nondum ſubijt iugum, qualis illa, quam apud Homerum ἰλιάδ. κ. pollicetur ſe immolaturũ Palladi Diomedes. Σοὶ δ' αὖ ἐγὼ ῥέξω βοῦν ἦνιν, εὐρυμέτωπον, Ἀδμήτου, ἥν τέ πω ὑπὸ ζυγὸν ἤγαγεν ἀνήρ. quos verſus mihi indicauit Germanus Valens. ſignificat igitur Horatius, hanc puellam nondum eſſe ad concubitum maturam: nondum ad rem Veneream, tempeſtiuam. Libet huc annotare, quàm verecundè, quàm tectis verbis ſoleant poëtæ rei Venereæ turpitudinem ſignificare. Atque ab Homero omnium principe initium ſumamus. ſic igitur ille ὀδυσσ. φ. de Vlyſſe in patriam reduce, & Penelope. Τὼ δ' ἐπεὶ ὧν φιλότητος ἐταρπήτην ἐρατεινῆς: id eſt, poſteaquam illi amicitia illa iucundiore, & complexu amatorio ſatis ſe mutuo oblectarunt. idem ibidem de Telemacho & Eurycl. Ἶσα δὲ μητρὶ ἑῇ κεχολωμένῃ ἦτορ ἔχουσα. Εὐνῇ δ' οὔποτ' ἔμικτο. id eſt, ęquam colebat tanquam vxorem: ſed lecto cum ea nunquam commiſcebatur: & ὀδυσσ. ι. de Iaſione & Cerere, Ὡς δ' ὅποτ' Ἰασίωνι ἐϋπλόκαμος Δημήτηρ Ὡραίῃ ἐξάσασα μίγη φιλότητι καὶ εὐνῇ: id eſt, ſuo animo obtemperans & indulgens cum eo lectum habuit communem. & ὀδ. ο. ſic Eumæus de ſua matre à Phœnicibus decepta. Πλωύσῃ πὶς ἀρῶτα μίγη κοίλῃ ἐνὶ νηῒ, Εὐνῇ καὶ φιλότητι, πάτερ φρένας ἠπεροπεύει. ὀδ. λ. de Neptuno & Tyrone: Λῦσε δὲ παρθενίλυν ζώνην, χεῖρ' δ' ὕπνον ἔχευε. quod vltimum genus ſuprà expoſuimus Ode 30. lib. 1. aliàs verbum, in quo turpitudo & obſcænitas ineſt, tacetur. vt epod. Od. 12. *Inachiam ter nocte potes.* Terent. Eun. *Ego illum Eunuchum, ſi ſit opus, vel ſobrius.* Catullus paullo apertius atque improbius. *Qui ipſe ſui nati minxerit in gremium.* ſic & Horat. ſed in ſatyris, in quibus licentia maior eſt. ſic, inquã, ille ſat. 7. lib. 2. *neque ſollicitum, ne Ditior, aut forma melioris meiat eodem.* & ſat. 2. lib. 1. *non alienas permolere vxores.* & iterum ſat. 7. lib. 2. *Quæcumque excepit turgentis verbera caudæ.* & ſat. 2. lib. 1. in re turpiſſima & flagitioſiſſima: *Hunc perminxerunt calones.* abeo igitur ab his flagitijs, & ad genera vere cundiora redeo. Pindarus Apollinis cum Cyrena concubitum narrans, ita tectis verbis vtitur, vt ne virginales quidem aures eis offendi poſſe videantur. hoc modo, ἦρα καὶ οὐ λεχέων κεῖρεν μελιηδέα ποίαν, &c. id eſt, licet ne ex eius cubili ſuauem herbam tondêre? & ib. de Antei filia, quam pater optimè currenti præmium propoſuerat. χρυσοστεφάνῳ δὲ οἱ ἄεθλον βᾶσιν καρπὸν αἰῶνι ἀποφέρτατον ἔθηκεν, id eſt, curſores autem florentem ei pubertatis aureæ fructum decerpere volebãt. Lucret. lib. 4. in extr. de muliere motum adhibente in concubitu. *Eicit enim ſulci recta regione, viáque Vomerem, atque locis auertit ſeminis ictum.* ſic enim hos verſus emendauimus, vt & complureis alios: quem quidem elegantiſſimum & puriſſ. poëtam propediem edemus in lucem longè, quàm anteà, emendatiorem. Virg. de Vulcani & Veneris concubitu lib. 8. *Optatos dedit amplexus, placidúmque petiuit Coniugis infuſus* F *gremio per membra ſoporem.* Idem de re flagitioſa Palæm. *Nouimus & qui te tranſuerſa tuentibus hircis, Et quo, ſed faciles Nymphæ riſere, ſacello.* Et Sileno. *Carmina, quæ vultis, cognoſcite: carmina vobis: Huic aliud mercedis erit.* Iam quòd ad hunc Horatij locum attinet, Plautus eadem tranſlatione vſus eſt in Curculione. *Iámne ea fert iugum? Tam à me pudica eſt, quàm mea ſi ſoror ſiet.*

NONDVM MVN. COMP.] nondum eius, cum quo forte coniungatur, munus exæquare poteſt: nondum viro patranti, accipiendo, ſeu potius (vt ita dicam) patiendo reſpondere poteſt.

NEC TAVRI RV. IN VEN.] tauri, id eſt, iuuenis firmi, validi, vegeti, ad concubitum prompti. ſic Od. 12. epod. *pereat malè, quæ te, Lesbia, quærenti taurum monſtrauit inertem.* aliàs taurus pars eſt maris obſcæna.

CIRCA VIRENTEIS, &c.] totus hic locus allegorijs tectus eſt, ita tamen, vt à quouis homine non tardiſſimo facile intelligi poſſit.



Digitized by Google

A SOLANTIS] leuantis. Sic dixit Virg. solari famem Georg. 1. *Concussáque famem in siluis solabere quercu.*

PRÆGESTIENTIS] magnopere cupientis, valdè gestientis. sic Prisc. declarat lib. 15. vbi hunc locum testem producit. Vtitur & Catull. in carm. de Pelei & Thet. nupt. *Qui dum aliquid cupiens animus prægestit apisci, Nil metuunt iurare.* Festus autem gestire eum dicit, qui subita felicitate exhilaratus, nimio corporis motu præter consuetudinem exsultat.

TOLLE CVPIDINEM] alia allegoria. animum contine & comprime à cupiditate vuæ immaturæ, id est, puellæ impuberis, & ad concubitum, propter teneriorem ætatem ineptæ. auctũnus, quo anni tempore fructus omnes maturantur, racemos tibi cæruleo colore depinget, id est, tempus subsequens, vnus & item alter annus, puellam istam tibi maturabit. fortasse autem ad nomen Græcum respexit ὀπώραν, quod apud Græcos tùm auctumnum, tùm ætatem illam puellarum ad Venerem, & coniugium maturam significat. sic & Pindarus εἴδ. β. ἰδμ. puerorum ætatem teneram, & ad puerileis illos amores, quibus flagitiosè ardebant veteres, maturam, ὀπώραν appellat.

B PVRPVREO VARIVS COLORE] id est, distinctus, & ornatus purpureo colore, id est, pomis & vuis purpurei coloris. varius, nisi fallor, idem ferè valet, quod ποικιλμένος, id est, distinctus, ac depictus. huc pertinet illud Ode 2. epod. *Certantem & vuam purpura.* Sed non celabo lectorẽ libros nonnullos veteres habere, *Purpureus vario colore.* quos non sequor: neque tamen damno, si quis fortè hac lectione magis delectetur.

CVRRIT ENIM FEROX ÆTAS.] sic Ode 11. lib. 2. *fugit retro Læuis Iuuẽtas.* & Od. 14. *Eheu, fugaces Postume Postume Labuntur anni.* verũ non hoc solùm significat Horatius, annos labi, & fluere: sed puerilem ætatem ad maturitatem, ac puber tatem celeriter peruenire: quemadmodum, & adolescentiam, ætatémque mediam ad senectutem vergere.

C ET ILLI, QVOS TIBI DEMS.] quos tibi annos detraxerit, videlicet florenteis, & integros, eos illi adijciet: illa matureſcet, floreſcet, & corroborabitur: tu ætate ingraueſces, & seneſces. epist. ad Pison. de arte poët. *Multa ferunt anni venientes commoda secum, Multa recedentes adimunt.*

PROTERVA FRONTE] ore duriore, & pæne inuerecundo, id est, non pudebit eam maritum petere.

VT PVRA NOCT. REN.] splendet, quandam puro lumine hilaritatem præse fert. hæc enim vis est verbi *renidere*, vt dicemus Od. 18. huius libri. GYGES] pueri formosi nomen.

QVEM SI PVELL. INSER. CHORO] si Gygem inter puellas collocares. de verbo inserẽdi vide Saty. 4. lib. 1.

MIRE SAGACEIS FALL.] significat hunc Gygem ita mollem, tenerum, delicatum, ita facie, & crinibus puellarum esse similem, vt, si quis, cui ille sit ignotus, eum aspiciat, puellam esse existimet, neque eum à puella facile internoscere queat.

SAGACEIS] quantumuis acutos, & perspi- D
caceis. FALLERET.] lateret hospites, ab hospitibus ignoraretur.

DISCRIMEN OBSC.] parua admodum differentia.

SOLVTIS CRINIBVS] alebant enim comam pueri molles, & impudici: vt Od. 10. lib. 4. *Et, quæ nunc humeris inuolitant, deciderint comæ.*

AMBIGVO QVE VVLTV] id est, vultu candido, venusto, tenero, læui, polito, atque imberbi, ita vt incertum sit ei, qui aspiciat, sit ne mas, an fæmina. sic sup. lib. 1. Od. 7. *ambiguam Salamina dixit.*

## AD SEPTIMIVM.
## Ode 6.

Tiburtinæ & Tarentinæ regionis amœnitatem laudat.

*SEptimi Gadeis aditure mecum, & Cantabrũ indoctũ iuga ferre nostra, & E*
*Barbaras Syrteis, vbi Maura semper*
*Æstuat vnda.*
*Tibur Argéo positum colono*
*Sit meæ sedes vtinam senectæ:*
*Sit modus lasso maris, & viarum,*
*Militiæq́;*
*Vnde si Parcæ prohibent iniquæ:*
*Dulce pellitis ouibus Galesi*
*Flumen, & regnata petam Laconi*
*Rura Phalantho.*
*Ille terrarum mihi præter omneis,*
*Angulus ridet, vbi non Hymetto*
*Mella decedunt, viridíque certat* F
*Baca Venafro:*
*Ver vbi longum, tepidáque præbet*
*Iupiter brumas: & amicus Aulon*
*Fertili Baccho, minimùm Falernis*
*Inuidet vuis.*
*Ille te mecum locus, & beatæ*
*Postulant arces: ibi tu calentem*
*Debita sparges lacryma fauillam*
*Vatis amici.*

ADITVRE] qui sis aditurus, si opus sit: aut, si velim.

INDOCTVM IVGA FERRE NOSTRA] qui nondum didicit imperio populi Rom. parére. sic ferè loquitur Od. 1. lib. 1. *indocilis pauperie*

Digitized by Google

A *pauperiem pati.* deuicti sunt tandem Cantabri ab Agrippa, vt declarat epist. ad Iccium lib. 1. *Cantaber Agrippa, Claudi virtute Neronis Armenius cecidit.* cum hoc loco congruit ille Od. 8. lib. 3. *Cantaber sera domitus catena.* & ille Od. 14. lib. 4. *Te Cantaber non antè domabilis, &c.*

BARBARAS SYRTEIS.] de Syrtibus suprà Od. 21. lib. 1. satis multa diximus.

TIBVR ARGE'O POSITVM] conditum à Tiburno Argiuo.

SIT MOD. LASSO MARIS, ET VIARVM] Tibur nauigationum, & itinerum nostrorum, & militiæ finem lassis nobis afferat: Tibure nos lassi à peregrinationibus nostris, & militia cõquiescamus. potest & ita dici, *lasso maris.* vt Virgil. Æneid. 1. *Cerealiáque arma Expediunt fessi rerum.*

DVLCE PELL. OVIB. GALESI FLVMEN] quidam legunt *Galesum*, vt infrà *Rhenum flumen.* est autem Calabr. fluuius, de quo Virgil. lib. 5. Æn. *Quà niger humectat flauentia culta Galesus.*

ET REGNATA PETAM LACONI.] regnata Laconi, id est, in quibus regnauit Phalanthus Lacon. Tarentina significat. sic loquitur Od. 29.

B li. 3. *Quid Seres, & regnata Cyro Bactra parẽt,* & Od. 3. eiusd. *Medis triumphatis.* & Od. 19. *Et pugnata sacro bella sub Ilio.* & epist. ad Quinct. lib. 1. *Si quis bella tibi terra pugnata, marique.* Od. 1. epod. *bellum militabitur.* & Catull. ad contubernaleis. *Pro qua mihi sunt magna bella pugnata.* Plaut. Amphitr. *Hæc illic est pugnata pugna ab vsque mane ad vesperum.* M. Tull. pro Murena. *pugna cum Rege commissa, & summa contentione pugnata.* & T. Liuius lib. 6. *inclytámque in ponte pugnam tum pugnatam.* Idem sub finem lib. 8. *Hoc bellum à Coss. bellatum quidam auctores sunt.* ad idem genus pertinet illud Od. 9. lib. 4. *non pugnauit ingens Idomeneus, Sthenelúsve solus Dicenda Musis prœlia.* & sat. 5. lib. 2. *Magna, minórve foro sit res certabitur olim.*

PHALANTHO] de Phalantho sic Pausanias Phocaïc. Τάραντα δὲ ἀπῴκισαν μὲν Λακεδαιμόνιοι· οἰκιστὴς δ' ἐγένετο ἀνὴρ πάτρης φάλανθος. iccircò Hor. Od. 5. lib. 3. Tarentum, Lacedæmonium appellat. At Virg. Æn. 3. Herculeum, propterea quòd Phalanthus fuit ab Hercule octauus.

C RIDET.] renidet, γελᾷ, amœnus, lætus, & gratus est. vide annot. ad Od. 18. huius lib.

VBI NON HYM. MELLA DECED.] id est, vbi mella non sunt melle Hymettio deteriora. tralatio est. decedere enim est locum superiori, & honoratiori dare. epi. 2. lib. 2. *Ludere si rectè nescis, decede peritis.* Cicer. in Catone. *salutari, appeti, decedi, assurgi.* Virg. Georgic. 4. *Vicina inuitet decedere ripa calori,* id est, quod Græci dicunt ὑπεκχωρῶν. idem Pharmac. *Propter aquæ riuum viridi procumbit in herba Perdita, nec seræ meminit decedere nocti.* Plautus Amphitry. *Nam mihi quidem hercle qui minus liceat deo, minitarier populo, ni decedat mihi, quàm seruolo in comœdiis?* propriè Lucr. lib. 2. de simplicibus illis & solidissimis corporibus. *Incertísque locis spatio decedere paullum, Tantum, quo ad nomen mutatum dicere possis.* alia tralatione vtitur Virgil. cum idem significet tamen. Georg. 2, *Tmolus & assurgit quibus, & rex ipse Phanæus.* tractus igitur Tarentinus mihi præter omneis ridet. cuius mella nõ sunt Hymettio melle inferiora, aut deteriora. D

VIRIDI'QVE CERTAT BA.CCHO V.] & cuius oliuæ conferri possunt cum oliuis Venafranis. Est autem Venafrum Minturnis, & Fregellis, & Liri fluuio vicinum, in Campaniæ littore situm. ὄρος (inquit Strabo) κάλλιστον ἔλαιον. *Certat Venafro* autem Græcorum more dixit pro eo, quod est, certat cum Venafro. Nam ita loquuntur μάχομαί σοι, quod genus & Catullus imitatus est. *noli pugnare duobus.* Horatius autem non semel. vt Od. 1. lib. 1. *luctantem Icareis fluctibus Africum,* &c. & Od. 3. eiusd. *nec timuit præcipitem Africum Decertantem Aquilonibus.* & Od. 2. epod. *Certantem & vnam purpura.* & vndecima. *Desinit imparibus certare summóvtus pudor.* & Saty. 5. lib. 2. *haud ita Troiæ Megessi certans semper melioribus.* & 7. eiusd. *Altercante libidinibus tremis ossa pauore.* sic Virg. Georg. 11. *Nec pulcher Ganges, atq; auro turbidus Hermus Laudibus Italiæ certent.* Idem in Daphnide. *Montibus in nostris certet tibi solus Amyntas.* Lucr. lib. 3. *quid enim contendat hirundo Cycnis.* Horat. epist. x. lib. 1. *Non qui Sidonio contendere callidus ostro. Nescit Aquinatem potantia vellera fucum,* &c. & epist. 18. eiusd. *mihi contendere noli.* E

VER VBI LONGVM.] Ver assiduum dixit Virg. Georg. 2. ὑπερβολικῶς. *Hic ver assiduum atq; alienis mensibus æstas:* ad quem versum profert hunc Horatij Seruius.

ET AMICVS AVLON] credibile est collem, aut montem aliquem esse Tarento propinquum. alioqui eius commemoratio, nihil ad Tarenti laudes pertineret.

FERTILI BACCHO] sic dixit, *amicus Aulon Fertili Baccho,* id est gratus, seu potius carus, vt Od. 4. lib. 3. *Vestris amicum fontibus & choris, &c.* & Od. 11. eiusd. *Nec loquax olim, neque grata: nunc & Diuitum mensis & amica templis, &c.* Od. 6. lib. 4. *ego dis amicum Saculo festas referente luces, Reddidi carmen.* aliis verbis, eadem sententia dixit Tibull. *Bacchi cura Falernus ager.* sed Passeratius putat legendum *Fertilis Baccho,* vt sit vtrumq; Aulon *& amicus Baccho & fertilis Baccho.* sic Martialis. *Nobilis & lanis, & Baccho fertilis Aulon* Passeratium adiuuat codex vnus manuscript. in quo ita scriptum reperi. F

MINIMVM FALERNIS] habet vuas Falernis non deteriores. inuidemus enim eiusdem generis melioribus ac præstantioribus: quod docet Arist. rhet. 2. Hor. Saty. 3. lib. 2. *Inuidiam placare paras virtute relicta.*

DEBITA SPARGES LACRYMA] meos cineres lacrymis consperges: me mortuum flebis. melius Ennius. *Nemo me lacrymis decoret, neque funera fletu Faxit: cur? volito viuu' per ora virum:* quamuis Solon vnus è septem, mortem suam lacrymis carere nolit. Homerus autem hoc munus, atque hunc honorem ait mortuis deberi, sub persona Achillis, mortuum Patroclum deflentis. Πάτροκλον κλαίωμεν ὁ γὰρ γέρας ὅδε θανόντων. & ὀδυσσ. δ. Pisistrat. negat se reprehẽdere si quis mortuos lugeat, ac defleat: nullum enim alium honorem

illis tribui posse, quàm vt tondeatur coma, genæque lacrymis perfundantur, lugebantur autem mortui in ipso funere, & cùm sepeliebatur corpus. vide Od. 17. epod. *Luxere matres Iliæ addictum feris*, &c. vbi nonnulli legunt, *Unxere*.

## AD POMPEIVM VARum. Ode 7.

Cui reditum gratulatur.

*O SÆPE mecum tempus in vltimum*
*Deducte Bruto militiæ duce,*
*Quis te redonauit Quiritem*
*Diis patriis, Italóque cælo,*
*Pompei meorum prime sodalium?*
*Cum quo morantem sæpe diem mero*
*Fregi coronatus nitenteis*
*Malobathro Syrio capillos.*
*Tecum Philippos, & celerem fugam*
*Sensi relicta non benè parmula,*
*Cùm fracta virtus, & minaces*
*Turpe solum tetigere mento.*
*Sed me per hosteis Mercurius celer*
*Denso pauentem sustulit aëre:*
*Te rursus in bellum resorbens*
*Vnda fretis tulit æstuosis.*
*Ergo obligatam redde Ioui dapem:*
*Longáque fessum militia latus*
*Depone sub lauru mea: nec*
*Parce cadis tibi destinatis.*
*Obliuioso lænia Massico*
*Ciboria exple: funde capacibus*
*Vnguenta de conchis. quis vdo*
*Deproperare apio coronas,*
*Curátve myrto? quem Venus arbitrum*
*Dicet bibendi? non ego sanius*
*Bacchabor Edonis, recepto*
*Dulce mihi furere est amico.*

TEMPVS IN VLTIMVM] id est, vsque ad extremum vitæ diem, si fors ita tulisset.

REDONAVIT] restituit. vtitur etiam hoc verbo Od. 3. lib. 3. *& inuisum nepotem, Troica quem peperit sacerdos, Marti redonabo.*

CVM QVO MOR. SÆPE DIEM] morantem significatione (vt loquuntur Grammatici) absoluta, intellige longum, tardum, ponit & Catull. absolutè, carmine in nuptias Iuliæ: *Sed morare, abit dies.* & Horat. Ode 3. sup. *an' pauper,* D *& infima De gente sub dio morèris.* & 20. *neque in terris morabor Longius.* & 17. *quid moror altera?* Aliâs actionem significat apud hunc poëtam. Ode 5. lib. 3. *Et populum reditus morantem.* & epist. ad Iul. Florum lib. 1. *An pingues Asiæ campi, collésque morantur?* & epist. ad Augustum. *Si longo sermone morer tua tempora Cæsar.* & epist. 13. lib. 1. *Carmina, quæ possunt oculos, aureisq; morari Cæsaris.* & Ode 11. lib. 3. *& rivos celereis morari.* & Epod. Ode 9. *Io triumphe, tu moraris aureos Currus.* & epistola ad Mæcen. 2. lib. 1. *ne te longis ambagibus vltrà, Quàm satis est, morer.*

MERO FREGI] non totum diem siccus traduxi, sed diuisi, partémq; in vino & poculis posui. vide quæ annotauimus ad Oden. 1. lib. 1. ibidem. *Nec partem solido demere de die.*

CORON. CAPIL.] Hellenismus, id est, coronatis capillis.

NITENTEIS MALOBATHRO] vnguento Syrio delibutos, λιπαρὺς. vt suprà Ode 4. lib. 1. *nitidum caput.* Solebant autem elegantiores & lautiores homines capillum vnguento perungere. Cic. pro Rosc. Amer. de Chrysogno Syllæ liberto: *ipse verò quemadmodum compositus, & delibuto,* E *capillo passim per forum volitet cum magna caterua togatorum, videtis iudices.* Catull. *Respondi id quod erat, nihil neque ipsi, Nec quæstoribus esse, nec cohorti, Cur quisquam caput vnctius referret.* Archestratus apud Athen. lib. secundo, Ἀεὶ δὲ στεφάνοισι κάρα περὶ δεῖπα πυκάζῃ Παιπαλοέσσῃς, οἷς αὖ γαῖα πέδον ὅλβιον αἴθοπι, Καὶ σακπῖσι μύροις ἀγαθοῖς χαίτας θεράπευε. quibus versibus hortatur ille sui similes, vt semper habeant caput floribus omnis generis, quas terra ferat, redimitum, & vnguentis liquidis ac suauibus comã delibutam. Iterum Horatius epist. ad villicum, *Quem tenues decuere togæ, nitidique capilli.*

NON BENE] turpiter. turpe est enim clypeũ abijcere. notum illud de Epaminonda, tum denique sibi auelli spiculum iubente, posteà quàm ei percontanti dictum est, clypeum esse saluum, vt etiam in vulneris dolore æquo animo cum laude moreretur. ῥιψάσπιδες à Græcis appellantur, qui abiecto clypeo fugiunt è prælio. Itaq; Aristoteles libro 2. rhetor. de pudore disserens, posteaquàm F docuit, pudorem exsistere ob ea mala, quæ turpia videri solent, inter cetera turpitudinis exempla, hoc quoque ponit, ἀποβάλλειν ἀσπίδα, ἢ φυγῖν, id est, abiicere, seu amittere clypeum, vel fugere.

ET MINACES TVRPE SOL. TETIG.] id est, occubuerunt, ceciderunt. sic Virg. Æn. 11. *Procubuit moriens, & humum semelore momordit.* ibidem. *cruentam Mandit humum.* Ouid Metamorph. 9. *& arenas ore momordit.* Homerus ἰλ. β. πολέες δ' ἀμφ' αὐτὸν ἑταῖροι Πρηνέες ἐν κονίῃσιν ὀδὰξ λαζοίατο γαῖαν. id est, multi autem circum eum amici proni humi dentibus terram mordeant. & ἰλ. ω. ὀδὰξ ἕλον ἄσπετον ἕδας. id est, dentibus autem prehenderunt magnum soli spatium. & ἰλ. χ. ἦ κ' ἔτι πολλοὶ Γαῖαν ὀδὰξ εἷλον πρὶν Ἰλιον εἰσαφικέσθαι. id est, Profecto præterea multi terram dentibus prehenderunt, prius quàm Troiam peruenerint. Euripides, Phœniss. Γαῖαν δ' ὀδὰξ ἑλόντες αἱμάλλαν πέλας.

Πίπτουσι

A Πίπτουσιν ἄμφω. id est, terram autem dentibus vbi momorderunt, alter propè alterum ceciderunt. tale est illud iterum ex Homero ιλ. λ. Αὐτὰρ ὃ ἐν κονίῃσι πεσὼν ἔλε χαῖαν ἀγοστῷ: id est, ipse autem in puluere collapsus prehendit terram cubito, vel, vt alij interpretantur, palma. quale est illud Ennianum 10. Annal. *Pinsebant terram genibus.*

SED ME PER HOSTEIS, &c.] Sic apud Hom. ιλ. γ. Venus Paridem nube tectum è certamine eripit. sic ιλ. ε. Phageum Vulcanus. Ἀλλ' Ἥφαιστος ἔρυτο, σάωσε δὲ νυκὶ καλύψας. id est, At Vulcanus eripuit, ac seruauit, nocte opertum. sic Æneam Venus, eáque à Diomede vulnerata, & fugiente, in eius locum succedens Phœbus. Ἡ δὲ μέγ' ἰάχουσα ἀπὸ ἕο κάββαλεν υἱόν, Καὶ τὸν μὲν μετὰ χερσὶν ἐρύσατο Φοῖβος Ἀπόλλων Κυανέῃ νεφέλῃ. id est, illa autem magno clamore sublato á se filium Æneam deiecit: Atque eum quidem inter manus suas seruauit Apollo nigra nube tectum. Horat. infr. Saty. 9. lib. 1. *sic me seruauit Apollo.* quamquam hoc Horatianum quidam aliter dictum volunt.

DENSO AERE] nube, vt Hom. κυανέῃ νεφέλῃ.

FRETIS ÆSTVOSIS] æstus marinos appellant boni scriptores, maris accessus & recessus: maris feruorem. Cic. de natura deorum lib. 2. *æstus marini tum accedentes, tum recedentes.* Idem de diuinat. lib. 2. *Quid de fretis, aut marinis æstibus dicam?* vndam autem resorbentem dixit, vt exprimeret vim nominis Græci ἄμπωτις. est enim ἄμπωτις quasi ὕδατος ἀνάπωσις. id est, aquæ (vt ita dicam) resorptio, aut repotio. sic ferè locutus est M. Tull. in Bruto de Curione à Iuba interfecto. *sed hunc quoq; absorbuit æstus quidam non insolita adolescentibus gloriæ.* & Catullus ad Manlium, *tanto te absorbens vortice amoris Æstus in abruptum detulerat barathrum.*

OBLIGATAM] promissam, votam, debitam. Priscian. lib. 7. hunc versum testem producit.

DEPONE SVB LAVRV MEA] Seruius notat ad illud Virg. Alex. *Et vos ô lauri carpam, hæc pauca, licet Horatius dixerit, sub lauru mea.*

DESTINATIS] tibi reseruatis, tibi addictis, & quasi desponsis: vel ad te tanquam ad scopum relatis. hæc enim vis est verbi destinandi. M. Tull. C ad Trebat. *Quòd tibi destinaras trapezophoron: si te delectat, habebis.* & Phil. 5. *qui non sorti quidem fortunas nostras destinauit.* Horat. Od. 18. huius lib. *Nulla certior tamen Rapacis Orci fine destinata, Aula diuitem manet Herum.* & Saty. 3. lib. 2. *Nescio, an Anticyram ratio illis destinet omnem.* & ibid. *fortique marito Destinet vxorem.* Virg. Æn. 2. *& me destinat aræ.* videtur nonnumquam idem valere, quod constitutum in animo habere, vt Od. 13. lib. 3. *cornibus Primis & Venerem, & prælia destinat.* Cæsar lib. 1. de bello ciuili: *agere destinauerat.* Idem lib. 7. de bello Gall. *milites operi destinatos* appellat eos, quibus opus faciendũ mandauerat.

OBLIVIOSO] quod ægritudinem & molestiarum obliuionem affert, ἐνεργητικῶς. aliter dixit M. Tull. in Cato. maiore *obliuiosos senes.* sed quod ad sententiam attinet, de obliuione malorum, quam significat à vino oriri, siue per se vinum hanc obliuionem gignat, siue propter somnum, qui liberaliorem potum subsequitur: cum his D cõsentanea maximè sunt illa Euripidis in Bacchis, ὁ Σεμέλης γόνος Βότρυος ὑχρὸν πάμ' εὗρε, κ' εἰσηνέγκατο Θνητοῖς, ὃ παύει τοὺς πεπαιπόρους βροτοὺς Λύπης, ὅταν πλησθῶσιν ἀμπέλου ῥοῆς· Ὕπνον τε λήθην τῶν καθημέραν κακῶν Δίδωσιν, οὐδ' ἔστ' ἄλλο φάρμακον πόνων. id est, Semelæ filius potionem humidam reperit, & impertiuit mortalibus, quæ homines calamitosos merore liberat, cùm impleti fuerint vitis succo: Et somnum, quotidianorum malorum obliuionem, confert, neque vllum aliud est laborum ac dolorum medicamentum. Vinum Massicum autem laudat Plin. lib. 14. cap. 6. Nascitur in iis Campaniæ montibus, qui Massici nominantur. commemorat & Athæn. lib. 1. cum ceteris vinis Italicis, aitq; esse austerum quidem illud, sed stomacho vtile. ætate matureſcebat, austeritatémque minuebat. Hor. Od. 1. lib. 1. *Est qui nec veteris pocula Massici,* &c. & sat. 4. lib. 2. *Massica si cælo supponas vina sereno, Nocturna, si quid crassi est, tenuabitur aura.*

LÆVIA] expolita, vt sup. Od. 2. lib. 1.

CIBORIA] vasa fabarum Ægyptiarum, quæ ciboria appellantur, in modum, ab inferiore parte in angustum contracta, vt docet Athen. lib. 11. E his verbis: τῶ δὲ κώθωνος εὖ μάλα προσβεβηκότος, λαβὼν ἐν τῶν κιβωρίων, ὡς ἐξοιτῶν κὶ μεθύων ἐνέπρησε. Δίδυμος δὲ φησὶ ποτηρίᾳ εἴδος εἶναι. καὶ τάχα ἂν εἴη τὰ λεγόμενα σκυφία. διὰ τὸ κάτωθεν εἰς στενὸν συμπίπτειν, ὡς τὰ αἰγύπτια κιβώρια. id est, cùm potu liberaliore, quem Græci κώθωνα appellant, longius procederet, ille capto poculo quodam, quod ciborium nominant Græci, eò imminxit tanquam bacchans & ebrius. Didymus ait hoc esse poculi genus. Et fortasse sunt ea, quæ σκύφια appellãtur, propterea quòd in angustũ pars infima cõtracta est, vt ciboria Ægyptia. vide Dioscor. lib. 2. de faba Ægyptia. appellantur & κιβωτία.

EXPLE] Faërni lib. habet *imple.* fortasse rectè. sequor tamen alteram lectionem: præsertim plurium codicum auctoritate confirmatam, interpretórque ebibe, exhauri, & (vt idem alibi loquitur) sicca: vel, si quis malet, imple: vt Lucret. lib. 6. in princip. de vase: *Vt nulla posset ratione explerier vmquam.*

CONCHIS] ex quibus fiebant vasa vnguentaria, quæ propterea conchæ appellantur. nam & F onyches testæ erant conchyliorum, de quibus dicemus ad Oden 12. lib. 4.

QVIS VDO DEPROP. &c.] id est, quis ex vdo apio curat coronas deproperare? quod est valdè properando efficere, & nectere? est autem frequens huius verbi vsus in voce agente, vt Ode 24. lib. 3. *Indignóque pecuniam Heredi properet,* id est, properè quærat, seu properet quærere. & Ode 12. epod. *Muricibus Tyriis iteratæ vellera lanæ Cui properabãtur?* id est, properè & summo studio texebantur? sic Virgil. Æneid. 9. *& pulchram properet per vulnera mortem.* idem Georgic. 4. *Ac veluti lentis Cyclopes fulmina massis Cum properant,* id est, properè cudũt, & Georg. 1. *Multa, forent cælo quæ mox properanda sereno, Maturare datur.* Idem ibid. *Et quamuis igni exiguo properata maderent,* &c. Propert. li. 2. *Quod si forte tibi properarint fata quietem.* & iterum Horat. epist. ad Iul. Flor. lib. 1. *Hoc*

*opus,*

Digitized by Google

A opus, hoc ſtudium parui properemus, & ampli. ſic & Pindarus Pyth. carm. 3. verbum σπεύδειν iunxit cum quarto caſu μὴ, φίλα ψύχα, βίον ἀθάνατον σπεῦδε. i. ne care anime vitam immortalem propera. Quòd ſi quis illud, *deproperare apio*, dictum velit, pro de apio properare, vt ſit ἀναστροφὴ, non refellam: qualia ſunt illa apud hunc eũd. ſat. 2. lib. 2. *cur improbe carę non aliquid patriæ tanto emetiris acervo?* id eſt, è tanto acervo metiris. & epiſt. ad Albium Tibullum lib. 1. *An tacitum ſilvas interreptare ſalubres?* & de art. poët. *ne quid medios intercinat actus.* & epiſt. ad Iul. Flor. *An freta vicinas intercurrentia turres?* & ſat. 5. lib. 1. *Hinc nos Cocceij recipit pleniſſima villa, Quæ ſupereſt Claudi cauponas.* & Sat. 2. lib. 2. *vides, vt pallidus omnis Cena deſurgat dubia.* epiſt. 1. lib. 1. *Eſt, mihi purgatam crebro qui perſonet aurem.* ad Iul. Florum, *Quæ circumuolitas agilis thyma?* ad Vallam, *Dictáque ceſſantem nervis elidere morbum Sulfura contemni.* ad Numicium, *Ne plus frumenti dotalibus emetat agris Mucius.* Od. 2. lib. 1, *Quam locus circumuolat & Cupido.* Od. 14. eiuſd. *Interfuſa nitenteis Vites æquora Cycladas.* Od. 15. lib. 3. *Maturo propior deſine funeri Interludere virgines.* Ode 27. eiuſdem lib. *vtinam interrerem Nudæ leones.* Od. 16. epod. *Nec veſpertinus circumgemit vrſus ouile.* & Od. 5. lib. 4. *te proſequitur mero Defuſo pateris.* Nam Ode 31. lib. 1. perſpicuè diuiſit hoc verbum. *de patera nouum Fundens liquorem.* ſic Lucret. lib. 2. *& altos Interdum ramos egigni corpore viuo.* idem lib. 3. *atque vnde animantum copia tanta Exos, & exſanguis tumidos perfluctuat artus?* idem lib. 1. *Permanat calor argentum, penetraléque frigus.* idem lib. 6. *Qui faciant ſolem certa deſurgere parte.* ibidem. *Glandiferas intercurabant corpora quercus.* ibidem: *Et frutices intercondebant ſqualida membra.* ſic Virg. in Mœride. *ſed argutos interſtrepere anſer olores.* & Tibull. lib. 4. ad Meſſ. *Fertilis hanc interpoſita eſt, intérque rigenteis.* & Catull. in carm. de Iuliæ & Manlij nupt. *Transfer omine cum bono Limen aureolos pedes.* Accius, *Peruade polum.* quæ ſic interpretatur Varro lib. 6. de ling. lat. *vade per polum.* Omnino verbo *deproperandi* compoſito vtitur Plautus in Pœnulo, *deproperant ſedulò ſacrificare,*

C id eſt, valde properant: vt hoc loco, *deproperare coronas,* valde propere nectere & concinnare coronas, interpretari poſſimus. Placet tamen altera explicatio, vt ſit ἀναστροφὴ, & vt *de* iungatur cum voce *apio.*

CORONAS] quæ ſolebant in conuiuiis adhiberi, vt ſuprà oſtendimus, fiebántque ex apio, myrto, & ſimilibus. Theoc. εἰδ. ζ. πολυγιάμπλῳ τε στεφάνῳ. & εἰδ. ιγ. καὶ θάλλοντα σέλινα.

QVEM VENVS, &c.] id eſt, talorum iactus Venereus, qui tùm erat, cùm omnes tali iacti diſſimiliter cadebant. Nam Veneris iactus regem, ſeu magiſtrum conuiuij efficiebat. Vide ſup. Od. 4. lib. 1. *Nec regna vini ſortiere talis.* de Venere autem, ſeu iactu talorum venereo ſic M. Tull. de diuin. lib. 1. *Quattuor tali iacti caſu venereum efficiunt. Num etiam centum venereos ſi CCCC. talos ieceris, caſu futuros putas?* Huc pertinet illud Plutarchi de Catone maiore in eius vita. ἐν δὲ τοῖς δείπνοις ἐκληροῦντο περὶ τῶν μεριδίων. εἰ δὲ ὑπολάχοι πρεσβύτην αἴρειν τῶν φίλων κελευόντων, ἔλεγε μὴ καλῶς ἔχειν ἀκύρους τὰς Ἀφροδίτης. id eſt, in conuiuiis autem tempeſtiuis de portionibus rem ſorti permittebat. Quòd ſi ſors non reſpondiſſet, hortantibus amicis vt primus tolleret, dicebat non decere inuita Venere. Denique Veneris iactus felix erat atq; optatus. Plautus in Aſin. *ARGY. Iace pater talos, vt porrò nos iaciamus. DEM. maximè. Te Philænium mihi atque vxori mortem. hoc venerium eſt, pueri plaudite.* Suet. in Aug. *talis enim iactis, vt quiſque canem, aut ſenionem miſerat: in ſingulos talos, ſingulos denarios in medium conferebat: quos tollebat vniuerſos, qui Venerem iecerat.* eſt igitur hæc horum verborum ſententia: Cui regnũ bibendi obueniet venereo iactu? quis regnum vini ſortitò capiet? Profert hunc locum Seruius ad illum Virg. Georg. 3. *Quem legere ducem & pecori dixére maritum.* vbi *dixere* interpretatur *deſignauerunt,* vt hic *dicet deſignabit* quanquã videtur legiſſe *dicit:* quod fortaſſe rectum & verum eſt.

NON EGO SANIVS BACCH.] id eſt, libet mihi Edonos illos Thraciæ populos bibaciſſimos intemperanter bibendo imitari. *Inſanire iuuat,* vt E Od. 19. lib. 3. de Thracibus autem diximus ſup. ad Od. 27. lib. 1. Edonos commemorat Theocritus εἰδ. ζ. Εἴης δ' Ἠδωνῶν μὲν ἐν ὄρεσι χείματι μέσσῳ. id eſt, ſis bruma media Edonorum in montibus altis.

RECEPTO] recuperato. Od. 2. lib. 4. *ô ſol Pulcher, ô laudande canam recepto Cæſare Felix.*

FVRERE] inſanire, bacchari, furenter potare.

## IN BARINEN.
### Ode 8.

Non eſſe, cur ei iuranti credatur: Formoſarum enim periuria à diis non vindicari.

*VLLA ſi iuris tibi peierati*
*Pœna, Barine, nocuiſſet vnquam:*
*Dente ſi nigro fieres, vel vno*
*Turpior vngui:*
*Crederem. ſed tu, ſimul obligaſti*
*Perfidum votis caput, enitescis*
*Pulchrior multo, iuuenúmque prodis*
*Publica cura.*
*Expedit matris cineres opertos*
*Fallere, & toto taciturna noctis*
*Signa cum cælo, gelidáque diuos*
*Morte carenteis.*
*Ridet hoc, inquam, Venus ipſa: rident*
*Simplices nymphæ, ferus & Cupido,*
*Semper ardenteis acuens ſagittas*
*Cote cruenta.*
*Adde, quòd pubes tibi creſcit omnis*
*Seruitus creſcit noua: nec priores*

*Impiæ*

Digitized by Google

A *Impiæ tectum dominæ relinquunt,*
*Sæpe minati.*
*Te suis matres metuunt iuuencis:*
*Te senes parci: miseræq; nuper*
*Virgines nuptæ, tuane retardet*
*Aura maritos.*

VLLA SI IVRIS TIBI, &c.] iuris peierati, id est, periurij. hoc igitur dicit. si periurio fieres vel minima corporis parte deformior, crederem tibi iuranti: sed hoc video tibi euenire, vt quo improbius peieras, eo pulchrior exoriaris. Protagoras apud Platonem in Philebo, ait dici solere Deos immortaleis iis ignoscere, qui in rebus amatoriis, & venereis peierant, quasi voluptates, vt pueri minimũ mentis habeant. sic ille, ὡς δὴ λόγος, καὶ ἐν ταῖς ἡδοναῖς ταῖς περὶ τὰ ἀφροδίσια (αἳ δὴ μέγιστοι δοκοῦσιν εἶναι) καὶ τὸ ὀπορκεῖν συγγιγνώμην εἴληφε παρὰ θεῶν, ὡς, καθάπερ παίδων, τῶν ἡδονῶν, νοῦν οὐδὲ τὸν ὀλίγιστον πεπαμένων. Callimachus hoc idem sic, Ωμοσεν, ἀλλὰ λέγουσιν ἀλαθέα, τοὺς ἐρῶντ' Ορκους
B μὴ δύνειν ἔστ' ἐς ἀθανάτων. quorum versuum hæc fere sententia est, quamtumuis iurent amantes, deos id negligere, quia verum sit prouerbium, iusiurandum, quod concipitur in amore non peruenire ad aureis deorum.

IVRIS TIBI PEIERATI] iuris iurandi abs te violati. *tibi* pro, abs te, huic poëtæ vsitatissimum.

SED TV SIMVL] simul vt, simulatque, vt suprà Od. 4. lib. 1. *quòsimul mearis.*

SIMVL OBLIG. PERFID. &c.] simulatq; caput tuum obstrinxisti votis ac promissis, iuris iurandi religione confirmatis: quæ tamen non exsoluis, neque præstas: simulatque per caput tuum iurasti, te amãti gratificaturum, neque fidem liberas tamen, multo pulchrior, quàm anteà exsistis. potest & ita accipi nomen, *votis*, vt positum sit, pro, precibus, id est, ἀραῖς, exsecrationibus. vt Od. 28. lib. 1. *precibus non linquar inultis.*
C quales sunt, *ne viuam*: ἐμοὶ χάνοι εὐρεῖα χθών. *mihi tellus ima dehiscat*: & *pater omnipotens adigat me fulmine ad vmbras.* Veteres autem caput, sacrum esse existimabant: cuius rei hæc argumenta sunt, quòd per caput iurare solebant, quòd sternutamenta, quæ è capite ortum habent, bonis ominibus, & amicis apprecationibus prosequebantur, quòd assensiones, capitis nutu declarabant. vide Athen lib. 2.

IVVENVMQVE PRODIS] ita pulchra exóreris post periurium, vt te vnam iuuenes expetant: tui vnius amore flagrent: tu vna, vel certè tu in primis eos sollicites, ac maceres. nulla enim grauior cura est, quàm quę ab amore proficiscitur.

EXPEDIT] si verum est, vt res ipsa declarat esse verum, te periuriis, & fraudibus formosiorem effici: expedit, id est, vtile est tibi, & cuiuis alij, parenteis sepultos fallere, neque ea, quæ illis promissa sint, persoluere, neque si per eorum manes iuraueris, iusiurandum seruare. sic verbo *expedit*, vsus est Od. 16. lib. epod. *Forte, quidexpediat, cõmuniter, aut melior pars, Malis carere quæritis laboribus*: vt sæpe & M. Tull. Vno, & altero exemplo contenti simus. epist. ad Rufum. lib. 5. *quid rectum sit, apparet: quid expediat, obscurum est.* & lib. 3. ad Seruium. *si, quid rectissimum sit, quærimus, perspicuum est: si, quid maximè expediat, obscurum.* D

MATR. CIN. OPERT.] id est, matrem mortuam. sic in epist. ad Pison. de arte poët. vtrùm *Minxerit in patrios cineres.* sic Virg. dixit *cinerem, & manes sepultos.* Æn. 4. *Id cinerem, & manes credis curare sepultos?* natum ex veterum consuetudine, qui mortuorum corpora cremabant, cineréque in vrnis conseruabant. M. Tullius Verr. 3. *cur hunc dolorem cineri eius, atq; ossibus inussisti, vt liberis eius bona patria, voluntate patris, iure, legibus tradita eriperes, & cui tibi esset commodum, condonares?* Idem ibid. *obsecrauit per fratris sui mortui cinerem*, &c. Idem 7. *Non ex litibus æstimatis tuis pecuniam domum: sed ex tua calamitate cineri, atque ossibus filij sui solatium vult aliquod reportare.*

TACITVRNA NOCTIS SIGNA] crebra sunt hæc apud poëtas, *nocte silenti*: *silentia noctis*. Virg. Æn. lib. 7. *Hæc responsa patris Fauni, monitúsque silenti Nocte datos*, &c. ibid. *cæsarum ouium, sub nocte silenti Pellibus incubuit stratis.* Tib. lib. 1. *Vota nouem Veneri nocte silente dedi.* Catull. ad Lesb. *Aut, quàm sidera multa, cum tacet nox, Furtiuos hominum vident amores.* Cæsar lib. 7. de bell. Gall. *tamen silentio noctis Cæsar egressus.* Lucret. lib. 4. *Et sonitus audire, seuera silentia noctis Vndique cum constent.* neq; ab his alienum est illud Od. 5. epod. *Nox & Diana, quæ silentium regis, Nocturna cum fiunt sacra*, &c. aliud est autem *silente nocte*, aliud *luna silente*, vt docet Plin. lib. 28. cap. 7. nam silentium lunæ, *interlunium* intelligitur, id est, tempus id, quo luna non lucet. Virg. Æneid. lib. 2. *tacitæ per amica silentia Lunæ.* E

GELIDA'QVE DIVOS MORTE CARENTEIS] ἀθανάτους.

RIDET HOC, &c.] Quinetiam *ipse* (vt ait Tibullus) *periuria ridet amantum Iupiter, & ventos irrita ferre iubet.* qua de re suprà.

SEMPER ARD. ACVENS SAG.] de sagittis & arcu Cupidinis diximus ad Od. 27. lib. 1. nonnulla: ad quæ non me pigebit addere id, F quod est apud Eurip. Iphig. in Aul. Vbi chorus ait, Cupidinem duos arcus intendere solere. vnum prosperum, & vitæ beatæ effectorem: alterum vitæ perturbatorem, & corruptorem. sic Eurip. ὅτι δὴ Λίδυμ' ἔρως χρυσοκόμας Τόξ' ἐντείνεται χαρίτων, Τὸ μὲν ἐπ' εὐαίωνι πότμῳ, Τὸ δ' ὅπη συγχύσει βιοτᾶς

COTE CRVENTA.] cur cruenta? an propter opus rei venereæ, quod cruentum est? semẽ enim genitale cruor est, siue sanguis, nõ placet. an propter cędeis ex amore orienteis? quod verisimilius est.

SERVITVS CRESCIT NOVA] crescunt noui amatores, qui tibi seruiunt, tuam perfidiam, & impietatem non experti.

NEC PRIORES, &c.] neque veteres tamen, quibus tui mores perspecti sunt, & cogniti, qui tuorum periuriorum testes sunt, in quos tu te sęuam, & immitem, & perfidam præbuisti, quãuis

sæpe

Digitized by Google

A sæpe minati sint, se tibi seruire desituros, à tuis ædibus, ac foribus discedere queunt.

SÆPE MINATI] vt ille apud Terent. *exclusit: renocat: redeam? non, si me obsecret.*

SVIS IVVENCIS] suis filiis adolescentulis,

MISERÆQVE NVPER, &c.] nouæ nuptæ te quoque metuunt, ne tua venustas, & oris pulchritudo, & flagrãtia oculorum suos maritos efficiat in se tardiores, aut etiam abs se se alienet. aura hoc loco, ducta translatione à ventis, qui nauem quò lubet, impellunt, oris nitorem, venustatem, elegantiam significat. Virg. ad auri splendorem transtulit Æneid. sexto. *Discolor vnde auri per ramos aura refulsit.* propriè dixit Lucr. lib. 2. *cum primis quærere par est, Quo ad licet ac possis, reperire inolentis oliui Naturam, nullam quæ mittat naribus auram.*

## AD VALGIVM. Ode 9.

B Vt mortuum puerum aliquando flere desinat.

*NON semper imbres nubibus hispidos*
*Manant in agros, aut mare Caspiũ*
*Vexant inæquales procellæ*
*Vsque: nec Armeniis in oris,*
*Amice Valgi, stat glacies iners*
*Menseis per omneis, aut Aquilonibus*
*Querceta Gargani laborant,*
*Et foliis viduantur orni.*
*Tu semper vrges flebilibus modis*
*Mysten ademtum: nec tibi vespero*
*Surgente decedunt amores,*
*Nec rapidum fugiente solem.*
C *At non ter æuo functus amabilem*
*Plorauit omneis Antilochum senex*
*Annos: nec impubem parentes*
*Troilon, aut Phrygiæ sorores*
*Fleuere semper. desine mollium*
*Tandem querelarum: & potius noua*
*Cantemus Augusti tropæa*
*Cæsaris, & rigidum Niphaten,*
*Medúmque flumen gentibus additum*
*Victis, minores voluere vortices:*
*Intráque præscriptum Gelonos*
*Exiguis equitare campis.*

HISPIDOS] horridos, deformeis propter hiemem.

MARE CASPIVM] quod est in Scythia. D

INÆQVALES PROCELLÆ.] quæ mare (quod sua sponte tranquillum, atque æquale est, vnde æquor appellatur) inæquale reddunt. Nam mare nulla ventorum vi agitatum, nullis procellis concitatum, æquale est: tempestate autem coorta, & procellis excitatis, tum fit inæquale. M. Tull. de nat. deorum lib. 3. hæc quattuor coniungit, imbreis, nimbos, procellas, turbines. sic & Philippica 5. *hæc causa, cur lex tam præclara, maximo imbri, tempestate, ventis, procellis, turbinibus, inter fulmina, & tonitrua ferretur.*

GLACIES INERS.] quæ & fluuios, & agros, inerteis quodammodo efficit, illos ad nauigationem ineptos: hos sterileis & incultos. aliter terrã inertem nominat Od. 4. lib. 3.

QVERCETA GARGANI] Garganus mons Apuliæ, seu Iapygiæ. Idem epist. ad August. *Garganum mugire putes nemus, aut mare Tuscum.* Virg. lib. 11. Æneid. *Ille vrbem Argyripam patriæ cognomine gentis Victor Gargani condebat Iapygis agris.*

VIDVANTVR] spoliantur. vide annot. ad illum locum *viduus pharetra*, Od. 10. lib. 1.

ORNI] sup. Od. 9. lib. 1. *Nec veteres agitantur orni.* E

VRGES FLEBILIB. MOD.] insequeris carminibus ad flendum accommodatis, seu potius ad flendum prouocantibus. sic M. Tull. Tuscul. quæst. 1. *Hæc cum pressis & flebilibus modis, qui totis theatris mæstitiam inferant, concinnuntur, &c.* aliter sup. Od. 24. lib. 1. *Multis ille bonis flebilis occidit.* valet enim illo loco, deflendus, deplorandus, vt diximus. dicimus autem Latinè, vrgere opus, vrgere forum pro eo, quod est, assiduè in opere, & in foro versari: sic dictum hoc loco ab Horatio *vrges flebilibus modis Mysten*, puerum tibi ereptum, pro eo, quod est, Mysten mortuum assiduè deploras, ac defles. in cod. Donati scriptum est *vrgues*, vt sæpe alibi.

NEC TIBI VESP. SVRG. DECED. AM.] NEC RAP. FVG.] id est, nec vesperi, nec manè. sic Virg. lib. 4. Georg. *Te dulcis coniux, te solo in littore secum, Te veniente die, te decedente canebat.* sic Cinna, *Te Matutinus flentem conspexit Eous, Et flentem vidit paullo post Hesperus idem*: ex Seruio. F quos versus mihi indicauit Passeratius. Stella Veneris ἑωσφόρος, seu φωσφόρος à Græcis, lucifer à Latinis appellatur, cùm solem antegreditur orientem: eadem ἕσπερος, id est, vesperus dicitur, cùm solem occidentem subsequitur, quam ἰσόδρομον ἡλίῳ, πάλιν, ait esse Plato in Timæo, id est, cursum conficere Solis celeritati parem: idémque de Mercurio: sed eos vim quandam adeptos esse Solî contrariam: ex quo fieri, vt hi tres, Lucifer, Sol, Mercurius sua conuersione alij alios superent, vicissimque superentur.

AT NON TER ÆVO FVNCT.] Nestorem significat: de quo sic M. Tull. in Catone maiore: *Videtisne, vt apud Hom. sapissimè Nestor de virtutibus suis prædicet? tertiam enim iam ætatem hominum vixerat, &c.* quæ sunt ex Homero sumta ἰλιάδ. α, τῷ δ' ἤδη δύο μὲν γενεαὶ μερόπων ἀνθρώπων ἐφθίαθ', οἵ οἱ πρόσθεν ἅμα τράφεν, ἠδ' ἐγένοντο ἐν Πύλῳ ἠγαθέῃ, μετὰ δὲ τριτάτοι-

Digitized by Google

A περιπάτησιν ἄνασσεν. Sciendum est autem, ætatis appellatione annos triginta intelligi, vt hoc dicam ἐν παρόδῳ: quod declarat locus apud Plutarch, in Catone maiore, vbi tradit, illum sex, & octoginta annos natum in iudicium adductum fuisse, atque hanc nominis delationem propemodum fuisse quinquagesimam: quatuor autem annis pòst, nempe annos nonaginta natum, Ser. Galbam, accusasse. ex quo dici posse Catonem, vt Nestorem, ad treis hominum ætates & vita, & rebus gestis peruenisse. Verba Plutarchi sunt hæc: Σερουίῳ Γάλβα κατηγόρησεν ἐννενήκοντα γεγονὼς ἔτη. Κινδυνεύῃ γὰρ, ὡς ὁ Νέστωρ, ἐς τριγονίαν τοῦ βίου καὶ τοὺς τρόπους καταλθεῖν. cũ Plut. cõgruit Tit. Liu. lib. 39. annaliũ his verbis: *Qui* (Catonem describit) *sextum & octogesimum annum agens causam dixerit, ipse pro se orauerit, scripserit que: nonagesimo anno Ser. Galbam ad populi iudicium adduxerit.* Quod item ex Dionys. Halicar. probari potest. Herodotus autem in Euterpe, ætatem treis & triginta annos vult continere, his verbis: Καὶ τοι τριηκόσιαι, μὲν ἀνδρῶν γενεαὶ δυνέαται μύριαι ἔτεα. γενεαὶ γὰρ τρεῖς ἀνδρῶν ἕκαστον ἔτεα ὀγδώ. id est, atqui trecentæ hominum ætates, annorum decem mil-
B lia valent. nam tres ætates hominum, centum anni sunt.

AMABILEM] ἀγαπητὸν, τηλύγετον, vel natu minimum, vel in extrema senectute natum, & ita carissimum: vel dic vnicum, ceteris exstinctis, ac de medio sublatis.

ANTILOCHVM] Homer. in Iliade, mortem Antilochi non narrat, quemadmodum neque Achillis. tantummodò ὀδυσσ. γ. Nestor Telemacho de patre Vlysse percunctanti, filium suum Antilochum inter eos, qui ad Troiam occubuerint, numerat his verbis, Ἐνθα μὲν Αἴας κεῖται Ἀρηΐος, ἐνθάδ' Ἀχιλλεὺς, Ἐνθάδ' ἐμὸς φίλος υἱὸς ἄμα κρατερὸς, καὶ ἀμύμων Ἀντίλοχος. & ὀδυσσ. δ. à Memnone interfectum esse ait. Τὸν ῥ' ἤτοι ἔκτεινε φαεινῆς ἀγλαὸς υἱός. Iam verò Pindarus Πυθ. εἴδ. ϛ. scribit, Antilochum, dum patrem seruare cupit, Memnonisque vim, atque impetum sustinet, ab eo cæsum esse, de pietate in parenteis loquens: ἐγένετο καὶ πρόσθεν Ἀντίλοχος βιατὰς, νόημα τῶτο φέρων, ὃς ὑπερέφθιτο πατρὸς ἑναρίμβροτον ἀμμείναις σράπαρχον Αἰθιόπων Μέμνονα. Νεσσορίδαν γὰρ
C ἵππος ἄρμ' ἐπέδα Πάριος ἐκ βελέων δαίχθεὶς. ὁδ' ἔφεπε κράταιον ἔγχος· Μεσσανίᾳ δὲ γέροντος δονηθεῖσα φρλὼ βόασε παῖδα ὃν. Χαμαιπετὴς δ' ἀρ' ἔπος οὐκ ἀπέρριψεν αὐτῷ. Μένων δ' ὁ θεῖος ἀνὴρ ἀρίστα μὲν θανάτῳ κομιδὰν πατρὸς, &c. id est, Fuit & antea Antilochus violentus ac fortis, hac mente præditus, qui pro patre mortem oppetiuit, cùm virorum interfectorem ac spoliatorem sustinuisset ducem Æthiopum Memnonem. Nestoris enim currum equus impediebat ac morabatur, Paridis telis vulneratus. Ille autem hastam validam gestabat. Senex porrò Messenius conturbatus, filium euocauit. Vocem autem inanem non misit, neque sermonem inutilem habuit: sed manens ille, plane diuinus vir, salutem patris à se recuperatam morte sua redemit.

NEC IMPVB. PAREN. TROÏLON.] Troïlus Priami filius. de quo Virg. Æn. 1. *Infelix puer, atque impar congressus Achilli.* & M. Tullius Tusculan. 1. *Quamquam non malè ait Callimachus, multo sæpius lacrymasse Priamũ, quàm Troilũ.* D

DESINE MOLLIVM, &c.] omitte querelas muliebreis, virúmque minimè decenteis. Græcorum more autem locutus est, vt solet. illi enim cum verbo λήγω, quod valet, desinere ac finem facere, patrium casum iungunt. Eurip. in Hippoly. Λῆγε μὲν κακῶν φρενῶν. Idē Phœniss. Ἔξελθ', ἄκουσον. Οἰδίπου κλεινὸ δάμαρ Λήξασ' ὀδυρμῶν πενθίμων τε δακρύων. Theoc. εἰδ. α. Λήγετε βωκολικᾶς, Μῶσαι ἴτε, λήγετ' ἀοιδᾶς. Hesiod. ἔργ. καὶ ἡμ. φύλλα δ' ἔραζε χέει, πόρθοιό τε λήγει Ὕλη. Homer. ἰλιάδ. α. Ἀλλ' ἄγε, λῆγε ἔριδος, μηδὲ ξίφος ἕλκεο χερὶ. id est, Verùm age, fac finem contentionis, neque ensem manu à vagina extrahe.

ET RIGID. NIPH. MEDV'MQVE, &c.] hunc locum sic explico. & cantelnus hæc, videlicet Niphaten Armeniæ, & Medum Mediæ fluuios, quasi victos cum Armeniis & Medis, acceptęque cladis sensu, ac dolore affectos, angustius, ac lenius fluere. Est autem Medus proprium fluuij nomen, non Araxes, aut Tigris, aut Euphrates, vt alij arbitrantur, intelligendus: ídque ex Strabone cognoscere licet lib. 15. vbi commemorat, quos fluuios traiecerit Alexander Magnus, cùm E Persidē peragraret, ferróque vastaret. eius verba sunt hæc, ὡσὺς αὐτῇ δὲ Περσεπόλει τὸν Ἀράξην διέβη. ἦν δὲ ἡ Περσέπολις ἔχουσα βασίλεια ἐκπρεπῆ, καὶ μάλιστα τῇ πολυτελείᾳ τῶν κειμένων. ῥεῖ δ' ὁ Ἀράξης ἐκ τῶν Παραιτακίων. συμβάλλει δ' ἐς αὐτὸν ὁ Μῆδος ἐκ Μηδείας ὁρμηθείς, &c. id est, Ad ipsam autem Persepolim transiit Araxem. Habebat porrò Persepolis basilicas magnificas & præclaras, maximéque excellebat sumtu & pretio rerum in ea re conditarum. Fluit autem Araxes ex Parætacis. influit autem in eum Medus è Medea ortus. Neque verò est, quòd quisquam miretur, Horatium ita locutum esse *Medum flumen*, si Medus proprium fluuij nomen est. Nam sic eum reperimus duobus locis esse locutum, vno lib. 4. Od. 4. *Quid debeas ó Roma Neronibus, Testis Metaurum flumen:* altero in epist. ad Pis. *Aut flumen Rhenum, aut pluuius describitur arcus.* licet & addere tertium, qui est suprà Od. 6. huius lib. *Dulce pellitis ouibus Galesum Flumen.* sic enim scriptum est in quibusdam libris calamo exaratis. F Atqui Metaurus Rhemus, Galesus, propria sunt fluuiorum nomina.

VOLVERE] κυλίνδειν. sic enim Homerus ἰλ. λ. τόδε κῦμα κυλίνδεται.

INTRA'QVE PRÆSCR. GEL. &c.] & cãtemus hoc, nempe Gelonos intra fineis angustiores, & à victoribus præscriptos equitare. sunt autem Geloni Scythiæ Europææ populi.

## AD LICINIVM.
### Ode 10.

Retinendam esse mediocritatem, & animi in vtraque fortuna, æquabilitatem.

l *Rectius*

Digitized by Google

A *REctius viues Licini, neque altum*
*Semper vrgendo: neq; dum procellas*
*Cautus horrescis, nimiúm premendo*
*Littus iniquum.*
*Auream quisquis mediocritatem*
*Diligit, tutus caret obsoleti*
*Sordibus tecti, caret inuidenda*
*Sobrius aula.*
*Sæpius ventis agitatur ingens*
*Pinus: & celsæ grauiore casu*
*Décidunt turres: feriúntque summos*
*Fulmina montes.*
*Sperat infestis, metuit secundis*
*Alteram sortem benè præparatum*
*Pectus. informeis hiemes reducit*
*Iupiter: idem*
B *Summouet. non, si male nunc, & olim*
*Sic erit. quondam cithara tacentem*
*Suscitat Musam, neque semper arcum*
*Tendit Apollo.*
*Rebus angustis animosus, atque*
*Fortis appare. sapienter idem*
*Contrahes vento nimiùm secundo*
*Turgida vela.*

NEQVE ALTVM SEMP. VRG.] id est, neq; semper in alto mari nauigando. vrgere enim est assiduè persequi, occupare, premere, vt diximus ad Od. 22. lib. 1. Od. 24. eiusd. *Ergo Quintilium perpetuus sopor Vrget?* Od. 17. epod. *Vrget diem nox, & dies noctem.*

HORRESCIS] reformidas, fugis, pertimescis.

NIMIVM PREMENDO] nimiùm vrgendo.
C nimiùm insistendo.

LITTVS INIQVVM] iniquum, vel inæquale accipe, id est, curuum, & flexuosum: vel nauibus iniquum, id est, inimicum, atque infestum, vt epist. ad Pison. *Seu cursum mutauit iniquum frugibus amnis.*

AVREAM] omnibus rebus anteponendam: maximi pretij. sic Pindarus ὑγίειαν χρυσῷ appellat, id est, vt Græci interpretantur, πμίαν. Idem Pindarus Pyth. εἰδ. α. ait, se, cum intelligat mediocreis ciuium fortunas diutius florere, stabilioréque permanere tyrannidum sortem, & exitum detestari. τῶν γὰρ ἀνὰ πόλιν εὐρίσκων τὰ μέσα μακροτέρῳ σὺν ὄλβῳ πεθαλότα, μέμφομ' αἶσαν τυραννίδων.

INVIDENDA] nimis magnificè, & sumtuosè ædificata. sic enim dicimus opes inuidiosas, & inuidiosam potentiam, propterea quòd inuidia cadit in ea, quæ maximè excellunt, si modò sint eiusdem generis, vt diximus sup. ad Od. 6. huius lib. sic Od. 1. lib. 3. *posteis inuidendos* dicit nimis D
sumtuosos. Græci domum sumtuosam, & magnificè ædificatam, & ita inuidiosam μέγαρον, à verbo μεγαίρω, quod valet inuideo vel à μέγα αἴρω, id est, magnum attollo.

FERIVNTQVE SVMMOS FVLMINA MONTEIS] sic Lucret. lib. 6. de fulmine. *Altáq; cur plerumque petit loca, plurimáque huius Montibus in summis vestigia cernimus ignis?* & lib. 5. *Inuidia quoniã, ceu fulmine, summa vaporant Plerumque, & quæ sunt alijs magis edita cumque.* in omnibus ferè libris manu scriptis: duob. Vatic. Tornes. Nicotianis, Russardinis, Cleric. *fulgura* legitur. Atque ita censeo reponendum, quamquam lectio vulgata ferri potest. à *fulgure* autem dictum *fulguritum*, quod est fulmine ictum: *qui locus* (inquit Festus) *statim fieri putabatur religiosus, quòd eum sibi Deus dicasse videretur.*

ALTERAM SORTEM] alteram vitæ condicionem.

BENE PRÆPARATVM PECTVS] animus benè institutus, & ad omnem euentum præmunitus.

INFORMEIS HIEMES] informeis hiemes E
dixit ab effectu, quia terram informem efficiunt. Virg. Georg. 3. *Sed iacet aggeribus niueis informis, & alto Terra gelu.*

SVMMOVET] Od. 16. eiusd. lib. *Non enim Gazæ, neque consularis Summouet lictor miseros tumultus Mentis.* & Saty. 9. lib. 1. *dispeream ni Summosses omneis.*

OLIM] post hac. vt Saty. 5. lib. 2. *Magna minórve foro si res certabitur olim.*

QVONDAM] interdum.

NEQVE SEMPER ARCVM TENDIT] id est, non semper hominibus pestem immittit: non semper iratus est. Hom. ἰλιάδ. α. ὁ γὰρ βασιλῆι χολωθεὶς Νοῦσον ἀνὰ στρατὸν ὄρσε κακὴν, ὀλέκοντο δὲ λαοί. Nam etiam Festus tradit Appollinem Pæana dictum ἀπὸ τῆ παίειν, quod valet ferire, quòd eum sagittarum ictu nocere putabant. Vt igitur Arcus Apollinis intentus significat, eum esse iratum: sic remissus, propitium & placatum. huc pertinet illud F
carmine sæcul. post epod. *Condito lenis, placidúsq; telo, &c.* quæ annotata sunt sup. Od. 21. lib. 1.

REBVS ANGVST. ANIM. &c.] in rebus, tenuibus, humilique & aduersa fortuna, fortem oportet animum præstare: in secundis, animum cõtrahere, & summittere. nihil hac sententia tritius, nihil eadem vtilius. eam sic exprimit Isocrates ad Demon. Νόμιζε μηδὲν εἶναι τῶν ἀνθρωπίνων βέβαιον. ὅτω γὰρ ὅτ' εὐτυχῶν, ἔση προσχαρὴς· ὅτε δυστυχῶν, προλυπος. id est, Existima nullam esse rerum humanarum, stabilem ac firmam. sic enim neque rebus secundis lætitia efferêre: neque aduersis, mœrore contabesces. Theognis autem hoc modo, Μηδὲ ἄγαν χαλεπῶσιν ἀεσῶ φρένα, μηδ' ἀγαθοῖσι χαῖρ', ἐπὶ ἐς' ἀνδρὸς πάντα φέρειν ἀγαθῶ. Neque rebus difficilibus & asperis animum tuum nimis excrucia, neque bonis nimiùm lætare. Est enim viri boni omnia ferre. Idem, Μήτε κακοῖσι νοσῶν λυσσῶ φρένα, μήτ' ἀγαθοῖσι Τερφθῆς ἐξαπίνης, πρὶν τέλος ἀκρὸν ἰδεῖν. id est, neque malis fractus mentem tuam macera, neque bonis

nimium

Digitized by Google

nimium citò lętare prius quàm euentum vlti mu n videris.

CONTRAHE S VENTO NIMIVM SEC.] sic habent omnes noſtri libri veteres, & item vulgati. Quòd autem quidam teſtantur ſe ſcriptum reperiſſe in vno vetere, *contines*: non placet. Nam nullo modo neque hæc ſcriptura, neque *contine*, vt emendant, ferri poteſt. dicimus enim latinè contrahere vela, non continere.

## AD Q. HIRPINVM. Ode 11.

Omiſſis curis, iucundè viuendum eſſe.

*Quid bellicoſus Cantaber, & Scythes,*
*Hirpine Quincti, cogitet, Adria*
*Diuiſus obiecto, remittas*
*Quærere: nec trepides in vſum*
*Poſcentis æui pauca. fugit retro*
*Læuis iuuentas, & decor, arida*
*Pellente laſciuos amores*
*Canitie, facilémque ſomnum.*
*Non ſemper idem floribus eſt honos*
*Vernis: neque vno Luna rubens nitet*
*Vultu. quid æternis minorem*
*Conſiliis animum fatigas?*
*Cur non ſub alta vel platano, vel hac*
*Pinu iacentes ſic temere, & roſa*
*Canos odorati capillos,*
*Dum licet, Aſſyriáque nardo,*
*Potamus vncti? diſſipat Euius*
*Curas edaceis. quis puer ocyus*
*Reſtinguet ardentis Falerni*
*Pocula prætereunte lympha?*
*Quis deuium ſcortum eliciet domo*
*Lyden? eburna, dic, age, cum lyra*
*Maturet incomtum Lacænæ*
*More comam religata nodum.*

CANTABER] ſup. Ode 6. *Cantabrum indoctum iuga ferre noſtra.* Cantabri ab Agrippa deuicti. epiſt. ad Iccium lib. 1. *Cantaber Agrippæ, Claudi virtute Neronis Armenius cécidit.* & Od. 8. lib. 3. *Cantaber ſera domitus catena.*

REMITTAS QVÆRERE] omittas quęrere, ſeu potius remiſſius quæras.

NEC TREPIDES IN VSVM POSCENTIS] nec labores, néue ſollicitus & anxius ſis in vſum, id eſt, propter vſum vitæ: quæ cùm breuis ſit, pauca deſiderat, bonorúmque mediocritate contenta eſt. tale eſt illud Od. 29. lib. 3. *Ridétque, ſi mortalis vltra Fas trepidat.*

FVGIT RETRO] quia iuuenes fiunt ſenes: meliores anni abeunt: ſubeunt curæ, cani, rugæ, morbi, ſenectus.

LÆVIS IVVENTAS] imberbis. vt epiſt. ad Piſon. *Imberbis iuuenis tandem cuſtode remoto Gaudet equis.* de Iuuentate iuuentæ dea, diximus ad Od. 30. lib. 1.

DECOR] forma, pulchritudo.

ARIDA CANITIE] epithetum accommodatiſſimum. canities enim ex ſiccitate naſcitur, vt docet Ariſtot. Præterea ſenectus arida eſt, & ſenes aridi. At per canitiem, ſignificatur ſenectus. Horat. Ode 9. lib. 1. *Donec virenti canities abeſt Moroſa.*

PELLENTE LASCIVOS AMORES, &c.] ſenectus & ad amores inepta eſt, & inſomnia, vigiliíſque maximè vexatur, & conflictatur.

FACILEMQVE SOMNVM] eod. epitheto vſus eſt lib. 3. Ode 21. *ſine geris iocos, Seu facilem pia teſta ſomnum.* alibi leueis ſomnos appellat. vt infrà Ode 16. *Nec leueis ſomnos timor, aut Cupido Sordidus auſert.* eundem autem ſignificari puto, quem Theocr. γλυκερον, καὶ ἐγέρσιμον nominat: contrà χάλκεον & νήγρετον Homerus mortem appellat: id eſt, ſomnum, è quo nemo expergiſcitur. idem interdum valet πάνδυμος ὕπνος. ſed ſæpius pro ſuaui & longo, & alto, & tranquillo ſomno ponitur, vt & νήγρετος.

NEQVE VNO LVNA RVB. NITET] Nam (vt eſt Oda 18. huius libri) *Truditur dies die. Nouæq; pergunt interire Lunæ.* rubens autem hoc loco eſt epithetum ad commendationem nitoris Lunæ pertinens. idem valet apud Propert. lib. 1. verbum, *ruberet. Et mediis cælo luna ruberet aquis.* ne quis forte ruborem hîc accipiat, quemadmodum Virgil. vſurpat. Georg. 1. *At ſi virgineum ſuffuderit ore ruborem, Ventus erit: vento ſemper rubet aurea Phœbe.* varij autem ſunt lunæ vultus, variæ figuræ: vide annot. ad Oden 2. lib. 4. ibi: *Fronte curuatos imitatus igneis.*

QVID ÆTER. MIN. &c.] quid tu animum cogitationibus longiſſimis, ac pæne dicam, ſempiternis, id eſt, quæ ad longiſſimi temporis curam pertinent, conficis, quibus par eſſe nequeat? animi enim noſtri cogitationes debent breuiſſimo tempore terminari, cùm vitæ noſtræ ſpatium anguſtiſſimis finibus circumſcribatur. Hæc autem loquor ex Horatij ſententia, cui animorum immortalitas non probatur. eodem pertinet ſententia illa, quam profert Ariſt. lib. 2. de arte dicendi, incerto auctore. Θνατὰ χρὴ τὸν θνατὸν, ἐκ ἀθάνατα θνατὸν φρονεῖν. id eſt, mortalia oportet mortalem, non immortalia mortalem ſentire, aut cogitare, aut ſpirare.

VEL PLATANO, VEL HAC PINV] platanus & pinus arbores ſunt ad vmbram præbendam natæ, vt ſupra Ode 3. *Quæ pinus ingens, &c.* & infrà 15. *platanuſq; calebs Euincet vlmos.*

TEMERE] ὡς αὐ τύχῃ, vt fors tulerit: membris non ordine, aut arte compoſitis, ſed ita

A vt casus tulerit, & qualibet stratis.

ET ROSA CANOS ODORATI CAPIL.] id est, odoratis capillis. nam sic loquuntur Græci. iam odorati nomen est ab odore, non participium ab odorando. sic infrà Ode 20. lib. 3. *Sparsum odoratis humerum capillis.* sic Virgil. Georgic. 3. *Discę & odoratam stabulis accendere cedrum.* Seru. huiusmodi nomina, participia appellat sine origine verbi, quale est *picturatus.* Virg. Æn. 3. *Fert picturatas auri subtemine vesteis:* & *virgatus.* Idem Æn. 8. *Virgatis lucent sagulis.* & *bacatus.* Idem lib. 1. *collóque monile Bacatum.* & *stellatus.* Idem lib. 4. *atque illi stellatus iaspide fulua Ensis erat.* Catull. de nupt. Pelei. *Ante pedes autem candentis mollia lana Vellera virgati custodibant calathiſci.*

ASSYRIA QVE NAR. POT. VNCTI] vncti oleo, seu vnguento nardino. sup. Ode 7. *nitenteis Malobathro Syrio capillos.*

DVM LICET] vt suprà Ode 3. *Dum res, & ætas, & sororum Fila trium patiuntur atra.* & Ode 17. lib. 3. *dum potes, aridum Compone lignum.*

DISSIPAT EVIVS] Anacreon, Σκεδάσαι θέλω μερίμνας. vide sup. Ode 7. lib. 1. *nunc vino pellite curas.* Xenophon in sympoſio vtitur verbo κοιμίζειν, quod valet, sopire. apud quem sic loquitur Socrates: Ἀλλὰ πίνειν μέν, ὦ ἄνδρες, καὶ ἐμοὶ πάνυ δοκεῖ. τῷ γὰρ ὕπνῳ οἴνος ἄρδων τὰς ψυχὰς, τὰς μὲν λύπας, ὥσπερ ὁ μανδραγόρας τοὺς ἀνθρώπους, κοιμίζει: τὰς δὲ φιλοφροσύνας, ὥσπερ ἔλαιον φλόγα, ἐγείρει. At bibere quidem, viri, mihi videtur oportere. Nam planè vinum animos irrigans, dolores quidem veluti mandragoras homines, sopit: hilaritates autem vt oleum flammã, excitat. fortasse autem, *cessatum ducere curam.* epist. 2. lib. 1. idem valet, quod κοιμίζειν. qua de re vide suo loco. sed admonendus est lector nondum multa lectione perpolitus, nomen *Euius* scribendum sine aspirationis nota, & i, Latino. sic enim Eurip. Bacch. βαρυβρόμων ὑπὸ τυμπάνων Εὔιε τὸν Εὔιον ἀγαλλόμενον θεὸν: id est, grauifremis sub tympanis Euium cantu hilaro canentes deum.

CVRAS EDACEIS] Hesiod. ζωοπόρους μελεδῶνας vide annot. ad Od. 18. lib. 1.

PRÆTEREVNTE LYMPHA?] aqua è riuo, aut fluuio potius petita? aqua profluente? sic C Tibul. lib. 1. eleg. 1. *Sed canis æstinos ortus vitare sub vmbra Arboris, ad riuos prætereuntis aquæ.* Horat. Od. 7. lib. 4. *Mutat terra vices, & decrescentia ripas Flumina prætereunt.*

DEVIVM quod non prostat in via publica: cuius domus à via publica remota est, & ita quod minus est vulgare, minúsq; omnium libidini expositum. vtitur hoc nomine & Ode 25. lib. 3. *vt mihi deuio Ripas, & vacuum nemus Mirari libet?*

DIC AGE CVM LYRA, &c.] licet quidem hunc locum sic explicare: dic age, ô puer, Lydæ, maturet cum lyra venire, coma religata in nodum more Lacænæ comtum, id est, negligenter & simpliciter compositum, non ceterarum mulierum in morem concinnatum, vel religata coma more Lacænæ: parum refert. quod si probabimus, verbum *maturare* hoc loco idem valebit, quod properare, & subaudiendum erit, venire, aut aliquid simile. quibus verbis significabit Horatius se nolle, Lydē nimiam curam in comendo capillo, ceteróque D corporis cultu ponere: sed Lacænarum mulierum more composito capillo, quamprimum venire. dixit autem *religata in nodum*, vt Virg. Æneid. 11. *in nodum collegerat. tum croceam chlamydémque, sinúsque crepanteis Carbaseos fuluo in nodum collegerat auro.* qui tamen libro 4. pæne contrario modo, dixit, *crines nodantur in aurum.* Verùm cùm videam in plerisq; codicibus & calamo scriptis, & excusis *incomtum* vno vocabulo scriptum esse: videtur hoc modo potius hic locus explicandus: *dic maturet incomtum nodum*, id est, dic maturè nodum incomtum faciat, coma religata more puellarum Lacedæmoniarum: dic properè comam nodo incomto colligat. Adiuuat hanc explicationem quòd puellæ Lacænæ non solebant comam in nodum colligere, sed passam, & diffusam ventis iactandam permittere. Virgil. Æneid. 1. *Virginis os, habitúmque gerens, & virginis arma Spartanæ, vel, &c. Namque humeris de more habilem suspenderat arcũ Venatrix, dederátq; comas diffundere ventis.* Quòd si cui hæc explicatio placeat, verbum *maturet*, intelligendum erit habere significationem agentem: quod non est Horatio E nouum, neque inusitatum. sic enim infrà lib. 3. Ode 7. dixit: *nimis Caſto Bellerophonti Maturare necem.* & suprà, *properare coronas*, Ode 7. & epist. ad Loll. 1. lib. 1. *pœnas festinat.* huic loco similis est ille lib. 3. Ode 14. *Dic & arguta properet Neæra Myrrheum nodo cohibere crinem:* nisi quòd in eo loco verbum, *properet*, cum infinitiuo coniungitur. Omnino prior & explicatio, & lectio ferri potest, vt intelligamus, Neæram passo, & soluto capillo nunc quidem esse domi, vt fortasse solebant esse puellæ, & ita est puella illa apud Terent. in Andria: sed iuberi venire religata & collecta coma in nodum, more Lacænarum puellarum comtum. sed huic explicationi obstat, quòd puellæ Spartanæ solutis, & passis crinibus esse solebant. sequamur igitur codices veteres, & explicationem posteriorem.

## AD MÆCENATEM. Ode 12. F

Res graueis & tragicas lyricis versibus non conuenire: soluta autem oratione, res gestas Augusti, Mæcenatem ipsum perscripturum: se nihil posse, præter Lycymniæ formam canere.

*NOLIS longa feræ bella Numantiæ,*
*Nec dirum Annibalem, nec Siculum mare*
*Pœno purpureum sanguine, mollibus*
*Aptari citharæ modis:*
*Nec sæuos Lapithas, & nimium mero*
*Hylæum, domitósque Herculea manu*
*Telluris iuuenes, vnde periculum*

*Fulgens*

Digitized by Google

A *Fulgens contremuit domus*
*Saturni veteris: túque pedestribus*
*Dices historiis prœlia Cæsaris*
*Mæcenas melius, ductáque per vias*
*Regum colla minacium.*
*Me dulcis dominæ Musa Lycymniæ*
*Cantus, me voluit dicere lucidùm*
*Fulgentis oculos, & bene mutuis*
*Fidum pectus amoribus:*
*Quam nec ferre pedem dedecuit choris:*
*Nec certare ioco, nec dare brachia*
*Ludentem nitidis virginibus, sacro*
*Dianæ celebris die.*
*Num tu, quæ tenuit dives Achæmenes,*
*Aut pinguis Phrygiæ Mygdonias opes,*
*Permutare velis crine Lycymniæ,*
B *Plenas aut Arabum domos:*
*Cum fragrantia detorquet ad oscula*
*Cervicem: aut facili sævitia negat?*
*Quæ poscente magis gaudeat eripi:*
*Interdum rapere occupet.*

NOLIS LONGA] Tale ferè argumentum est Odæ sextæ lib. 1. *Scribêris Vario fortis, & hostium Victor Mæonij, &c.* significat, res grauiores & bellicas versibus lyricis non conuenire.

NVMANTIÆ] quam deleuit Scipio Africanus anno post Karthaginem euersam decimo quarto. de quibus sic M. Tull. Offic. 1. *Maiores nostri Karthaginem, Numantiámque funditus sustulerunt, &c.*

NEC DIRVM ANNIB.] nonnulli codices habent *durũ*, quos non sum secutus. nam & infrà Ode 6. lib. 3. *Annibalémque dirum* dixit.

NEC SICVLVM MARE] primus Cn. Duilius cos. Pœnorum classem deuicit, primúsque omnium Rom. victoriæ naualis triumphum egit. C scribit Liuius lib. 17. & M. Tull. in Catone maiore, his verbis: *C. Duilium M. F. qui primus Pœnos classe deuicerat, redeuntem à cena sæpe videbam puer. delectabatur crebro* (aliàs *cereo*) *funali, & tibicine quæ sibi nullo exemplo priuatus sumserat: tantùm licentiæ dabat gloria.* Polybius hist. lib. 1. scribit, bellum inter Romanos & Karth. de Sicilia gestum, anno XVII. denique esse finitum, omniúmque bellorum, de quibus audierit, & longissimum fuisse, & maximum.

NIMIVM MERO] intemperanter & immoderatè se vino inuitantem. sic sup. *rixas immodicas mero* appellauit, ex immodico vini potu natas, Od. 13. libri primi.

HYLÆVM] vnum è Centauris.

TELLVRIS IVVENES] γηγενεῖς, terræ filios, Gigantes, quos ope & subsidio Herculis & Bacchi superatos esse annotabimus ad Oden 19. huius libri. sciendum est autem, cùm significare volunt scriptores, aliquem obscuro loco esse natum, Terræ filium appellare solere. M. Tull. epist. ad Trebat. *Cn. Octauius tuus familiaris summo genere natus, terræ filius, is me, quia scit tuum familiarem esse, crebrò ad cenam inuitat: adhuc non potuit perducere.* D

VNDE] à quibus. sic sæpe aliàs.

PEDESTRIBVS] soluta & prosa oratione scriptis. sic Græci πεζὸν λόγον nominant. Plato in sophista: πεζῇπερ ὧδε ἑκάστοτε λέγων, καὶ μετὰ μέτρων. id est, & pedestri sermone assiduè dicens, & versibus. Fuisse autem Mæcenatem eruditum, cum ex multis aliorum testimoniis cognoscere licet, tum accedit non leuis testis Seruius: qui ad illum Virg. versum Georgic. 2. *Non ego cuncta meis amplecti versibus opto*, hunc locum profert, & testatur eum res gestas Augusti scripsisse. Accedat & Horatius & hîc, & Oda 8. lib. 3. *Doctæ sermones vtriúsque linguæ*, & idem alibi.

DVCTA QVE PER VIAS] ducta in triumphum.

MINACIVM] liber Donati & Vrsini habent *minantium*: at Faër. duo Vaticani, & Torn. Nicot. E Russ. *minacium*. quos secutus sum. Et vero ita legit Seruius ad eum, quem dixi, locum.

DVLCEIS MOD.] dulceis cantus, vt Ode 9. lib. 3. *dulceis docta modos*. & ita scriptum est in lib. Don. & Vrsini, & Vatic. duob.

DOMINÆ] amicæ tuæ. solebant enim amantes, amicas suas, dominas appellare. Tibull. eleg. 5. lib. 1. *Sæpe aliam tenui, sed iam cum gaudia adirem, Admonuit dominæ deseruitq; Venus.* Idem nomen & vxoribus tribuebant. Ouid. lib. 3. de tristibus: *Nuntiet huc aliquis dominam venisse, resurgam.* Virg. lib. 6. Æneid. *Hi dominam Ditis thalamo deducere adorti.*

LYCYMNIÆ] Licinniæ habet liber Donati, vt & vulgati. at Faërn. & Torness. *Lycimniæ: alij Lycymniæ:* quos sequor.

LVCIDVM FVLGENTEIS OCVLOS] *lucidum fulgenteis*, ex illo genere est, quod suprà annotauimus ad Oden 22. lib. 1. ibi, *Dulce ridentem.*

QVAM NEC FERRE PED. DEDEC.] non F dedecuit inferre pedem in choros: non dedecuit saltare. non dedecuit autem, quia nec extra numerum mouetur, & puella est eximia forma. dedeceret, si anus esset, qualem Chlorida describit Ode 15. lib. 3. quam hortatur, vt ad moriendum vicina, ludere inter virgines, *Et stellis nebulam spargere candidis* desinat.

SACRO DIANÆ] die festo Dianæ, qui colitur à virginibus.

NVM TV, QVÆ TENVIT] num tu velis, quicquid vmquam possedit Achæmenes Persarum rex, aut Mygdonis opes, aut Arabum domos, omnium rerum copia instructas ac refertas, crine Lycymniæ redimere? Num tu Persarum gazas, aut Phrygias opes, aut Arabum thesauros mereri velis, vt Lycymniæ complexibus & osculis careas? de verbo *mutandi*, vide quæ annotauimus ad Od. 16. lib. 1.

ACHÆMENES] Plato in Alcibiade α. scribit

A Persarum reges ab Achæmene originem ducere. οἱ Περσῶν βασιλεῖς Ἀχαιμένους ἔκγονοι.

AVT PINGVIS PHRYGIÆ MYGD. OP.] Sic omnes quidem habent libri & vulg. & manuscr. Sed Seruius ad illum Virg. versum Æneid. 2. *Troianas vt opes, &c.* hunc locum proferens sic videtur legisse, *Aut pingueis phrygia, aut Mygdonias op.* Ego tamen nihil mutandum censeo. Scribit enim Stephanus, Μυγδονία μοῖρα μακεδονίας, καὶ ἑτέρα φρυγίας τῆς μεγάλης ἀπὸ μύγδονος: id est, Mygdonia, pars Macedoniæ, & altera phrygiæ eius, quæ magna est, à Mygdone, seu Mygdono Thrace. infrà Od. 17. lib. 3. *Quàm si Mygdoniis regnum Haliattici Campis continuem.*

DVM FRAGRANTIA] *flagrantia* quidem scriptum est in quattuor codicibus manu scriptis: sed *fragantia* excudendum curaui, partim ratione adductus: partim quòd in vno cod. ascriptum reperi, *aliàs fragrantia:* in vno ad oram libri annotatum, id est, *bene olentia.* Catull. *cubile Sertis, & Syrio fragrans olivo. Flagrantia* tamen non damno, quod valet, ardentia.

AVT FACILI SÆV. NEG.] sæuitia simulata: quod simile est, ac si diceret facili difficultate, vt declarant ea verba, quæ deinceps sequuntur: *Quæ poscente magis gaudeat eripi,* id est, quæ oscula puellæ erepta maiore voluptate eam afficiant, quàm eum ipsum, qui poscit atque eripit, videlicet amantem. Ostendit autem artem, astúmque puellarum, quæ sæpenumero dissimulant id se cupere, quod vehementer exoptant: quod quidem faciunt vel vt desiderium amantium magis exacuant, atque incendant: vel pudore deterritæ. Quemadmodum autem Horat. hìc dixit *eripere osculum,* sic Catull. *surripere suauium.* Sic ille ad Iuuencium: *Surripui tibi, dum ludis, mellite Iuuenci, Suauiolum dulci dulcius ambrosia.*

INTERDVM RAP. OCC.] interdum anteuertat, & prior osculetur.

## IN ARBOREM, CVIVS casu in agro Sabino pæne oppressus est.

## Ode 13.

Numquam homini satis exploratum esse, quid vitare debeat. Sapphonis & Alcæi laudes.

*ILLE & nefasto te posuit die,*
*Quicumq; primùm, & sacrilega manu*
*Produxit arbos, in nepotum*
*Perniciem, opprobriúmque pagi.*
*Illum & parentis crediderim sui*
*Fregisse ceruicem, & penetralia*
*Sparsisse nocturno cruore*
*Hospitis: ille venena Colchi-*
*Ca, & quicquid vsquam concipitur nefas,*
*Tractauit, agro qui statuit meo*
*Te, triste lignum, te caducum*
*In domini caput immerentis.*
*Quid quisque vitet, numquam homini satis*
*Cautum est in horas. nauita Bosporum*
*Pœnus perhorrescit, neque vltra*
*Cæca timet aliunde fata.*
*Miles sagittas, & celerem fugam*
*Parthi: catenas Parthus, & Italum*
*Robur. sed improuisa lethi*
*Vis rapuit, rapiétque gentes.*
*Quàm pæne furuæ regna Proserpinæ,*
*Et iudicantem vidimus Æacum,*
*Sedeísque descriptas piorum, &*
*Æoliis fidibus querentem*
*Sapphô puellis de popularibus?*
*Et te sonantem plenius aureo,*
*Alcæe, plectro dura nauis,*
*Dura fugæ mala, dura belli?*
*Vtrumque sacro digna silentio*
*Mirantur vmbræ dicere: sed magis*
*Pugnas, & exactos tyrannos*
*Densum humeris bibit aure vulgus.*
*Quid mirum, vbi illis carminibus stupens*
*Demittit atras bellua centiceps*
*Aureis? & intorti capillis*
*Eumenidum recreantur angues?*
*Quin & Prometheus, & Pelopis parens*
*Dulci laborem decipitur sono:*
*Nec curat Orion leones,*
*Aut timidos agitare lyncas.*

NEFASTO DIE] ἀποφράδι ἡμέρᾳ. dies nefastus, infelix, infaustus, ad omneis res gerendas ineptus habebatur. quin nec eo die lege agere licebat, quod declarat vulgatissimus ille Ouidij versus, *Ille nefastus erit, per quem tria verba silentur.* tria verba sunt do, dico, addico. quæ sunt prætoris. eius enim est actionem & iudicium dare: ius dicere: rem, de qua controuersia est, addicere, aut possessionem alteri ex litigatoribus dare. Plutarchus in Camillo scribit, ab Heraclito rectè reprehensum esse Hesiodum, quòd alios dies fastos, alios infaustos, & infeliceis statuerit, tanquam ignorans vnam dierum omnium esse naturam: his verbis,

ὀρθῶς

Digitized by Google

A ὀρθῶς Ἡράκλειτος ἐπίστηλιξεν Ἡσιόδῳ τὰς μὲν ἀγαθὰς ποιεμένῳ, τὰς δὲ φαύλας ἡμέρας, ὡς ἀγνοοῦντι φύσιν ἡμέρας μίαν ὄσαν. hanc arborem autem, quam dicit die nefasto esse satam, iterum commemorat Ode 17. *Me truncus illapsus cerebro Sustulerat, &c.*

SACRILEGA MANV] impia.

PRODVXIT IN NEP. &c.] producere est, vel in longum tempus, vel foras, & in locum publicum ac propatulum ducere. sic dicimus producere conuiuium in multam noctem, & producere testeis. sic hoc loco in nepot. pernic. &c. productam arborem intellige arborem satione & cultura è terra prolatam & propagatam in posterorum perniciem; & totius vici infamiam.

FREGISSE CERV.] frangere ceruices apud M. Tullium vsitatum: vt orat. in Vatin. *Fregerisne ceruices in carcere illi ipsi Vettio, ne quod indicium corrupti iudicij extaret.* Horat. autem infra Od. 3. Epod. *impia manu Senile guttur fregerit.*

ET PENETRALIA SPARS.] id est, & in intima ædium parte noctu hospitem interfeciſſe.

VENENA COLCHICA] venena præsentissima, venena venenis Medeæ, quæ venefica fuit no
B bilissima, potentiora. Ode 17. Epod. *Cales venenis officina Colchicis.* Admonendi autem sunt adolescentes, tertiam syllabam nominis *Colchica*, per tinere ad principium versus consequentis. est enim hic versus hypermeter. Sed tamen non dissimulabo, me in aliquot libris manuscriptis, vno Russardino, & duobus Nicotianis, & nonnullis alijs reperisse scriptum, *ille venena Cholca.* quæ scriptura non est fortasse reijcienda: immò verò, vt Horatio vsitata, receptæ anteponenda. talia enim sunt illa Od. 22. lib. 1, *Mauris iaculis:* & Ode 12. lib. 4. *Sulpitijs horreis:* & epist. 12. lib. 1. *Sterlinium acumen.* & simil.

CADVCVM] te lignum, quod incidisti in meum caput.

IMMERENTIS] qui nihil commerueram, quamobrem in caput meum irrueres. Od. 6. Epod. *immerenteis hospites.* & 7. *immerentis Remi Sacer nepotibus cruor.*

QVID QVISQVE VITET, &c.] In duob. cod. calamo exaratis, Iannoct. & Faërn. scriptum
C est, *Quod quisque vitet, &c.* de qua scriptura lector eruditus iudicabit. Degreditur ad sententiam generalem & vniuersam, neminem sibi in posterum ita cauere posse, vt non improuiso genere mortis exstinguatur: quam & Pindarus posuit Olymp. ἔιδ' ὅ. Ἧτοι βροτῶν τέκριται πεῖρας ὕπ θανάτε, οὐδ', ἀσύχμοις ἀμέραις ὁπότε παῖδ' ἀλὶς ἀπειρεῖ σὺν ἀχαλῷ πλευτήσομεν. id est, nullus mortalium certus constitutus est mortis terminus: & incertum est quando quietum, & præsentem diem, solis filium, stabili cum bono finituri simus.

BOSPORVM] Thracium, Ponti fretum, in quo est Byzatium. Bosporum autem, nō Bosphorum imprimendum curaui, quòd Græci βόσπορον dicunt, à nominibus βῶς & πόρος, non βόσφορον. Præterea in libro Faërni, Bosporum scriptum reperi, & vno Vatic. De Bosporo sic interpres Apollon. lib. 2. ἀργοναυτ. βόσπορος ὀνομάζεται διὰ τὸ δοκεῖν τὴν ἰῶ βοῦν διαπερᾶσαι τὸ νῦν Βυζαντίς καὶ Καλχηδόνος διάσημα, &c. ἢ διὰ τὸ πάντας τοὺς γείτονας πορθμοὺς, βοσπόρους καλεῖσθαι. reliqua vide suo loco. id est, Bosporus nominatur propterea quia Io cùm vacca esset, videatur spatium illud, quod est inter Byzantium & Calchedonem, transiuisse, &c. aut propterea quòd omnia angusta freta, Bosfori appellantur. D

NEQVE VLTRA CÆCA TIMET] neque ab alio periculo sibi metuit, quàm à Bosporo. Cæca autem sunt, quorum causæ ignorantur. Præterea animaduerte hîc poni tribrachyn pro dactylo: *met ali,* vt sæpe aliâs.

ET CELEREM FVGAM PARTHI] quia fugiens pugnat, vt sup. Od. 19. lib. 1. & *versis animosum equis Parthum dicere.*

SED IMPROVISA LETI VIS] epist. 6. lib. 1. *Improuisa simul species exterret vtrumq;.*

QVAM PÆNE FVRVÆ] quantulum afui ab inferis, id est, à morte? *Furuum* (inquit Festus) *nigrum vel atrum. hinc dicta sunt furnus, funus, furiæ, fuligo, &c.*

PROSERPINÆ] quæ Orci vxor est, vitæ, & mortis arbitra. vide suprà ad Od. 28. lib. 1. *nullum Sæua caput Proserpina fugit.*

ET IVDICANTEM VIDIMVS ÆACVM] Plato in Gorgia de Æaco, & Rhadamātho, ἑκάτερος E
ἔχων ῥάβδον, δικάζει. id est, vterque virgam tenens ius dicit. vide Od. 7. lib. 4. *& de te splendida Minos Fecerit arbitria.*

SEDESQVE DISCRIPTAS PIOR.] campum Elysium: de quo sic Homer. οὐδυσσ. δ. Ἀλλά σ' ἐς ἠλύσιον πεδίον, καὶ πείρατα γαίης Ἀθάνατοι πέμψουσιν, ὅθι ξανθὸς Ῥαδάμανθυς. & Virg. 5. Æneid. *non me impia nāque Tartara habent, tristéſque vmbræ, sed amœna piorum Concilia. discriptas* autem excudendum curauit libros septem veteres secutus: in quib⁹ omnibus ita legitur: nisi quòd in vno, & altero legitur *descriptas: discriptas* autem, id est, διαπεπαγμένας, dispositas, digestas, distributas. sic epist. ad Pison. *Discriptas seruare vices, operúmque colores, Cur ego sic nequeo, &c.* Putant tamen quidam ferri posse *discretas.* Est enim vox Latina & bonis scriptoribus vsitata. Lucret. lib. 5. *Et diuisa colebatur, discretáque tellus.* quamquam ibi legendum potius est, *discriptáque tellus,* vt habent libri nonnulli veteres. F

QVERENTEM SAPPHÔ] querentem de puellis Lesbijs, vel quòd illæ se ad turpem amorem impulissent, vel quòd sibi in amore non responderent.

SONANTEM] lyra canentem. *sonantem* enim agendi significationem habet, & coniungitur cū vocibus, quæ sequuntur, *dura fugæ mala.*

FVGÆ] exsulij, τῆς φυγῆς. nam Græci exsulium φυγὴν appellant, & exsulare φεύγειν dicunt. vel fugam intellige eorum, qui clade accepta è prœlio fugiunt.

VTRVMQVE] Alcæum & Sapphonem.

SACRO SILENTIO] cur sacro? an quòd in rebus diuinis, quæ publicè fiebant, imperabatur, vt linguis fauerent? id est, vel bona verba loquerentur, vel silerent? quod scribit M. Tull. de diuinat. lib. 1. & item scribunt Græci. hinc illa, *fa-*

A *uete linguis.* Od.1.lib.3.& *malè nominatis Parcite verbis.* Od.14.lib.4. an propter Bacchi,& Cereris mysteria, quæ religiosissimo silentio constabant? an quòd Pythagorei silentium, diuinum quiddam esse existimabant,atque ob eam causam eius vsus in sacris erat maximus? Oda 2.lib.3.fidele appellat, *Est & fideli tuta silentio Merces, &c.* Itaque Seruius ad versum illum Virg.lib.5.Æn. annotat, in sacris taciturnitatem, in ludis plausum, clamorem, strepitúmq3 ac tumultuationem requiri.

MIRANTVR VMBRÆ DICERE] tale est illud Virg. Georg.4.de Orph. *At cantu commota Erebi de sedibus imis Vmbræ ibant tenues, simulacrá que luce carentum.* idem ibid. *Quin ipsæ stupuere domus, atq3 intima lethi Tartara, cæruleósque implexæ crinibus angues Eumenides,tenuitque inhians tria Cerberus ora, Atque Ixionei vento rota cõstitit orbis.*

SED MAGIS, &c.] id est, sed attentius audit vulgus pugnas, & tyrannorum exactiones, quæ canuntur ab Alcæo, quàm res amatorias, quas Sappho suis versibus persequitur. canebat tamen & Alcæus res amatorias, vt didicimus ex Oda 32.
B lib.1.quamuis esset vir militaris,vt sup. diximus.

DENSVM HVMERIS] frequens, confertũ, spissum, ἐπασσύτερον.

BIBIT AVRE.] audit cupidissime. sic Propert.lib.3.*Incipe.suspensis auribus ista bibam.*

QVID MIRVM, &c.] Quid mirum, vmbras mortuorum, Alcæi & Sapphonis cantu teneri,ac delectari, cum carminibus illis delectatus, ac, pene dicam, stupefactus Cerberus aureis demittat?

DEMITTIT ATRAS B. C.] aliter dixit Saty.9.lib.1.*Demitto auriculas, vt iniquæ mentis asellus. atras*, vel quia quæ sunt apud inferos omnia, nigra sunt, vt infrà annotatum est ad illum locum Od.prox. *Visendus ater, &c.* vel intellige turpeis, vt epist. ad Pison. *atrum desinat in piscem.*

BELLVA CENTICEPS.] Cerberum significat, fortasse propter centum angueis, qui eius caput communiunt, vt ait Od.11.lib.3. *quamuis furiale centum Muniant angues caput eius.* Hesiod. autem in Theog. Cerberum πεντηκοντακάρηνον, id est,
C quinquaginta capitum, eodémque loco Echidnę filium facit. sed præstat Hesiodi verba ascribere. sic enim ille de Echidna, Δεύτερον αὖθις ἔπικτεν ἀμήχανον, ὄβριμα φατιὸν Κέρβερον ὠμηστὴν Ἀϊδέος κυνὰ χαλκεόφωνον, Πεντηκοντακάρηνον, ἀναιδέα τε, κρατερόντα. id est, Secundo loco autem peperit ingentem, & ineuitabilẽ, & nefandum Cerberum, crudelem Orci canem, voce ferrea, quinquaginta capitibus præditum, impudentem & validum. Pausanias autem in Laconicis scribit Hecatæum Milesium probabilem quendam de Cerbero sermonem excogitasse: qui huiusmodi est: horribilem in Tænaro serpentem fuisse,eúmque Orci canem ideò esse nominatum, quia, quemcumque ille momordisset,eum necesse esset interire: tanta erat veneni pernicies ac diritas: atque hunc serpentem ad Eurysteum ab Hercule esse deductum. Iam primus Homerus eum Ditis, seu Orci canem appellauit, neque aliud ei nomen imposuit, neque vlla eum specie conformauit: Posteriores autem Cerberum appellarũt, D
eíque canis similitudinem, ac figuram affinxerũt, triaque capita, nonnulli etiam quinquaginta attribuerunt, vt Hesiodus.

EVMENIDVM] furiarum. appellatę autem sunt Eumenides ab Athenienſib. εὐφημισμοῦ ἕνεκα. vel vt præbeant se εὐμενεῖς, id est, placidas, placatas, propitias. Deæ sunt cædis, & impietatis vltrices, eædem dicuntur à Græcis σεμναὶ, δειναὶ, δυσώπεις, ἔμφοβοι, πόνιμοι, χαλκόποδες, ἄοινοι. id est, graues seu venerandæ, horribiles, horribili aspectu, terrificæ, vltrices, æreis pedibus, abstemiæ.

RECREANTVR ANGVES] vel furiarum crines, angues erant: vel furiarum crinibus angues erant implexi, atque implicari. Virgilius Georg.4.*cæruleósque implexæ crinibus angueis.* Idem lib.7.Æneid. *Huic dea cæruleis vnum de crinibus anguem Conijcit, ínque sinum præcordia ad intima subdit.* Catull. de nuptijs Pelei & Thet. *Eumenides, quibus anguineo redimita capillo Frons exspirantis præportat pectoris iras.*

QVIN ET PROMETHEVS] De Prometheo diximus ad Odam 3.& 16.lib.1.

ET PELOPIS PARENS] Tantalus. de quo E
dicemus ad Od.19.huius lib.& Saty.1.lib.1.sed de eius supplicio, reijcio lectorem ad Æschylum: cuius extat tragœdia, Prometheus nomine.

LABOREM DECIPITVR] Si legamus *laborum*, vt habent omnes libri vulgati, & aliquot manu scripti, exiſtimo ab Horatio dictum esse *decipitur laborum* exemplo Græcorum, qui ita loquuntur, ἐπιλανθάνεται πόνων, id est, decipitur, vel fallitur, vel obliuiscitur laborum. de verbo autem λανθάνειν, quod valet latêre, seu fallere, diximus ad Od.10.lib.1. notissimum enim est ijs, qui hunc poëtam terunt, *fallere* apud eum, idem valere, quod *latêre*, obscurum & incognitum esse. qualia sunt illa, *Da mihi fallere, da iustum, sanctúmque videri. & fallentis semita vitæ.* & illud, *socerum & scelestas Falle sorores.* quo sensu & verbum *decipio* vsurpauit sat.3.lib.1. *amatorem quòd amica Turpia decipiunt cæcum vitia*, id est, quòd amicæ vitia ab amatore ignorantur, vel non animaduertuntur. non dissimile est illud Plautinum in Epid. *nec satis exaudiebam, nec sermonis fallebar tamen.* & ita Virg.Æn. F
4.dixit *infandum si fallere possit amorem.* quod etiam Græci dicunt βεκολεῖν ἔρωτα. i. solatia quædam, & oblectamenta adhibere, quibus animi ægritudinem ex amore natam leuare possimus, aut quibus animum ab amoris cogitatione auocemus. sic Horat.Saty.7.lib.2.*fallere curam* dixit. *Iam vino quærens, iam somno fallere curam.* hoc igitur totum, *decipitur laborum*, coniunctè legendum, vt rectè annotauit Porphyr: valétque, obliuiscitur laborum suorum dulci sono, id est, carminibus Alcæi delectatus, suorum laborum sensu leuatur. Sed & Porphyrio videtur legisse *laborem*, & ita habent nonnulli veteres codices. Atque hanc puto rectam esse scripturam. Genus autem loquendi à Græcis sumtum est. Sic enim dicunt illi, Κλέπτεται τὸν πόνον, seu τὴν λύπην: id est, non sentit laborem, nõ sentit dolorem. Iam cum hoc loco congruit ille, qui est Od.xi.lib.3. *Quin & Ixió, Tityósque vultu Risit inuito, &c.*

NEC

Digitized by Google

A NEC CVRAT ORION, &c.] de Orione diximus sup. ad Od. 28. lib. 1. sed quòd hîc dicit Horatius, non curare eum apud inferos leones agitare, &c. id est, studium venationis intermittere, dum Alcæum, & Sapphonem canentes audit, sumtum est ex Homero ὀδυσσ. λ. vbi Vlysses narrat Alcinoo se illum vidisse apud inferos in prato Asphodelo, quas feras in desertis montibus interfecit, eas vnum in locum cogentem. sic Homer. Τὸν δὲ μετ' ὠρίωνα πελώριον εἰσενόησα Θῆρας ὁμοῦ εἰλεοῦντα κατ' ἀσφόδελον λειμῶνα, τοὺς αὐτὸς κατέπεφνεν ἐν οἰοπόλοισιν ὄρεσσι, Χερσὶν ἔχων ῥόπαλον παγχάλκεον αἰὲν ἀαγές. Videtur autem Horatius toto hoc loco Pindarum æmulatus esse Πυθ ὠδ. α. apud quem, aquila illa, quæ sceptro Iouis insidet, Apollinis cantu delectata, primùm sensim vtramque alam remittit, ac relaxat: deinde palpebris tenebroso vapore perfusis (sic enim loquitur Pindarus) obdormiscit. Itemque Martis animus alioqui ferox, armis relictis, ferróque posito, eodem cantu permulcetur. verba Pindari nõ ascribam, ne sim longior.

TIMIDOS] *timidas* habet Faërni codex, sic Virg. pharmaceu. *quorum stupefacta carmine lynces.* alijfere omnes, *timidos*, quos secutus sum.

AGITARE] διώκειν, persequi.

LYNCAS] Virg. Georg. 3. *Quid lynces Bacchi variæ?* Horat. Od 6. lib. 4. *Delie tutela deæ, fugaceis Lyncas, & cervos cohibentis arcu, &c.*

## AD POSTVMVM.
### Ode 14.

Mortem vitari non posse.

*EHeu, fugaces, Postume, Postume,*
*Labuntur anni: nec pietas moram*
*Rugis, & instanti senectæ*
*Afferet, indomitæq; morti.*
*Non, si trecenis, quotquot eunt dies,*
C *Amice places illacrymabilem*
*Plutona tauris: qui ter amplum*
*Geryonem, Tityónque tristi*
*Compescit vnda, scilicet omnibus,*
*Quicumque terræ munere vescimur,*
*Enauiganda, siue reges,*
*Siue inopes erimus coloni.*
*Frustra cruento Marte carebimus*
*Fractísque rauci fluctibus Adriæ.*
*Frustra per auctumnos nocentem*
*Corporibus metuemus Austrum.*
*Visendus ater flumine languido*
*Cocytus errans, & Danai genus*
*Infame, damnatúsque longi*
*Sisyphus Æolides laboris.*
*Linquenda tellus, & domus, & placens*
*Vxor: neque harum, quas colis, arborũ*
*Te, præter inuisas cupressos,*
*Vlla breuem dominum sequetur.*
*Absumet heres Cæcuba dignior,*
*Seruata centum clauibus: & mero*
*Tinguet pauimentum superbum*
*Pontificum potiore cenis.*

D

EHEV, FVGACES, &c.] videntur hæc ex Anacreonte expressa, si modò sunt Anacreontis. πολιοὶ μὲν ἤμιν ἤδη κρόταφοι, κάρα δὲ λευκὸν· χαρίεσσα δ' οὐκέτ' ἥβη πάρα, &c. id est, Cana iam nobis sunt tempora, caput albescit: venusta pubertas defluxit, &c.

POSTVME, POSTVME] ἀναδίπλωσις, seu reduplicatio ad maiorem acrimoniam comparata: sic Od. 17. eiusd. lib. *ibimus, ibimus, &c.* sic Sappho, Παρθενία, Παρθενία, ποῖ με λιποῦσα οἴχῃ. id est, Parthenia, Parthenia, quò, me relicta, abis?

NEC PIETAS MORAM, &c.] id est, ob pietatem neque tardius senesces, neque tardius morieris. sic Od. 7. lib. 4. dicit, Torquatum, cùm semel diem suum obierit, neque propter genus, neque propter facundiam, neque propter pietatem reuicturum. *Cùm semel occideris, & de te splendida Minos Fecerit arbitria, Non, Torquate, genus, non te facundia, non te restituet pietas.*

INDOMITÆ] ἀμειλίκτῳ seu potius ἀνημέρῳ seu ἀπαθασσύτῳ, seu ἀπτήκτῳ.

NON SI TRECEN. QVOTQV. EVNT DIES.] id est, non si quotidie trecentos tauros Plutoni immoles. sic Theognis Οὐδ' αὖ ἄπιτα δίδως θάνατον φύζοι, οὐδὲ βαρείας Νούσους, οὐδὲ κακὸν γῆρας ἐπερχόμενον. id est, ne pretio quidem ad se redimendum dato, mortem quisquam effugiat, neque graues morbos, neq; malam senectutem aduenientem, & Sophocles Electra: Ἀλλ' ὅπως τόχ' ἥξει Ἀίδᾳ Παυσίπονα λίμνας πατέρα αἰσίσεις, ὅπερ γόοις, ὅπερ λιταῖσιν. id est, sed ex Orco, & palude omnium communi patrem neque lacrymis, neque precib⁹ excitabis. Et Æschy. Μόνος θεῶν γὰρ θάνατος οὐ δώρων ἐρᾷ. Sola Dearum mors muneribus non delectatur. quem versum vsurpat Aristoph. βατραχ. sic epist. 2. lib. 2. *si metit Orcus Grandia cum paruis non exorabilis auro? trecenis* autem habent duo cod. Vatic. & Don. quos secutus sum.

ILLACRYMABILEM] id est, qui lacrymis neque mouetur, neque flectitur. Virg. Georg. 4. de dijs inferis, *Nescia quæ humanis precibus mansuescere corda.* Od. 9. autem li. 4. *illacrymabiles* significat, qui lacrymis ab inferis reuocari, vel redimi nõ possunt. Germanus Valens, quem semper honoris causa nominatum velim, putabat hoc loco *illachrymabilem* ἐνεργητικῶς positum pro eo, qui non lacrymatur, aut qui lacrymari non soleat, vt

Græci

A Græci interdum ἄκλαυτον vſurpant pro eo, qui non plorat. Homerus ὀδ. δ. Ατρεΐδη, μὴ πᾶπα δείρεαι: ὐδέ σε χρὴ Ιδμεναι, ὐδὲ δαῆναι ἐμὸν νόον, ὐδὲ σε φημὶ Δηΐν ἄκλαυτον ἔσεσθαι, ἐπεί κ' εὖ πάντα πύθηαι, id eſt, Atride, ne me iſta percunctare. non eſt opus ea te ſcire, neque meam mentem cognouiſſe: & verò te nego diu ſine fletu futurum, vbi probè omnia audieris. & item ἀδάκρυτος ab eodem vſurpatur pro eo, qui non lacrymatur. ιλ. α. Αἶψ' ὄφελες παρὰ νηυσὶν ἀδάκρυτος καὶ ἀπήμων Ηδαι ἐπεί νυ τοι αἶσα μινυνθάπερ ὔπ μάλα δήν, quorum duorum verſuum explicationem reperies annot. ad Odam 16. eiuſd. lib. ibi, *Abſtulit clarum, &c.* idem ὀδυσσ. ω. Μοῦσαι δ' ἐνέα πᾶσαι ἀμειβόμεναι ὀπὶ καλῇ Θρήνεον. ἔνθα κεν ὔπνι' ἀδάκρυτον γ' ὀνόησας Αργείων. Τοῖον γὰρ ὑπώρουσι μοῦσα λίγεια. id eſt, Muſæ autem nouem omnes alternis canentes voce ſuaui lugebant, ſeu lamentabantur, vbi neminem lacrymarum expertem animaduertiſſes Argiuorũ. talem luctum excitauit muſa vocem claram edẽs. Sic & lib. epigr. Græc. Pluto dicitur ἀμείδητος, id eſt, qui minimè rideat. Tale eſt & illud Euripidis πολυδάκρυτος, quod ſignificat multum lacrymantẽ. Sic ille in Alceſt. στένει δὲ καὶ πᾶς ἀμφὶ τ' εὔρωον εὐρώταν
B λάκαινα πολυδάκρυτος ἐν δόμοις κόρα, id eſt, Gemit autem & aliqua circum Eurotam liquidè fluentem Lacæna lacrymoſa domi puella.

TER AMPLVM GERYONEM] ter amplum vel tricipitem, vt vult Heſiodus: vel trium corporum, vt alij. Itaque Virgilius tergeminum appellat Æneid. 8. & Lucret. lib. 5. Eum interfecit Hercules boues ſuas ſuffurantem. Heſiod. in Theog. Χρυσάορ δ' ἔτεκε τερικάρλωνον Γηρυονῆα. Τὸν μὲν ἄρ' ἐξεναρίξε βίην ἰς Ηρακλείην Βοῦς παρ' ἑλιπόδεσσι παλιρρύτῳ ἐν' ἐρυθείῃ, &c. id eſt Chryſaor autem genuit tricipitem Geryonem. hunc autem interfecit per vim virtus Herculea iuxta boues pedibus incuruis in Erythea circũflua. De Geryone Pauſanias in Atticis ita ſcribit: Ενταῦθα παλιρράγενος λόφου διὰ χειμῶνα, ὀσᾶ ἐφαίνη τὸ ῥῆμα παλέχοντα, ἕως πιεύειν ἐστὶν, ἀνθρώπε. ἐπὶ διὰ μέγεθος, ὁκ ἔστιν ὅπως ἂν ἔδοξεν. Αὐτίκα δὲ λόγος ἦλθεν εἰς
C τοὺς πολλοὺς, Γηρυόνε τὸ χρυσάορος εἶναι μὲν τὸν νεκρὸν, εἶναι δὲ καὶ τ' θρόνον, &c. id eſt, hîc effracto colle vi tempeſtatis oſſa extiterunt, figuram & habitum præbentia, quoad credere licet, hominis. nam propter magnitudinem, non poterant oſſa hominis videri. Statim rumor vulgò diſſipatus eſt, Geryonis Chryſaoris filij & cadauer eſſe, & ſedem. Idem Eliacor. primo, καὶ Ηρακλέες ἐστὶν ὁ θεὸς Γηρυονῆι ἀγὼν. τρεῖς δ' ἄνδρες γηρυόνης εἰσὶ ναυηλίοις παρεσχόμενοι: id eſt, & Herculis eſt cum Geryone certamen. Tres autem viri ſunt Geryo, inter ſe coniuncti, & continentes.

TITYVMQVE] Iupiter Elora potitus Iunonis ſuſpicionem, dolorémque illum muliebrem veritus, eam in terra defodit. Terra ingenti ſtatura filium edidit, qui Tityus nominatus eſt. Hunc Latonæ amore captum, eíque vim afferre conatum Apollo ſagittis confôdit, vt tradunt multi. Pindarus autem Πυθ. εἰδ δ. eum Dianæ ſagittis cõfixum eſſe ſcribit his verbis, καὶ μὰν Τιτυὸν βέλος Αρτέμιδος θήρευσε κραιπνὸν ἐξ αἰκάτας φαρέτρας ὀρνύμενον, ὄφρα πὰς ταῦ, ἐν δυνάτῳ φιλοπάταν ἐπιψαύειν ἔρατας. id eſt, Tityum porrò celere Apollinis iaculum confôdit, ex inuicta pharetra erumpens, vt amet quis ſequi voluptates conceſſas & permiſſas. De Tityo plura ad Odam 4. lib. 3. D

VNDA SCILICET OMNIBVS, &c.] Sophocles in Electra λίμνῃ πάγκοινον, id eſt, paludem omnibus communem vocat.

QVICVMQVE TERR. MVN.] videtur expreſſiſſe illud Homericum ἀρούρης καρπὸν, id eſt, terræ fructum comedentes. & illud neſcio cuius poëtæ, quod profert Plutarch. lib. περὶ φιλαδελφίας. εὐρυόδου ὅσοι καρπὸν αἰνύμεθα χθονός. id eſt, Quicumque latæ fructum terræ ſumimus. & illud Phanoclis, Αλλὰ τὸ μοιράων νῆμ' ἄλυτον, ὐδέπω ἐστὶ, Εκφυγέειν ὁπόσοι γλιῶ ἐπιφερβόμεθα: id eſt, Sed Parcarum fila ſoluĩ non poſſunt: nec quicumque terræ munere veſci mur effugere mortem poterimus. Sic iterum Homerus ιλιάδ. ν. Ος θνατὸς' εἶη, καὶ ἔδοι δημήτρος ἀκτήν. id eſt, qui ſit mortalis, & Cereris munere veſcatur.

SIVE REGES, SIVE INOPES ERIMVS COLONI] ſic ſup. Od. 3. *Dineſne priſco natus ab Inacho, &c.* & Od. 4. lib. 1. *Pallida mors æquo pulſat pede, &c.* & ſimilia, quæ collegimus ad Odem 28. lib. 1.

INOPES COLONI] Sup. Od. 35. lib. 1. *Te pauper ambit ſollicita prece Ruris colonus.* Colonus, qui agrum alienum mercede colit: vt Saty. 2. lib. 2. *videas metato in agello Cum pecore & natis fortem mercede colonum, &c.* E

FRVSTRA CRVENTO MARTE, &c.] fruſtrà periculum hoc, vel illud vitabimus: fruſtrà omnem diligentiam, cautionémque adhibebimus, vt vitam quàm longiſſimè producamus. nam, quod genus mortis non timebamus, eo nobis erit fortaſſe moriendum. huic loco ſimilis eſt ille Oda ſuperiore. *Quid quiſque vitet numquam homini ſatis Cautum eſt in horas.* tale eſt & illud Hom. ὀδυσσ. π. ὐδέπ μιν θαίατον τρομέεσθαι ἄνωγα Εκ μητέρων, θεόθεν δ' ὁκ ἔς' ἀλέεσθαι. id eſt, neque eum hortor vt mortem à Procis extimeſcat, à deo verò nõ licet effugere.

CRVENTO MARTE] μαιφόνῳ, βροτολοίγῳ, αἱματόεντι.

FRACTIS] à ſcopulis. & littoribus frangũtur fluctus, vt ſup. Od. 11. annotauimus ad illum locum, *Sen plureis hiemes, &c.* F

AVSTRVM] Saty. 6. lib. 2. *nec plumbeus Auſter, Autumnúſque grauis, Libitinæ queſtus acerbæ.*

VISENDVS ATER, &c.] moriendum. ater autem Cocytus, vel quia triſtis & horribilis, vel quia fluuius infernus: vt ſuprà annot. ad illum locum Od. proximæ, *Demittit atras bellua Centiceps.*

FLVMINE LANG. COC. ERR.] id eſt, aqua languida, vel agmine languido. vt Virgil. *leni fluit agmine Tibris.* & Hor. alibi *Galeſi flumen.* Ordo verborum hîc eſt, *Cocytus errans flumine languido, &c.*

COCYTVS] Homer. ὀδυσσ. κ. Cocytum fluuium facit è Styge deriuatum, & cum Phlegetonte in Acheruntem confluentem. Ενθα μὲν εἰς Αχέροντα Περιφλεγέθοντε ῥέουσι, Κωκυτός θ', ὃς δὴ στυγὸς ὕδατός ἐστιν ἀπορρώξ. id eſt, hîc quidem in Acheruntem Phlegeton, & fluit, Cocytus: qui oritur & manat

Digitized by Google

A nat ab aqua Stygia. Pausanias autem in Atticis (vt suprà diximus) scribit, Cocytum, & Phlegetontem fluuios esse Thesprotiæ: cuius verba sunt hęc, Πρὸς δὲ τῇ Κιχύρῳ λίμνῃ ἐστὶν Ἀχερουσία καλουμένη, καὶ ποταμὸς Ἀχέρων. ῥεῖ δὲ καὶ κωκυτὸς, ὕδωρ ἀποτρεπόμενον.

Et Danaï genvs] Danaï filiæ, de quibus dicemus ad Odam 11. lib. 3.

Damnatvsqve longi Sis. Æol. lab.] hunc laborem narrat apud Hom. Vlysses ὀδυσσ. λ. Καὶ μὲν Σίσυφον εἰσεῖδον κρατερὰ ἄλγε' ἔχοντα, Λᾶαν βαστάζοντα πελώριον ἀμφοτέρῃσι. Η τοι ὁ μὲν σκηριπτόμενος χερσίν τε, ποσίν τε Λᾶαν ἄνω ὤθεσκε ποτὶ λόφον· ἀλλ' ὅτε μέλλοι Ἀκρον ὑπερβαλέειν, τότ' ἀποστρέψασκε κραταιΐς, Κ' αὖθις ἔπειτα πέδονδε κυλίνδετο λᾶας ἀναιδὴς· Αὖτὰρ ὅγ' ἄψ ὤσασκε πιταινόμενος, κὰτ' ἴδρως ἔρρεεν ἐκ μελέων· κονίη δ' ἐκ κρατὸς ὀρώρει. quorum versuum hæc ferè sententia est. Et verò Sisyphum vidi magnis doloribus affectum, ingens saxum portantem vtraque manu. Atque ille quidem manibus & pedibus nixus, saxum sursum trudebat in montis verticem: sed cùm iam non longè ab esset, quin cacumen montis superaret, tum vis quædam valida saxum repellebat, & ita in planitiem reuoluebatur. ille autem denuò B connitens & contendens sursum trudebat. sudor autem ex omnibus membris manabat. Huc pertinent hi Lucretij versus ex lib. 3. in extr. *Nam pertere imperium, quod inane'st, nec datur vmquam, Atque in eo semper durum sufferre laborem: Hoc est aduerso nixantem trudere monte Saxum, quod tamen à summo iam vertice rursum Voluitur, & planitiem raptim petit æquora campi.* & illud ex vetere poëta: *illud quod Sisyphi' versat Saxum sudans nitendo, neque proficit hilum?* profert M. Tull. Tuscul. quæst. lib. 1. Huius autem laboris talem causam afferunt. Cum Iupiter Æginam Asopi filiam ex Phliunte in Oenônen per Corinthum transtulisset: Sisyphus Asopo filiam suam inuestiganti, eam à Ioue esse raptam enuntiauit, locúmque, quò delata esset, indicauit: ex quo Iouis in se odium grauissimum concitauit. Quare mortem in illum, vt eum exanimaret, immisit, Ille mortem durissimis, & solidissimis vinculis constrinxit. morte à Sisypho vincta, eueniebat, vt nemo moreretur, donec morte soluta, Sisyphum ei vicissim constrin- C gendum, domandúmque tradidit. Ille autem priusquàm moritur, vxori mandat, vt sibi parentalia celebret, inferias ad inferos mittat. id non prę stat vxor. ille Orcum orat, vt sibi ad vxorem reuerti liceat, hanc iniuriam expostulatum. impetrat. Corinthum proficiscitur. cum vxore, & suis, vt olim solebat, sese oblectat, neque iam de reditu ad inferos cogitat. Vix tandem senio confectus eò ingratiis retrahitur. ibi saxum voluere iubetur, ne se subducat, iterúmque ad superos profugiat. Hæc Eusthat. ἰλ. ζ. Plato quoque, seu Xenocrates potius in dial. περὶ θανάτου hæc omnia, atque etiam plura enumerat, quæ hîc Horat. Χῶρον ἀσεβῶν, καὶ Δαναΐδων ὑδρείας ἀπλείς, καὶ παντάλου δίψος, καὶ Τιτυοῦ ἀποτάγχνα, καὶ Σισύφου πέτρον. Alij autem scribunt, ijque boni auctores, Sisyphum multarum rerum cognitione præstitisse, eaque fretum, immortalitatem sibi comparare studuisse. quod confirmat Theognis, cùm ostendit, rebus omnibus diuitias anteponi, ceteras res omneis præ diuitijs D pro nihilo putari, etiam si quis plura (inquit) Sisypho sciat. πλείονα δ' εἰδείη Αἰολίδης Σισύφου. Hom. ἰλ. ζ. Ευθα δὲ Σίσυφος ἔσκεν, ὃ πέρδιστος γένετ' ἀνδρῶν. id est, hic autem Sisyphus erat, qui astutissimus hominum fuit. vnde prouerbium, Σισύφου μηχαναὶ: quod vsurpat Aristoph. Ἀχαρν. de hoc etiam Horat. Od. 17. epod. *Optat supremo collocare Sisyphus In mõte saxũ.*

Neqve har. qv. col. arb.] siue fertilium, siue sterilium, & tantummodò ad voluptatem, & delicias comparatarum, quales sunt platanus, pinus, laurus, & similes.

Cvpressos.] quas appellat funebreis Od. 5. epod. *Iubet sepulcris caprificos erutas, Iubet cupressos funebreis, &c.* Virg. Æn. 6. feraleis. *cui frondibus atris Intexunt latera, & feraleis ante cupressos.* & Æn. 3. atram cupressum. *Stant manibus aræ Caruleis mœstæ vittis, atráque cupresso.* Cur autem cupressus adhibeatur in funeribus, hanc vulgo causam afferunt, quòd semel excisa, numquam renascitur: & ita Sex. Pompeius. ego existimarim potius initiò iccirco adhiberi, cœptam esse, vt corpus humanum ab anima, animóque iam derelictum, diutius seruaretur, ac maneret incorruptũ. E Varro quidem putat iccircò cupressos in rogis adhiberi solitas esse, ne cadauerum, interea dum verrentur, odor nareis offenderet. Plinius præterea eam arborem Diti sacram esse scribit. Seruius item notat, cupressum, Proserpinæ dicatam esse. cod. Iann. & duo Vatic. habent *cupressus*.

Brevem dominvm] te dominum non diu victurum, non diu arboribus tuis, & ceteris deliciis fruiturum: διακατέχω ὀλιγοχρόνιον.

Dignior] dignior te. quia vtetur fruetur, cùm tu parcas; vt sacris. Euenit autem hoc ferè, vt, quæ summa cura, omníque studio quæsierunt, & custodierunt homines, ea effusissime largiantur, & consumant heredes. Theocr. εἰδ. ς. Χρήματα δὲ ζώοντες ἀμαλδύνουσι θανόντων. id est, pecunias autem mortuorum viui consumunt. & Saty. 3. lib. 2. *Filius, aut etiam libertus vt ebibat heres, Dijs inimice senex custodis?*

Servata centvm clavibvs] quibus, parcis, & quæ custodis accuratissimè.

Et mero Tingvet pavim.] ita vino F non parcet, vt etiam eo solum respergat: vel tantum bibet, vt latim effundat, atque euomat. M. Tull. Philipp. 2. *At verò te inquilino (non enim domino) personabant omnia vocibus exoriorum, natabãt pauimenta vino, madebant parietes.* Athenæus scribit. lib. 15. Alexandrum magnum solitum fuisse vnguento præstantissimo, vinoq; fragrantissimo solum respergere. Potest & ad veterem conuiuio rum morem referri, in quibus solebant puerorũ aut puellarum, quas amabant, aut amicorum suorum nominibus commemoratis, ac prolatis vinũ in humum fundere: quod declarat versus Theoc. εἰδ. ιδ. Ηδη δὲ σκιόεντος ἐδύσετο ἐπταπόδαν ἄκρον. id est, iam autem progrediente cõuiuio, visum est merum in fundere. Neque verò mihi displiceat, si quis dicat, hîc significari ab Horatio illum Græcorum morẽ, qui erat huiusmodi, vt is, qui prior bibebat, cum aliquãtum hausisset, reliquum sic è poculo effunderet,

Digitized by Google

A deret, vt id resonaret. quod dicebant ἀποκοπιαβίζειν. Xenoph. ἑλλην. βιβλ. ϛ. de Socrate. καὶ ἐπειδὴ ἀποθνῃσκειν αὐτὸν καταψηφισαμένους τὸ κώνειον ἔπιε, τὸ λειπόμενον ἔφασαν ἀποκοπιαβίζοντα, εἰπεῖν αὐτὸν, Κριτία τοῦτ' ἔστω τῷ καλῷ. quæ verba vertit M. Tull. Tusc. 1. sed more suo, id est, paulo liberius, quàm audeat religiosus interpres, hoc modo: *qui, cùm conjectus in carcerem triginta iussu tyrannorum, venenum, vt sitiens, obbibisset*, vel vt doctissimi viri legunt, *obduxisset*) *reliquum sic è poculo eiecit, vt id resonaret.* Docet autem Athenæus lib. 11. cottabum à Siculis primùm introductũ esse in conuiuio, tantúmque studij in eo ludo veteres posuisse, vt etiam præmia, quæ κοττάβεια dicebantur, proponerent. & calices (inquit) qui ad eam rem maximè vtiles, & idonei esse viderentur, conficiebantur. Tùm rotunda domicilia ædificabantur, vt omnes cottabo in medio locato, ex æquo interuallo, & locis similibus, ac paribus de victoria certarent. non enim solùm magno studio contendebant, vt ad signum propositum poculi reliquias eijcerent: sed etiam vt singula, quæ in eo ludo intercedebant, venustè, ac decenter efficerent. Oportebat enim læuo cubito innitentem, & lataga, id est, reliquum, quod eijciebatur B è calice, dextera manu circumagentem, molliter eijcere. Vide apud eundem Athæneum plura de cottabo lib. 15. ego tamen simpliciter de solo resperso hunc locum intelligendum esse puto. Non est porrò omittendum, in cod. Iann. Vrs. tribus Vat. Torn. scriptum esse, *Tinguet*: quos secutus sum.

SVPERBVM] sic legendum esse arbitror, non *superbo*, nonnullorum veterum codicum auctoritate fretus. pauimentum superbum autem intellige marmoreum. M. Tull. de leg. 2. *pauimenta marmorea, laqueata tecta.* Tib. lib. 3. eleg. 3. *Auratæq; trabes, marmoreumque solum.* vel pauimentum domini superbi, vt Porph. & ita Lucret. lib. 4. *Posteisque superbos Vnguit amaracino*, id est, posteis puellæ superbæ & amatorem fastidientis ac spernentis.

PONTIFIC. POTIORE CENIS] vino meliore, quàm, quod adhibetur in cenis pontificijs, quæ solent esse magnificentissimæ, atque apparatissimæ. ὑπερβολικῶς dictum. C

## IN SVI SÆCVLI LVxuriam. Ode 15.

*IAM pauca aratro iugera regiæ*
*Moles relinquent: vndique latius*
*Extenta visentur Lucrino*
*Stagna lacu: platanúsque cælebs*
*Euincet vlmos. tùm violaria, & Myrtus, & omnis copia narium*
*Spargent oliuetis odorem,*
*Fertilibus domino priori.*
*Tùm spissa ramis laurea feruidos* D
*Excludet ictus. non ita Romuli*
*Præscriptum, & intonsi Catonis*
*Auspicijs, veterúmque norma.*
*Priuatus illis census erat breuis:*
*Commune magnum: nulla decempedis*
*Metata priuatis, opacam*
*Porticus excipiebat Arcton:*
*Nec fortuitum spernere cæspitem*
*Leges sinebant, oppida publico*
*Sumtu iubentes, & deorum*
*Templa nouo decorare saxo.*

REGIÆ MOLES] ædificia sumtuosa & regibus conuenientia, molis instar. sic M. Tull. pro Milone *substructionum insanas moles* appellat, ædificia illa Clodiana. addit ei epithetum, *regiæ*, vt significantius declaret suæ ætatis hominum in ædificando insolentiam, luxuriam, insaniam. E

EXTENTA] extenta latius, id est, porrecta & producta latius, quamuis Acron, & Porph. aliter sentiant.

STAGNA] *Stagnum, quod Grace στγνὸν, (siue στγνον) inquit Varro. Et Festus, Stagnum, quod in eo aqua perpetuò stet: alij quòd is locus a Græcis στγνὸς dicatur, quia bene contineat aquam.*

LVCRINO LACV] Cæsar Augustus portum Iulium ad Baias effecit, immisso in lacum Lucrinum, & Auernum mari. Suet. in Augusto. Virg. Georg. 2. *An memorem portus, Lucrinóque addita claustra? Atque indignatum magnis stridoribus æquor, Iulia quà ponto longè sonat vnda refuso? &c. Lucrina Peloris* ab Horatio dicta, in lacu Lucrino capta. Satyra 4. lib. 2.

PLATANVSQVE CÆLEBS] quæ non solet adhiberi ad viteis sustentandas, vt vlmus, sed ad vmbram comparandam, vt sup. Od. XI. *Cur non sub alta vel platano, vel hac Pinu iacentes, &c. Potamus vncti?* & M. Tull. de orat. lib. 1. *Nam me hæc tua platanus admonuit, quæ non minus ad opacandũ F hunc locum patulis est diffusa ramis, quàm illa, cuius vmbram secutus est Socrates.* & Virgil. Georg. 4. *Iámque ministrantem platanum potantibus vmbrã.* Ἀμφιλαφῆ πλάτανον appellant Græci, ramosam, & late explicatam.

VLMOS] & populos, vt Ode 2. Epod. *Altas maritat populos.*

TVM VIOLARIA, ET MYRTVS, &c.] nihil est hoc loco corrigendum, vt quidam volũt: neque choréus erit *myrtus*, sed spondeus, numero multitudinis. violaria autem sunt loca, in quibus violæ nascuntur. de myrto diximus suprà ad Oden 30. lib. 1.

OMNIS COPIA NARIVM] omnes flores, omniáque virgulta, ex quibus odor suauis naribus afflatur, eadem autem ratione ea omnia, quæ ad narium delectationem nata sunt, narium copiam

Digitized by Google

A piam appellat Horatius, qua hircum Catullus id, quod nareis offendit, *naſorum peſtem*.

SPARGENT OLIVETIS, &c.] id eſt, exoliuetis fient violaria, myrteta, roſeta, &c. & quibus in locis oliuæ naſcebantur, in ijs myrti, violæ, & ſuauiſſimi flores decerpentur.

TVM SPISSA RAM. LAVR.] lauri non numerantur in arboribus vmbriferis, neque vel ramos habent ita explicatos vel frondeis ita denſas, vt earum vmbra ſolis ardorem arcere poſſit. veruntamen tantus eſt (inquit Horat.) hominum luxus, tam inuſitatæ deliciæ, tantum denique nouarum, & exquiſitarum voluptatum ſtudium, vt etiam lauri arte adhibita frondibus ſilueſcant, latiſſiméque ramos ſuos diffundãt ad excludendos ſolis ardores.

FERVIDOS EXCLVDET ICTVS] ſic legendum, & ita habent emendatiores libri & veteres, & impreſſi. Nam quòd in quibuſdam legitur *Excludet æſtus*, nata hæc ſcriptura eſt ex annotatione, & declaratione verborum *feruidos ictus*, cùm ad ea aſcripſiſſet ſtudioſus aliquis bonarum litterarum, *id eſt, ſolis æſtus*. Eleganter enim & erudite
B dixit Horat. *feruidos ictus*, pro caloribus ſolis. ſic Lucret. lib. 2. Luminis ictum dixit. *Qui quoniam quodam gignuntur luminis ictu*. & paullo antè de colore. *Recta, aut obliqua percuſſus luce refulget*. & lib. 5. *Luna poteſt ſolis radijs percuſſa nitêre*. Itaque apud eundem *tela diei* ſæpe vſurpatur pro luce diei & lumine ſolis. & radiorum ictus, pro ſolis calore. eod. lib. 5. *Et radij ſolis cogebant vndique terram Verberibus crebris extrema ad limina apertã*, &c. ibid. *Vt queat accendi paruis ardoribus ictus*. ibid. paullo pòſt. *Æſtiferum vt tantum radiorum exaugeat ictum*. & lib. 6. *Aut diſſoluuntur ſolis ſuper icta calore*.

NON ITA ROM. PRÆSCR. &c.] ordo & ſtructura hæc eſt: non ita præſcriptum eſt auſpicijs Romuli, & Catonis, veterúmque norma.

CENSVS] cenſus eſt, tota rei familiaris æſtimatio: lege annotation. ad illum locum, *Præconẽ tenui cenſu*. epiſt. 7. lib. 1.

C COMMVNE MAGNVM] commune, τὸ κοινὸν, quo Latino vtitur M. Tullius non vno loco.

NVLLA DECEMPED. MET. &c.] nulla illis erat priuata porticus obiecta ſeptentrionibus, in qua inambularent æſtiuo tempore, ita lata, vt decempedis eam commetirentur. vide Vitruu. *metata* autem poſitum videtur pro *menſa*, ídque παθητικῶς, quod probat Priſc. lib. 8. Natum ex veterum more, qui in agrorum diuiſione atque aſſignatione perticis ac decempedis agrorum modum exquirebant, quod erat metiri, & metari. ſolebant ijdem limitibus & metis agrorum modos & formas circumſcribere atque includere. Virg. diris. *Pertica, qua noſtros metata eſt impia agellos*. & Horat. Saty. 2. lib. 2. *videas metato in agello Cum pecore & natis fortem mercede colonum*.

EXCIPIEBAT.] Sat. 4. lib. 1. *Neque enim cùm lectulus, aut me Porticus excepit, deſum mihi*.

NEC FORTVITVM SPERN.] vetabant leges, nequis locum ruri forte fortuna oblatũ ſperneret, in quo iaceret: quia non ſinebant villas ſumtuoſas, & porticus ædificare. ita neceſſe erat C in fortuito cæſpite recumbere, vel ex cæſpitibus & luto domunculas ædificare.

CÆSPITEM] agellum. ἐλάφωσις. vel cæſpitem, locum intellige, in quo negotijs ſoluti quieſcerẽt ac recumberent, vel lateres è cæſpite, vnde ædificarent.

NOVO SAXO] non rediuiuo lapide, ſed nouo, & viuo. vt apud Virg. Æn. 1. *Intus aquæ dulces, vivóque ſedilia ſaxo*. De templis Deorum reficiendis Od. 6. lib. 3. *Delicta maiorum immeritus lues, Romane, donec templa refeceris Ædeiſque labentes Deorum*. & Saty. 2. lib. 2. *quare templa ruunt antiqua Deûm?*

## AD GROSPHVM.
### Ode 16.

Tranquillitatem animi optari ab omnibus: eam verò non congerendis opibus, honoribúsve conſequendis, ſed coërcendis cupiditatibus comparari. E

*OTium diuos rogat in patenti*
*Prenſus Ægæo, ſimul atra nubes*
*Condidit Lunam, neque certa fulgent*
*Sidera nautis:*
*Otium bello furioſa Thrace,*
*Otium Medi pharetra decori,*
*Groſphe, non gemmis, neque purpura ve-*
*Nale, neque auro.*
*Non enim gazæ, neque conſularis*
*Summouet lictor miſeros tumultus*
*Mentis, & curas laqueata circum*
*Tecta volanteis.*
*Viuitur paruo bene, cui paternum* F
*Splendet in menſa tenui ſalinum,*
*Nec leueis ſomnos timor, aut Cupido*
*Sordidus aufert.*
*Quid breui fortes iaculamur æuo*
*Multa? quid terras alio calenteis*
*Sole mutamus? patriæ quis exſul*
*Se quoque fugit?*
*Scandit æratas vitioſa naueis*
*Cura: nec turmas equitum relinquit,*
*Ocyor ceruis, & agente nimbos*
*Ocyor Euro.*
*Lætus in præſens animus, quod vltra eſt,*
*Oderit curare: & amara lento*



Digitized by Google

A *Temperet risu. nihil est ab omni*
*Parte beatum.*
*Abstulit clarum cita mors Achillem:*
*Longa Tithonum minuit senectus:*
*Et mihi forsan, tibi quod negarit,*
*Porriget hora.*
*Te greges centum, Siculæq; circum*
*Mugiunt vaccæ: tibi tollit hinni-*
*Tum apta quadrigis equa: te bis Afro*
*Murice tinctæ*
*Vestiunt lanæ. mihi paruæ rura, &*
*Spiritum Graiæ tenuem camœnæ*
*Parca non mendax dedit, & malignum*
*Spernere vulgus.*

OTIVM] otium hoc loco accipe vitam tranquillam, pacatam, & quietam, vt apud M. Tull. in Rull. ad Quirit. B *ita iucundum est otium, vt & vos, & maiores vestri, & fortissimus quisque vir maximos labores susciendos putet, vt aliquando in otio possit esse, præsertim in imperio ac dignitate.* aliud otiũ describit Catullus ad Lesbiã, iners videlicet & ignauum. *Otium Catulle tibi molestum est: Otio exsultas, nimiúmque gestis: Otium & reges prius, & beatas Perdidit vrbeis.*

PRENSVS ÆGÆO] is, qui in medio mari Ægæo nauigat. Ægæum mare ab insulis appellatum est, quæ in eo mari caprarum similitudinem præ se ferunt: seu quòd in eo Ægæa Amazonum regina perierit: siue quòd eò Ægæus Thesei pater se præcipitauerit. Festus. vide & quæ annotaui ad epist. XI. lib. I. Quidam libri veteres habent *Pressus.*

ATRA NVBES] Virg. lib. 10. Æn. *Sed sublime volans nubi se immiscuit atræ.*

CONDIDIT] texit, obduxit, & quasi sepeliuit. NEQVE CERTA FVLGENT] sic Virg. C Æn. I. *Eripiunt subitò nubes cælúmque, polúmque.*

THRACE] Græcum est Θρήκη. sic Od. 25. lib. 3. *Hebrum prospiciens, & niue candidam Thracen.* alibi Thraca, vt epist. ad Quinctium: *vt nec Frigidior Thracam, nec purior ambiat Hebrus.* & ad Iul. Florum, *Thracáne vos, Hebrúsque niuali compede vinctus, &c.*

GAZÆ] diuitiæ immensæ, vt suprà Ode 29. lib. I. *Icci beatis nunc Arabum inuides Gazis.* similis sententia est epist. 18. lib I. *Non domus, aut fundus, non aris aceruus & auri Ægroto domini deduxit corpore febreis, Non animo curas.* sic Lucret. lib. 2. *Quapropter, quoniã nil nostro in corpore gazæ Proficiũt, neq; nobilitas, neque gloria regni: Quod superest, animo quoque nil prodesse putandum est, Si nõ forte, tuas legiones per loca cãpi Fernere cùm videas belli simulacra cientes, His tibi tum rebus timefacta religiones Effugiunt animo pauidæ, mortísque timores.*

CONSVLARIS LICTOR] consulatus, seu consularis potestas. Venustè autem consulatum lictorem dixit potius, quàm consulatum, significans, consulares lictores non habere potestatem summouendarum curarum, & aliarum mentis perturbationũ, quemadmodum turbam summouere solent ante incedentem consulem. sic ferè Plinius lib. 9. cap. 34. vnionem dicit à fœminis in publico lictorem dictitari, quia, quemadmodum lictor ante magistratus, ita vnio ante fœminas turbam summouet. Dicti autem lictores à ligando, vt docet Nonius. Hi ante prætorem & consulem fasceis & secureis præferebant. ῥαβδούχους appellant Græci scriptores. habebat autem & prætor suos lictores. Cic. in Rullum, *Deinde anteibant lictores, non cum bacillis: sed vt hic prætoribus anteeunt, cum fascibus duobus.* consulatum autem posuit pro quouis alio amplissimo magistratu. Iam vnde sint dicti lictores, docet Plutarchus quæst. Rom. D

MISEROS TVMVLTVS MENTIS] animi perturbationes, curas, angores, timores, ægritudines, quibus concitatus tumultuatur ac trepidat.

CVRAS LAQV. CIRC. &c.] curas, quæ in domibus locupletum, & potentium, ac beatorũ istorum, tum crebriores, tum molestiores solent esse. *laqueata tecta* autem, laquearibus ornata. M. Tull. de leg. 2. *Magnificáque villas, & pauimenta marmorea, & laqueata tecta contemno.* Lucretius lib. 2. *laqueata, auratáque templa.* E

VOLANTEIS] tralatio. sic Saty. 6. lib. 2. *simulatras Ventum est Esquilias, aliena negotia centũ Per caput & circa salsunt latus.* potest etiam dici esse σωματοποίησιν, seu σωματοποιΐαν, poëtis valde vsitatam.

VIVITVR PARVO BENE] subaudi ab eo, *cui paternum, &c.* id est, viuit is paruo benè, qui contentus est re sua familiari, & supellectili paterna, modicóque apparatu. Veteres salinorum appositu mensas sacras faciebant, vt declarat illud Arnobij lib. 2. *in penetralibus Vestæ ignis perpetuos fouetis focos? sacras facitis mensas salinorum, & simulacrorum appositu?* Præterea sal condimentum est ciborum, immo verò obsonium tenuiorum. Nã cùm præter panem & salem nihil habeant, quod F sibi apponant, pane, & sale famem explere cogun tur, vt Saty. 2. lib. 2. *Cùm labor extuderit fastidia, siccus, inanis Sperne cibum vilem: nisi Hymettia mella Falerno Ne biberis diluta: foris est promus, &c.* Itaque per salinum, (id est vas, quo sal continetur) salem, vt primum omnium, quæ in mensa apponuntur: & per salem, tenuem & communem omnium hominum apparatum, miniméque sumtuosum victum significari puto. Adiuuat me quòd vulgo dicitur, *multos modios salis simul edendos esse, vt amicitia munus expletum sit:* quod est apud M. Tullium in Lælio: & apud Arist. lib. 8. de mor. ad Nicom. κατὰ τὸν παροιμίαν γὰρ οὐκ ἔστιν εἰδῆναι ἀλλήλους πρὶν τὸς λεγομένους ἅλας συναναλῶσι. id est, Verum enim illud prouerbium est, Multos modios salis simul edendos esse, vt homines inter se norint. Et Demosthenes, vt est in oratione Æschinis Κατὰ κτησιφ. insimulatus ab Æschine hospitem suum necandum curauisse, respondit audiente populo

Digitized by Google

A pulo, ſe τὰς τῆς πόλεως ἁλὰς τῆς ξενικῆς τραπέζης ἡδὲ πλούσιος ποιῆσαι: id eſt, ciuitatis ſalem pluris feciſſe hoſpitali menſa. ad hunc locum pertinet illud ex Saty. 3. lib. 1. *modò ſit mihi menſa tripes, & Concha ſalis puri.* & illud Perſij Sat. 5. *eheu Vare reguſtatum digito terebrare ſalinum Contentus perges, ſi viuere cum Ioue tendis.* Idem Saty. 4. *Ingemit hoc bene ſit, tunicatum cum ſale mordens Cepe, & farratam pueris plaudentibus ollam.* & illud Diogenis Cynici, quem cùm Craterus rex ad ſe inuitaret: βούλομαι, ἔφη, ὃν ἀθήναις ἅλα λείχειν, ἢ τοῖς Κρατηρῶ καὶ πολυτελοῦς τραπέζης ἀπολαύειν. id eſt, Malo, inquit, Athenis ſalem lingere, quàm apud Craterum menſa ſumtuoſa perfrui. & illud Plautinum ex Rudente, *Sed hic rex cum aceto pranſurus eſt, & ſale, ſine bono pulmento.*

CVPIDO SORDIDVS] cupiditas ſordida, id eſt, amor, ſeu Cupiditas pecuniæ: quæ in homi nem verè magni & excelſi animi cadere non ſolet. Et animaduertat adoleſcens harum litterarum ſtudioſus, Cupidinis nomen etiam pro cupiditate apud hunc poëtam ſemper eſſe generis maſculini, vt Od. 16. lib. 3. *Contracto melius parua Cupidine Vectigalia porrigam.* & epiſt. 1. lib. 1. *Feruet auaritia, miſeróque Cupidine pectus.* & Saty. 1. lib. 1. *At bona pars hominum decepta Cupidine falſo.* & Ode 24. lib. 3. *Eradenda Cupidinis Praui ſunt elementa.* Atque hæc, quamuis non ita magni ponderis, quidam, cùm ſcirent à me eſſe occupata, ſibi iniuſtiſſimè arrogarunt. neque tamen viderũt, hîc Cupidinem eſſe Dei nomen. Cupido enim omnium rerum amoris & cupiditatis auctor eſt κῦρ ωλάτος.

QVID BREVI FORTES, &c.] id eſt, quid nos, qui ad breue tempus floremus, valemus, & viuimus, multa nobis proponimus, multáque deſideramus? *iaculamur*, id eſt, quaſi iaculando petimus, deſtinamus, & eſt tralatio à ſagittarijs. τοξαζόμεθα. Illa autem *breui ano fortes*, coniunctè ſunt legenda, id eſt, ὀλιγοχρόνιοι, & (vt Hõmeri verbo vtar) μινυθάδιοι, id eſt, breuis vitæ, ſeu breui tempore morituri: exiguum tempus victuri.

C QVID TERR. ALIO CAL. SOLE] quid proficiſcimur in terras longinquas, & peregrinas patria relicta? non diſſimile eſt illud Pindari Πυθ. εἰδ. γ. ἔστι δὲ φῦλον ὧν ἀνθρώποισι ματαιόπατον ὅστις αἰχμῶν ἐπιχώρια πατρίδα παλαίνῃ τὰ πόρσω ματαμφία θηρεύων ἀκραίτοις ἐλπίσι. Id eſt, Genus eſt hominum vaniſſimum, quod de ſpiciens domeſtica, & patria, longinqua circumſpicit, & perſequtur, res inaneis fallaci ſpe captãs. Sed Virgil. Georg. 2. magis ad rem, *Exſulóque domos, & dulcia limina mutant, Atque alio patriam quærunt ſub ſole iacentem. Alio ſole*, carmine ſæculari ad Deos, *aliúſque & idem naſceris.*

PATRIÆ QVIS EXSVL. &c.] ſi hæc Græcè exprimantur, magis appareat totius ſententiæ venuſtas, hoc modo, πῆς πατρίδος φυγὰς ὤν, καὶ ἑαυτὸν ἔφυγε, Nam exſulem Græci φυγάδα nominant, & exſulare φεύγειν dicunt, id eſt, fugere. Itaque hanc paronomaſiam lingua Latina imitari nõ poteſt. ſed is tamen, qui Græcè ſciat, facilè eam agnoſcat. Iã exſulẽ à ſolo Nonius ait eſſe nominatum, vt extorrem à terra: vnde mirum eſt ab exſule vulgò exſilium, non exſulium dici, hanc ſententiam autem copioſè perſequitur Lucret. lib. 3. in extremo. *Exit ſæpe foras magnis ex ædibus ille, Eſſe domi quem pertæſum eſt, ſubitóque reuertit: Quippe foris nihilo melius qui ſentiat eſſe: Currit agens mannos ad villam hic præcipitanter, Auxilium tectis quaſi ferre ardentibus inſtans. Oſcitat extemplo, tetigit cùm limina villæ, Aut abit in ſomnum grauis, atque obliuia quærit: Aut etiam properans vrbem petit atque reuiſit. Hoc ſe quiſque modo fugit: at, quod ſcilicet (vt fit) Effugere haud potis eſt, ingratis hæret, & angit, &c.* eo dem pertinet illud Saty. 7. lib. 2. *Non horam tecũ eſſe potes, non otia recte Ponere, teque ipſum vitas fugitiuus & erro.* Ad hunc locum pertinet etiam illud Ariſtot. lib. 9. de morib. ad Nicom. ζητῆσαι δὲ οἱ μοχθηροὶ μηδ' ὧν συμπαρεύσεται, ἑαυτὸς δὲ φεύγουσιν, &c. nam ea reperies annotata, ſatyra illa. 7. ad illum verſum *Non horam tecum, &c.*

SCANDIT ÆRATAS] eadem ferè Od. 1. li. 3. *ſed timor & minæ Scandunt eòdem, quò dominus, neque Decedit aerata triremi, & Poſt equitem ſedet atra cura.* Vberius autem Lucret. lib. 2. *Quòd ſi ridicula hæc, ludibriáque eſſe videmus, Reuerãque metus hominum, curæq; ſequaces Nec metuunt ſonitus armorũ, nec fera tela, Audacterq; inter Reges, rerũque potenteis Verſantur, neque fulgorem reuerentur ab auro, Nec clarum veſtis ſplendorem purpureai: Quid dubitas, quin omne ſit hoc rationis egeſtas? &c.*

ET AGENTE N. OCYOR] Virg. li. 12. Æn. *Ni fuga ſubſidio ſubeat, fugit ocyor Euro.*

IN PRÆSENS] non in poſterum, aut futurum tempus. Suadet enim vt in diem viuamus: vt Ode 8. lib. 3. *Dona præſentis cape lætus horæ.* & 29. lib. eod. *ille potens ſui, Lætúſque deget, cui licet, in diem, Dixiſſe, vixi: cras vel atra Nube polum pater occupato.* & epiſt. ad Bull. lib. 1. *Tu, quancumque Deus tibi fortunauerit horã, Grata ſume manu, nec dulcia differ in annum.* Nam (vt idem ait Ode 7. lib. 4.) *Quis ſcit, an adijciant hodiernæ craſtina vitæ Tempora dij ſuperi?* Quin Pindarus, qui multo ſeuerior Horatio eſt, multóque grauiora tractat argumenta, ait ſe diurnam oblectationem perſequentem, ſenſim ſeneſcere, atque ad mortem pro gredi. eius verba ſunt hæc, εἰδ. ἕκτῳ. ὀδ' ἁβαιὰ πάων μὴ θρασσέτω φθόνος, ὅπ περπνὸν ἐφάμερον διώκων, ἕκαλος ἐπίμιγρας, ἐς τε τὸν μόρσιμον αἰῶνα. & ἰσθμ. εἰδ. η. apertius: quicquid ante pedes eſt, eſſe melius, eóque eſſe fruendum, cùm dies is, qui vitæ noſtræ curſum terminat, capitibus noſtris ſemper impendeat. ſic Pind. τὸ δὲ παρὲξ ποδὸς, ἄρειον αἰεὶ χρῆμα πᾶν. δόλιος γὰρ αἰὼν ἐπ' ἀνδράσι κρέμαται ἐλίσσων βιότου πόρον. Denique Theognis monet, vt conuiuijs & ſermonibus honeſtis in præſentia oblectemur: futura autem Dijs curanda relinquamus. ſic Theog. Νῦν μὲν πίνοντες περπώμεθα καλὰ λέγοντες· Ἄλλα δ' ἐπειτ' ἔσαι, ταῦτα θεοῖσι μέλει, id eſt, *Nunc oblectemur potantes; ſcita loquentes. Sunt autem curæ poſtera diis ſuperis.* quibus concinunt illa Euripidis in Alceſt. ταῦτ' ἐν ἀκούσας, καὶ μαθὼν ἐμὸς πάρα, Εὐφραίνε σαυτὸν, πῖνε, τὸν καθ' ἡμέραν Βίον λογίζου σόν, τὰ δ' ἄλλα τῆς τύχης, id eſt, His igitur auditis, & ex me cognitis, Teipſum oblecta, bibe. diurnam vitam, tuam eſſe deputa: cetera fortunę:



Digitized by Google

A QVOD VLTRA EST] id est, quod futurum est. nam præsentia duntaxat nos attingunt: futura autem nondum ad nos pertinent. Quemadmodum hîc futurum per id, quod vltra nos est, significatur: quia nondum ad illa peruenimus: ita Oda 29. lib. 3. per id, quod retro est, præteritum, quia illa præterijmus, *non tamen irritum Quodcũque retro est Efficiet, &c.*

LENTO TEMP. RIS.] sic reperi scriptum in sex libris calamo exaratis, Don. Faër. Vrsini, Torneſ. Russardino, Nicotiano, cùm libri vulgati habeant *læto*. quam tamen scripturam, si quis malet, non refello, neque admodum improbo. sed *lento* magis probo: idq; interpretor, moderato, non profuso.

NIHIL EST AB O. P. BEATVM] Pulchrè Pindarus Πυθ. εἰδ. γ. ostendens idem, quod hîc Horat. nihil esse ab omni parte beatum, ait, Deos immortaleis vni bono hominibus dato, duo mala admiscere solere: hæc autem mala insipienteis moderatè ferre non posse, suámque aduersam fortunam fronte & vultu declarare & prodere: &, siquid boni habeant, stultitia sua obruere, atque exstinguere: sapienteis contrà dissimulando sua quidem mala occultare: bona autem semper in promtu habere, & his suas molestias consolari ac leuare: sic Pinda. πήματα σύνδυο δαίοντας βροτοῖς αἰθαίσσει. τὰ μὲν ὧν ὑ δύναται γήποι κόσμῳ φέρειν. ἀλλ' ἀγαθοὶ τὰ καλὰ πρέψαντες ἴξῳ. adde cet. quæ deinceps sequuntur de Peleo, Cadmo, Achille. illum autem Pindari locum videtur Theognis expressisse his versib. ὐδεὶς πω πάντ' ἔστι παντόλβιος, ἀλλ' ὁ μὲν ἐσθλὸς Τολμᾷ ἔχειν τὸ κακὸν, κ' ὐκ ἐπίδηλος ὅμως· Δειλὸς δ' ἔ πεκμοῖσιν ἐπίσταται, ὕτ' ἀγαθοῖσιν Θυμὸν ἔχων μίμνειν. id est, Nullus est omni ex parte beatus: sed vir bonus qui dem audet fortunam aduersam excipere & subire: neque tamen præ se fert ægritudinem, aut casum suum aduersum. At improbus & ignauus neque in malis, neque in bonis constantem animũ retinens manere potest. Rursus Pindar⁹ Νεμ. εἰδ. ζ. disertè negat fieri omnino posse, vt aliquis vnus vniuersam beatitudinem sit consecutus. πυχεῖν δ' ἔν' ἀδύνατον εὐδαιμονίαν ἅπασαν αἰεὶ ὀμέσαι. Eodem pertinent tres Eurip. senarij in Steneb. ὐκ ἔστιν ὅστις πάντ' ἄπτερ εὐδαιμονεῖ. Ἡ γὰρ πφυκὼς ἐσθλὸς ὐκ ἔχει βίον· Ἡ δυσχερὴς ὢν πλησίαν ἀροῖ πλάκα, id est, non est quisquam, qui omni ex parte beatus sit. Nam aut bonus natura factus viuendi facultatibus caret: aut ignobilis & humilis natus, agros fertileis & opimos arat.

ABSTVLIT CLAR. CITA MORS ACH.] apud Homerum Achilles se μινυθάδιον à matre editum esse, id est, vitæ breuis hominem, dicit: Μῆτερ, ἐπεί μ' ἔτικές γε μινυθάδιόν περ ἐόντα, Τιμὴν πέρ μοι ὄφελε ὀλύμπιος ἐγγυαλίξαι. id est, Mater, quandoquidem me peperisti breuis vitæ hominem, At certe Deus mihi honorem & gloriam tribuere debebat. cui sic respondet Thetis, Ὤ μοι τεκνὸν ἐμὸν, τί νυ σ' ἔτρεφον αἰνά τεκοῦσα, Αἰλ' ὄφελες παρὰ νηυσὶν ἀδάκρυτος, καὶ ἀπήμων Ἥδη, ἐπεί νυ τοι αἶσα μινυθάδιόν περ, ὕπα μάλα ὀκύν. id est, Hei mihi, fili mi, quamobrem te sustuli & alui, posteaquàm cum dolore peperi? Vtinam expers lacrymarum, & malorum ad naueis sederes: quandoquidem breuis tibi vita à dijs concessa est, neque admodum diu victurus es. & eadem pro filio Iouem orans, Τίμησόν μοι υἱὸν, ὅς ὠκυμορώτατος ἄλλων Ἔπλετο. id est, filium meum honore afficito, qui breuissimæ inter alios homines vitæ natus est. & ἰλ. ι. ipse Achilles narrat se de matre audiuisse, si gloriæ studeat, sibi breui esse moriendum. Μήτηρ γάρ πω μέφησι, &c.

LONGA TITHONVM] immortalitatem quidem Tithonus, quam optauerat, consecutus est: sed eam senectus insuauem, atque amaram reddidit, cùm se omnibus prorsus voluptatibus, atque oblectationibus, ætatis culpa, priuatum esse sentiret: quem ob id in cicadam versum esse aiunt. Narrant Tithonum ab Aurora immortalitatem quidem impetrasse, quam petierat, sed non ἀγηρασίαν, id est, vitam senectutis expertem, & perpetuam iuuentam, quam petere eum fugerat. Ita factum est, vt in cicadam versus sit, animal aridissimum & siccissimum, & canorum, & garrulum: quæ senectuti conueniunt. Senectus enim est natura loquacior, vt scribit M. Tullius in Catone maiore: & sola vox ferè in senibus remanet: quod notat Seruius hunc versum proferens ad illum Virg. Æneid. 4. *Tithoni croceum linquens aurora cubile.* Admonet autem Eustathius ad primum versum ἰλ. λ. Tithoni nomen vsurpari solere de senibus infelicibus, & laboriosis. Sup. Od. 28. lib. 1. *Tithonúsque remotus in auras.*

PORRIGET] producet, prorogabit: seu si quis malet, præbebit.

TE GREGES CENTVM, &c.] circum te greges centum, & Siculæ vaccæ mugiunt. Diuitiæ olim in boum armentis, & pecudum gregibus erant positæ. Hom. ἰλ. ι. Ενδ' ἄνδρες ναίουσι πολυρρήνες, πολυβοται. id est, in ea autem vrbe habitant viri agnis, & bobus abundantes. & Hesiod. ἐργ. καὶ ἡμ. ἀνδρες πολύμηλοί τ' ἀφνειοί τε. id est, viri ouib⁹, & diuitijs affluẽtes. & Her. ὑραν. ὠδιαῦτα καὶ ἐδήτευον ἐπὶ μισθῷ παρὰ τῷ βασιλεῖ ὁ μὲν ἵππους νέμων, ὁ δὲ βοῦς. ὁ δὲ νεώτατος αὐτῶν Περδίκκης τὰ λεπτὰ τῶν προβάτων. ἔσαν γὰρ τὸ παλαι καὶ αἱ τυραννίδες τ' ἀνθρώπων ἀσθενέες χρήμασιν ἦσαν μόνον ὀλίγοι. id est, hîc etiam hi tres fratres mercede conducti regi seruiebant: alius equos pascens, alius boues, alius, qui erat natu minimus, Perdicca, oueis. Erant enim olim reges pecunia tenues & infirmi, non solùm populus.

TOLLIT HINNITVM] edit hinnitum. vltima syllaba nominis hinnitum pertinet ad principium versus deinceps subsequentis, hoc modo: *tibi tollit hinni-T' apta quadrigis equa.* vt sup. Ode 13. *ille venena Colchi-Ca, & quicquid, &c. tollere hinnitum* autem sic dictum, vt tollere cachinnum, risum, clamorem. lib. de arte poët. *Romani tollẽt equites, peditésque cachinnum.* & ibidem, *Ne sptisse risum tollant impune caterue.* & M. Tull. lib. 2. ad Q. Fratrem epist. 1. *deinde eius opera repente à Gracostasi, & gradibus clamorem satis magnum sustulerunt.* & epist. tertia. *opera Clodiana clamorem sustulerunt.* & Lucret. lib. 3. *Tollunt clamores, quasi si ingulentur ibidem.* & Virgil. Æneid. 3. *Clamorem immensum tollit.*

APTA QVADRIGIS EQVA] etiam hoc loco

A loco refelli, & coargui possunt ij; qui quadrigas, quatuor equos esse sine curru putant. Nam si hoc ita sit, quomodo hic locus explicari possit, non video. sed res est ita in promtu posita, vt silentio potius prætereunda, aut risu eludenda, quàm argumentis aut exemplis sit refellenda.

TE BIS AFRO MVRICE TINCTÆ, &c.] Ianas bis tinctas murice, seu purpura, δίβαφεῖς Græci vocant. ex quo M. Tullius purpuram bis tinctam dibaphum nominat epist. ad M. Cœlium, lib. 2. epist. *Curtius noster dibaphum cogitat, sed eum infector moratur.* Murex autem piscis è genere testaceorum, ex cuius sanguine conficiebatur color purpureus. Horat. epist. 2. lib. 2. *Argentum, vestéis Getulo murice tinctas.*

SPIR. GRAIÆ TEN. CAM.] sic Pindarus ὠδ. 8. Olymp. ait se Parcæ beneficio & benignitate eximiarum Gratiarum hortum depascere, id est, ex artis poëticæ studio flores lectissimos carpere. σὺν νιν μοιριδίῳ παλάμᾳ ἐξαιρέτων χαρίτων νέμομαι κᾶπον. Significat autem Horat. sibi à Parca, aut à fatis tributam esse vim & facultatem poëticam ex Græcis poëtis expressam. sic Od. 30. lib. 3. *Dicar, qua violens obstrepit Aufidus, Et qua pauper aquæ. &c. ex humili potens Princeps Æolium carmen ad Italos deduxisse modos.* Tenuem autem camœnæ spiritum dicit, vt Od. 6. lib. 1. *Imbellisque lyræ musa potens vetat Laudes egregij Cæsaris & tuas culpa deterere ingeni.*

B PARCA NON MENDAX] sic Parcas *veraces* appellat in carmine sæculari, post epod.

MALIGNVM] illiberabile, inuidum, iniquum. Sup. Ode 29. lib. 1. *ne parce malignus.* & epist. ad Augst. *laudare malignè.*

## AD MÆCENATEM. ægrotum. Ode 17.

Negat se ei superstitem esse velle.

C CVr me querelis exanimas tuis?
Nec Dijs amicū est, nec mihi, te prius
Obire, Mæcenas, mearum
Grande decus, columénque rerum.
Ah, te meæ si partem animæ rapit
Maturior vis, quid moror altera,
Nec carus æquè, nec superstes
Integer? ille dies vtramque
Ducet ruinam: non ego perfidum
Dixi sacramentum: ibimus, ibimus,
Vtcumque præcedes, supremum
Carpere iter comites parati.
Me nec Chimæræ spiritus igneæ,
Nec, si resurgat centimanus Gyas,
Diuellet vmquam. sic potenti
Iustitiæ, placitúmque parcis.
Seu libra, seu me Scorpius aspicit
Formidolosus, pars violentior
Natalis horæ, seu tyrannus
Hesperiæ Capricornus vndæ:
Vtrumque nostrum incredibili modo
Consentit astrum. te Iouis impio
Tutela Saturno refulgens
Eripuit, volucrísque fati
Tardauit alas, cùm populus frequens
Lætum theatris ter crepuit sonum:
Me truncus illapsus cerebro
Sustulerat, nisi Faunus ictum
Dextra leuasset, Mercurialium
Custos virorum. reddere victimas,
Ædémque votiuam memento:
Nos humilem feriemus agnam.

EXANIMAS] occîdis, interimis, seu conturbas, & mœrore afficis. M. Tull. pro Milone. *Me quidem, iudices, exanimant & interimunt hæ voces Milonis, quas audio assiduè, &c.* Horat. Sat. 4. lib. 1. *auidos vicinum funus vt ægros Exanimat: mortisque metu sibi parcere cogit.*

NEC DIIS AMICVM EST] à Græcis sumsit hoc loquendi genus. sic enim illi, οὐ θεοῖς φίλον, id est, non est dijs amicum: quod Latinè redderemus, non placet Dijs. Hom. ἰλ. η. αἰκέπερ ὔμμι φίλον καὶ ἡδὺ γένοιτο. id est, siquidem vobis amicum & iucundum fuerit. idem ἰλ. ἰῶπα. ὅττῳ πῃ δὴ μέλλει ὑπερμενεῖ φίλον εἶναι. id est, sic vtique videtur Ioui potentissimo amicum esse. & Theognis, ζεῦ πάτερ, εἰ θεῷ γένοιτο θεοῖς φίλον. O Iupiter pater, vtinam hoc sit dijs amicum. rursum Hom. ἰλ. α. Ἀεί τοι τὰ κακὰ ἐστὶ φίλα φρεσὶ μαντεύεσθαι. id est, semper tibi amicum est mala vaticinari. Plat. in Theæteto. ἀλλ' εἰ ἄτως, ὦ Θεόδωρέ, σοι φίλον, οὐδ' ἐμοὶ ἐχθρὸν, φασὶν οἱ παροιμιαζόμενοι: id est, At si sic, O Theodore, tibi amicum est, nec mihi inimicum est, vt est in prouerbio. Callimachus in Delum, ἤρη τῆτο μερόξοον, ὅ, τοι φίλον. Eurip. Phœniss. ἃ γὰρ σὺ βούλει, ταῦτ' ἐμοὶ, μᾶτερ, φίλα. id est. Nam quæ tu vis, ea mihi mater, sunt amica. Hesiodus. ἐργ. καὶ ἡμ. σοὶ δ' ἔργα φίλ' ἔστω μέτρια κοσμεῖν. id est, tibi autem amicum esto res modestas, & temperatas ornare & administrare.

MEARVM GRANDE DEC. COL.] *decus*, hoc est ornamentū: *columen*, hoc est, præsidium, & robur. Od. 1. li. 1. *O & præsidiū, & dulce decus meum.*

AH, TE MEÆ SI PARTEM ANIMÆ] Pythagoricum est hoc, σώματα μὲν δύο, ψυχὴ δὲ μία. id est, corpora quidem duo, animus autem vnus.

RAPIT] epist. 14. *rapto de fratre dolentis Insolabiliter:*

A MATVRIOR VIS] mors immatura: vel maturior, id est, celerior, quàm natura fert.

NEC CARVS ÆQVE, NEC, &c.] sensus est: ego nec carus mihi æquè futurus, nec integer, si tibi, qui meæ animæ pars vna es, sim superstes, quid moror altera?

ILLE DIES VTRAMQVE DVCET] non occides, aut morieris, quin ego eadem fati necessitate domitus atque oppressus exstinguar. eodem, quo tu morieris die, moriar: qui dies te eripiet, ille vtrumque eripiet: ruere aut mori non potes, quin ego eodem casu labefactatus concidam.

NON EGO PERFIDVM DIXI] id est, non ego peieraui. translatio ducta à militari sacramento. sic enim loquitur Cæsar lib. 1. de bello ciuili. *Milites Domitianus sacramentum apud se dicere iubet.*

IBIMVS, IBIMVS,] concinna ἀναδίπλωσις. id reduplicatio. sic Alcæus, Δέξαι μὰ κεφαλᾶντα, δέξαι: λίσσομαι σε, λίσσομαι. id est, recipe me comessantem recipe: obsecro te, obsecro. sic Oda 20. eiusd. lib. *non ego paupertm Sanguis parentum: non ego, quem* B *vocas, Dilecte Macenas, obibo.*

VTCVMQVE PRÆCEDES] vbicumque, vel quandocumque præcedes. vt annotauimus ad Oden 17. lib. 1.

SVPREMVM CARPERE ITER] extremum vitæ diem tecum obire parati. *supremum* valet extremum, vt epistola ad Torq. *Supremo te sole domi Torquate manebo.* carpere iter autem etiam vsurpauit Saty. 5. lib. 1. *vt pote longum Carpentes iter, factum corruptius imbri.*

CHIMÆRÆ SPIRITVS IGNEÆ] Pindarus Chimæram appellat πῦρ πνέουσαν, id est ignem spirantem, vt diximus suprà ad Od. 27. lib. 1. vbi plura de Chimæra.

RESVRGAT] qui nunc iacet à Ioue prostratus. vsurpauit hoc verbum etiam lib. 3. Od. 3. *Ter si resurgat murus aheneus, &c.* & Virg. lib. 1. Æn. *illic fas regna resurgere Troiæ.*

CENTIMANVS GYAS] & hoc loco, & Od. 4. lib. 3. ibi. *Testis mearum, &c.* secutus eram in ti C tio scripturam, quæ in quibusdam libris calamo descriptis reperitur, & quam Priscian. lib. 6. & 17. agnoscit, *centimanus Gyges.* Præterea Hesiodus Cottum, Briareum, Gygen fratres centimanos facit in Theogon. Ἄλλοι δ' αὖ γαίης τε καὶ οὐρανοῦ ἐξεγένοντο Τρεῖς παῖδες μεγάλοιτι καὶ ὄμβριμοι, ὑκ ὀνομαστοὶ Κόττός τε, Βριάρεώς τε, Γύγης θ' ὑπερφίαλα τέκνα, Τῶν ἑκατὸν μὲν χεῖρες ἀπ' ὤμων αἰσσοντο. id est, Alij autem ex Terra & Cælo nati sunt tres filij magni & validi, non nominandi Cottus & Briareus, & Gyges, superbi fœtus: è quorum humeris centum manꝰ assurgebant, &c. Præterea interpres Apollonij lib. 1. scribit Briareum, Ægæona, Gygen vnum & eundem esse dissimilibus nominibus idem significantibus. illiꝰ verba sunt hæc, Βριάρεως δὲ καὶ Αἰγαίων καὶ Γύγης ὁ αὐτὸς λέγεται σωωνύμως. Hom. autem il. a. sub Achillis persona narrat, Briareum centimanum à Thetide euocatum Ioui, cùm eum ceteri Dij vincere vellẽt, aduersus illos opem tulisse: sic Achilles Thetidi. Ἀλλὰ σὺ πόν γ' ἐλθοῦσα θεὰ ὑπελύσαο δεσμῶν ὠκὺ ἑκατόγχειρον κικλήσασ' ἐς μακρὸν ὄλυμπον, ὃν Βριάρεων καλέουσι θεοί. At D tu Dea illum (Iouem) profecta vinculis soluisti, celeriter centimano euocato in longum Olympum, quem Dij Briareum apellant. Sed cùm hos commentarios iam iam typis, operíque permittere cogitarem, iniectus mihi scrupulus est, ex duobus locis Hor. in quibus nomen *Gyges*, quamuis gigas in ijs non designetur, producitur. Od 5. lib. 2. *Cnidúmve Gyges.* & Od 7. lib. 3. *Constantis iuuenem fide Gygen:* & ex vno Ouidiano, in quo gigas idem, qui hoc loco, describitur, *Centimanum Gygen, semiboúemque virum:* Non esse enim verisimile alibi produci idem nomen, alibi corripi: quamuis in nonnullis nominibus proprijs hoc vsu venire sciam. Mouit me præterea Apollodorus, cuius hæc sunt verba in principio. Οὐρανὸς πρῶτος πᾶσαν ἐπιβὰς ἐπόησεν ἀρχήν. Γῆμας δὲ Γῆν, ἐπίκτησε πρώτους τοὺς ἑκατόγχειρας θεοὺς γοργυθίτας Βριάρεων, Γύην, Κόττον: id est, Cælum, seu Cælus primus totius mundi imperium obtinuit. cum autem Terram vxorem duxisset, suscepit ex ea liberos primos, Briareum, Gyam, Cœum: qui centimani sunt appellati. His testimonijs, & argumentis adductus, sententiam priorem mutaui, & apud Horat. vtrobique *centimanus Gyas*, legendum esse existimaui: quam scri E pturam probat idem M. Anton. Muretus, eámque se in quibusdam veteribus libris reperisse testatur. ego, ne mentiar, nusquam eam reperi, nisi quòd in lib. Faërni, & vno Vaticano, hoc nomẽ in litura, tamquam in luto demersum est. ex qua suspicari licet initio scriptum fuisse *Gyas*, & posteà ab ignaris literarum deprauatum. Hanc igitur scripturam si recipimus, emendandi sunt Hesiodus, & Apollonij scholiastes, & vbi vulgò legitur Γύης, scribendum Γύης. eadémque opera puto apud Hesiod. non Κόττον, sed Κοῖον legendum esse. Quòd autem libri plerique veteres habent *Gigas*, ego hanc scripturam ex deprauata antiqua Gyas natam esse puto: quamquam si quis eam sequi volet, non repugnabo.

SEV LIBRA, SEV ME. &c.] Mathematici, & Astrologi ab aspiciendo, quò verbo hic vtitur Horatius, aspectus appellant: sed ij aspectus intelliguntur stellarum errantium, inter se: non ad ho- F mines referuntur: quo modo velle videtur Horat. Ad hũc locum pertinere videntur quæ scribit M. Tull. de diuinat. lib. 2. *Sed vt ratione vtamur omissis testibus, sic isti disputant, qui hæc Chaldæorum natalitia prædicta defendunt. vim quandam esse aiunt signifero in orbe, qui Græcè ζωδιακὸς dicitur, talem, vt eius orbis vnaquaque pars alia alio modo moueat, immutétque cælum, perinde vt quaque stella in ijs, finitimísque partibus sint quoque tempore: eamq; vim variè moueri ab ijs sideribus, quæ vocantur errantia. Cum autem in eam ipsam partem orbis venerint, in qua sit ortus eius, qui nascatur, aut in eam, quæ coniunctum aliquid habeat, aut consentiens: ea triangula illi & quadrata nominant, &c.* seu me igitur (inquit Hor.) Venus, cui Taurus, & Libra attribuuntur, aspicit: seu Mars, cui Scorpius, & Aries: seu Saturnus, cui Capricornus: nostra astra incredibiliter consentiunt & conspirant.

FORMI-

Digitized by Google

A FORMIDOLOSVS] horribilis, metuendus.

PARS VIOLENTIOR NATALIS HORÆ] significat se eo temporis momento natum esse, quo Mars in orbis signiferi parte sibi imminente, & propinqua fuerit. Est autem Martis stella, vt & Saturni, malefica, & inclemens, Astrologorum sententia.

SEV TYRANNVS HESPERIÆ] id est, qui tempestates in Oceano occidentali, & quouis alio mari, excitat oriens. Capricornus autem Saturno ascribitur. Aiunt quidam tyrannos, & eos, qui patriam suam anteà liberam sibi seruire coëgerunt, Capricornum pro natalitio signo habere solere: iccircò Capricornum tyrannũ ab Hor. appellari, quasi nascentibus ortu suo regnum & tyrannidem promittentem, ac præparantem. Immo Capricornum, iccirco Hesperiæ, id est, Italię, tyrannum dicit, quia Saturnus in Capricorno grauissimas pluuias excitat, vt annotat Seruius ad illud Virgil. Georg. 1. *Frigida Saturni sese quò stella receptet: & maximè* (inquit ille) *in Italia: vnde & Horat. ait, seu tyrannus Hesperiæ Capricornus oræ.*

TE IOVIS IMPIO, &c.] Iupiter prosper, & salutaris est: Saturnus maleficus, pernicios̃us, pestilens. significat igitur, cùm Mæcenatis ortus, diésque natalis Iouis, & Saturni sit particeps, Iouis stellam prosperam, ac salutarem, Saturni inclementiam contudisse, ac discussisse: à Mæcenate deniq3 perniciem ei imminentem, ac præsentem auertisse. Iouis tutela igitur, id est, Iouis stella, quæ te tuetur. Ostendit autem etiam M. Tull. epist. ad Fab. Gallum. lib. 7. Saturnum esse pernicios̃um, & inclementem. sic enim ille, *Martis verò signum quò mihi pacis auctori? Gaudeo nullum Saturni signum fuisse. hæc enim duo signa putarem mihi æs alienum attulisse*: contrà Iouem, salutarem, lib. 6. de rep. *Deinde est hominum generi prosper, & salutaris ille fulgor, qui dicitur Iouis.* sic Virg. Georg. 1. *Frigida Saturni sese quò stella receptet.* Iterum M. Tull. lib. 1. de diuin. *Quid habet astrologus, cur stella Iouis, aut Veneris coniuncta cum Luna adortus puerorum salutaris sit, Martisve contraria?* Deniq3 Mars & Saturnus dij sunt ἀναρπικοὶ, id est, vim de medio tollendi habentes, & qui solent intercidere vitæ rationem, si aspectu suo, aut radiis suis ortum genituræ attigerint, vt notat Seruius ad illum Virg. locum Æn. 4. *& dii morientis Elissæ:* vbi hunc locum profert.

B

C

VOLVCRÍSQVE FATI TARDA AL.] & mortis celeritatem, ac propinquitatem retardauit: mortem impendentem, & iamiam aduentantem repressit. Quidam libri manu scrip. habent, *volucrésq;* &c. Rectè autem *tardauit*: quia necessitas fati impediri illa quidem potest, & retardari, sed non prorsus eliſi, aut præcidi, quemadmodum notat idem Seruius.

REFVLGENS] suo fulgore contrario fulgens, & Saturno repugnans.

LÆTVM THEATR. TER CREP.] ter tibi applausit, vt suprà Od. 20. lib. 1. *datus in theatro Cum tibi plausus.* Propert. eleg. 8. lib. 3. *Et manibus fausto ter crepuere sonos.* Virg. lib. 2. Georgic. *hunc plausus hiantem Per cuneos geminatus enim plebisque patrúmque Corripuit.* ter autem valet, sæpius, vt Od. 3. lib. 3. *Ter si resurgat murus aëneus.* vide quę annot. ad Od. 1. lib. 1. si plura exẽpla requiris. D

ME TRVNCVS] de hoc trunco, aut de hac arbore, vide suprà Od. 13. *Ille & nefasto te posuit die, &c.*

ILLAPSVS CEREBRO] in Oda suprà dicta, *te caducum In domini caput immerentis.*

SVSTVLERAT] sustulisset de medio, interemisset. sic Od. 1. lib. 3. *Fulmine sustulerit caduco.*

NISI FAVNVS ICT.] significat, Martis maleficentiam, & iniuriam, cui erat maximè opportunus, atque expositus, à Fauno, ac Mercurio esse repressam, ac propulsatam: quemadmodum & Saturni pestilentiam, quæ Mæcenatis ceruicibus impendebat, Iupiter sua præsentia discussit.

MERCVRIALIVM] ingeniosorum, qualis sunt poëtæ: qui sunt sub tutela Mercurij.

REDD. VICTIMAS.] reddere maiores hostias, *reddere* autem dixit, quia eas vouerat morbo affectus, si conualesceret. Admonet igitur Mæcenatem Horat. vt voti damnatus, nempe recuperata valetudine, voti se obligatione exsoluat.

ÆDEMQVE VOT.] Magni, & clari, & potentes viri, in rebus aduersis, & periculosis ædeis sacras vouebant, si salui euaderent. cuius rei innumerabilia sunt exempla. E

FERIEMVS AGNAM] vt suprà Ode 4. lib. 1. *Seu poscat agnam, sive malit hædum.* humilem autẽ, id est, paruam, & quasi humo propinquam, seu humi repentem: nobis conuenientem, scilicet, qui humiles sumus.

## Ode 18.

Se in re tenui, sua tamen sorte contentum viuere, at alios nullum ædificandi, nullum quærendi, nullum rapiendi modum facere, nihil de morte cogitanteis.

*NON ebur, neque aureum*
*Mea renidet in domo lacunar:* F
*Non trabes Hymettiæ*
*Premunt columnas vltima recisas*
*Africa neque Attali,*
*Ignotus hæres, regiam occupaui:*
*Nec Laconicas mihi*
*Trahunt honestæ purpuras clientæ.*
*At fides, & ingeni*
*Benigna vena est: pauperémque diues*
*Me petit. nihil suprà*
*Deos lacesso: nec potentem amicum*
*Largiora flagito,*
*Satis beatus vnicis Sabinis.*



Digitized by Google

A *Truditur dies die:*
*Nouæq; pergunt interire Lunæ.*
*Tu secanda marmora*
*Locas sub ipsum funus: & sepulcri*
*Immemor struis domos:*
*Marísque Baijs obstrepentis vrges*
*Summouere littora,*
*Parum locuples continente ripa.*
*Quid, quòd vsque proximos*
*Reuellis agri terminos? & vltra*
*Limites clientium*
*Salis auarus? pellitur paternos*
*In sinu ferens deos*
*Et vxor, & vir, sordidósque natos.*
*Nulla certior tamen*
*Rapacis Orci fine destinata,*
B *Aula diuitem manet*
*Herum. quid vltrà tendis? æqua tellus*
*Pauperi recluditur,*
*Regúmque pueris: nec satelles Orci*
*Callidum Promethea*
*Reuexit auro captus. hic superbum*
*Tantalum, atque Tantali*
*Genus coërcet. hic leuare functum*
*Pauperem laboribus,*
*Vocatus, atque non vocatus audit.*

RENIDET] quandam hilaritatem præ se fert, vt sup. Od. 5. *Vt pura nocturno renidet Luna mari.* & epod. Od. 2. *circum renidenteis Lares.* & lib. 3. Od. 6. *& adiecisse pradam Torquibus exiguis renidet,*
C id est, lætatur, gloriatur. Catullus transfert ad animata, atq; adeò ad homines. *Egnatius quòd candidos habet denteis, Renidet vsquequaque.* Id est, ridet. quemadmodum & ridere transfertur ad inanima. idem Catull. de nuptiis Pelei. *Queis permulsa domus iucundo risit odore.* sic Lucret. lib. 1. *tibi rident æquora ponti.* & lib. 4. *Vnguenta, & pulchra in pedibus Sicyonia rident.* Idem ad idem significandum vtitur verbo renidendi. lib. 2. *Nec domus argento fulget, auróque renidet.* & Virg. Georg. 2. *ac latè fluctuat omnis Ære renidenti tellus.* Hor. lib. 4. Od. 11. *Ridet argento domus.* & Od. 4. *& pulcher fugatis Ille dies Latio tenebris: Qui primus alma risit adorea.* Talis est vsus apud Græcos verbi γελᾶν. Hesiod. Theog. γελᾶ δέ τε δώματα πατρὸς Ζηνὸς ἐριδούπου, θεᾶν ὅπα λιριόεσσαν σκιδναμένην. id est, Rident autem domus pattis Iouis grauiter crepantis, deorum voce candida diffusa. Theognis, ἐγέλασσε δὲ γαῖα πλώρη. id est, risit autem ingens terra. Virg. in Melibœo, *omnia nunc rident.*

LACVNAR.] laquear. vtitur M. Tull. Tusc. 5. D
*in hoc medio apparatu fulgentem gladium è lacunari, seta equina appensum demitti iussit.* Virg. lib. 8. Æn. *Erigitur, summique ferit laquearia tecti.* ad quem locum Seruius hunc locum profert.

NON TRABES HYMETTIÆ PREMVNT.] id est, non trabes ex monte Hymetto petitæ, columnis è lapide Numidico ab vltima Africa deuectis innituntur. trabes autem Hymettias vel ligneas intellige, puta abiegnas: vel marmoreas, vt alij volunt, quod ego magis probo. Plinius quidem lib. 36. cap. 3. columnas Hymettias marmoreas commemorat: necui fortè hoc mirum, aut incredibile videatur. quod cùm apud me Turnebus collega meus vir doctissimus legisset, retulit in Aduersaria sua, & vt aliquid amplius dixisse videretur, locum Plinij commemorauit, quem satis habui lectori indicare.

NEC ATTALI IGN. HER.] significat, se neque vi, neque blanditiis, neque aliis malis artibus, ac rationibus cuiusquam diuitis hereditatem expugnasse, quemadmodum populus Rom. Attali regis Pergami hereditatem sibi vendicauit, vt scribit Iul. Florus lib. 58. & simul auaritiam po- E
puli Roman. obscurè notat, qui reges non solùm armis & ferro, & aperto Marte, verùm etiam simulatione iuris, & fraude, regnis auitis euerterit, ac spoliarit. non dissimile est, quod ait M. Tull. de regno Alexandrino in orat. Agr. contra Rull. quæ verba libet hoc loco ascribere, vt quiuis ex iis intelligat, multa regna non testamenti, aut victoriæ iure ad populum Rom. venisse, sed populum Rom. quo iure, qua iniuria omnium regum, ac liberorum populorum bona appetiuisse, & conciliasse. sic igitur M. Tull. *Quis enim vestrûm hoc ignorat, dici illud regnum testamento regis Alexandrini populi Rom. esse factum? hic ego consul populi Rom. non modò nihil iudico, sed ne quid sentiam quidem, profero. Magna enim mihi res non modò ad statuendum, sed etiam ad dicendum videtur esse. Video, qui testamentum factum esse confirmet: auctoritatem senatus extare hereditatis aditæ sentio, tum, quã do alexandro mortuo legatos Tyrum misimus, qui ab illo pecuniam depositã nostris recuperarent, &c.* mox sequitur, *Dicitur contrà, nullum esse testamentũ: non* F
*oportere populum Rom. omnium regnorum appetentem videri: demigraturos in illa loca nostros homines propter agrorũ bonitatem, & omnium rerum copiam.*

NEC LACONICAS MIHI] sic habent omnes nostri libri vet. nullus, *Laconias.*

TRAHVNT,] nent. ex quo per translationem *tracta oratio* appellatur, id est, non vehemens, non contorta, non interrupta, neque concisa: sed fluens, & continens, & fusa. Cic. de orat. 2. *verborum autem ratio, & genus orationis fusum, & cum lenitate quadam æquabili profluens.* Idẽ in perf. orat. *sed in his tracta quædam, & fluens expetitur, non hæc contorta, & acris oratio.* & tractus verborum apud eundem lib. 2. de orat. ad Q. Fr. *qui timor? quæ dubitatio, tractúsq; verborum?* sententia autem huius loci hæc est. meorum clientium vxores lanas mihi non carpunt, neq; nent, ex quibus mihi conficiantur togæ prætextæ cùm obtinuerim magistratum.

CLIEN-

Digitized by Google

A CLIENTÆ] ita admonet esse legendum Carisius lib. 1. his verbis, *Cliens communis est. Inuenimus tamen & clientam apud Afranium in Pompa. interim tua clienta: & apud Horatium, Nec Laconicas mihi Trahunt honestæ purpuras clientæ.* Atque hæc sunt annotata à M. Antonio Mureto. Verùm quòd ad hanc scripturam attinet, eam in vno dumtaxat libro vetere reperi, eóque Vaticano: quem tamen corruperat nescio quis imperitus litterarum, adiecta s. Plautus quoque vtitur hoc nomine in Rudente, *Bene factum, & volupe est mihi, hodie his mulierculis Tetulisse auxilium: iam clientas reperi.* & in Mil. glor. *habeo, eccillam clientam meam.* Denique ita legit Porphyr. siue quis alius Pseudoporph.

BENIGNA] larga, affluens, abundans. vide quæ diximus ad Odam 17. lib. 1.

VENA] epist. de arte poët. *ego nec studium sine diuite vena, Nec rude quid prosit video, ingenium.*

NIHIL SVPRÀ DEOS LACESSO.] non fatigo deos precibus, vt plura donent. sic enim sup. locutus est. Od. 2. lib. 1. *prece qua fatigent, &c.*

NEC POTENTEM AMIC.] potentem amicũ
B τὸν ὑπερέχοντα φίλον appellat. sic autem licet eos hodie appellare, qui colũtur à tenuioribꝰ spe vtilitatis alicuius: non autẽ dominos, cùm his tẽporibꝰ seruorum vsus sublatus sit, sic idem epist. ad Loll. 2. lib. 1. *Tu cede potẽtis amici Lenibꝰ imperiis.* idẽ appellatur rex, & ab ipso Horat. & à Plauto, nempe qui alit inferiorem. fortasse autem Mæcenatem significat.

SATIS BEATVS] agro Sabino contentus & ita beatus.

TRVDITVR DIES DIE] id est, diem dies excipit: diem hesternum hodiernus expulit, hodiernum vicissim crastinus exturbabit. significat, vitæ nostræ curriculum esse breuissimum, & temporis cursum celerrimum.

NOVÆQVE PERGVNT INTERIRE LVNÆ] nouæ Lunæ primùm complentur: deinde decrescunt, atque intereunt, & rursus oriuntur nouæ menstruo spatio confecto, vt Ode 7. lib. 4. *Damna tamen celeres reparant cælestia lunæ.*

TV SECANDA MARMORA LOCAS] id est, tu conducis operas mercenariorũ hominum,
C qui tibi marmora cædant ad ædificandum: vel cum redemtore aliquo pacisceris certa mercede, qui secanda curet suo periculo. sic loquuntur Latini: *loco opus faciendum*, id est, conduco eius operas, qui faciat opus: vel redemtori negotium do operis faciendi.

SVB IPSVM FVNVS] paullo ante funus: vt sup. Od. 9. lib. 1. *Leneq; sub noctem susurri.*

ET SEPVLCHRI IMM.] id est, & oblitus breui esse moriendum, & ita cogitandum esse de sepulcro excitando, ędificas domos, quasi immortalis futurus.

BAIIS OBSTREPENTIS] sic Ode 14. lib. 4. *qui remotis Obstrepit Oceanus Britannis.*

VRGĒS SVMMOVERE] id est, in eo occupatus es, eíque operi instas, in eam curam totus incumbis, vt summoueas maris littora: quia iactis vltra littus in mare molibus, ædificas, Varius est autem verbi *vrgeo* vsus apud hunc poëtam. Od. 6. lib. 1. *Quis multa gracilis te, puer, in rosa, Perfusus liquidis vrget odoribus?* vrget, id est, arctè amplectitur. Od. 22. eiusdem, *Quod latus mundi nebulæ, malusque Iupiter vrget*, id est, occupat, circumfundit. & Od. 9. huius libri, *Tu semper vrges flebilibus modis Mysten ademtum*, id est, insequeris. quòd perinde est, ac si diceret, assiduè eius mortem luges, ac deploras. & Od. 24. lib. 1. *Ergo Quinctilium perpetuus sopor Vrget?* id est, opprimit, occupat, detinet? aliter Saty. 3. lib. 2. *pudor, inquit, te malus vrget*, ibid. *& medicum vrget.* & Saty. 3. lib. 1. *optimus ille est, Qui minimis vrgetur.* & epist. ad villicum lib. 1. *& tamen vrges Iampridem non tacta ligonibus arua.* & Saty. 7. lib. 2. *Pars hominum vitiis gaudet constanter, & vrget Propositum*, id est, perseuerat in suscepto, & proposito consilio. & Od. 17. epod. *Vrget diem nox, & dies noctem*, id est, sine vlla intermissione excipit, ac subsequitur. Germanus Valens, vt Horatij Flacci, aliorumq; elegantium & politorum scriptorum, ita & Virgil. studiosissimus, indicauit mihi, cùm fortè hunc locum vnà legeremus, etiam apud Virgil. huius verbi vsum esse varium ac multiplicem. Sic 9. Æn. *Veste tegens, tibi quam noctes festina, diesque Vrgebam, & telæ curas solabar anileis.* Idem 7. *aëriam sed gurgite ab alto Vrgeri volucrum raucarum ad littora nubem.* Georg. 1. *namque vrget ab alto Arboribúsque, satisque Notus, pecoríque siniſter.* & lib. 4. *Cecropias innatus apes amor vrget habendi.* & 3. *oculos stupor vrget inertes.* Æneid. 10. *Olli dura quies oculos & ferreus vrget Somnus.* ibid. *ferro rũpenda per hostes Est via, qua globus ille virũm densissimus vrget.*

PARVM LOCVPL. CONT. RIPA.] terra continente non contentus, in mari ædificas, & mari ipsi littus adimis. vt Od. 1. lib. tertio, *Contracta pisces æquora sentiunt, Iactis in altum molibus.* eandem cupiditatem reprehendit Ode 24. lib. 2. *Cæmentis licet occupes Tyrrhenum omne tuis, & mare Apulicum, &c.*

QVID, QVÒD VSQVE] Quid quòd assiduè vicinorum tuorum possessiones, & agellos reuulsis terminis occupas?

ET VLTRA LIM. CLIEN.] cùm eos defendere, ac tueri debeas. lege annot. ad illum locum, F *postico falle clientem*, epist. ad Torquatum. *Si potes archaicis.* lib. 1. epist.

PELLITVR PATERNOS] Sic Sallust. bello Iugurt. *Interea parentes, aut parui liberi militum, vt quisque potentiori affinis erat, sedibus pellebantur.*

R. O. F. D. A. D. MANET] diuiti imminet, parata est. lege annot. ad Od. 28. lib. 1. licet (inquit Horat.) in mari, & in alieno solo, iustis, & veris dominis eiectis, atque exturbatis, ædifices: nulla tibi tamen certior domus parata, ac reseruata est, quàm inferorum sedes. per verba illa *fine Orci destinata*, intelligo domicilium vltimum diuiti paratum. finem vsurpauit in genere fœmineo, vt Od. 17. epod. *Quæ finis, aut quod me manet stipendium?* Sed lectorem celare non debeo, Seruium ad illum locum Virg. Æn. 6. *Sedibus hunc refer antè suis*, videri legisse hoc loco *sede destinata*, non,

A non, vt habent omnes libri, *sine*. sic enim ille: aut dicit, refer hunc naturalibus sedibus terræ. Nam in aqua perierat. verum tamen illud est, vt intelligamus, eam dicere, Sepeli eum. Nam sepulchrũ sedes vocatur. Horat. *Nulla certior tamen Rapacis Orci sede destinata Aula diuitem manet Herum.* Iam Orcum, rapacem appellat vel quia Proserpinam rapuit, vel quia mortaleis omneis rapit. Nam *metit Orcus Grandia cum paruis non exorabilis auro,* vt est in epist. 2. lib. 2. in extr.

ÆQVA TELLVS PAVPERI] sic sup. Od. 27. lib. 1. *Pallida mors æquo pulsat pede pauperum tabernas, &c.*

REGVMQVE PVERIS] id est, & regum filiis: vt Od. 12. libro primo *Dicam & Alciden, puerósque Ledæ:* & eiusd. Od. 19. *Thebanæq; iubet me Semeles puer.* Sed non celabo lectorem meminisse me, in duobus codicibus Vatic. & in Faërn. scriptum videre *Regumq; natis.* quomodo & postea scriptum reperi in vno Nicotiano, Clericano Russardino, meo.

SATELLES ORCI] Charon, Orci ministet. epist. 1. lib. 1. *Virtutis veræ custos, rigidúsq; satelles.*

B Alij tamen Cerberum significari volunt: à quibus dissentio. adiuuat me verbum *reuexit*, quod statim sequitur, quamquam (ne quid dissimulem) in quibusdam libris veteribus scriptum reperi *Reuinxit.*

CALLIDVM PROMETHEA] Hesi. epitheta expressit ποικίλον, id est, varium, ποικιλομήτην, & mox ποικιλόβυλον: id est, varia consilia capientem, & variè consultantem, seu varium in consultando. Fertur Prometheus, vir prudentissimus & consultissimus fuisse. Quapropter etiam dictus est ἀπὸ τῆς προμηθίας, id est, à prouidentia, vel ἀπὸ τοῦ προμαθεῖν, à prædiscendo, seu præ intelligendo, vt notauimus ad Od. 16. lib. 1. Idem primus Astrologiam Assyriis indicauit: quam residens in monte altissimo, Caucaso, magno studio, magnaq; cura & sollicitudine deprehendit. deprehendit & fulminum rationem hominibusq; aperuit. vnde ignem cæleste furat° esse dicitur. de eod. plura ad Od. 3. lib. 1.

AVRO CAPTVS.] nec Orcus ipse auro capitur: vt epist. ad Iul. Fl. lib. 2. *si metit Orcus Grandia cum paruis non exorabilis auro?* vide ann. ad Od.

C 14. huius lib. *Non sit trecenis, quotquot eunt dies, &c.*

TANTALVM] Vlyss. ὀδυσσ. λ. narrat Alcinoo se Tantalum vidisse apud inferos iis pœnis affectum, quibus omneis auaros plecti scribit Horat. Sat. 1. videto quæ annotauimus ad illum locum.

TANTALI GENVS] Pelopem, Atreum, Agamemnonem, Orestem.

HIC LEVARE FVNCTVM, &c.] *audit leuare,* id est, audit vt leuet. Siue mortem optet, siue extimescat, & horreat pauper aliquis, & calamitosus, continuò aderit illa, vt eum calamitate leuet, ac liberet. *omnium enim rerum mors est extremum,* vt ait M. Tull. epist. ad Toranium. lib. 6. Et Demosth. orat. περὶ στεφάν. πέρας ἅπασιν ἀνθρώποις τὸ βίου θάνατος. id est, extremum omnibus hominibus est mors. quem locum mox integrum afferemus. & M. Tull. Catil. 4. *mors est aut necessitas naturæ, aut miseriarum quies.* Et Eur. τὸ γὰρ θανεῖν, Κακῶν μέγιστον φάρμακον νομίζεται. id est, mori enim maximum malorum medicamentum existimatur.

VOCATVS, ATQVE NON VOC.] natum ex Apollinis oraculo Lacedæmoniis reddito. καλούμενός τι, κ' ἄκλητος θεὸς παρέσται: id est, vocatus, & non vocatus, deus aderit. D

## IN BACCHVM.

### Ode 19.

Sibi licere Bacchi laudes, vt eius numinis pleno & concitato, canere.

*BAcchum in remotis carmina rupibus*
*Vidi docentem: credite posteri:*
*Nymphásque discenteis, & aureis*
*Capripedum Satyrorum acutas.*
*Euæ, recenti mens trepidat metu:*
*Plenóque Bacchi pectore turbidùm*
*Lætatur. euæ, parce Liber,* E
*Parce graui metuende thyrso.*
*Fas peruicaceis est mihi thyadas,*
*Viníque fontem, lactis & vberes*
*Cantare riuos: atque truncis*
*Lapsa cauis iterare mella.*
*Fas & beatæ coniugis additum*
*Stellis honorem, tectáque Penthei*
*Disiecta non leni ruina,*
*Thracis & exitium Lycurgi.*
*Tu flectis amneis, tu mare barbarum:*
*Tu separatis vuidus in iugis*
*Nodo coërces viperino*
*Bistonidum sine fraude crineis:*
*Tu, cùm parentis regna per arduum*
*Cohors gigantum scanderet impia,* F
*Rhœcum retorsisti leonis*
*Vnguibus, horribilíque mala:*
*Quamquam choréis aptior, & iocis,*
*Ludóque dictus, non sat idoneus*
*Pugnæ ferebaris: sed idem*
*Pacis eras, mediúsque belli.*
*Te vidit insons Cerberus aureo*
*Cornu decôrum, leniter atterens*
*Caudam, & recedentis, trilingui*
*Ore pedes, tetigítque crura.*

BACCH. IN REM. CARM.] poëtæ, vates, ebrij amantes, & similes multa sibi videre videntur,

Digitized by Google

A tur, quæ reuera non vident. Sic igitur Horatius Bacchum carminum doctorem, & satyros cum Nymphis auditores & discipulos vidit.

CREDITE POSTERI] *credat Iudæus Apella, Non ego.*

CAPRIPEDVM SATYR.] lubet ad hunc locum ea ascribere, quæ Pausanias in Atticis narratse à quodam Euphemo Care de satyris accepisse. Dicebat igitur Euphemus (inquit Pausanias) cum in Italiam nauigaret, se vi ventorum, & tempestate abreptum, à recto cursu longè admodum aberrasse, atque in mare peregrinum, & inauditum, in quo denique nauigari non solet, delatum esse: in eo mari insulas esse multas desertas atque incultas, in quibus habitarent tamen homines feri, & agrestes, & rufi: quibus caudæ non multo caudis equinis minores ad coxas vsque propendêrent: insulas autem illas appellari Satyridas. Hæc Pausanias. reliqua de satyrorum profusa libidine, turpissimaque contumelia, & petulantia in mulierem illam barbaram illis traditam ac permissam, pudore reuocatus non persequar. Nonnulli scriptores, Satyros dicunt esse tanquam Silenos & B Panas, eósque ad libidinem & rem Veneream admodum propensos esse: satyrósque ἀπὸ τοῦ σάθης esse appellatos, quę vel est in flammata rei venereę cupiditas, vel πῶος, id est, τὸ ἀῤῥένος μορίον: membrum virile. Battus quidem ille apud Theocritum εἰδ. δ. caprarium quendam libidinosiorem, dicit genere & cognatione cum Satyris, aut Panibus esse coniunctum, atque etiam cum illis libidine certare posse. Εὖγ' ὦ ἐ̃ρωπι φιλοῖφα· τὸ τοι γένος ἢ Σατυρίσκοις Ἐγγύθεν, ἢ Πάνεσσι κακοκνάμοισιν ἐρίσδῃ. Capripedes autem etiam Lucretius appellat lib. 4. *Hæc loca capripedes Satyros, Nymphásque tenere Finitimi fingunt.* vterque expressit epithetum Græcum αἰγίποδες, seu τραγόποδες, seu τραγοσκελεῖς: quamquam hoc postremum, non capripedes, sed capricruros significat.

ACVTAS] attentas, ad audiendum erectas. hîc satyri, Bacchi sunt auditores: Bacchus doctor: aliàs iisdem auditoribus Silenus doctor: vt apud Virg. in Sileno. vel dic proprie acutas ὀξείας. Nam satyri ὀξεῖς τὰ ὦτα etiam à Luciano dicuntur.

C EVOE] Εὐοῖ vox est Bacchantium mulierum. Pausan. in Messen. scribit, montem quendam Ithoniæ vrbi vicinum Euan appellatum ab ea voce Bacchica, quam Bacchus ipse, & mulieres cum eo bacchantes illo primùm loco ediderunt.

TREPIDAT] tremit, conturbata est.

PLENO'QVE BACCHI PECT.] concitato, commoto. Od. 15. lib. 3. *Pulso thyas vti concita tympano.*

TVRBIDVM LÆTATVR] lætitia afficitur turbida, miniméque liquida. huic similia multa loquendi genera collegimus suprà ad Oden 22. libr. 1.

PARCE GRAVI MET. TH.] metuendus est Bacchus, quia offensus, furore mêteis concitat ac perturbat: placatus autem, lætitia, & voluptate afficit. notat Seruius ad illum Virg. locum. Æn. 1. *Assit lætitiæ Bacchus dator.*

THYRSO] à thyrso, quæ erat virga, seu hasta Bacchica. thyrsigeri dicti: ναρθηκοφόρους appellant Græci. thyrsos *pampineas hastas* vocat Virg. Æn. 7. D

FAS PERVICACEIS] fas est, δίωπον ὅσι, vt Ode 11. lib. 1. Vult autem, ex eo, quòd possit Bacchi Thyadas, & mysteria cantare, se poëtam Deo dignum existimari: & ita sentit Porphyr. alij (quos non refello) *fas est*, hoc loco, valere volunt idem, quod, licet.

PERVICACEIS] proteruas, pertinaceis, impudenteis. Nonius nomen *peruicax* ait esse laudi, pertinax *probro*. lib. 3. Musam suam *peruicacem* nominat. *Desine peruicax Referre sermones Deorum.*

ITERARE] iterum atque iterum cantare, vt suprà dixi annot. ad Od. 7. lib. 1.

VINI'QVE FONTEM, LACT. ET] videtur planè Horatius, cum hæc de fontibus vini, lactis, mellis scriberet, locum illum Euripid. in Bacch. habuisse sibi ante oculos propositum, vbi Baccharum alia saxum thyrso pulsante fons aquę prosilit, alia in terram thyrsum deijciente, fons vini promanat: aliæ lactis cupidæ summis digitis terram scindentes, lactis copiam habebant: ex thyrsis autem ederaceis mellis riui fluebant. Sic Eurip. E Θύρσον δ' ὅπου πλῆξεν ἔπαγσεν εἰς πέτρας, Οἶνον δροσοδὸς ὕδατος ἐκπηδᾷ νοπής. Ἄλλαι δὲ νάρθηκ' ἐς πέδον καθῆκε γῆς· Καὶ τῷδε κρήνιλω ἐξανῆκ' οἴνῳ θεός· Ὅσαις δὲ λευκὸς πῶλος ἀμπνοὰς πόθῳ παρῆν, Ἄκροισι δακτύλοισι διαμῶσαι χθόνα, Γάλακτος ἐσαμοὺς εἶχον· ἐκ δὲ κισσίνων Θύρσων γλυκεῖαι μέλιτος ἔσταζον ῥοαί.

BEATÆ CONIVGIS] Ariadnæ, quæ quemadmodum Theseï amore capta, Minotauri fratris interficiendi rationem ac viam ei ostenderit, abeóque posteà Athenas reuertente relicta sit: quas, & quàm lugubreis querelas effuderit: postremò, vt eam sibi Bacchus vxorem adoptarit, elegantissimis versibus explicat venustissimus poëta Catullus: quamquam hoc vltimum de Baccho copiosius persequitur Ouid. metamorph. 8. & Eustath. ceteríque Homeri interpretes. Hesiodus item eandem fabulam tangit in Theogonia: χρυσοκόμης F δὲ Διόνυσος ἔλαβεν Ἀριάδνλω Κύρλω Μίνωος θαλερὴν παλίσσατ' ἄκοιτιν. Τὴν δ' οἱ ἀθάνατον καὶ ἀγήρω θῆκε κρονίδης. id est, Dionysus autem aurea coma flauam Ariadnam Minois filiam teneram sibi sumsit vxorem. Hanc autem ei immortalem, & senectutis expertem fecit Iupiter. Homerus autem ὀδυσσ. λ. longè alia narrat de Ariadna: nempe eam à Theseo quidem esse è Creta Athenas auectam: verùm nullum fructum, nullámque voluptatem illàm ex eo facto esse consecutum: propterea, quòd eam Diana impietatis apud se à Baccho accusatam, quia in eius templo rem cum Theseo habuisset, interemit. Homeri versus sunt hi, καλὴν τ' ἀριάδνλω Κύρλω Μίνωος ὀλοόφρονος ἦν ποτε θησεὺς Ἐκ Κρήτης ἐς γαῖαν Ἀθλωαίων ἱεράων Ἦγε μὲν οὐδ' ἀπόνητο, πάρος δέ μιν Ἄρτεμις ἔκτα Δίῃ ἐν ἀμφιρύτῃ Δυονύσῳ μαρτύρίησι, &c.

ADDITVM STELLIS HON.] coronam, quàm Bacchus Ariadnæ à se raptæ donauit, quámque postea ceteri dij Baccho gratificari cupientes, inter sydera collocarunt. de qua sic Arat. Αὐτῆς καὶπῖνος στέφανος, τὸν ἀχαιοὶ ἔθηκε Σῆμ' ἔμεναι Διόνυσος ὑπερχομένης Ἀριάδνης. Νώτῳ ἐπισρέφεται πεκμηκότος εἰδώλοιο.

id est

A id est, ibi & illa corona, quẽ Dionysi⁹ admiratione dignus, seu admirandus, signum fecit sui in Ariadnam mortuam amoris, vertitur in tergo laborantis imaginis.

TECTA'QVE PENTH. DIIS.] Pausanias hæc de Pentheo scribit in Corinthiacis: illum tùm alia in Bacchum ausum esse, atque admisisse per contumeliam, tùm ad extremum in Citheronem ascendisse, vt mulieres bacchanteis, in quibus erant mater, vxor, & soror, spectaret. ita arbore conscensa, quæ ab illis fiebant, prospexisse: illas autem, simulatque eum viderunt, Pentheum discerpsisse, & viuentis adhuc ac spirantis membra alia aliò distraxisse. Plaut. in mercat. *Pentheum diripuisse aiunt Bacchas: nugas maximas Fuisse credo, prout, quo pacto ego diuorsus distrahor.* lege eadem de re Philostratum in Imaginib. & Euripidis Bacchas. & Ouid. Metamorp. 3. Dicemus & nonnulla ad Saty. 3. libri secundi. Fuit autem Pentheus rex Thebarum. epistol. ad Quinct. libri. 1. *Vir bonus & sapiens audebit dicere, Pentheu Rector Thebarum, &c.* dementem appellat Virgil. lib. 4. Æneid. *Eumenidum veluti demens videt agmina*
B *Pentheus, Et solem geminum, & duplices se ostendere Thebas.*

NON LENI RVINA] sic legendum, & ita habent aliquot libri manu scrip. non lenis ruina autem intelligenda, aspera, sæua, χαλεπὴ, & ab irato atque adeò iracundo deo illata: quemadmodũ suprà Od. 37. lib. 1. dementeis ruinas appellauit, quas demens Cleopatra minabatur vrbi. & ibid. pauimentum superbum, pauimentum domini superbi.

THRACIS ET EXIT. LYC.] Homerus ἰλ. ζ. Diomedem facit à Glauco quærentem qui sit, Deúsne aliquis è cælo delapsus, an mortalis. nolle se cum Diis immortalibus decertare. non enim Lycurgo Dryantis filio suam amentiam bene processisse, qui cum Diis contenderit, eorúmque inimicitias sibi conflauerit, Bacchi nutricibus in fugam versis, Bacchóque ipso perterrito, atque in mare compulso. Lege Homerum & Eustathium
C ad eum locum.

EXITIVM] pessimum exitum. Festus. Has suæ impietatis pœnas dedit Lycurgus, quòd oculis à Ioue priuatus est, atque etiam vita. Homerus ἰλ. eodem lib. Τῷ μὲν ἔπειτ' ὀδύσαντο θεοὶ ῥεῖα ζώοντες· Καί μιν τυφλὸν ἔθηκε Κρόνου παῖς, ὐδ' ἄρ' ἔπ' δὠ Ην, ἐπεὶ Αθανάτοισιν ἀπήχθετο πᾶσι θεοῖσι. id est, ei posteà irati fuerunt dij facile, & placide viuentes: Eúmque cæcum fecit Iupiter Saturni filius, neq; ille diu vixit, quoniam diis omnibus immortalibus inuisus fuit. alij dicunt ab ipso Baccho fuisse interfectum.

TV FLECTIS AMN.] *tu vertis flumina retro:* vt loquitur Virg. lib. 4. Æn.

VVIDVS] vino madidus, βεβρεγμένος. Ode 5. lib. 4. *dicimus vuidi, Cum sol Oceano subest.*

NODO COER. VIPER. BISTON.] colligis in nodum, Thraciarum mulierum bacchantiũ comas, earumq; capitibus serpenteis coronarum instar imponis.

SINE FRAVDE] id est, sine vllo damno. impunè. sic carm. sæcul. *Cum per ardentem sine fraude Troiam Castus AEneas patria superstes Liberum* D *muniuit iter.* T. Liuius lib. 34. *nihil pratereà cum consule pacti, quàm vt sine fraude Punicum emitteretur præsidium, ad consulem transtulerunt signa.* Sed quòd ad Baccharum crineis attinet, Eurip. in Bacchis ait Bacchum ipsum statim vt è femore Iouis editus est, serpentibus fuisse coronatum. στεφάνωσέν τε δρακόντων στεφάνοις. ἔνθεν ἀχεὰν θηροτρόφοι μαινάδες ἀμφιβάλλονται πλοκάμοις. id est, Et coronauit eum serpentium coronis. hinc agram Mænades ferarum nutrices crinibus suis implicant. est autem ἀχεὰ serpentis genus: quo nomine Demosthenem aiunt esse appellatum.

TV, CVM PARENTIS, &c.] Cùm in Phlegra Dii cum Gigantibus ancipiti prœlio diu decertassent, aiunt Terram Ioui dixisse non aliter Deos Gigantibus superiores futuros, nisi duos semideos sibi belli socios & adiutores adiungerent. Ita Bacchus & Hercules arcessiti sunt: quorum opera & virtute Dij immortales victoria sunt potiti. De Hercule autem suprà Ode 12. *& Domitos Herculea manu Telluris iuuenes.*

COHORS GIGANTVM SCAND. IMPIA] eò impia, quòd cum diis pugnarit. ex quo θεομαχεῖν, E id est, cum Diis pugnare.

RHOEGVM] de quo Ode 4. lib. 3.

LEONIS VNG. HORR.] aiunt enim Bacchum specie leonis induta, cum Gigantibus decertasse, eósque vnguibus, & dentibus, tanquam leonem, deuicisse.

QVANQVAM CHOREIS] Lucianus in eo dialogo, qui inscribitur περσολαλιά, ἢ Διόνυσος, scribit, Bacchum, bello aduersus Indos suscepto, exercitu iam in Indiam adducto, ab illis initiò contemtum, ac derisum esse, quia totus ille exercitus partim ex mulieribus bacchantibus, partim ex iuuenibus rusticis, nudis, córdaca saltantibus (est autem cordax mollis & lasciuæ saltationis genus) edera coronatis, furiosis, atque insanis constare videretur: sed ad extremum illos vim, & potentiam Bacchi suo magno malo sensisse.

PACIS ERAS, MED. QVE BELLI] id est, vtilis eras ad bellum, & ad pacem: ad vtrumq; aptus & paratus eras, siue pax colenda, siue bellum gerendum esset. vel hoc significat, vinum modò F homines ad arma, & pugnam excitare: modò etiam feros & immiteis animos domare, lenire & mitigare.

TE VIDIT INSONS] ita te vidit, vt tibi nulla ex parte nocuerit ad inferos descendenti. Profert hunc locum Seruius ad illum Virgil. Æn. 4. *Et nunc magna mei sub terras ibit imago.*

CORNV DECORVM] Baccho cornu tribuunt poëtæ, quod ij, qui liberalius biberint, ad vim & pugnam parati sunt, atque instructi: ob eandémque rationem Bacchum tauro, & pardalo similem faciunt, vt scribit Athen. lib. 2. his verbis. καὶ ταύρῳ παρεικάζουσι τὸν Διόνυσον, καὶ παρδάλει, διὰ τὸ θρασὺν βίαν τρέπεσθαι τοὺς ἐξοινωθέντας. εἰσὶ δ' οἱ καὶ θυμοικοὶ γίνονται. τοιῦτος δ' ὁ ταῦρος. Ευριπίδης, ταῦροι δ' ὑβρισαὶ, κ' ἐκ πέρους θυμούμενοι, &c. id est Tauro similem faciunt Dionysum, & pardali, seu pardo, propterea quòd qui supra modum vinum biberunt, ad vim se conferre

Digitized by Google

A ferre ſoleant. ſunt & qui iracundiores euadant. talis autem taurus. Euripides, Tauri autem protervi & petulantes, & cornu intentato, iracũdi. Propert. lib. 3. *Quod ſupereſt vitæ, per te, & tua cornua viuam, Virtutiſque tuæ, Bacche, poëta ferar.* Feſtus item ſcribit, cornua, Liberi patris ſimulacro adijci, quòd homines nimio vino truces fiant, vt belluæ. Euripides Bacchis, Bacchum ταυρόκερον θεόν, id eſt, taurinis cornibus præditum appellat. & Euſtathius ad hunc locum ιλιάδ. β. ἵνα ξωνάγημεν ἄρμα, &c. notat, Bacchum cognomento dictum eſſe ταῦρον κέρασφόρον, id eſt, taurum cornigerum, quia vino madidi ad arma capienda ſint promti & parati. Idem ad alium locum ιλ. ρ. ſub principium, admonet, Bacchi ſtatuam apud Cyzicenos ſpecie tauri poſitam eſſe, & κεραπφυῆ, id eſt, cornutũ fingi, eundémque taurum appellari, vel quòd ebrij ſint pugnaces, & ad pugnandũ expediti, vel quòd veteres cornibus pro poculis vti ſolebant. huc pertinet illud, quod eſt Oda 21. lib. 3. *& addis cornua pauperi, Poſt te neque iratos trementi Regum apices, neque militum arma.*

LENITER ATTERENS CAVD.] id eſt, a-
B dulans. *Adulatio* (inquit Feſtus) *proprie blandimẽtum canum eſt.* Accius, Prometh. *ſublimè anolans Pennata cauda noſtrum adulat ſanguinem.*

ET RECEDENTIS, TRILINGVI ORE PEDES] & ore ſuo trilingui tuos pedes, tuáque crura redeuntis ad ſuperos demulſit: quod eſt in cane amoris & gratulationis argumentum: neq; hoc niſi dominis, aut certè notis facere ſolet, vt ſcribit Plato polit. lib. 2. & M. Tull. de nat. deorum. lib. 2. *canum tam fida cuſtodia, támque amãs dominorum adulatio.* Bacchum autem etiam ad inferos deſcendiſſe, vt vxorem Ariadnen reduceret, fabulantur poëtæ. Et Pauſanias in Corinthiac. ſcribit, ſe Alcyoniam paludem vidiſſe, per quam ille deſcendiſſe dicitur: de cuius immenſa altitudine vide apud eundem ibidem.

## AD MÆCENATEM. Ode 20.

C

Famam ſuam æternam fore.

*NOn vſitata, nec tenui ferar*
*Penna biformis per liquidũ æthera*
*Vates: neque in terris morabor*
*Longius: inuidiáque maior*
*Vrbeis relinquam. non ego pauperum*
*Sanguis parentum, nõ ego, quem vocas,*
*Dilecte Mæcenas, obibo:*
*Nec Stygia cohibebor vnda.*
*Iam iam reſidunt cruribus aſperæ*
*Pelles: & album mutor in alitem*
*Supernè: naſcuntúrque leues*
*Per digitos, humeróſque plumæ.* D
*Iam Dædaléo ocyor Icaro,*
*Viſam gementis littora Boſpori,*
*Syrteiſque Getulas canorus*
*Ales, Hyperboreóſque campos.*
*Me Colchus, &, qui diſſimulat metum*
*Marſæ cohortis, Dacus, & vltimi*
*Noſcent Geloni. me peritus*
*Diſcet Iber, Rhodanique potor.*
*Abſint inani funere næniæ,*
*Luctúſque turpes, & quærimoniæ.*
*Compeſce clamorem, ac ſepulcri*
*Mitte ſuperuacuos honores.*

NON VSITATA] ſignificat Horatius, ſibi ſuos verſus, ſuáque poëmata nomen immortale peperiſſe, ſeſéque exteris, atque adeò barbaris nationibus nobilem & clarum futurum, nomen de E nique ſuum toto orbe terrarum celebre & glorioſum fore. ſic Theognis ſignificans ſuis verſibus Cyrno nominis immortalitatem eſſe comparatã, dicit ſe taleis ei alas dediſſe, quibus auium in morem ſublimis totum orbem terrarum peragrare, & mare immenſum atque infinitum peruolare poſſit, &c. Σοὶ μὲν ἐγὼ πλέρ' ἔδωκα, σὺν οἷς ἔπ' ἀπείρονα πόντον Πωτήσῃ κ' γλῶ πᾶσαν ἀειρόμενος Ῥηδίως, θοιναῖς δὲ καὶ εἰλαπίνῃσι παρέσσῃ Εν πάσαις, πολλῶν κείμενος ἐν στόμασιν.

id eſt,

*Donaui tibi ego pennas, quibus æquora vectus,*
*Et terras omneis peruolitare queas:*
*Et cunctis epulis interſis perpete fama*
*Multorum aſſiduè poſtus in ore virũm.*

Iam Plato in Phædro ſcribit τὴν τῷ πλεροῦ φύσιν κεκοινωνηκέναι μάλιστα τῷ θεῷ: id eſt, alæ naturam commune aliquid habere cum Deo.

BIFORMIS] vates lyricus, & ſatyricus. alij quia nuper homo, nunc ales. à quibus diſſentio.

PER LIQVIDVM ÆTH.] Virg. Æne. 7. *Stridore ingenti ſiquidem trans æthera vectæ, &c.* F

INVIDIAQVE MAIOR] ſuperior. ſic Od. 3. lib. 4. *Et iam dente minus mordeor inuido.* nam inuidia in eos, qui multo ceteris antecellunt ac præſtant, imbecilla eſt. & intelligetur demum inuidia maiorem futurum, cùm exceſſerit è vita, vt epiſt. ad Aug. lib. 2. *Comperit inuidiam ſupremo fine domari:* quod & Plutarchus præclarè oſtendit libro περὶ φθόνου καὶ μίσους, his verbis, Αἱ δὲ τῶν εὐτυχημάτων ὑπεροχαὶ, καὶ λαμπρότητες πολλάκις τὸν φθόνον καταβεννύουσιν. οὐδὲ γὰρ εἰκὸς Αλεξάνδρῳ τινὰ φθονεῖν, οὐδὲ Κύρῳ κρατήσασι, καὶ γενομένοις κυρίοις ἁπάντων: ἀλλ' ὥσπερ ὁ ἥλιος ὧν αὐ ὑπὲρ κορυφῆς γένηται καταχεόμενος τὸ φῶς, ἢ παντάπασι τὸν σκιὰν ἀνεῖλεν, ἢ μικρὰν ἐποίησεν, οὕτω πολὺ τῶν εὐτυχημάτων ὕψος λαβόντων, καὶ γενομένων κῦ κεφαλὴν τοῦ φθόνου, συέλλεται, καὶ ἀναχωρεῖ καταλαμπόμενος. id eſt, rerum ſecundarum præſtantiæ & exſuperantiæ, & fulgores ſæpe inuidiam exſtinguunt. non eſt enim



Digitized by Google

A enim probabile quenquam Alexandro inuidere, neque Cyro, rerum potitis, & omnium nationũ dominationem consecutis. Sed quemadmodum sol, quorum super verticem versatur, lumen suum iaculans, aut prorsus eis vmbram adimit, aut paruam efficit: ita postquàm res secundę ad magnam altitudinem peruenerunt, & ascenderunt ad inuidiæ verticem, comprimitur, & coërcetur illa, & summouetur, à splendore rerum secundarum illustrata. quem locum mihi Germ. Valens indicauit.

PAVPERVM SANGVIS] obscuro loco natus: libertini hominis filius. contrà Ode 27. lib. 3. *nisi herile mauis Carpere pensum Regius sanguis.*

DILECTE MÆCENAS] fortasse coniunctè hæc sunt legenda, non, vt alij distinguunt, *quem vocas Dilecte.* sic suprà Ode 20. lib. 1. *Care Mæcenas eques.* nisi fortè illo loco legendum est *Clare Mæcenas.* de vtroque iudicet lector.

OBIBO:] obibo mortem, vel obibo diem meum.

NEC STYG. COHIB. VNDA] De Styge diximus suprà ad Oden 34. libri 1.

B ALBVM MVTOR IN ALITEM] cycnum, quem statim *canorum* appellabit. Cycni autem in tutela sunt Apollinis, vt ostendemus ex Platone ad Odam 3. lib. 4. Et poëtæ, cycni appellantur: vt Od. 2. li. 4. *Multa Dircæũ leuat aura cycnũ.*

SVPERNE] ὁκ τῶν ἄνω. mutor à partibus superioribus. sic enim legendum, non *superna.* & ita habent sine vlla varietate omnes libri manu scripti, quibus vsus sum. neq; verò dubium est, quin vltima syllaba vocis, *superne*, breuis sit, vt docuimus in scholijs Lucretianis.

LÆVES] non asperæ, vt *galeaq; leues*, Od. 2. lib. 1. & *lania saxa* Od. 17. eiusdem.

DÆDALÆO] Icaro Dædali filio. De Dædalo & Icaro satis multa dicta sunt suprà ad Od. 3. lib. 1.

OCYOR] suprà Od. 16. *& agente nimbos Ocyor euro.* Quidam libri veteres habent, ocyórque, vn de suspicantur quidam legendum esse, *Iam Dædaleóque ocyor Icaro.* Ego tamen nihil muto.

GEMENTIS BOSPORI] gementis, id est, murmur edentis gemitus simile. de Bosporo diximus C suprà ad Oden 13.

SYRTEISQVE GETVLAS] de Syrtibus diximus ad Od. 22. lib. 1.

CANORVS ALES] cycnus. Ode 3. lib. 4. *& mutis quoq; piscibus Donatura Cycni, si libeat, sonũ.* D

HYPERB. CAMP.] campos supra Aquilonem & Rhipæos montes, vbi sol non quotidie, vt nobis, sed æquinoctio verno exortus, autumnali occidit: ideóque sex mensium, dies: & totidem, nox vna perpetua est apud eos. Herodotus lib. 4. videtur negare esse Hyperboreos, quia si essent (inquit) Hyperborei, essent & Hypernotei. Possidonius ait esse, & Alpeis, Italiæ monteis, incolere. Festus Hyperboreos supra Aquilonis flatum habitare scribit, dictos, quòd humanæ vitæ modum superent, viuendo vltra centesimum annum. ὑπερβαίνοντες (inquit) ὅρον sæculi humani.

GELONI] populi in Scythia Europea. Ode 4. lib. 3. *Visam pharetratos Gelonos.*

IBER] Hispanus. Virgil. Georg. 3. *Aut impacatos à tergo horrebis Iberos.* Sed cur ab Horatio peritus dicitur? Fortasse vsu peritus intelligendus, id que propter longas & assiduas nauigationes. his enim multorum morum, multarúmque rerum cognitio comparatur.

RHODANIQVE POTOR] Gallº, seu Celta.

ABSINT INANI FVN. NÆN.] primùm vult abesse nænias à suo funere: deinde funus, id E est omnem pompam, & sumtum funebrem, inanem fore dicit, quia scilicet non sit moriturus, nec sepulcro possit contineri, sed immortalis sit futurus, & in cycnum canorum mutandus: qui cantu totum orbem terrarum completurus est.

NÆNIÆ] carmina lugubria, vt suprà diximus ad Od. 1. huius libri.

AC SEP. MITTE SVPERVAC. HON.] omitte mihi sepulcrum sumtuosum, & magnificũ exstruere. nam sine sepulcro satis honoratus sum gloria ingenio parta. Pausan. Arcad. duo sepulcra admirabili pulchritudine, & magnificentia commemorat: vnum Mausoli in vrbe Halicarnasso, structura & magnitudine visendum: alterum mulieris cuiusdam, Helenæ nomine, Solymis.

MITTE] *mitte*, positum pro *omitte*: vt epist. 5. lib. 1. *Mitte leueis spes, & certamina diuitiarum:* & epist. ad Pison. extr. *Non missura cutem nisi plena cruoris.* & Virg. Æn. 1. *mæstúmque timorẽ Mittite.* & Terent. Adelph. *Hera, lacrymas mitte.*

SVPERVACVOS] epist. ad Pison. *Omne supervacuum pleno de pectore manat.* F

CARMI-

Digitized by Google

# CARMINVM LIBER TERTIVS.



## Ode I.

Non opibus, aut honoribus: sed animi tranquillitate vitam beatam effici.

ODI profanum vulgus, & arceo.
Fauete linguis. carmina non prius
Audita, musarum sacerdos,
Virginibus, puerísque canto.
Regum timendorum in proprios greges,
Reges in ipsos imperium est Iouis,
Clari gigantéo triumpho,
Cuncta supercilio mouentis.
B Est vt viro vir latius ordinet
Arbusta sulcis: hic generosior
Descendat in campum petitor:
Moribus hic, meliórque fama
Contendat: illi turba clientium
Sit maior. æqua lege necessitas
Sortitur insigneis, & imos:
Omne capax mouet vrna nomen.
Destrictus ensis cui super impia
Ceruice pendet, non Siculæ dapes
Dulcem elaborabunt saporem:
Non auium, citharæq; cantus
Somnum reducent. somnus agrestium
Lenis virorum non humileis domos
Fastidit, vmbrosamque ripam:
C Non zephyris agitata Tempe.
Desiderantem quod satis est, neque
Tumultuosum sollicitat mare,
Nec sæuus Arcturi cadentis
Impetus, aut orientis Hædi.
Non verberatæ grandine vineæ,
Fundúsque mendax, arbore nũc aquas
Culpante, nunc torrentia agros
Sidera, nunc hiemes iniquas.
Contracta pisces æquora sentiunt,
Iactis in altum molibus. huc frequens
Cæmenta dimittit redemtor
Cum famulis, dominúsque, terræ
Fastidiosus. sed timor, & minæ E
Scandunt eôdem, quò dominus: neque
Decedit ærata triremi: &
Post equitem sedet atra cura.
Quòd si dolentem nec Phrygius lapis,
Nec purpurarum sidere clarior
Delenit vsus: nec Falerna
Vitis, Achæmeniúmque costum:
Cur inuidendis postibus, & nouo
Sublime ritu moliar atrium?
Cur valle permutem Sabina
Diuitias operosiores?

ODI PROFANVM VVLGVS] arcebantur non initiati, & profani à sacris, quos Græci βεβήλους, καὶ ἀμυήτους appellant. Plato θεατήτῳ. ἄνθρει δὴ F ἀθεωσκοπῶν μήπως τῶν ἀμυήτων ἐπακύῃ. id est, contemplare igitur circumspiciens nequis profanorum, & non initiatorum exaudiat. Theocr. in Amarillide. ζαλῶ δὲ φίλα χωὐτὶ Ιασίωνα, Ὅς τόσσων ἐκύρησεν, ὅσ' οὐ πευσεῖδη βέβαλοι. id est, fortunatum Iasionem existimo, qui ea consecutus est, quæ non audietis vos profani. Res graueis & serias, atque è media philosophia petitas, mysteriorum denique quodammodo simileis, non ludicras, neque amatorias cantaturus, homines prauis opinionibus imbutos & corruptos, atque iccircò vtilissima ad vitam bene instituendam præcepta respueteis, ab his carminibus, tanquam profanos à sacris & mysterijs, arcet.

FAVETE LINGVIS] εὐφημεῖτε. bona verba dicite: *malè nominatis Parcite verbis*, vt loquitur Od. 14. huius lib. Tibul. eleg. 11. lib. 2. *Dicamus bona verba (venit natalis) ad aras. Quisquis adest*



Digitized by Google

A *lingua vir, muliérque faue.* Virg. lib. 5. Æne. *Ore fauete omnes, & cingite tempora ramis.* Eurip. Iphigen. τὰς δ' ἐν μέσῳ Ταλθύβιος, ᾧ τόδ' ἦν μέλον, εὐφημίαν αὐεῖτε, καὶ σιγὴν ῥαπτῷ. id est. Cùm autem in medio stetisset Talthybius, cui hoc erat curæ, bona verba, & silentium exercitui prædicauit. *Fauentia* (inquit Festus) *bonam ominationem significant. Nam præcones clamantes populum sacrificijs fauere iubebant. fauere enim est bona fari.* Propert. lib. 3. de pugna nauali Actiaca, *Sacra facit vates, sint ora fauentia sacris.* & bene ominari dicuntur, qui bona verba loquuntur. Cic. in Bruto. *Hortensij vox extincta fato suo est, nostra publico. Melius, quæso omi nare, inquit Brutus.* Idem lib. 1. de diuinatione. *hominum voces vocant omina: quæ maiores nostri quia valere censebant, iccirco omnibus rebus agendis, quod bonum, faustum, fortunatúmque esset, præfabantur: rebúsque diuinis, quæ publicè fierent, vt fauerent linguis, imperabatur: inque ferijs imperandis vt litibus & iurgijs se abstinerent.*

MVSARVM SACERDOS] ego Horat. vates, & qui musarum sacra tracto. sic Virg. Georg. 2. *Me verò primùm dulces ante omnia musæ, Quarum*
B *sacra fero ingenti perculsus amore, Accipiant, &c.*

VIRGINIBVS PVERISQVE] vt castis, integris, incorruptis, & ab omni flagitij & sceleris macula puris.

CLARI GIG. TRIVMPHO] de quo Hesiod. in Theogonia. & diximus suprà ad Oden 19. lib. 2. & idem Hor. Od. 4. huius lib. *Scimus vt impios Titanas, immanémque turmam Fulmine sustulerit caduco.*

CVNCTA SVPERC. MOV.] Hom. ἰλ. α. ἦ, καὶ κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε Κρονίων. id est, dixit, & nigris supercilijs annuit Iupiter. sequitur paullo pòst, μέγαν δ' ἐλέλιξεν Ὄλυμπον, id est, magnum autē commouit Olympum. & Virg. 9. *totum nutu tremefecit Olympum.*

EST VT VIRO VIR] sic loquuntur Græci: ἔστιν ὡς, vel ἔστιν ὅπως. i. fieri, vel euenire potest, vt: rursum non est, vt: οὐκ ἔστιν ὅπως. epist. ad Iccium lib. 1. *non est vt copia maior Ab Ioue donari possit tibi.* Ostendit. varia hominum esse ingenia ac studia, Fieri (inquit) potest, vt alius alio plus agri habeat,
C quod arboribus ordinatim conserat: alij se ad honorum petitionem conferant, atque horum rursus alius nobilitate fretus petat: alius moribus & bona existimatione sit superior: alius plureis habeat clienteis.

IN CAMPVM] Martium, in quo comitia habebantur. verbo autem *descendendi* vsus est, quia ex vrbe Roma antiqua in campum Martium venienti descendendum erat. M. Cœlius epist. 4. ad Cicer. lib. 8. *At quàm spe, quàm certa opinione descenderat?*

NECESSITAS] ἀνάγκη, eadem (vt quidam volunt) quæ εἱμαρμένη, id est, Parca. vide annot. ad Od. 35. lib. 1. Plutarchus tamen necessitatem distinguit à Parca, seu fato.

SORTITVR] λαγχάνει, sorte ducta capit. ex quo Λάχεσις, quæ temeritate quadam, & sine delectu homines vita spoliat: & qua arbitra, alia alij viuendi & moriendi condicio (quam Horatius sortem nominare solet) contingit.

INSIGNEIS ET IMOS] *Pallida mors æquo* D
*pulsat pede pauperum tabernas, Regúmque turreis:* Od. 4. lib. 1. vide plura ad Od. 28. lib. 2. insigneis autem, id est, ἐπίσημους, ἐπιφανεῖς, claros, & nobileis, & in summo honoris gradu constitutos: sup. Od. 34. lib. 1. *& insignem attenuat deus.*

IMOS] infimos, humileis, obscuros.

OMNE CAP. MOV. VRNA NOM.] vide, quæ de vrna & sortib⁹ diximus sup. ad Od. 3. li. 2.

DESTRICTVS ENSIS CVI] ei, cuius ceruicibus impendet ensis destrictus, nullæ quantumuis apparatæ, & opiparæ epulæ, suaues, aut gratæ poterunt esse. respicit autem notissimam de Damocle Dionysij assentatore historiam: *qui cùm in sermone copias, opes, maiestatem illius dominatus commemoraret, ac prædicaret, negarétque vmquā quem quam beatiorem fuisse: iussit eum Dionysius fortunā experiri suam: collocandum curauit hominem in aureo lecto, strato pulcherrimo textilis stragulo, magnificis operibus picto, abacósque complureis ornauit argento, auróque cælato, tum ad mensam eximia forma pueros delectos iussit consistere. aderant vnguenta, corona: incendebantur odores, mensa conquisitissimis epulis exstruebantur. fortunatus sibi Damocles videbatur. In hoc medio apparatu fulgentem gladium è lacunari seta equina appensum demitti iussit, vt impendēret illius beati ceruicibus. Ita nec pulchros illos administratores aspiciebat, nec plenum artis argentum, nec manum porrigebat in mensam: iam ipsa defluebant coronæ: denique exoranit tyrannū, vt abire liceret, quod iam beatus nollet esse.* Hæc sunt M. Tull. Tusc. li. 5. *declarabat autem Dionysius* (inquit idem Tull.) *nihil esse ei beatum, cui semper aliquis terror impēdeat.* E

SICVLÆ DAPES] Siculæ dapes, & Syracusanæ mensæ prouerbij locum obtinent. lege Athē. lib. 12. Plato. lib. 3. de repub. Συρακουσίαν δὲ ὦ φίλε τράπεζαν, καὶ Σικελικὴν ποικιλίαν ὄψων, ὡς ἔοικας, αἰνεῖς. M. Tull. lib. 2. de finib. *sit voluptas non minor in nasturtio illo, quo vesci Persas esse solitos scribit Xenophon, quàm in Syracusanis mensis, quæ à Platone graniter vituperantur.* Idem lib. 5. Tuscul. *Quò cùm venissem, vita illa beata, quæ ferebatur, plena Italicarum, Syracusanarúmque mensarum, nullo modo mihi placuit, bis in die saturum fieri, &c.*

DVLCEM ELAB. SAP.] id est, exquisitissimæ, summóque artificio, & studio conditæ, & F
apparatæ epulæ, ei videbuntur insuaues, cuius in animo curæ graues, & terrores, & angores, ceteræque animorum pestes insideant. *elaborabunt* autem scriptum est in cod. Don. Faër. Vatic. 2. Torn. non, *elaborarunt*, vt habent vulgati.

SOMNVM REDVCENT] in nonnullis veteribus cod. scriptum est *reducet*: sed secutus sum cod. Don. Faër. 2. Vatic. Torn. & vulg.

SOMNVS AGREST. LENIS] somnus lenis nō spernit humileis agrestium hominum domos, neque vmbrosam ripam, id est, dormiunt plerunque suauius in suis tuguriolis rustici, & tenues homines, quàm reges & dynastę in suis ædibus sumtuosissimis, atque instructissimis.

FASTIDIT] spernit. semper Horatius hoc verbum cum accusandi casu cōiungit: quod nō item solet M. Tull. exēpli causa, epist. 3. lib. 1. *Fastidire lacus & rinos ausus apertos.*

TEM-

Digitized by Google

A TEMPE] sup. Od. 7. lib. 1. *Thessala Tempe.*

DESIDER. QVOD SATIS EST] qui quàtum satis est, desiderat, non nauigat, neque se maris periculo committit, vt mercibus commutandis rem faciat, atque augeat. sic Od. 29. huius li. *Non est meum, si mugiat Africis Malus procellis, ad miseras preces Decurrere.* sic Hesiod. ἔργ. καὶ ἡμ. de ijs, qui iustitiam colunt. θάλλουσιν δ' ἀγαθοῖσι διαμπερές, οὐδ' ἐπὶ νηῶν Νείσονται· καρπὸν δὲ φέρει ζείδωρος ἄρουρα.

TVMVLTVOSVM] quod timorem multum incutit. *Tumultus enim est perturbatio tanta, vt maior timor oriatur. vnde etiam nomen ductum est, tumultus.* Cic. Philip. 8.

SOLLICITAT] sollicitum reddit, & quasi è sede mouet.

NEC SÆVVS ARCT. CAD.] Plautus in Rudente, *Arcturus signum sum omnium quàm acerrimum: vehemens sum exoriens: cũ óccido, vehemẽtior.*

AVT ORIENTIS HÆDI] oriuntur hædi stim post Capram, sole Sagittarium permetiente. Virg. Georg. 1. *Præterea tam sunt Arcturi sidera nobis, Hædorumque dies seruandi, & lucidus anguis,*
B *Quàm quibus in patriam ventosa per æquora vectis Pontus, & Austriferi fauces tentantur Abydi.* ὅταν αἰατίλλωσιν οἱ ἔριφοι (inquit interpres Theoc.) ἀχειμαίνεται ἡ θάλασσα. id est, orientibus hædis sæuit mare.

NON VERB. GRAND.] epist. ad Albinouan. lib. 1. *non quia grando Contuderit viteis.* χαλαζοκαπίαν nominant Græci.

FVNDVSQVE MENDAX] γῆ ἄπιστος. fundus infidelis. fundus, qui non respondet votis, aut expectationi agricolæ. epist. ad Mæcenat. 2. lib. 1. *Spem mentita seges.* contrà Od. 16. huius lib. *& segetis Certa fides meæ.* videtur autem hoc loco sterilitatis agrorum causas enumerasse, nimiam siccitatem, imbreis immoderatos, incendium, hiemis
C præter modum frigidæ iniuriam: quæ omnia ponit & Xenocr. in Axiocho his verbis: νυὶ μὲν αὐχμὸν, νυὶ δὲ ἐπομβρίας, νυὶ δὲ ἐπίκαυσιν, νυὶ δ' ἐρυσίβλω, νυὶ δὲ θάλπος ἄκαιρον, ἢ κρυὸς. id est, nunc enim siccitatem, nunc imbreis immoderatos, nunc rubiginem, nunc calorem intempestiuum, aut frigus: & Xenoph. in Oeconomico: Ἐπὶ δὲ τῆς γεωργικῆς τὰ πλεῖστα ἐστὶν ἀνθρώπῳ ἀδύνατα προγνῶναι. καὶ γὰρ χάλαζαι, καὶ παῖχναι οὐσῶν, καὶ αὐχμοὶ, καὶ ὄμβροι ἐξαίσιοι καὶ ἐρυσίβαι, καὶ ἄλλα πολλάκις τὰ καλῶς ἐγνωσμένα, καὶ πεπυσημένα ἀφαιροῦνται. id est, Præterea plurimæ res artis agri colẽdi, eiusmodi sunt, vt eas homo prouidere nõ possit. Nã & grandines, & pruinæ, & siccitates, & imbrse immoderati, & rubigines, & alia quædam sæpenumerò, quæ pulchrè sunt cogitata, prouisa, & effecta, de manibus eripiunt. & Lucret. lib. 5. *Et tamen interdum magno quæsita labore, Cùm iam per terras frondent, atque omnia florẽt, Aut nimijs torret feruoribus ætherius sol: Aut subiti perimunt imbres, gelidæq; pruinæ, Flabráque vento turbine vexant.*

NVNC TORR. AGR. SID.] ἀγροβολισμὸν, & σφακελισμὸν putabat significari Germanus Valens: id est, siderationem, quæ tùm éuenit, cùm arbores pestifero aliquo sidere afflantur, atque adeò percutiuntur. ex quo ἀγροβόλητοι, seu ἀγρόβλητοι dicuntur. ego putabam vel ἐπίκαυσιν describi, id est, incendium, seu æstum immoderatum, ex quo rubigo oritur: vel vredinem. tale ferè illud est Oda 16. epod. *nullius astri Gregem æstuosa torret impotentia.* D

CONTRACTA PISCES ÆQVORA] postea quàm immodicum pecuniæ quærendæ studium reprehendit, atque insectatus est, incipit nunc suæ ætatis hominum luxuriam, atque ædificandi insolentiam exagitare, qui terra continente non contenti in mari ædificant. eleganter autem, & venustè pisceis ait sentire maria fieri contractiora ædificiorum magnitudine, & fundamentorum, quæ in mare iaciuntur, molibus. vide Oden 15. lib. 2. *Iam pauca aratro iugera Regia Moles relinquent.*

CÆMENTA] cæmenta dicta sunt à cædendo: itáque appellantur lapides cæsi. Od 24. huius libri. *Cementis licet occupes Tyrrhenum omne tuis: & mare Apullicum.*

DIMITTIT] sic habẽt libri vet. vulg. *Demittit.* REDEMTOR] redemtores dicuntur, qui opus aliquod faciendum suo periculo, certa merce de pacta conduxerunt: ἐργολάβοι dicuntur à Græcis. epist. ad Iul. Florum lib. 2. *Festinat calidus mulis, gerulisque redemtor.* Redimere enim interdum idem valet, quod conducere, ex quo redemtor idem, quod conductor. E

TERRÆ FASTIDIOSVS.] qui terra spreta, in mari ædificat.

NEQVE DECEDIT ÆR. TRIR.] sic sup. Ode 16. lib. 2. *Scandit æratas vitiosa naueis Cura.*

POST EQVIT. SEDET ATRA C.] similis sententia est apud Lucr. lib. 2. in princip. *Quòd si ridicula hæc, ludibriáque esse videmus, &c.*

ATRA CVRA] atra, id est, tristis. sic Od. XI, lib. 4. *minuentur atræ Carmine curæ.*

QVOD SI DOL. NEC PHRY. LAP.] vide quæ annotauimus ad Oden illam 16. lib. 2. ita igitur concludit hunc locum. Si neque ædificia magnifica, neque purpureæ vestes, neque Falerna vina, neque vnguenta Persica morbis animi medentur: cur me meæ fortunæ pœniteat, diuitiásque consecter, & concupiscam ampliores? *Delinit* habent 2. Vat. cod. & Torn. congruit cum F
hoc loco ille, epist. ad Loll. 2. li. 1. *Non domus, aut fundus, non æris acerrus, & auri, Ægroto domini deduxit corpore febres, Non animo curas.* Per Phrygium autem lapidem columnas Phrygias significat, quibus fulciebantur & ornabantur atria domorum sumtuosarum. Tibull. li. 3. eleg. 3. *Quidve domus prodest Phrygijs innixa columnis, Tanare siue tuis, siue Cariste tuis?*

FALERNA VITIS] sic habent libri Iann. & 2. Vat. quam scripturam probo. nam in vulgatis impressum est *Falernæ Vtis*: quam lectionem qui recipiunt, subintelligunt ὑπὸ καινῆ ὕσσῃ.

ACHÆMENIVMQVE COSTVM] Persicum vnguentum ab Achæmene Persarum Rege. sup. Od. 12. lib. 2. & Od. 13. epod. *nardum Achamenium.* de costo vide Plin. lib. 12. cap. 12.



Digitized by Google

INVIDENT. POSTIB.] sumtuosis, magno pretio emtis. sup. Od. x. lib. 2. *aulam inuidendam* dixit. postibus autem, id est ostijs, seu foribus: vel simpliciter trabibus.

CVR VALLE PERM. SABINA] id est, cur spreto, & reiecto meo fundo Sabino, in quo vallis est peramœna, diuitias curarum, & molestiarum plenas, & plurimo labore partas, & quæsitas amplectar? de verbo *mutandi* vide annot. ad Oden 16. lib. 1.

DIVITIAS OPEROS.] id est, laboriosiores, vel maiores & ampliores, vel in quibus & parandis magno labore, magnaque opera, & custodiendis magna cura opus est. Oda 2. lib. 4 *operosa paruus Carmina fingo.*

## Ode 2.

Pueros ab ineunte ætate assuefaciendos esse paupertati, rei militari, vitæ laboriosæ.

*ANgustam, amici, pauperiem pati*
*Robustus acri militia puer*
*Condiscat: & Parthos feroceis*
*Vexet eques metuendus hasta:*
*Vitámque sub diuo, & trepidis agat*
*In rebus. illum ex mœnibus hosticis*
*Matrona bellantis tyranni*
*Prospiciens, & adulta virgo,*
*Suspiret: eheu, ne rudis agminum*
*Sponsus lacessat regius asperum*
*Tactu leonem: quem cruenta*
*Per medias rapit ira cædeis.*
*Dulce, & decorum est pro patria mori.*
*Mors & fugacem persequitur virum:*
*Nec parcit imbellis iuuentæ*
*Poplitibus, timidóque tergo.*
*Virtus repulsæ nescia sordidæ*
*Intaminatis fulget honoribus:*
*Nec sumit, aut ponit secureis*
*Arbitrio popularis auræ.*
*Virtus recludens immeritis mori*
*Cælum, negata tentat iter via:*
*Cœtúsque vulgareis, & vdam*
*Spernit humum fugiente penna.*
*Est & fideli tuta silentio*
*Merces. vetabo, qui Cereris sacrum*
*Vulgarit arcanæ, sub iisdem*
*Sit trabibus, fragilémque mecum*
*Soluat faselum. sæpe Diespiter*
*Neglectus, incesto addidit integrum.*
*Rarò antecedentem scelestum*
*Deseruit pede pœna claudo.*

ANGVSTAM, AMICI, PAVPERIEM] Suadens Horatius vt in exercitatione fortitudinis, & patientiæ pueri versentur, non temerè paupertatem sumit, vt vnum è malis humanis, in quo perferendo & insignis patientia desideretur, & animi fortitudo magnopere acuatur. Od. 9. lib. 4. *rectius occupat Nomen beati, qui deorum Muneribus sapienter vti, Durámque callet pauperiem pati.* M. Tull. in Rullum, veteres quosdam Romanos cõmemorat non solùm populi honoribus, rebúsq; gestis, verùm etiam patientia paupertatis ornatos. Tùm Aristoteles lib. 3. de moribus ad Nicomach. πλὼ πενίαν, id est, paupertatem in rebus malis, & formidolosis numerat: & pater Ennius ita ferebat duo, quæ maxima putantur, onera, vt eis pæne delectari videretur. sæuam appellat Horat. Od. 12. lib. 1. Duram Od. 9. lib. 4.

ET PARTH. FER.] qui ipsi sunt equites.

VITAMQVE SVB DIVO] omnes ferè libri calamo exarati habent, *sub diuo*, quos sequor, quã quam etiam *sub dio* ferri potest.

ET TREPIDIS AGAT IN REBVS] Arist. ἐν τοῖς φοβεροῖς, id est, in rebus formidolosis, & horribilibus. Idem lib. 2. de mor. ad Nicom. ait nos, dum assuescimus res formidolosas contemnere, easq; perferre, & perpeti, forteis fieri. sic locutus est T. Liuius lib. 4. *Et senatus, vt in trepidis rebus, dictatorem dici Mamercum Æmilium iussit.* Idem lib. 34. *orant, ne se in rebus tam trepidis deserat.*

ILLVM EX MOENIBVS HOSTICIS] illum, nempe militem Rom. prospiciens ex mœnibus hostilibus vxor Regis alicuius barbari, cum quo bellum gerat populus Rom. suspiret hoc modo, atque hæc queribunda voce loquatur.

MATRONA BELL. T.] id est, vxor tyranni bellum gerentis. quid interfit inter matronam, & matrem familias docent Festus, & Nonius, & Seruius ad illum locum Virgil. Æneid. XI. *tum muros varia cinxere corona Matronæ, puerique.*

RVDIS AGMINVM SPONSVS] non exercitatus in prœlijs: imperitus rei militaris.

ASPERVM TACTV LEONEM] militem Rom. sæuum, & formidolosum in congressu, seu conflictu. δυσπρόσιτον: translatio est.

QVEM CRVENTA PER MED. RAP.] mansit in translatione. leones autem maximè esse iracundos testatur his grauissimis versibus Lucretius lib. 3. *Sed calidi plus est illis, quibus acria corda, Iracundáque mens facile effervescit in ira: Quo genere in primis mens est violenta leonum, Pectora qui fremitu rumpunt plerumque gementes: Nec capere irarum fluctus in pectore possunt.*

DVLCE ET DECORVM EST, &c.] hanc

A hanc ſententiam paullo vberius exprimit Pind. ἰαδμ. εἴδ'. ἐδδόμω. Ἴσω γὰρ σαφὲς, ὅστις ἐν ταύτᾳ νεφελᾷ χάλαζαν αἵματος θεὸς φίλας πάτρας ἀμυνόμενος, λοιγὸν ἀμυῶν ἐναντίῳ στρατῷ, ἀστῶν γενεᾷ μέγιστον κλέος αὔξων, ζώων τε καὶ θανών. ſciat enim qui in hac nube grandinem ſanguinis pro patria pugnans, & exitium propulſat aduerſario ciuium exercitu, ſe ſuis poſteris, ſuóque generi maximam gloriam relinquere, & viuentem, & mortuum. Lucianus in encomio patriæ ſcribit hanc in prœliis cohortationem plurimùm valere, ſi quis dicat bellum eſſe pro patria ſuſceptum: neminémque eſſe, qui hac voce audita mortem extimeſcat, aut periculum metuat. Efficit enim (inquit) nomen & commemoratio ipſa patriæ, vt qui eſt alioqui timidiſſimus, ignauiſſimúsq; natura, fortiſſimus exiſtat. Tyrtæus autem, qui *mares animos* (vt ait Horatius lib. de arte poët.) *Verſib⁹ exacuit*, hâc eand. ſententiâ duob⁹ verſiculis ita cõplexus eſt. Τεθνάμεναι γὰρ καλὸν ὅταν πρῶτα μάχηισι πεσόντα Ἀνδρ' ἀγαθὸν, περὶ ᾗ πατρίδι μαρνάμενον. quorum verſuũ hęc ferè ſententia eſt. Pulchrũ eſt virum fortẽ, p patria pugnantẽ, & cadentem inter eos, quiin primo ordine dimicant, mori. Accedat his Homerus. οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης. id eſt, optimum eſt auſpicium pugnare pro patria. Et M. Tull. offic. 1. *Sed omneis omnium caritates patria vna complexa eſt: pro qua quis bonus dubitet mortem oppetere?*

B

Mors et fvg. perseq.] immo verò ſæpius ſeruantur è prœlio, qui fortiter pugnant, quàm qui in fuga ſpem ſalutis conſtituunt. quod declarat Hom. ιλιάδ. ε. Λισσομένων τ' αἰδρῶν πλέονες σόοι, ἠὲ πέφανται· Φευγόντων δ' οὔκ ἀρ' κλέος ὄρνυται, οὔτε τις ἀλκή. Hæc igitur huius loci ſententia eſt, Si immortales eſſent futuri, qui pro patria cum vitæ periculo armis decertare nolunt, turpis eſſet quidem illa, ſed eſſet aliqua tamen ignauorum cauſa, ac defenſio, cùm dicerent ſe fugiendo ſaluti conſulere maluiſſe, quàm contra nitendo, & repugnando occumbere. Nunc autem cùm belli periculo vitato, ſexcenta nobis alia mortis genera impendeant: longè pulchrius, ac laudabilius eſt pro patria fortiter

C pugnantem; mortem oppetere, quàm vitam naturæ, aut neceſſitati reſeruare, quod item M. Tull. Philipp. 10. ornatiſſimis verbis perſequitur. *Ita præclara eſt, recuperatio libertatis, vt ne mors quidem ſit in repetenda libertate fugienda. Quòd ſi immortalitas ſequeretur periculi fugam, tamen eo magis ea nõ fugienda videretur, quòd diuturnior eſſet ſeruitus. Cum verò dies, & nocteis omnia nos vndique fata circumſtent, non eſt veſtri, Romanique nominis dubitare eum ſpiritum, quem naturæ quis debeat, patriæ reddere.* in illis autem verbis Ciceronis, *ea non fugienda videretur* (vt dicam ἐν παρόδῳ) ſubaudiendum eſt *mors*. Nam ſi ſine negatione legas, vt in vulgatis, ſubintelligetur *immortalitas*. ſed priorem lectionem magis probo. Sarpedon præterea apud Homerum ιλιάδ. μ. verbis idem planè ſignificantibus Glaucum ad fortiter pugnandum excitat. Ω πέπον, εἰ μὲν γὰρ πόλεμον περὶ τόνδε φυγόντε Αἰεὶ δὴ μέλλοιμεν ἀγήρω τ', ἀθανάτω τε Ἔσεσθον, οὔτε κέ σε στέλλοιμι μάχλοιμί τε· νῦν δ' ἔμπης γὰρ κῆρες ἐφεστᾶσιν θανάτοιο Μυρίαι, ἃς οὐκ ἔστι φυγεῖν βροτὸν, οὐδ' ὑπαλύξαι. id eſt, *O mollis: ſi ex hoc bello numquam ægra ſenectus Saluos, pallida mors numquam nocte integat atra: Non equidem primos inter pugnare cruentus Sustineam, neque te ad pugnam, aut ad vulnera mittam: At nunc circumſtant nos mille pericula leti, Qua effugere haud vmquam liceat mortalibus ægris.* Sic & Theopompus, Ἐμὲν γὰρ ἐῶ τὸν κίνδυνον τὸν παρόντα διαφυγόντας ἀδεῶς διάγειν τὸν ἐπίλοιπον χρόνον, οὐκ ἄν ἔγωγε θαυμάσαιμι φιλοψυχεῖν. νῦν δὲ τοσαῦται κῆρες τῷ βίῳ παρεφύκασιν, ὥστε τὸν ἐν ταῖς μάχαις θάνατον αἱρετώτερον εἶναι δοκεῖν: id eſt, Nam ſi fas eſſet præſenti periculo declinato, ac vitato, reliquũ vitæ tempus ſecurè & ſine metu traducere, non eſſet mirum ſi quis retinendæ vitæ ſtudio teneretur. Nunc autem tot vitam humanam fata circumualant, vt mors in prœlio oppetita longè optabilior eſſe videatur. huc eodem pertinet illud Æſchyli. Ἀλλ' ὅ τι πολλὰ τραύματ' ἐν στέρνοις λαβὼν Θνήσκει τις, εἰ μὴ πέρμα σωτηρίοις βίου, Οὔτ' ἐν στέγῃ τις ἥμενος παρ' ἑστίᾳ Φεύγει τι μᾶλλον τὸν πεπρωμένον μόρον. id eſt, At neque quiſquam multis in pectore vulneribus acceptis moritur, niſi vitæ terminus adſit: neque domi ſuæ aliquis ſedens ad focum eo magis mortem naturalem, & fato deſtinatam effugit. Demoſthenes item in oratione περὶ στεφάνου, quam dudum Latinam fecimus, propè diem edemus, eandem ferè ſententiam ponit: πέρας μὲν γάρ ἐστιν ἅπασιν αὐθρώποις τοῦ βίου θάνατος, κἂν ἐν οἰκίσκῳ τις αὐτὸν καθειρξας τηρῇ. δεῖ δὲ τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας ἐγχειρεῖν μὲν ἅπασιν ἀεὶ τοῖς καλοῖς, φέρειν δ' ὅ, τι ἂν ὁ θεὸς διδῷ, γενναίως. id eſt, omnium, inquit, hominum vitæ mors eſt extremum, etiam ſi quis ſe domi ſuæ incluſum contineat, omnéque belli periculum fugiat, ac declinet: ſed oportet viros fortes ſemper egregia, & præclara facinora conari bona ſpe fretos in poſterum: quicquid autem Deorum voluntate euenerit, generoſo, fortíque animo ferre. Accedat ad ſuperiores illos oratores, & poëtas, lyricorum princeps Pindarus, cuius ſunt hæc εἴδ. α. ὀλυμπ. θανεῖν δ' οἷσιν ἀνάγκα, πῶς τις ἀνώνυμον ὑπὸ γῆρας ἐν σκότῳ καθήμενος ἕψοι μάταν, ἀπάντων καλῶν ἄμμορος? id eſt, cùm ſit omnibus mortalibus neceſſe mori, quid eſt quòd quiſquam in tenebris réſidens ſenectutem ignobilem, & ingloriam fruſtra producat, omnium rerum honeſtarum ac præclararum expers? Sed videtur Horatius Simonidis verſum ad verbum ferè expreſſiſſe. ὁ δ' αὖ θάνατος ἐφῆκε καὶ τὸν φυγόμαχον. quem M. Ant. Muretus annotauit. in cod. Iann. & 2. Vatic. *proſequitur virum*, ſcriptum eſt.

D

E

F

Imbellis ivventæ] ἀπόλεμου.

Poplitibvs] per poplites iuuentæ imbellis, ſignificat iuuenes ignauos atq; ad fugiendum, quàm ad pugnandum, expeditiores. poplites enim cernuntur eorum, qui fugiunt, quemadmodum & terga, hoc intereſt quòd ignauorum fugientium terga plerumque inhoneſtis vulneribus locum præbent: poplites celeriter explicati, ſalutem expediunt.

Timidoqve tergo.] homines ignaui, ac timidi, cum fugere, quàm pugnare malint, ſi forte vulnus accipiant, à tergo vulnerantur: Contrà fortes, aduerſo pectore. Catullus Carm. de Peleinupt. Parcas canenteis, & Peleo, ac Thetidi

prædi-

A prædicenteis facit Achillem eis naſciturum *Hoſtibus aut tergo, ſed forti pectore notum.* Ita M. Anton. orator (vt ſcribit M. Tullius lib. 2 de orat. ad Q. fratr. & act. 5. in Verr. de ſuppliciis) M' Aquilium multis auaritiæ criminibus, teſtimoniiſque conuictum, cauſa propè perorata, ipſe arripuit, conſtituitque in conſpectu omnium, tunicamq; eius à pectore abſcidit, vt cicatrices populus Rom. iudicéſque aſpicerent aduerſo corpore acceptas. in cod. Raïnutij Farneſ. Card. & in vno Vatic. & Torn. ſcriptum eſt, *timidó ve tergo.*

VIRTVS REPVLSÆ NESCIA] cur repulſæ neſcia? quia virtute præſtantes viri à populo, aut à regibus honores non petunt, neque ſe ei periculo committunt, vt repulſam ferre poſſint: ſed honore proprio, ſolido, fixo, ac ſtabili contenti ſunt, qui virtuti debetur, atque adeò defertur, etiam ſi eam Reges, & populi inornatam, atque inhonoratam iacêre patiantur. huic loco ſimilis ille eſt Ode 2. lib. 2. *Redditum Cyri ſolio Phraaten Diſſidens plebi numero beatorum Eximit virtus, populúmque falſis Dedocet vti Vocibus, regnum, & diadema tutum Deferens vni, propriámque laurum, Quiſquis, &c.* Itaque vir bonus & ſapiens non eſt
B conſul *vnius anni, Sed quoties bonus atq; fidus Iudex honeſtum prætulit vtili, &c.* quæ ſunt Oda 9. lib. 4.

INTAMINATIS] puris, liquidis, non contaminatis. Sic autem habent omnes libri veteres, & quos in Italia vidi, & quos hîc in Gallia. Cleric. Nicotian. Ruſſard. ceteri præter vnum: quod iccirco admonui, ne quis hîc legendum pertinaciter contendat, fretus ſola auctoritate codicum antiquorum, *incontaminatis*, vt ſyllaba prima huius nominis pertineat ad verſus ſuperioris ſyllabam vltimam, quale eſt illud *uXorius amnis* Od. 2. lib. 1. quam ſcripturam tamen non improbo, neque damno ſi doctis probatur, quin receptæ ãtepono.

NEC PONIT, AVT SVMIT] id eſt, nec deponit, aut capit honores arbitrio popularis leuitatis: & meritò. Nam qui virtuti debentur honores, debent eſſe certi, proprij, & ſtabiles. at honores à populo delati, incerti, breues, & fluxi ſunt, & ab eodem, qui dedit, eripi poſſunt: vt epiſt. ad Quint. lib. 1. *Qui dedit hoc hodie, cras, ſi volet, auferet: vt ſi Detulerit faſceis indigno, detrahet idem.*
C *Pone: meum eſt, inquit. pono, triſtiſque recedo.* ſic autem hoc loco ſecureis pro conſulatu, ſeu prætura poſuit, vt Od. 16. lib. 2. *lictorem conſularem* pro conſulatu ſolebant enim, & conſulibus Romæ, & prætoribus in prouincia faſces, & ſecures præferri: niſi quod in Oda illa 16. lictorũ conſulatium munus ſpectauit, quod erat, turbam ſummouere ante conſules: qui tamen curas ſummouere non poſſunt: hîc conſularem poteſtatem ſimpliciter. Cic. oratione in Verr. de ſuppliciis. quærit *quamobrem faſces prætorib. præferantur: cur ſecures date.*

SECVREIS] præturas, conſulatus, denique honores & magiſtratus. Lucret. lib. 3. *Qui petere à populo faſceis, ſaeuáſque ſecureis Imbibit, & ſemper victus, triſtiſque recedit.* vide annot. ad Sat. 6. lib. 1.

ARBITER POPVL. AVRÆ] popularis auræ nomine populi leuitatẽ ac mobilitatem ſignificat in mandandis magiſtratibus, in ferendis ſuffragiis, D in contionibus, & ſimilibus. Eodem pertinent illa apud M. Tull. *Ventus popularis, & concionum venti.* epiſt. ad Curium. *eorum ventorum, quos propoſui, moderator quidam, & quaſi gubernator.* Idem orat. de Haruſp. reſp. *Supplicium longius, quam voluit, popularis aurora prouexit.* pro Murena. *totam opinionem parua nonnunquam commutat aura rumoris.* T. Liuius lib. 42. annalium. *Perſeus magis aura popularis erat.* Virg. lib. 6. Æn. *quem iuxtà ſequitur iactantior Ancus, Nunc quoq; iam nimium gaudens popularibus auris.* ad quem locum ſic Seruius, *auris*, id eſt, *fauoribus. vnde etiam aurarij dicuntur fauores.*

VIRTVS RECLVD. IMMER. MO. CÆL. &c.] virtus, quæ cælum aperit laude præſtantib. viris, quales ſunt ij, qui ab omni cupiditate remoti ſunt ac liberi (iis enim gloria debetur immortalis, neq; iiſdem terminis eorum fama, quibus vita circumſcribitur.) vias difficileis & impeditas indagat, & humilium hominum ſpreto contubernio in cælum euolat.

RECLVDENS] aperiens. vtitur hoc verbo ſup. Ode 18. lib. 2. *aqua tellus Pauperi recluditur.* E & Ode 24. lib. 1. *Non lenis precibus fata recludere.* & epiſtol. ad Torqu. lib. 1. *& operta recludit.* & ad Auguſt. lib. 2. *recluſa Manè domo vigilare.*

IMMERITIS MORI] iis, qui non meruerunt mori. qui meriti ſunt immortalitatem. ſup. Od. 17. lib. 1. *immeritámq; veſtem*, & Od. 28. *Negligis immeritis nocituram Poſt modo te natis fraudem cõmittere forſit.* & infr. Od. 6. *Delicta maiorũ immeritus lues.* & Sat. 3. lib. 2. *immeritúſq; laborat Iratis natus paries Diis, atq; poetis.* & epiſtol. ad Villic. lib. 1. *Stultus vterq; locum immeritum cauſatur iniquè.*

NEC TENT. ITER VIA] iter ſibi, & ſuis patefacit per vias deſertas, incultas, interclusas, inuſitatas, neque ab aliis tritas.

TENTAT ITER] Od. 4. eiuſd. lib. *Irſanientem nauita Boſporum Tentabo, &c.*

VDAM SPERNIT HVMVM] ſic ſæpe loquuntur poëtæ. idem in epiſt. ad Piſon. *Aut dum vitat humum, nubeis, & inania captet.* Virg. Georg. 3. *tentanda via eſt, qua me quoque poſſim Tollere humo.* contrà idem Horat. epiſt. ad Piſon. *Serpit* F *humi tutus nimium, timidúſque procellæ.*

EST ET FIDELI] laudata abſtinentia, & animo ab omni cupiditate libero, ac ſoluto, rerúmq; humanarum contemtore, degreditur, ac, pæne dicam, aberrat ad laudem ſilentij: neq; poſtea reuertitur ad ſermonem inſtitutum. Eſt enim poëtarũ, tanquam ſpiritu diuino afflatorum, & mentis agitatione concitatorum, non ſemper in propoſito ſermone hærere: ſed ad alia nonnunquam abertare, ſententiáq; longè à principio diuerſa carmen concludere, cuius rei exempla ſunt in Od. 13. lib. 2. & Od. 7. lib. 1. & Od. 3. eiuſdem: & alia multa. apud Pindarum autem quàm plurima.

SILENTIO] Pind. εἰδ. ε. Νεμ. ait non ſemper eſſe laudabilem, neq; vtilem orationis veritatem, quæ os ſuum (vt loquitur ille) nudet, ac retegat: ſed ſæpe prudentis hominis eſſe ſcire tacere. Pindari verba ſunt hæc: ὅτοι ἅπασα καρδίων φαίνοισα πρόσωπον

Digitized by Google

A πρόσωπον ἀλάθεια ἀτρεκὴς· καὶ σιγᾶν πολλάκις δεῖ σοφώτατον ποῆσαι.

VETABO] Vetabo, inquit, qui Cereris sacrum enuntiarit, mecum habitet, & mecum nauiget.

QVI CERERIS SACRVM, &c.] quod religiosissimo silentio continebatur. cum cymbalis autem & tympanis etiam fiebat, quasi ea, cùm filiam suam Proserpinam ab Orco raptam quæreret, ab omnibus sciri vellet, quid quæreret. Quam cùm inuestigare, & conquirere vellet, dicitur inflammasse tædas iis ignibus, qui ex Ætnæ vertice erumpunt: quas sibi cùm ipsa præferret, orbem omnium peragrasse terrarum, vt scribit M. Tull. actione in Verr. 4. de signis. Hesiod. in Theog. paucissimis verbis hanc fabulam tangit. H (de Cerere loquitur) τέκε Περσεφόνῃ λευκωλένῳ, ᾗ Ἀΐδωνεὺς Ἥρπασεν ἧς ἀφὸ μητρός. Interpres Theocriti annotat ad illum locum εἰδ. δ. ζαλῶ δὲ φίλα γώαι ἰασίωνα, Οὓς πόσσων ἐκύρησεν, ὅσ' ὑ πευσεῖδε βέβαλοι, amorem & concubitum Cereris cum Iasione Minois filio etiam ad mysteria Cereris pertinuisse. M. Tull. eadem
B orat. narrat, ad sacrarium Cereris aditum non patuisse viris: sacra autem per mulieres & virgines administrari & confici solita. vide ad Sat. vlt. lib. 2. de canephoris. Per eum igitur, qui Cereris sacrum vulgarit, intellige hominem linguæ incontinentis, futilem, ac rimarum plenum, qui consilia arcana, & recondita tacere aut non possit, aut non velit. cod. Faërn. habet *Cereris sacra.*

SVB IISDEM SIT TRABIBVS.] sub eod. tecto. iisdem parietibus contineatur: in eodem domicilio maneat: sit mihi contubernalis ὁμωρόφιον μοι εἶναι ἀπίπτομαι αὖ.

FRAGILEMQVE MECVM SOLVAT] & in eadem naui nauiget.

SÆPÆ DIESP. NEGL. &c.] sæpe Deus vnius impij scelus, piorum, & innocentium pœnis luit. sæpe casti, & integri viri cum sceleratis, & incestis plectuntur. sic Euripid. ἱκετίδ. Κοινὰς γὰρ ὁ
C θεὸς πᾶς τύχας ἡγούμενος Τοῖς τῶ νοσοῦντος πήμασιν δώλεσεν Τὸν ὑ νοσοῦντα, κ' ὐδὲν ἠδικηκότα: id est, cõmuneis enim deus fortunas ducens eius qui ægrotat morbis & malis, eum qui non ægrotat, & qui nihil peccauit, perdere solet. & Hesiod. ἔργ. καὶ ἤμε. πολλάκι δ' ξύμπασα πόλις κακῦ ἀνδρὸς ἐπαυρεῖ, Ὅς τις ἀλιτραίνει, κὶ πάσσαλα μηχανάαται. Τοῖσιν δ' ὑρανόθεν μέγ' ἐπήγαγε πῆμα κρονίων, Λιμὸν ὁμοῦ καὶ λοιμὸν: ἀποφθινύθουσι δὲ λαοὶ: Οὐδὲ γυναῖκες πίκτουσιν· μινύθουσι δὲ οἴκοι Ζηνὸς φραδμοσύνῃσιν ὀλυμπίου: ἄλλοτε δ' αὖτε Η τὸν γε σφετὸν εὐρὺ ἀπώλεσεν, ἢ ὁ γε πῖχος, &c. id est. *Sed sæpe vniuersi ciues plectuntur ob vnum, Qui scelera admittit, qui res molitur iniquas. His autem exitium calo demittit ab alto Iupiter, & letale malum, pestémq;, famémq;: Non pariunt nuptæ, minuuntur tecta, domúsq; Consilijs & mente Iouis patris altitonantis: Nunc pereunt miseri ciues: sæpe ille cohorteis Interimit totas: sæpe altas diruit vrbeis, Et rapidis naueis iactatas obruit vndis.* Iupit. (inquit Varro lib. 4. de ling. Lat.) Diiouis & Diespiter dictus, hoc est aër, & dies, id est, diei & lucis pater.

NEGLECTVS] non cultus, aut etiam offensus facto aliquo improbo, & impio.

RARÒ ANTEC. SCEL.] rarò scelestus admissi facinoris, aut culpæ commissæ pœnam effugit. culpam enim consequitur pœna, si non statim, D neque pari celeritate, at aliquando. Plato lib. 5. de leg. Τιμωρία δ' ἀδικίας ἀκόλουθος πάσης, ἧς, ὁ, τι τυχὼν, καὶ μὴ τυγχάνων, ἄθλιος· ὁ μὲν, ὡς ἰατρευόμενος· ὁ δὲ, ἵνα ἕπαροι πολλοὶ σῳζωνται, ἀπολλύμενος. id est, pœna iniustitiæ omnis comes est, quam & qui luit, & qui non luit, miser est: hic quidem, quia non sanatur, ille autem quia, vt alij multi salui sint, interit. Sententia igitur huius loci hæc est. rarò ita tarda fuit pœna, vt scelestum assequi non potuerit, & de manibus amiserit: & ita nomen *tarda* intelligetur adiuuare vim verbi *Deseruit*. potest & hoc modo explicari: quamuis pœna tarda sit, assequitur tamen & comprehendit aliquando nocentem. tarda quidem est pœna, & βραδύπους, id est, tardo incessu: verumtamen scelestum hominem effugere non patitur, sed aliquando eum assequitur. sic Eurip. ἀλλὰ σιγᾷ, καὶ βραδεῖ ποδὶ στείχουσα μάρπτει τὺς κακὺς ὅταν τύχῃ. id est, tacitè, & tardo pede incedens pœna improbos comprehender, cùm fors tulerit. & Tibull. eleg. 9. *Ah miser: & si quis primò periuria celat: Sera tamen tacitis pœna venit pedibus.* lege Plutarch. ὡς οὐ θεῖα βραδέως τιμωρούμενα.

E

## Ode 3.

Virtute præditum virum nihil extimescere. oratio Iunonis de Troia euersa, bello Troiano finito, imperio Romano à Troianis initium capturo.

*IVSTVM, & tenacem propositi virum*
*Non ciuium ardor praua iubentium,*
*Non vultus instantis tyranni*
*Mente quatit solida, neque Auster,*
*Dux inquieti turbidus Adriæ:*
*Nec fulminantis magna Iouis manus.*
*Si fractus illabatur orbis,*
*Impauidum ferient ruinæ.*
*Hac arte Pollux, & vagus Hercules*
*Innixus, arceis attigit igneas:* F
*Quos inter Augustus recumbens*
*Purpureo bibit ore nectar.*
*Hac te merentem, Bacche pater, tuæ*
*Vexere tigres, indocili iugum*
*Collo trahentes: hac Quirinus*
*Martis equis Acheronta fugit,*
*Gratum elocuta consiliantibus*
*Iunone diuis. Ilion, Ilion*
*Fatalis, incestúsque iudex,*
*Et mulier peregrina vertit*
*In puluerem, ex quo destituit deos*
*Mercede pacta Laomedon, mihi,*

*Castæq;*

Digitized by Google

A *Caſtæq; damnatum Mineruæ*
*Cum populo, & duce fraudulento.*
*Iam nec Lacenæ, ſplendet adulteræ*
*Famoſus hoſpes: nec Priami domus*
*Periura pugnaceis Achiuos*
*Hectoreis opibus refringit:*
*Noſtríſque ductum ſeditionibus*
*Bellum reſedit: protinus & graueis*
*Iras, & inuiſum nepotem,*
*Troica quem peperit ſacerdos,*
*Marti redonabo. illum ego lucidas*
*Inire ſedeis, ducere nectaris*
*Succos, & aſcribi quietis*
*Ordinibus patiar deorum.*
*Dum longus inter ſæuiat Ilion,*
*Romámque pontus: qualibet exſules*
B *In parte regnanto beati.*
*Dum Priami, Paridísque buſto*
*Inſultet armentum, & catulos feræ*
*Celent inultæ: ſtet Capitolium*
*Fulgens, triumphatíſque poſſit*
*Roma ferox dare iura Medis.*
*Horrenda latè nomen in vltimas*
*Extendat oras, quà medius liquor*
*Secernit Europen ab Afro:*
*Quà tumidus rigat arua Nilus.*
*Aurum irrepertum, & ſic melius ſitum,*
*Cùm terra celat, ſpernere fortior,*
*Quàm cogere humanos in vſus,*
*Omne ſacrum rapiente dextra.*
C *Quicumque mundi terminus obſtitit,*
*Hunc tangat armis, viſere geſtiens,*
*Qua parte debacchentur ignes:*
*Qua nebulæ, pluuiíque rores.*
*Sed bellicoſis fata Quiritibus*
*Hac lege dico, ne nimiùm pij,*
*Rebúſque fidentes, auitæ*
*Tecta velint reparare Troiæ.*
*Troiæ renaſcens alite lugubri*
*Fortuna, triſti clade iterabitur,*
*Ducente victriceis cateruas*
*Coniuge me Iouis, & ſorore*
*Ter ſi reſurgat murus aëneus*
*Auctore Phœbo: ter pereat meis*
*Exſciſſus Argiuis, ter vxor*
*Capta virum, puerósque ploret.*
*Non hæc iocoſæ conuenient lyræ.*
*Quo Muſa tendis? deſine peruicax*
*Referre ſermones deorum, &*
*Magna modis tenuare paruis.*

D

ET TENACEM PROPOSITI] conſtantem in propoſito, ſuſceptóque conſilio, non quouis tamen, ſed recto.

NON CIVIVM ARDOR] non ciues irati, ira ardentes. hæc ſunt referenda ad democratiam: in qua populus reip. præeſt, vt olim Athenis. Quinetiã Romæ, vbi optimates cum populo reip. præerant, ita loquebantur, *populus iuſſit: & velitis, iubeatis Quirites.* prauaiubentium igitur vel ſic explica, prauas leges ferentium, ſeu ponentium potius & condentium: vel res prauas volentium atq; imperantium.

E

NON VVLTVS INST. TYR.] non præſens tyrannus imperans quippiam minus rectum. hæc ad tyrannidem pertinent.

MENTE QVATIT SOLIDA] de ſententia demouet, aut deturbat, id eſt, non habet eam vim, vt eum ſententiam mutare cogat.

NEQVE AVST. DVX INQV. TVRB. ADR. etiam ſuprà Notum, id eſt, Auſtrum, arbitrum Adriæ dixit, Ode 3. lib. 1.

NEC FVLMINANTIS] nec Iouis fulmina. ſic rubentem dexteram dixit ſup. lib. 1. Od. 2. Hoc igitur dicit: non populus ira incenſus, non tyrannus præſens, & vrgens, vt aliquid faciat minus rectum: non venti, non fulmen, virum iuſtum ac ſapientem, atque in ſententia permanentem, commouent, neque conturbant, neque inducunt, vt à propoſito, ſuſceptóque conſilio deſciſcat.

SI FRACT. ILLAB. ORB.] denique ſi cælum ruat, non terrebitur ruinis. Non defuerunt, qui cælum ex lapidibus conſtare, atque aliquando collapſurum dicerent: quorum princeps fuit Anaxagoras: de quo vide apud Diogenem Laër.

F

HAC ARTE] his artibus, id eſt, his virtutibus, vel his viis ac rationibus, iuſtitia ſcilicet, propoſiti conſtantia dicit Pollucem, Herculem, Bachum, Romulum ex mortalibus immortaleis eſſe factos. Congruunt cum his ea, quæ ſcribit Pauſan. Arcadicis, primos illos homines propter iuſtitiam & pietatem dignos eſſe habitos, à quibus Dij immortales hoſpitio acciperentur, & quorum menſis accumberent. Atque fiebat (inquit) vt & bonis rectè factorum præmium ſtatim perſoluerent, & de improbis ac ſceleratis pœnas ſumerent. Nam & Dij fiebant ex hominibus: qui etiam ad hunc diem diuinis honoribus afficiuntur, vt Ariſteus Cyrenes, & Liber Semeles, & Hercules Alcmenæ, & Amphiaraus Oïclei, deniq; Pollux & Caſtor Clytemneſtræ filij: contrà credibile eſt Lycaonem feram eſſe factum, & Nioben in ſaxum verſam propter impietatem.

mea

Digitized by Google

A mea autem ætate (latè enim patebat hoc tempore improbitas, atque orbem terrarum, vrbeisq; omneis occuparat) nemo Deus ex homine effectus est, nisi si qui verborum ornamentis, & orationis amplificatione, & assentatorum artificio, in Deorum numerum ascripti sunt. Hæc Pausan. vt quidem vertimus. Catullus quoque in Carmine illo pulcherrimo de Pelei & Thet. nupt. deos immortaleis olim cum hominibus versatos & congressos esse fatetur his verbis: *Præsentes namque antè domos inuisere castas Sæpius, & sese mortali ostendere cœtu Calicola, nondum spreta pietate, solebant. Sæpe pater diuûm fulgentia templa reuisens, Annua cum festis venissent sacra diebus, Conspexit terra Cretum procurrere currus, &c.* Ne illa quidem, quæ scribit Themist. iunior, Euphrades ab eloquentia cognomento dictus, ab his aliena sunt, his verbis: δίκαια μὲν δὴ καὶ οἱ πάλαι ἔπραξαν ἄνθρωποι ἐφ' ἡρακλεῖ τῷ διὸς καὶ Ἀλκμήνης, ἀποθεώσαντες τε αὐτὸν, καὶ ἱερὰ ἴδια κατασκευάσαντες, καὶ θυσίας θύοντες ὑ μόνον ὅσας ἥρωι θύειν καλὸν ἦν, ἀλλὰ ὅσας δαίμονι ἥδη, ἀλλὰ καὶ ὅσας θεῷ: ὅτι Ἡρακλῆς παράδειγμα ἐγένετο ἀρετῆς, καὶ πλὴν γλῶ ἅπασαν ὑληφοιτήσας πυράννων τε ὠμότητα καὶ θηρίων ἐκάθηρεν ἀλλοκότων: &c.

B id est, *Iustè autem fecerunt etiam veteres in eo, quod Herculem Iouis & Alcmenæ filium in numerum deorum retulerunt, eíq; templa propria constituerunt, & sacrificia instituerunt, non ea solum, quæ heroë digna sunt, verum etiam quæ iam deo, quòniam Herculeis specimen & exemplum virtutis fuit, & totam terram à se peragratam, tyrannorum crudelitate, & ferarum ac monstrorum immanitate purgauit, ac liberauit.* Sic M. Tullius lib. 3. de Offic. *Itémque magis est secundum naturam pro omnibus gentibus (si fieri possit) conseruandis, aut iuuandis maximos labores, molestiásq; suscipere, imitantem Herculem illum, quem hominum fama beneficiorum memor in consilio cælestium collocauit, quàm viuere in solitudine, &c.* Strabo autem lib. Georg. primo ostendens, veteres longius ac latius nauigasse, plureisq; terrarum regiones pedibus peragrasse, quàm posteriores, scribit, Castorem & Pollucem, iccircò maris procuratores ac tutores quosdam, nauigantiúmque

C seruatores ac liberatores esse dictos, quòd longissimè, latissiméque nauigarint, & mari longinquo ac remoto bella gesserint: Bacchum verò, Herculem, Theseum, Pirithoum, propter eandem causam ad inferos descendisse creditos. De Castore & Polluce plura diximus sup. ad Od. 12. lib. 1.

VAGVS HERCVLES] vagus, qui multa maria, multásque & longinquas terras peragrauit, πολύπλαγκτος: quam de Hercule famam confirmat & Pindarus ἰσθμ. εἰδ. δ. ὃς ὕλυμπόνδ' ἔβη. γαίας τε πάσας, καὶ βαθυκρήμνου πολιᾶς ἁλὸς ἐξευρὼν θέναρ, ναυπλίαισί τε πορθμὸν ἀμερώσας· νῶϊ δὲ παρ' Λἰγιόλῳ κάλλιστον ὅλεσσεν ἀμφέπων ναίει, πέτραί τε θεὸς ἀθανάτων φίλος, ἦβαν τ' ὀπυίει χρυσέων οἴκων ἄναξ, καὶ χαμβρὸς ἥρας. id est, qui in Olympum ascendit, cùm terras omneis, cúmq; maris & profundi altitudinem reperisset, & nauigationibus fretum mansuetum reddidisset. nunc autem apud Iouem vita beatissima perfruens habitat, atque à diis immortalibus in honore habetur, & amatur: Tùm Heben, seu Iuuentatem habet in matrimonio, ædiumque aurearum dominus est, & Iunonis gener. sic Horat. de Romulo, Baccho, Castore, & Polluce, Hercule, epist. ad Augustum lib. 2. *Romulus, & Liber pater, & cum Castore Pollux Post ingentia facta, deorum in templa recepti.* & Ode 8. lib. 4. *sic Iouis interest Optatis epulis impiger Hercules: Clarum Tyndaridæ Sidus ab infimis, &c.* Virg. lib. 6. Æneid. *nec tantum Alcides telluris obiuit, &c.*

INNIXVS] quidam libri veteres, & ij sanè non pauci habent, *innisus*: nonnulli *enisus*.

RECVMBENS] immo accumbens potius, nam recumbere est toto corpore cubare & iacere, vt diximus ad Od. 27. lib. 1.

BIBIT] lib. Iannoct. & vnus Vatic. habent *bibet*: quam scripturam si probabimus, intelligemus, hoc dici ab Horatio, Augustum post mortem, in deorum numerum ascriptum iri. Sin, vt est in ceteris libris & manuscrip. & vulg. *bibit*, legemus: vel dicendum erit hanc Odam Augusto mortuo scriptam esse: quod mihi quidem non est verisimile: vel eò confugiendum, vt dicamus, significari ab Horatio, Augusto viuo, & videnti tribui diuinos honores: eúmq; deum præsentem haberi: quod Palleratio placebat. sic epist. ad August. *Præsenti tibi maturos largimur honores: Iurandásq; tuum per nomen ponimus aras.* & Oda 5. huius lib. *præsens diuus habebitur Augustus, &c.*

HAC TE MERENTEM] hac te arte merentem præmium, nempe immortalitatem, & honores Diuinos: vel *merentem* accipe absolutè pro *militantem*: vt sit tralatio à militibus: quos merere dicimus.

TVÆ VEXERE TIGRES] iccircò Bacchi currum tigres trahere finguntur, quia nullum est tam ferum, neque tam immane ingenium, quin vino mansuescere, & cicurari possit: vt Od. 21. huius libri. *Tu lene tormentum ingenio admoues Plerúmq; duro: &c.* adiunguntur & lynces, quæ significant varias, & multum dissimileis inter se hominum naturas, ac menteis vino aperiri: immò fortasse vnius & eiusdem hominis ingenium varium, multiplex, subdolum vino domitum, simplicissimum, & verissimum fieri. Propert. lib. 3. *Lyncibus in cælum vecta Ariadna tuis.* eadem ratione iunguntur & Pardi.

MARTIS EQVIS] id est, bellis gerendis, seu F arte militari.

ACHERONTA FÛGIT] immortalitatem consecutus est.

GRATVM ELOCVTA CONSILIANTIBVS, &c.] Iunone placata: oratione liberali, & leni à Iunone habita, qua significaret, se præteritas offensiones, atque inimicitias ex animo deponere: Romulum in ordinem ac cœtum Deorum admittere: Romanis in posterum fauturam, aut certè non obstiturã, quominus imperij sui fineis quàm latissimè, pferant, ac propagent, dummodo ne Troiã. de integro cõdere, & reparare conẽtur.

CONSILIANTIBVS DIVIS] consultantibus, consilium habentibus. Vsus est hoc verbo & epist. ad Pisones: *Ille bonis faueátq;, & consilietur amicè.* & M. Tull. lib. 15. epist ad Attic. epist. 10. *difficili ad consiliandum legatione.*

ILION,

Digitized by Google

A ILION, ILION] ab hoc loco, Iunonis oratio initium capit. Hæc autem nominis iteratio affectum animi declarat, atque exprimit.

FATALIS, INCEST. QVE IVD. ET MVL. PEREG. V.] Paris & Helena exscidij Troiani causam sustinent. fatalis autem, id est, à fatis datus sic suprà Ode 37. libr. 1. *daret vt catenis Fatale monstrum.*

VERTIT IN PVLVEREM] ἡμάθωσε: quo verbo vsus est Homer. ἰλ. ι. πόλιν δέτε πῦρ ἀμαθώσει. id est, vrbem autem ignis in puluerem & cinerem vertit. Horat. epist. 15. lib. 1. *Quicquid erat nactus prædæ maioris, vbi omne Verterat in fumum, & cinerem.*

EX QVO DESTIT. DEOS MERC.] ab eo tempore, quo Laomedon Deos fraudauit pacta, id est, promissa mercede: seu non persoluit pactam mercedem: & ita fidem fefellit. Nam hæc vis est verbi *destituit.* Sed quos Deos destituit Laomedon? Neptunum, & Appollinem. Hi enim Iouis iussu Laomedonti suas operas mercede locarant, ad muros Troianos exstruendos. At Laomedon perfecto opere, murisq; Troianis ad iustam altiB tudinem perductis, fidem non seruauit, neque pactam mercedem persoluit: quin eos ita fraudatos Troia expulit. qua de re Home. ἰλιάδ. φ. vbi sic Neptunus Apollini: Μέμνησαι, ὄσα δὴ πάθομεν κακὰ Ἰλιον ἀμφὶ, Μύγνοι νῶϊ θεῶν, ὅτ' Ἀγιλώοιο Λαομέδοντι Παρ Διὸς ἐλθόντες θητεύσαμεν εἰς ἐνιαυτὸν Μισθῷ ὃν ἠρήτῳ. Quàquam ex iis, quæ deinceps sequuntur apud Homerum, appâret, solum Neptunum in muris Troianis ducendis operam Laomedonti nauasse: Apollinem autem eius boues custodisse. sic enim Homerus ibidem: Ἦτοι ἐγὼ Τρώεσσι πόλιν, καὶ τεῖχος ἔδμα Εὐρύτε, καὶ μάλα καλὸν, ἵν' ἄρρηκτος πόλις εἴη Φοίβε, σὺ δ' εἰλίποδας ἕλικας βοῦς βικολέεσκες Ἰδης ἐν κνημοῖσι πολυπίδακος ὑληέσσης. id est, Ego quidem Troianis vrbem, & murum struxi, latum, & præclarum, vt vrbs nulla vi frangi posset. Tu verò Phœbe, boues pascebas in collibus Idæ. Verùm Pindarus ὀλυμπ. εἰδ. ν. vtrumque, Apollinem (inquam) & Neptunum, Laomedonti operas locasse ad murorum Troianorum exstructionem, narrat: Æacum etiam adhibuisse sibi socium & adiutorem. sic Pind.
C Τὸν (Æacum) ὁ Λαπῆς, εὐρυμέδων τε Ποσειδᾶν Ἰλίῳ μέλλοντες ὀλὴ σίφανον πῦξαι, καλέσαντο σωτῆρὸν τείχεος. Hac pœna autem eos affecerat Iupit. propterea, quòd cum Iunone conspirauerant ad illum è cælo, regnóque deturbandum, vt ait Hom. ἰλ. α. ὅτοτε μιν ξωνδῆσαι ὀλύμπιοι ἤθελον ἄλλοι, Ἥρη τ', ἠδὲ Ποσειδάων, καὶ Φοίβος Ἀπόλλων. sic enim legendum in secundo versu: non Παλλὰς Ἀθλώνη, vt habent codices vulgati. Horatius quoque ipse Pindarum secutus, Apollinem vnà cum Neptuno muros Troianos exstruxisse significat inf. hac eadem Ode. *Ter si resurgat murus aëneus Auctore Phœbo.* & Eurip. in Oreste, pergama, Apollinea vocat: ξεστῶν περγάμων Ἀπολλωνίων Ἐριννυῶ ὀλοσπόρι. aliter Catullus in carmine de nuptiis Pelei & Thet. *Vrbis Dardaniæ Neptunia solvere vincla.* & Virg. Æn. 5. *cuperem cum vertere ab imo Structa meis manibus periuræ mœnia Troiæ.* & 2. *Neptunia Troia.*

MIHI, CASTÆQVE DAMN. MIN.] Iuno & Minerua Troianos implacabili odio persequebantur. Itaque apud Virg. Æn. 2. partim hostes arcessunt, partim ipsæ vrbem incendunt. & apud Homer. Menelao fauent. Hom. ἰλ. δ. Δοιαὶ μὲν Μενελάῳ ἀρηγόνες εἰσὶ θεάων· Ἥρη τ' Ἀργείη, καὶ ἀλαλκομενὶς Ἀθήνη. Ac Iunonis quidē in Priamū odiū declarāt ea, quę loquitur Iupit. eod. lib. Δαιμονίη· Τί νύ σε Πρίαμος, Πριάμοιό τε παῖδες Τόσσα κακὰ ῥέζουσιν, ὅτ' ἀασπερχὲς μενεαίνεις Ἰλίῳ ἐξαλαπάξαι εὐτειχέμενον πτολίεθρον? Εἰ δὲ σύγ' εἰσελθοῦσα πύλας, καὶ τείχεα μακρὰ, Ὠμὸν βεβρώκοις Πρίαμον, Πριάμοιό τε παῖδας, Ἄλλους τε Τρῶας· τότε κεν χόλον ἐξακέσαιο. quorum versuum hæc ferè sententia est. Infelix, quid in te tantum Priamus, & Priami filij commeruerunt, quare perpetuò vrbē Troiam euertere studeas? At si tu Troiam ingressa Priamum crudum, & eius filios, aliósque Troianos deuorares, tum iram tuam expleres ac sedares. Rursus Palladis in Græcos studium ex illo loco intelligi potest, ἰλ. ε. ἐπεὶ ἴδε παλλὰς Ἀθήνη Οἰχομένων· ἡ γὰρ ῥα πέλεν Δαναοῖσιν ἀρήγων. id est, postquàm Mineruam discedentem vidit. hæc enim Græcis auxiliabatur,

DVCE FRAVDVLENTO] Laomedonte, qui fraudauit Apollinem & Neptunum mercede promissa. E

HECTOREIS OPIBVS] huc pertinet locus ille Od. 4. lib. 2. *& ademtus Hector tradidit fessis leniora tolli Pergama Graiis,* ad quem annotauimus pauca quædam ex Hom. quæ ad eandem rem pertinere videbantur.

FAMOSVS] semper hoc nomen in vitio locum habet: vt Od. 15. huius libri, *Tandem nequitiæ fige modum tuæ, Famosisq; laboribus.* Sat. 4. lib. 1. *sicarius, aut alioqui Famosus.* Saty. 1. lib. 2. *Famosisq; Lupo cooperto versibus.* & de art. poët. *famosæ mortis amorem.* & Saty. 7. lib. 2. *Dimittit neque famosum, neque sollicitum, ne Ditior, aut forma melioris mœchat eôdem.*

HOSPES] sic contrà sup. Od. 15. lib. 1. Helenam Paridis hospitam dixit.

NOSTRISQVE DVCT. SEDITION.] notum est ex Hom. ἰλ. υ. Deos inter se dissidenteis alios Troianis, alios Græcis fauisse, & consuluisse: Apollinem, Martem, Dianam, Latonam, Xanthum Troianis: Neptunum, Mineruam, Iunonē, F Mercurium, Vulcanum Græcis. quæ de re sic Homer. Ἦτοι μὲν γὰρ ἔναιτο Ποσειδάωνος ἄνακτος Ἐξαῦτ' Ἀπόλλων Φοῖβος ἔχων ἰὰ πηρόεντα, &c. *ductum* autem idem, quod productum sit. sic M. Tull. lib. 7. epist. *Suadere institui, vt bellum duceret.* Idem Offic. 3. *C. Marius Q. Metellum criminatus est apud populum Ro. bellum illum producere:* vbi libri aliquot veteres habent, *ducere.* idem valet *bellum trahere.* Cicero ad Atticum lib. 10. epist. cuius init. *Et res ipsa monebat, &c.*

RECEDIT] compositum, & sedatum est.

PROTINVS ET GR.] & protinus, id. est, porrotenus, deinceps.

INVISVM NEPOTEM] Romulum. suprà Ode 2. lib. 1. *Siue neglectum genus, & nepotes Respicis auctor.*

TROICA] Ilia, vt Ode 8. lib. 4. *Quid foret Ilia, Mauortísque puer.*

MARTI

Digitized by Google

A MARTI REDONABO] condonabo, & remittam, vel etiam restituam, vt Od. 7. lib. 2. *Quis te redonauit Quiritem Diis patriis, Italóque cœlo?*

LVCIDAS INIRE SEDES] in cælum ascendere. Lucidas autem sedes, quas Homerus dicit δώματα αἰγλήεντα, seu ἀστερόεντα.

DVCERE] haurire, vt Od. 12. lib. 4. *Sed pressũ Calibus ducere Liberum Sigestis, &c.* ducere autem nectaris succos, idem valet, quod *lucidas inire sedes*, & item illud, quod sequitur, *ascribi quietis Ordinibus deorum.*

DVM] dummodò, modò vt.

SÆVIAT] χαλεπαίνῃ, æstuet. tralatio est ab animatis. Ordo & sententia horum verborum est, dum longus pontus, seu longum mare interiectũ sit inter Troiam & Romam: quibuslibet in terris regnãto Troiani exsules, & patria profugi, regnanto, inquam, beati ac fortunati.

DVM PRIAMI] dummodò Troia ita deserta & inculta sit, vt in ea & armenta pascere, & feræ suos catulos occultare possint.

INSVLTET] ἐνθρώσκῃ. hoc enim verbo vtitur Eurip. in Electra, quo loco ait Ægistum Agamemnonis busto insultare.

B TRIVMPHATIS] per triumphum ductis. sic Virg. Georg. 3. *Bisque triumphatas vtroque ab litore gentes.* vide annot. ad Od. 6. lib. 2.

HORRENDA LATE NOMEN] Roma exteris gentibus horribilis, longè, latéque potentiæ suæ famam & gloriam porrigat ac proferat.

QVÀ MEDIVS LIQVOR] qua parte fretum interiectum diuidit Europam ab Africa. est autem fretum illud Gaditanum: de quo sic M. Tull. lib. 3. de nat. deorum, *Quid freto Siculiensi, Quid Oceani feruore illis in locis constantius, Europam, Lybiámque rapax vbi diuidit vnda?*

QVA TVM. RIG. ARVA NILVS] Ægyptum significat. M. Tull. lib. de nat. deor. 2. *AEgyptum Nilus irrigat, & cum tota æstate obrutam, oppletámque tenuerit, tum recedit, mollitósq;, & oblimatos agros ad serendum relinquit:* Δυσνόσ. Ἀλεξ. Οὐ γάρ τις ποταμῶν ἐναλίγκιος ἔπλετο νείλῳ Οὔτ' ἰλυὸ βαλέειν, ὅτε χθονὸς ὄλβον ἀέξειν. C id est, Non enim vllus fluuius Nilo similis est neque in adijciendo limo neq; in augenda terræ fertilitate. Seruius ad illum Virg. locum, *Et viridem AEgyptum nigra fecundat arena*, Georgicorum quarto, hæc, quæ sequuntur, ascribit. nouum enim limum semper trahit, qui efficit fæcunditatem. vnde & Nilus dictus est, quasi νέαν ἰλυὸ trahens, id est, nouum limum. Herod. lib. 2. Nilum ἐργατικὸν appellat, id est, propemodum, aratorem, aut agricultorem. Pomponius Mela, *Non pererrat autem tantum AEgyptum, sed æstiuo sidere exundans etiam irrigat, adeo efficacibus aquis ad generandum, alendúmque, vt præter id, quòd scatet piscibus, quòd hippopotamos, crocodilósq;, vastas belluas gignit, glebis etiam infundat animas, ex ipsãq; humo vitalia effingat*

AVRVM IRREPERTVM ET SIC, &c.] Ordo verborum hìc, & hæc sententia est. Roma nomen suum in omneis oras terrarum proferat, Roma (inquam) fortior ad aurum spernendum, nondum repertum, id est, nondum ex auri fodinis effossum, aut etutum; & sic melius situm, quamdiu est in terræ latebris retrusum: quàm ad vtendum aut profundendum. Piget ascribere hoc loco, quæ de malis ab auro in hominum vitam illatis, scriptores litteris & memoriæ prodiderunt. Athen. lib. 6. scribit, apud veteres illos Græcos aurum vsque adeò rarum fuisse, vt Anaximenes Lampsacenus scriptum reliquerit, monile illud aureum, quo accepto Eriphyla salutem viri sui prodidit, nullam aliam ob causam tam celebre fuisse, quàm propter auri illo tempore pænuriam. ad Romanos autem multis post Romam condita m seculis auri studium irrepsisse. diúque anteà à principibus reip. aurum spretum & contemtum esse: paupertatem verò maiori laudi, quàm diuitias fuisse, testimonio sunt Fabricij, Curij, Coruncanij, Luscinij, Acidini, Calatini, Pisones Frugi, homines, (vt ait M. Tull.) non solùm honoribus populi, rebúsque gestis, verumetiam patientia paupertatis ornati. Pindarus ὐδ. θ. Νεμ. Siculos laudans, ait apud eos esse nonnullos, qui & equorum studio ducantur, & pecuniam spernere, eíq; imperare possint. Εντὶ φιλιππαὶ τ' αὐτόθι, καὶ κπαίνων ψυχὰς ἔχοντες κρέσσονας ἄνδρες. huc pertinet illud, quod est Od. 9. lib. 4. *Non possidentem multa vocaueris Recte beatum, rectius occupat Nomen beati, qui deorum Muneribus sapienter vti, Durámque callet pauperiem pati, &c.* E

COGERE HVMANOS IN VSVS] conferre ad res necessarias ac voluptarias.

QVICVMQVE MVNDI TERMINVS OBST.] secutus sum aliquot libros manuscr. qui habent, *Quicumque mundi term. obst.* cum vulgati habeant *mundo.*

HVNC TANGAT ARMIS] tangat, ἐλάπωσις, seu μείωσις, quam Latini extenuationem appellant pro, perrumpat ac perfringat. vel tangere armis dictum pro eo, quod est, arma vsque eò inferre. sic ferè loquitur infrà Od. 26. *sublimi flagello Tange Cloën semel arrogantem.* Lucret. lib. 1. de nat. diuina, *Ipsa suis pollens opibus, nihil indiga nostri, Nec bene promeritis capitur, nec tangitur ira.* aliter Od. 20. lib. 2. *& recedentis, trilingui Ore pedes, tetigitque crura.* Ad hunc locum pertinet illud Ciceronis de L. Crasso, oratione in Pisonem, *L. Crassus, homo sapientissimus nostræ ciuitatis, spiculis propè scru* F *tatus est Alpeis, vt, vbi hostis non erat, ibi triumphi causam aliquam quæreret.*

VISERE GEST. QVA PARTE DEBACCH. IGN. QVA NEB. &c] id est, viſere cupiens, qua parte mundus solis ardore torreatur, quà nubibus, & frigoribus immoderatis obrigescat, vt sup. Od. 22. lib. 1.

SED BELL. FAT. QVIR. HAC L. D.] quæ fata? eos belli gloria ceteris gentibus præstituros, imperiique sui fineis latissimè prolaturos.

NIMIVM PII] essent in eo nimium pij, si quòd à Troianis se profectos & oriundos esse sciant, Troiam instaurare, ac reficere conarentur, nimium pij, id est, nimium amantes patriæ, nempe, Troiæ.

ALITE LVGVBRI] malis auibus, malis auspiciis. sup. Od. 15. lib. 1. *mala aui.*

TRISTI

A TRISTI CLADE ITERABITVR] iterum ferro & flammis vastabitur, vt suprà dixi ad Od. 7. lib. 1.

CONIVGE ME IOVIS ET SOR.] Virgil. lib. 1. Æn. *Ast ego, quæ diuûm incedo regina, Iouisq; Et soror, & coniux.*

MVRVS AËNEVS] murus firmissimus ac solidissimus, vt Ode 16. huius lib. *turris aënea.* & epist. 1. lib. 1. *hic murus aeneus esto.*

AVCTORE PHOEBO] quidam testantur scriptũ esse in antiquo codice nescio quo, *Ductore Phœbo.* Ego cùm libris nouem manu scriptis perantiquis olim in Italia vsus sim, & in Gallia posteà præterea quinque aliis, in nullo eam scripturam reperi, sed vulgatam, & receptam. Neq; verò hanc puto altera deteriorem esse, præsertim cùm ita locutus sit Virg. Georg. 3. *& Troiæ Cinthius auctor.* Iam quòd aiunt Latinis vsitatum esse *ducere muros*, vt & Horatio nostro infrà Ode 6. lib. 4. *potiore ductos Alite muros*, & Græcis ἐλαύνειν τεῖχος: non continuò mihi probant, hunc locum esse corruptum, & *ductore*, pro *auctore* esse reponendum. Vtatur tamen suo quisque iudicio; si
B quis malet legi *ductore Phœbo*, contendere cum peruicacibus non est meum.

VICTRICES] vtitur hoc nomine epist. ad Iul. Florum lib. 1. paullo aliter, *Prima feres edera victricis præmia.*

TER PER EAT M. EXSCISS. ARG. TER VXOR] ex iis, quæ vrbis expugnationem consequuntur, vrbem expugnatam & captam vult intelligi. Libet autem mihi hoc loco vrbis captæ imaginem à duobus bonis auctoribus, altero omnium poëtarum principe Hom. altero claro oratore Æschine depictam proponere. Apud Hom. igitur ιλ. ι. vxor Meleagri Cleopatra, virum suum orans ne Calydoniorum vrbem à Pleuronijs capi, atque euerti sinat, sic loquitur: Καὶ τότε δὴ μελέαχρον ἐΰζωνος παράκοιτις Λίσσετ' ὀδυρομένη, καὶ οἱ κατέλεξεν ἅπαντα Κήδε', ὅσ' ἀνθρώποισι πέλει, τῶν ἄστυ ἁλῶσιν, Ἄνδρας μὲν κτείνωσι, πόλιν δέ τε πῦρ ἀμαθύνῃ: Τέκνα δέτ' ἄλλοι ἄγωσι, βαθυζώνους τε γυναῖκας. Τοῦ δ' ὠρίνετο θυμὸς ἀκούοντος κακὰ ἔργα. quorum versuum hæc ferè sententia est. Tunc igitur Meleagrum vxor Cleo-
C patra supplex lamentabili voce orabat, eique mala omnia enumerabat, quæ iis accidunt, quorum vrbs capta sit. Hostes viros capiunt, vrbis ædificia incendio vastant, atque in cinerem vertunt: liberos & mulieres alij in seruitutem abducunt. Eius autem animus commotus est, vbi hæc atrocia facinora audisset. Æschines autem in orat. κ̓Κτησιφῶντ. hoc modo de Thebis ab Alexandro Macedone vi expugnatis ac direptis. Ἀλλ' ἐπιδὴ τοῖς σώμασιν οὐ παρεγένεσθε, ταῖς γε διανοίαις ἐπιβλέψατ' αὐτὰς εἰς τὰς συμφορὰς, καὶ νομίσατε ὁρᾶν ἁλισκομένην τὴν πόλιν, πιπτόντων κατασκαφὰς, ἐμπιμπρήσεις οἰκιῶν, ἀγομένας γυναῖκας, καὶ παῖδας εἰς δουλείαν, πρεσβύτας αὐθρώπους καὶ πρεσβύτιδας γυναῖκας ὀψὲ μεταμανθάνοντας τὴν ἐλευθερίαν, κλαίοντας, ἱκετεύοντας ὑμᾶς, ὀργιζομένους οὐ τοῖς ἡμαρτημένοις, ἀλλὰ τοῖς τότων αἰτίοις. quorum interpretationem, quamquam eam orationem à me in Latinum sermonem conuersam prope diem sum editurus, subscribam tamen. *Verùm quandoquidem corporibus præsto non fuistis, saltem animis adesse,* D *& cogitationibus vestris calamitates eorum contemplamini. Fingite vos videre vrbem capi, muros suffodi, ac funditus euerti, domos incendi, mulieres & pueros in seruitutem abduci, senes, & anus libertatem* / *serò desciscenteis, ploranteis, vobis supplicãteis, prascenteis non iis, qui tam crudeleis ab ipsis pœnas expetiuerunt, sed iis, quorum opera, & culpa in has miserias inciderunt.* Non admodum dissimile est illud ex Cornificio lib. 4. rhetoric. ad Herennium, *O feros animos, ô crudeleis cogitationes. O derelictos ab humanitate homines qui agere ausi sunt, aut qui cogitare potuerunt, quo pacto hostes reuulsis maiorum sepulcris, deiectis mœnibus ouantes irruerent in ciuitatem: quomodo deûm templis spoliatis, optimatibus trucidatis, aliis abreptis in seruitutem, virginibus, matribus familiàs, ingenuis pueris sub hostilem libidinem subiectis, vrbs acerbissimo cóncidat incendio conflagrata.* & illud alterum ex eodem lib. infrà, *Nam neminem vestrûm fugit, Quirites, capta vrbe quæ miseria consequi soleant. arma qui contrà tulerunt, statim crudelissimè trucidantur: ceteri qui possunt per ætatem & vireis laborem ferre, rapiuntur in* E *seruitutem: qui non possunt, vita priuantur. vno denique atque eodem tempore domus hostili flagrant incendio, & quos natura, aut voluntas necessitudine aut beneuolentia coniunxit, distrahuntur: liberi partim à gremiis parentum deripiuntur, partim in sinu ingulantur, partim ante pedes constuprantur: nemo, iudices, est, qui possit satis rem consequi verbis, nec referre oratione magnitudinem calamitatis.* Eodem pertinent ea, quæ Cæsar apud Sall. ait esse ab iis, qui ante se sententias dixerant, de belli sæuitia, disputata his verbis. *Plerique eorum, qui ante me sententias dixerunt, compositè, ac magnificè casum reip. miserati sunt: quæ belli sæuitia esset, quæ victis accideret, enumerauere: rapi virgines, pueros: diuelli liberos à complexu parentum: matres familiarum pati, quæ victoribus collibuissent: fana atque domos spoliari: cædem, incendia fieri: postremò armis, cadaueribus, cruore atque luctu omnia compleri.* Accedat his Cremonæ exscidium apud Cornelium Tacitum lib. 19. *Non dignitas, non ætas protegebat, quo minus* E *stupra cædibus, cædes stupris miscerentur. Grandæuos senes, exacta ætate faminas, vileis ad prædam in ludibrium trahebant. Vbi adulta virgo, aut quis forma conspicuus incidisset, vi manibúsque rapientium diuulsus, ipsos postremò direptores in mutuam perniciem agebat. Dum pecuniam vel grauiâ auro templorum dona sibi quisq; trahunt, motore aliorum vi, truncabantur,* &c. *Exscissus* autem legendum, ab exscindo. qua de re alibi.

NON HÆC IOC. CONVENIENT] sic habent libri fere omnes veteres: pauci quidam vt vulgati, *Non hoc ioc. conueniet,* &c. Nonnulli etiam, *Non hæc iocosa conueniunt lyræ,* &c.

QVO MVSA TENDIS?] sic sup. Od. 1. lib. 2. *Sed ne relictis Musa procax iocis,* &c.

MAGNA MOD. TEN. PARVIS] desine res magnas & graueis carmine humili imminuere quodammodo, atque extenuare. fumus enim tenues: sermones autem deorum, res magnæ atque amplæ sunt. Oda 6. lib. 1. *Nec sæuam Pelopis domum*

Digitized by Google

A *domum* (dicere) *Conamur tenues grandia*: sequitur deinceps ibid. quod cum hoc loco congruit, *dum pud. Imbell. que lyræm. p. v. Laudes egregij Cæsaris, & tuas Culpa deterere ingeni.*

## AD CALLIOPEN. Ode 4.

Se à multis periculis, Musarum ope ereptum fuisse. Male cessisse omnibus, qui aduersum deos aliquid moliri voluerint.

DESCENDE cælo, & dic, age, tibia
Regina, longum, Calliope, melos,
Seu voce nunc mauis acuta,
Seu fidibus, citharáve Phœbi.
Auditis? an me ludit amabilis
Insania? audire, & videor pios
Errare per lucos, amœnæ
B Quos & aquæ subeunt, & auræ.
Me fabulosæ Vulture in Appulo,
Altricis extra limen Apuliæ,
Ludo, fatigatúmque somno,
Fronde noua puerum palumbes
Texere: mirum quod foret omnibus,
Quicumque celsæ nidum Acherontiæ,
Saltúsque Bantinos, & aruum
Pingue tenent humilis Ferenti,
Vt tuto ab atris corpore viperis
Dormirem, & vrsis: vt premerer sacra
Lauróque, collatáque myrto,
Non sine Diis animosus infans.
C Vester, Camœnæ, vester in arduos
Tollor Sabinos: seu mihi frigidum
Præneste, seu Tibur supinum,
Seu liquidæ placuere Baiæ.
Vestris amicum fontibus, & choris,
Non me Philippis versa acies retro,
Deuota non exstinxit arbor,
Nec Sicula Palinurus vnda.
Vtcumque mecum vos eritis: libens
Insanientem nauita Bosporum
Tentabo, & arenteis arenas
Littoris Assyrij viator.
Visam Britannos hospitibus feros,
Et lætum equino sanguine Concanum.
Visam pharetratos Gelonos,
Et Scythicum inuiolatus amnem.
Vos Cæsarem altum, militia simul
Fessas cohorteis abdidit oppidis:
Finire quærentem labores
Pierio recreatis antro.
Vos lene consilium & datis, & dato
Gaudetis almæ. scimus, vt impios
Titanas, immanémque turmam
Fulmine sustulerit caduco
Qui terram inertem, qui mare temperat
Ventosum, & vrbeis, regnáque tristia:
Diuósque, mortaleísque turbas
Imperio regit vnus æquo.
Magnum illa terrorem intulerat Ioui
Fidens, iuuentus horrida, brachiis:
Fratrésque tendentes opaco
Pelion imposuisse Olympo.
Sed quid Typhœus, & validus Mimas
Aut quid minaci Porphyrion statu.
Quid Rhœcus, euulsíq; truncis
Enceladus iaculator audax,
Contra sonantem Palladis Ægida
Possent ruentes? hinc auidus stetit
Vulcanus: hinc matrona Iuno, &
Numquam humeris positurus arcum,
Qui rore puro Castaliæ lauit
Crineis solutos: qui Lyciæ tenet
Dumeta, natalémque siluam,
Delius, & Patareus Apollo.
Vis consilî expers mole ruit sua:
Vim temperatam Dijquoq; prouehunt
In maius: iidem odere vireis
Omne nefàs animo mouentes.
Testis mearum centimanus Gyas
Sententiarum notus, & integræ
Tentator Orion Dianæ
Virginea domitus sagitta.
Iniecta monstris terra dolet suis:
Mærétque partus fulmine luridum
Missos ad Orcum: nec perédit
Impositam celer ignis Ætnam:
Incontinentis nec Tityi iecur

A *Relinquit ales, nequitiæ additus*
*Custos amatorem trecentæ*
*Pirithoum cohibent catenæ.*

DESCENDE CÆLO, ET] habent enim etiam Musæ suam in cælo sedem, vt Iouis filiæ. Itaq; dicuntur ab Homero & aliis poëtis etiam ὀλυμπιάδες, non solùm Pierides, aut Heliconiades, aut Lebethrides, &c. Et lib. α. ιλ. Apollini cithara canenti, voce respondent. Μουσάων δ', αἱ ἄειδον ἀμειβόμεναι ὀπὶ καλῇ. Rectè igitur Ennius. *Musæ quæ pedibus magnum pulsatis Olympum.* Videtur autem Alcmanem exprimere, aut certè adumbrare voluisse: cuius extant hi versus apud Hephæstionem, Μῶσ', ἄγε Καλλιόπα, θύγατερ Διὸς, Ἀρχ' ἐράτων ἐπέων. ὀπὶ δ' ἵμερον Ὑμεῖν καὶ χαρίεντα πάθη χορόν: id est, O musa, Calliopa, Iouis filia, age, incipe versus amabileis. Optabilem autem hymno, & lepidum chorum adijcè.

AVDITIS?] è sodalibus suis quærit audiántne Calliopen canentem, quam paullo antè è cœlo deuocarat, quasi ipsè, vt pote poëta, eius cantum
B exaudiat: an insaniat, & erret. Errant autem, atq; adeò desipiunt qui putant Horatium etiam hîc verba facere cum Calliope, & ex ea quærere num vocem suam audiat: vti autem verbo numeri multitudinis, quia Calliope sit musarum regina: vt Virg. *Vos ô Calliope, &c.* Cur igitur Horatius non dixit *Descendite?* Præterea ineptissima futura sententia est, si hæc verba ad Calliopen, & musas referantur.

AN ME LVDIT AMAB. INSAN.] an me fallit, ac decipit insania optabilis, nempe poëtica? de qua sic Plato in Phædro, τρίτη δὲ ἡ ἀπὸ μουσῶν κατοχὴ, καὶ μανία λαβοῦσα ἁπαλὴν, καὶ ἄβατον ψυχὴν ἐγείρασα, καὶ ἐκβακχεύσασα κατὰ τ' ᾠδὰς, καὶ κατὰ τἄλλα ποιήσει, μυρία τῶν παλαιῶν ἔργα κοσμοῦσα, τοὺς ἐπιγιγνομένους παιδεύει. ὃς δ' ἂν ἄνευ μανίας μουσῶν ἐπὶ ποιητικὰς θύρας ἀφίκηται πεισθεὶς, ὡς ἄρα ἐκ τέχνης ἱκανὸς ποιητὴς ἐσόμενος, ἀτελὴς αὐτὸς καὶ ἡ ποίησις ὑπὸ τῆς τῶν μαινομένων ἡ τῶ σωφρονοῦντος ἠφανίσθη. id est, Tertia autē mētis concitatio & insania, quæ à musis proficiscitur, nacta animum tenerum, & recentem, nondúmque vllo quasi fuco
C tinctum, eúmque excitans, & Bacchico quodam furore afficiens, cantibus & hymnis, & cetera poëtsi innumerabilia antiquorum facta exornans, posteros instituit. Qui verò sine Musarum furore ad poëticas fores adierit, sibi persuadens, se arte bonum & probabilem poëtam euasurum, & is ipse, & eius sapientis & sani scripta imperfecta ab operibus furentium obscurantur. Sed plura hac de re alibi. vel simpliciter insaniam accipe, id est, *mania*, qualis erat illius, qui se putabat *miros audire tragœdos: In vacuo lætus sessor, plausórq; theatro.* epist. 2. lib. 2.

ET PIOS ERR. P. L.] pios, id est, in quibus dijversantur: vel qui à diis incoluntur: vel quos violare impium & nefas est.

AMOENÆ QVOS ET AQ. SVB.] in quibus & auræ gratæ spirant: & aquæ iucundæ è fontibus manant. *amœnæ*, id est, quasi ad se amandum seu ad se amandas allicientes. Festus.

ME FABVLOSÆ, &c.] hæc sunt ita coniungenda, & hoc ordine collocanda, mea quidem D
sententia. fabulosæ palumbes me puerum fronde noua texere: non vt alij, extra limen Apuliæ, altricis fabulosæ. Iam cur palumbeis fabulosas dicat, si quis ex me quærat, responderem, eadem ratione dici fabulosas palumbeis, qua ratione *fabulosus Hydaspes* appellatur, & *fabula manes.* nempe quia de iis multa fabulantur poëtæ. Veneri autem sacræ, & dicatæ sunt columbæ. Virg. Æn. 6. *Vix ea fatus erat, gemina cum fortè columbæ Ipsa sub ora viri cœlo venere volantes: Et viridi sedêre solo: tum maximus heros Maternas agnoscit aueis, lætúsque precatur, Este duces, &c.* Tùm Veneris currum trahere dicuntur, vt & passeres, propter incredibilem in eis innaram libidinem, ac salacitatem. Pherecrates ὦ πιπάλη. Ἀλλ' ὦ ταθειρίδιον ὅμοιον Καλλιθέᾳ, πίτυ· κόμισον δέ μ' ἐς κύθηρα, καὶ κύπρον. id est, At ô columbula Callistheni similis, vola: deferto me in Cythera & Cyprum. Quamobrem verò se dicat lauro, & myrto à palumbis esse tectum, ne obscura quidem causa est. Primùm enim laurus, quæ Apol. est, significabat, eum poëtā futurū: deinde myrtus, quæ Veneris, res amatorias, & (vt ait ipse) E
prœlia virginum, & iuuenum curas cantaturum.

ALTRICIS] id est, nutricis. codex quidem Raïnutij. Card. habet, *nutricis*: cùm quo & alij duo congruunt. ego nihil muto. M. Tull. in Timæo. *Iam verò terram altricem nostram, quæ traiecto axe sustinetur, diei, noctisque effectricem, &c.*

VOLTVRE IN APPVLO.] monte Apuliæ. falluntur qui hîc legi volunt, *littore in Appulo*, libris omnibus reclamantibus, nulla ratione suffragante.

LVDO, FATIG. QVE SOMNO.] ludo fatigatum, somno oppressum. Saty. 2. lib. 2. *equóne Lassus ab indomito: vel si Romana fatigat Militia, assuetum græcari.*

FRONDE NOVA] id est, recenti, & viridi. aliter dixit Virg. lib. 2. Georg. *Miratúrque nouas frondeis, & non sua poma.*

QVICVNQVE CELSÆ NID. ACHERONT.] nidum Acherontiæ ideò dixit, quia Acherontia sita erat in monte. erat autem oppid. F
in Lucania. sic M. Tull. Ithacam, *nidulum* appellat lib. 1. de orat. his verbis. *tanta vis patriæ est, vt Ithacam illam in asperrimis saxulis, tanquam nidulum, affixam, sapientissimus vir immortalitati anteponeret.* epist. ad Fuscum Arist. lib. 1. per nidum, domum propriam significat. *Tu nidum seruas: ego laudo ruris amœni riuos, &c.* sic Hesi. ἔργ. καὶ ἡμ. Οὐκ ἀεὶ θέρος ἐσσιτεῦ· ποιεῖτε καλιάς, ductum ab auibus.

SALTV'SQVE BANTINOS] sic esse legendum, & veteres codices peruincunt, & Plinius confirmat lib. 3. cap. XI.

HVMILIS FERENTI] in valle positi. vnde dicti Ferentani, seu Frentani potius. Plinius eod. lib. eod. cap.

VT] mirum vt: mirum quo pacto.

SACRA.] Apollini sacra, Od. 30. huius lib. *Delphica lauro.* & Od. 3. lib. 4. *Deliis Ornatum foliis ducem.* sunt autem hæ frondes, laurus, oliua, myrtus, felices: & ita solent appellari.

COLLA.

Digitized by Google

A COLLATA] congesta, comportata. epistol. de arte poëtica, *Vndique collatis membris.*

NON SINE DIIS] non sine diuino numine, σὺν θεῷ· οὐκ ἀθεεί. quo vtitur Theocr. Europa. Οὐκ ἀθεεὶ γὰρ ταῦτα διέρχομαι ὑγρὰ κέλευθα. id est, non sine deo has transeo humidas vias. Sallust. *vt tanta repente mutatio non sine Deo videretur.*

ANIMOSVS INFANS] qui non terrerer neque ab vrsis, neque à viperis.

VESTER, CAMOENÆ] siue me contulero in Sabinos, siue Prænestę, siue Tibur, siue Baias, vester sum: vbicumque fuero, vester sum.

TOLLOR] conscendo, seu vehor potius.

TIBVR SVPINVM] alibi vdum appellat, vt Od. 29. huius lib. *Ne semper vdum Tibur, & Æsule Decliue contempleris aruum:* & in epist. ad Mæcen. 2. lib. 1. *vacuum. Sed vacuum Tibur placet, aut imbelle Tarentum.*

SEV LIQVIDÆ] epist. 1. lib. 1. *Nullus in orbe locus Baiis prælucet amœnis.* liquidas autem appellat propter aquas calidas.

NON ME PHILIPP. VERSA ACIES] non fusus & versus in fugam Bruti, & Cassij exercitus: quo in prœlio Cassius sua se manu interfecit: deinde & Brutus paucis post diebus. vide Od. 14. lib. 1. & 7. lib. 2. *Tecum Philippos, & celerem fugam Sensi relicta non benè parmula.* & epist. ad Iul. Flor. lib. 2. *Vnde simul primum me dimisere Philippi Decisis humilem pennis, &c.* Erat autem in eo bello Horat. tribunus militum. Saty. 6. lib. 1. *Quòd mihi parêret legio Romana tribuno.* Philippi vrbs in Thracia, seu Thessalia. His autem verbis *versa acies retro,* expressit Græcum nomen παλίωξις. quanquam παλίωξις significat propriè persecutionem & conuersionem, quæ fit ab iis, qui antea fugiebant, qualis describitur ιλ. ξ.

DEVOTA NON EXSTINXIT ARB.] sacra, exsecrabilis, scelerata. Od. 23. huius lib. *Deuota victima.* Od. 16. epod. *deuoti sanguinis ætas.* Od. 14. lib. 4. *Deuota morti pectora liberæ.* Catull. de nupt. Pelei. *deuota periuria.* Prop. lib. 2. eleg. 28. *Andromede monstris fuerat deuota marinis.* Tibullus C lib. 1. eleg. 5. *Tunc me discedens deuotum femina dixit.* de hac arbore vide Od. 17. lib. 2. *Me truncus illapsus cerebro Sustulerat, &c.* & octauam huius. *prope funeratus Arboris ictu.* & totam 13. lib. 2. *Ille & nefasto te posuit die.*

PALINVRVS] promontorium Lucaniæ non longe à Velia, à Palinuro Æneæ gubernatore dictum, circa quod cùm Horatius nauigaret, atque è Macedonia in Italiam rediret, magno in periculo versatus est. Virg. Æn. 6. *Nam tua finitimi longè lateq; per vrbeis Prodigiis acti cælestib⁹ ossa piabũt, &c.*

VTCVMQVE] quandocumque. vide ann. ad Od. 35. lib. 1

INSANIENTEM] æstuosum, impotentem. sic Virg. Mœrid. *Huc ades: insani feriant sine littora fluctus.* suprà Od. vlt. lib. 2. *gementem* appellauit.

TENTABO] suprà Od. 2. huius lib. *negata tentat iter via.*

ARENTEIS ARENAS.] aptissimum epithetum. Lucret. lib. 2. *bibulam lauit aquor arenam* Non dissimulabo tamen, in quibusdã exemplaribus antiq. scriptum esse, *vrenteis:* quam scripturam non minus probo, quàm receptam. D

CONCANVM.] Concani Cantabriæ populi. Concana enim numerat Ptolęmeus in Cantabrię vrbibus, lib. 2. in descriptione Hispaniæ Tarraconensis: & quidem eam primam locat. Quòd autem Horat. Concanos equino sanguine lætos ait: nihil tale neque de Concanis, neque de vniuersis Cantabris vmquam legi: ne ipse quidem Strabo, qui lib. 3. multa de Cantabrorum victu, cultúq3, planè barbaro, agresti, atque immani memoriæ prodidit, quicquam tale commemorauit. At de Bisaltis & Gelon. sic Virg. Georg. 3. *Bisaltæ quo more solent, acérque Gelonus, Cum fugit in Rhodopen, atq; in deserta Getarum: Et lac concretum cum sanguine potat equino.* & item Martialis de Sarmatis: *Venit & epoto Sarmata pastus equo:* de quibus ead. Plinius narrat lib. 18. cap. 10. *Sarmatorum quoq; gentes hac maximè pulte aluntur: & cruda etiam farina equino lacte, vel sanguine è cruris venis admisto.* Vnde existimant quidam, in his Nicolaus Montanus, iuuenis in primis doctus: qui superiores Virgilij versus ad huius Horatiani loci scripturam oppugnandam mihi proferebat: vel Concanum, sicubi terrarum reperitur (de hoc enim dubitabat ille) esse Scythiæ populum, non Cantabriæ: vel hîc, legendum esse *Caucasum.* Cuius E sententiam non sum secutus. Nam primùm Concana, Cantabriæ vrbem esse constat, si Ptolemæo credimus. cuius ciuis, dicitur Concanus. deinde non si Sarmatæ, vel Geloni, & similes Thraciæ populi, sanguine equino vescuntur, continuò sequitur nullas alias esse nationes, quæ simili victu vtantur, Postremò si non esset verum Concanos tali potu vsos esse, neque vlli scriptores hoc tradidissent, tamen Horatij testimonium ad fidem huius rei faciendam satis apud nos valere deberet, vt omittam quod poëtis licet de gentibus longinquis, & barbaris, & immanibus multa ab historicis non testata, aut minus quæsita, pro suo iure confingere, & comminisci. De veritate autem huius scripturæ non est dubitandum, cùm omnes libri & manu scripti, & vulgati sine vlla varietate ita habeant.

VISAM PHARETRATOS GELONOS.] F Virg. Georg. 2. *Et gens illa quidem sumtis haud tarda pharetris.* Idem lib. 3. *Quaq; pharetrata vicinia Persidis vrget.*

ET SCYTHICVM AMNEM.] Tanaïm, de quo Od. 10. huius lib. *Extremum Tanaim si biberes Lyce:* & Od. 29. *Tanaïsque discors.*

INVIOLATVS.] incolumis, saluus.

ALTVM] magnum, egregium, principem.

SIMVL] simul vt, simulatque. vide annot. ad Od. 4. lib. 1. ibi, *quòsimul mearis.*

FESSAS COHORTEIS ABD. OPP.] fessas militia cohorteis abdidit in oppida, propter anni tempus ad bellum gerendum, & ad castra ineptum: in hibernis collocauit. Atque hanc scripturam ita probo, vt tamen illa altera, quæ reperitur in codice Achillis statij, Donati, atque etiam Raïnutij Card. mihi non displiceat: quæ est, *Fessas cohorteis reddidit oppidis.* Iam hanc receptam cod.

A item manuscripti optimæ notæ confirmant: in his duo Vatic. Faër. Vrs. Tornes. Adde complura similia loquendi genera apud bonos scriptores. non longè abiero. M. Tull. pro Arch. poët. *si qui ita se litteris abdiderunt.* & Horat. ipse epist. 1. lib. 1. *latet abditus agro.* Iam in voce *fessas* aliquid inest scrupuli. nam propter verbum, *recreatis*, quod sequitur, videtur legendum, *Fessum*: vt sit hæc sententia, vos Cæsarem altum, fessum militia, simulatque cohorteis in hibernis collocauit, Musarũ studio recreatis, ac reficitis.

PIERIO RECREATIS ANTRO.] reficitis & oblectatis studio litterarum, lectione, & scriptione, & arte poëtica. Per antrum Pierium, musarum recessus, & poëtarum secessum significat.

VOS LENE CONSILIVM] *sili* duæ breues pro vna longa. Nam cùm post spondéum & iambum, vnam syllabam longam lex carminis postularet, duas breueis in locum vnius longæ posuit. *vos lene consili.* sic infrà Od. 6. *Hinc omne principium, huc refer exitum.* Significat, ex studio litterarum consilium & prudentiam manare, quæ plus valent in re militari, quàm vires immanes.

B IMPIOS TITANAS.] qui cum Diis pugnarunt. vide Hesiod. in Theog. M. Tull. de leg. 3. *noster verò Plato Titanum è genere statuit eos, qui, vt illi cælestibus, sic hi aduersentur magistratibus.* Arrepta hinc occasione, incipit ostendere, vireis, & potentiam sine sapientiæ præsidio non admodum prodesse, immo obesse potius.

CADVCO] ita in caput Titanum, & gigantum immisso à Ioue, & contorto, vt è cælo cadere videretur. sic suprà arborem illam, cuius casu pæne oppressus fuerat, lignum nominat *caducum In domini caput.* Od. 13. lib. 2.

INERTEM] id est, immobilem sic sup. Od. 34. lib. 1. *bruta tellus.* alioqui iners meritò dici non possit, quæ tot flores, herbas, fruges, atque arbores ex se pariat, ac profundat.

TEMPERAT] regit, gubernat. annot. ad Od. 8. lib. 1.

VENTOSVM] á ventis concitatum. aliter epist. 8. lib. 1. *Romæ Tibur amem ventosus, Tibure Romam.* & epist. ad Mæcen. tertia lib. 1. *Non ego*
C *ventosæ plebis suffragia conor.* & epist. ad August. *Quem tulit ad scenam ventoso gloria curru, Exanimat lentus spectator, &c.*

REGNA QVE TRISTIA] inferorum sedem. sic Virg. Æn. 4. *alias sub tristia tartara mittit.* Idem lib. 6. *Vt tristeis sine sole domos, loca turbida adires?* Itaque mortuus Achilles apud Hom. ὀδυσσ. λ. dicit se malle apud superos, hoc est, in terris, homini non admodum diuiti mercede conductum seruire, quàm in omneis mortuos regnum obtinere. sic Hom. Βουλοίμην κε παρ' ἀρουρ. ἐων θητευέμεν ἄλλῳ Ανδρὶ παρ' ἀκλήρῳ, ᾧ μὴ βίοτος πολὺς εἴη, Η πᾶσι νεκύεσσι καταφθιμένοισιν ἀνάσσειν.

MORTALEISQVE TVRBAS] corrupti sunt hoc loco omnes vulgati cod. qui habent *turmas.* legendum est enim *turbas*, vt est scriptum in antiquis.

FIDENS IVV. HORR. BR.] sic verba coniunge, iuuentus horrida, fidens brachiis. sic loquitur Hom. ἰλιάδ. μ. ὡς ἄρα τῷ χείρεσσι πεποιθότες, ἠδὲ D βίηφι. id est, sic hi manibus fidentes & viribus. & ita Porphy.

FRATRESQVE TEND. OP. PEL. &c.] Virg. Georg. 1. *Ter sunt conati imponere Pelio Ossam. tendentes*, id est, contendentes, conantes. sic epist. 2. lib. 2. *Tendunt extorquere poëmata.*

SED QVID TYPHOEVS.] Pindarus τυφῶ nominauit, pro eo, quod est τυφῶνα, vel pro τυφόέ à recto τυφώς. quem olim (inquit ille) Cilicium antrum educauit: nunc autem hirsutum eius pectus Cumarum littora, & Sicilia oppressum tenent. Pindari verba sunt hæc: Πινδ. ὕδ. α. τυφὼς ἑκατονταπάραιος, ὃν ποτε κιλίκιον θρέψε πολυώνυμον· αὖτον. νῦν γε μὰν τάιδ' ὑπὲρ κύμας ἁλιερκέες ὄχθαι, σικελιαὶ τ' αὐτῷ πίεζει στέρνα λαχνήεντα. De eodem sic Apoll. lib. secundo Argon. Ενθα τυφάονα φασὶ Διὸς κρονίδαο κεραυνῷ Βλημένον, ὁππότε οἱ τυδαρὰς ἐπορέξατο χεῖρας, Θερμὸν ὑπὸ κραπὸς σάξαι φόνον. id est, hîc Typhonem aiunt Iouis Saturnij fulmine percussum, cùm ei validas manus admouit, calidam à capite manauisse cædem. ad quem locum lege interpretem. Typhoeum igitur, seu Typhonem, Tartari, & Terræ filium in cælo regnare conatum fulmine deturbauit Iupiter. cuius manus fuisse ad res magnas, & arduas conandas expeditas, & pedes numquam defessos, & ex humeris centum draconis capita exstitisse, flammam ex oculis emicuisse, suam cuiusque capitis vocem fuisse, multáque alia portenta de eo scribit Hesiod. in Theogon. his verbis: Οπλότατον τέκε παῖδα τυφωέα χαῖα πελώρη Ταρτάρου ἐν φιλότητι διὰ χρυσῆν Αφροδίτην, Οὔ χεῖρες μὲν ἔασιν ἐτ' ἰσχύι ἔργματ' ἔχουσι, Καὶ πόδες ἀκάματοι κραταιῆ θεοῦ· ἐκ δὲ οἱ ὤμων Ηνεκατὸν κεφαλαὶ ὄφιος κραταιοῖο δράκοντος Γλωσσῆσι δνοφερῆσι λελιχμώτες. E

MIMAS] Mimantem Hesiod. in illa Centaurorũ, & Lapitharum pugna, quam describit in Apside, vnum facit è Centauris.

AVT QVID MIN. PORPHYR. STATV] Porphyrionem boues Herculis abigentem sagittis Apollo confixit. de quo Pind. Pyth. εἰδ. η. quem locum suprà testem produximus ad Od. 14. lib. 2.

RHOECVM] gigantem, vel centaurum. Virg. F
Georg. 2. *Rhœcumque, Pholumque.*

ENCELADVS] de quo Virg. Æn. 3. & 4.

ÆGIDA] clypeum Iouis, quo vtitur & Pallas in prœlio. Hom. ἰλ. ε. Η δὲ χιτῶν' ἐνδύσα Διὸς πρφελληγερέταο, Τεύχεσιν ἐς πόλεμον θωρήσσετο δακρυόεντα. Αμφὶ δ' ἄρ' ὤμοισιν βάλετ' αἰγίδα θυσσανόεσσαν Δεινὴν, ἣν πάντῃ φόβος ἐστεφάνωται: Εν δ' ἔρις, ἐν δ' ἀλκὴ, ἐν δὲ κρυόεσσα ἰωκὴ: id est, Hæc autem (Pallas) tunica induta Iouis nubium coactoris, in prœlium lacrymosum armabatur. humeris autem ægida bullis aut fimbrijs ornatam circumiecit, horribilem, omni ex terrore circumdatam. in ea erat contentio, in ea vires, in ea aspera persecutio, seu horrorem incutiens clamor.

HINC] à partibus Iouis, & Palladis.

MATRONA IVNO] cur matrona? an quia Iouis vxor? an quia matrimoniis præest, ex quo pronuba dicitur? Est autem matronæ nomen honestius, & honorificentius, quàm matrisfamiliâs,

præter

Digitized by Google

A

præter alias differentias, quæ traditæ sunt ab A. Gellio, & Nonio.

AVIDVS] vel pugnæ auidus, vel refer ad ignis naturam celerem, & quodammodo auidam.

ET NVMQVAM HVM. POSI.] Apollo, quem Homerus, & eius exemplo ceteri poëtæ Græci ἑκατηβελέτην, & ἑκηβόλον, id est, longè iaculantem, longéque tela mittentem, nominant. & apud Eurip. in Alcest. sic loquitur ille, σύνηθες ἀεὶ τοῦτ' ἐμοὶ βασάζειν. subaudi, πῆχυ, id est, semper hos arcus gestare soleo.

RORE PVRO] aqua sincera Castalij fontis, quem fontem caballinum Latini, Hippocrenen Græci vocant: neque laboro sit'ne in monte Helicone, an in Parnasso: quamquam Parnassum & Heliconem vnum & eundem montem vult esse Seruius: à quo alij dissentiunt. Castaliam vrbem Ciliciæ numerat Stephanus, à qua alij fontem eiusdem nominis dictum esse volunt: alij in Lycia esse tradiderunt. meum non est hanc controuersiam dijudicare.

LAVIT] præsentis temp. vt sup. Od. 3. lib. 2. *flauus quam Tiberis lauit.*

B CRINEIS SOLVTOS] passos, humeris sparsos, non collectos in nodum, aut religatos. Sic Oda 5. lib. 2. *solutis Crinibus, ambiguoque vultu.*

NATALEMQVE SILV.] in qua natus est: quæ est in Delo insula.

PATAREVS] à Patara, vrbe Lyciæ, vbi edit oracula.

VIS CONSILI EXPERS] videtur ex Pindaro hanc sententiam expressisse. ordo verborum tantùm apud Horat. est immutatus. Pindarus enim priore loco sententiam ponit: deinde exemplа subijcit. sic Pind. Pyth. εἰδ. ν. βία δὲ καί μεγάλαυχον ἔσφαλεν [illegible]φόνῳ, πυφὼς κίλιξ πολυκάρανος ὅ μιν ἄλυξεν. ὑδὲ μὰν βασιλεὺς γιγάντων. δμᾶθεν δὲ κεραυνῷ, πτέρυξι τ' Ἀπόλλωνος, id est, vis etiam eum qui gloriatur se ceteris præstare, percellere solet. Typhoeus Cilix multorum capitum eam non effugit, neque rex gigantum Porphyrio. Nam alter fulmine ictus est, alterum sagittis Apollo confixit. Etiam Nestor apud Hom. ιλιαδ. ψ. docet, omnem ferè præstantiam, atque excellentiam in ratione & consilio potius, quàm in viribus corporis esse positam, omniáque melius consilio, quàm viribus explicari. sic Nestor. Μήτι τοι δρύτομος μέγ' ἀμείνων, ἠὲ βίηφι, Μήτε δ' αὖτε κυβερνήτης ἐνὶ οἴνοπι πόντῳ Νῆα θοὴν ἰθύνει ἐρεχθομένην ἀνέμοισι· Μήτε δ' ἡνίοχος ὠκυπέτῃ ἡνιόχοιο. id est, Consilio & ratione longè præstat lignator, quàm viribus: consilio gubernator nauem regit & gubernat, ventis agitatam: Consilio auriga aurigam superat. sic & Oppianus lib. 5. ἁλιευτ. ait neque ex viribus corporis, neque ex pulchritudine tantùm vtilitatis proficisci, quantum ex consilio, & prudentia: viteisque corporis consilij experteis, esse inutileis, & inaneis. Ὡς ἄτ' ἠνορέης, ἄτ', εἶδος ἔπλετ' ὄνειαρ Τόσσον, ὅσον πραπίδων, ἀλκὴ δὲ ἀνεμώλιος ἄφρων. Καί τι μέγα βριάωντα κατηυσεσεν, ἠδ' ἐσάωσε Βαῖος ἀνὴρ εὔμητις.

VIM TEMPERATAM] consilio & ratione directam.

ANIMO MOVENTEIS.] animo agitanteis, cogitanteis. *mo mo* complosio syllabarum.

D

CENTIMANVS GYAS] aliàs centimanus Gyges, vt Od. 17. lib. 2. sed illa scriptura reiecta hanc sequimur. al. gigas.

INTEGRÆ] castæ: intactæ: virginis.

TENTATOR ORION DIANÆ] vide annot. ad Od. 28. lib. 1. tentatorem autem dixit, vt Græci πειρασὴν τοῦδε τὸ πειρᾶν.

DOMITVS] δαμεὶς, superatus & confossus.

SVIS] ex se natis. sup. Od. 12. lib. 2. *Telluris iuuenes.*

MÆRETQVE PARTVS] suos fœtus interemtos mœrore prosequitur.

LVRIDVM] pallidum. sic Tib. lib. 3. eleg. 3. *Me vocet in vastos amneis, nigrámque paludem Dines in ignaua luridus Orcus aqua.* Lucret. lib. 4. *Lurida præterea fiunt, quæcumque tuentur Arquati.* infrà Od. 13. li. 4. *luridi dentes.* luridum dicitur à lura, quæ significat os culei, vel vtris, vt docet Fest°. significat & vtrem ipsum, seu corium, vnde conficitur, à cuius calore luridum est nominatum. Lucilius. *Verùm illud credo fore. in os prius accipiá ipse, Quam gladium in stomacho, lura, ac pulmonibu' sisto, &c.* proferuntur lib. 4. Tusc. quæst.

NEC PEREDIT, &c.] ne vnquam montium E & terræ onere sibi impositò leuentur: & vt sit pœna impij eorum conatus sempiterna.

ÆTNAM] qua opprimuntur impij gigantes, vt fabulantur poëtæ. Lucretius autem ignium Ætnę causas multis versibus, ijsque pulcherrimis explicat lib. 6.

INCONTIN. NEC TITYI IEC.] iecur libidinis est sedes, vt dicemus ad Oden 1. lib. 4. Tityũ autem iccirco incontinentem appellat, quia Latonæ stuprum inferre conatus est. cuius pœnæ ex Homero, & Virg. & ceteris, notissimæ sunt. Hæc de eo Homerus, ὀδυσσ. λ. Καὶ πυθὼν εἶδον χαίης ἐριηρέος υἱὸν Κείμενον ἐν δαπέδῳ· ὀδ' ἐπ' ἐννέα κεῖτο πέλεθρα· Γῦπε δέ μιν ἑκάτερθε παρημένω ἦπαρ ἔκειρον, Δέρτρον ἐσω δύνοντες· ὁ δ' οὐκ ἀπαμύνετο χερσὶ Λητὼ γὰρ ἤλκησε δίος κυδρὴν παράκοιτιν, &c. id est, & Tityon vidi terræ gloriosissimæ filium, in campo iacentem: ille autem vsq; ad nouẽ terræ iugera porrigebatur: Vultures autem duo vtrinq; assidentes ei iecur tondebãt, pellem penitus subeuntes ac penetrantes: at ille manibus eum repellere nõ poterat. Nam Latonam Iouis amicã venerandam rapuerat. Virg. Æneid. 6. *Nec non & Tityum terræ omniparentis alumnum Cernere erat, per tota nouem cui iugera corpus Porrigitur: rostroq; immanis vultur obunco Immortale iecur tondes, &c.* ad quos versus profert hunc locum Seruius. & Tibull. lib. 1. eleg. 3. *Porrectúsque nouem Tityus per iugera terræ Assiduas atro viscere pascit aues.* hanc autem fabulam de Tityo, & ceteras de Tantalo, & Sisypho, exagitat & refellit Lucret. lib. 3. his versibus, *Nec Tityum volucres ineunt Acheronte iacentem: Nec, quod sub magno scrutentur pectore, quicquam Perpetuam aetatem poterunt reperire profecto, Quãlibet immãis proiectu corporis extet, Qui nõ sola nouem dispersis iugera membris Obtineat, sed qui terrai totius orbem: Non tamen aeternum poterit perferre dolorẽ, Nec præbere cibũ proprio de corpore semper. Sed Tityus nobis hic est, in amore iacentem, Quẽ*



Digitized by Google

A *volucres lacerant, atque exest anxius angor, Aut alia quæuis scindunt torpedine curæ.* Pindarus autem Πυθ. εἰδ. ϛ. hoc tantùm de Tityo, illum Latonæ stuprum inferre conatum esse, atque iccirco ab eatelis confixum: vt annotauimus ad Oden 14. lib. 2. Commemorat Horatius Tityum etiam Oda 11. huius lib. *Tityúsque vultu Risit inuito.*

NEQVITIÆ] intemperantiam quandam, & libidinem rerum Venerearum significat hoc nomen. vtitur Od. 15. huius lib. *Tandem nequitiæ fige modum tuæ.* & Saty. 3. lib. 2. *par nobile fratrum, Nequitia & nugis, pranorum & amore gemellum.* & Saty. 2. eiusd. *nos expulit ille: Illum aut nequities, aut vafri inscitia Iuris.*

NEQ. ADDITVS CVSTOS] id est, nequitiæ appositus custos. sic enim loquitur M. Tull. diuinatione in L. Cæcilium: *Custodem (inquit) Tullio me apponite.* sed licet etiam dicere, maiorem vim hîc esse in voce *additus*, quàm vulgò putant: nempe additum valere idem ferè, quod inimicum, atque infestum: seu affixum, atque ita infestum: quod notatum est à Macrobio lib. 6. Saturn. cap. 4. ad illum locum Virg. Æn. 6. *nec Teucris addita*
B *Iuno Vsquam aberit.* quo modo locutum antè fuisse Lucilium libro 14. ostendit ille ibidem. Sic Lucilius, *Si mihi non pratorsiet additus, atque agitet me: Non male sic ille, vt dico, me extenderet vnus.* In quorum versuum posteriore, vt dicam ὁι παρόδῳ mendum inesse puto: eúmque sic emendandum, *Non male sic ille, vt dico, me exenteret vnus.* & subintelligendum, seu repetendum ἀπὸ κοινοῦ, *si*, hoc modo, *si non, &c.* Sic & Plautus Aulul. *Quem quõdam Ioni Iuno custodem addidit:* vbi vulgo legitur, *quem quondam Ioui.* Idem Capt. *Quoi me custodẽ addiderat herus maior.*

AMATOREM TREC. PIRITH.] Pirithous Ixionis & Diæ filius. is (vt est in fabulis) Proserpinam amauit, qua vt potiretur, cùm ad inferos socio & adiutore Theseo descendisset, à Cerbero discerptus est. Plutarch. in Theseo scribit, illum Aïdonei Molossorum regis filiam amasse, quam pater, Proserpinæ nomine appellarat: cani autem
C suo Aïdoneum nomen Cerbero impositisse, cum quo filiæ suæ procos decertare cogebat: Regem autem, cùm audisset venisse Pirithoum, non, vt filiam suam vxorem duceret, sed vt raperet, eum cani illi dilacerandum ac dilaniandum obiecisse: Theseum in vincula coniecisse. Horat. & hîc opinionem vulgi secutus est, & Od. 7. lib. 4. *Nec lethæa valet Theseus abrumpere caro Vincula Pirithoo.* sic & Virg. lib. 6. Æn. *Hi dominam Ditis thalamo deducere adorti, &c.*

## AVGVSTI LAVDES.
### Ode 5.

Reguli constantia, & ad Pœnos reditus.

CÆlo tonantem credidimus Iouem
Regnare. præsens diuus habebitur
*Augustus, adiectis Britannis* D
*Imperio, grauibúsque Persis.*
*Milésne Crassi coniuge barbara*
*Turpis maritus vixit? & hostium*
*(Prò curia, inuersíq; mores)*
*Consenuit socerorum in armis,*
*Sub rege Medo, Marsus, & Appulus,*
*Anciliorum, & nominis, & togæ*
*Oblitus, æternæq; Vestæ,*
*Incolumi Ioue, & vrbe Roma?*
*Hoc cauerat mens prouida Reguli,*
*Dissentientis condicionibus*
*Fœdis, & exemplo trahenti*
*Perniciem veniens in æuum,*
*Si non periret immiserabilis*
*Captiua pubes. Signa ego punicis*
*Affixa delubris, & arma* E
*Militibus sine cæde, dixit,*
*Derepta vidi. vidi ego ciuium*
*Retorta tergo brachia libero,*
*Portásque non clausas & arua*
*Marte coli populata nostro.*
*Auro repensus scilicet acrior*
*Miles redibit, flagitio additis*
*Damnum: neque amissos colores*
*Lana refert medicata fuco:*
*Nec vera virtus, cùm semel éxcidit,*
*Curat reponi deterioribus.*
*Si pugnat extricata densis*
*Cerua plagis, erit ille fortis,* F
*Qui perfidis se credidit hostibus:*
*Et Marte Pœnos proteret altero,*
*Qui lora restrictis lacertis*
*Sensit iners: timuitque mortem.*
*Hic, vnde vitam sumeret, inscius,*
*Pacem duello miscuit. O pudor,*
*O magna Karthago probrosis*
*Altior Italiæ ruinis.*
*Fertur pudicæ coniugis osculum,*
*Paruósque natos, vt capitis minor,*
*A se remouisse, & virilem*
*Toruus humi posuisse vultum,*
*Donec labenteis consilio patres*

*Firma-*

Digitized by Google

*Firmaret auctor numquam aliàs dato:*
*Intérque mœrenteis amicos*
*Egregius properaret exsul.*
*Atqui sciebat, quæ sibi barbarus*
*Tortor pararet. non aliter tamen*
*Dimouit obstanteis propinquos,*
*Et populum reditus morantem,*
*Quàm si clientum longa negotia*
*Dijudicata lite relinqueret,*
*Tendens Venafranos in agros,*
*Aut Lacedæmonium Tarentum.*

PRÆSENS DIVVS HABEBITVR] Præsens diuus ambiguè dictum: vel vt præsens intelligatur, qui cernitur oculis, & qui adest, cùm Iupiter contrà ex tonitru & ceteris similibus credatur in cælo esse: vel vt præsens significet eum, qui vim ac potentiam suam expromit ac declarat. Nam vt B tonitrua, & fulmina, Iouem præsentem ac potentem esse docent, atque admonent: sic victoriæ Cęsaris potentiam, & diuinitatem eius arguunt. vide annot. ad Od. 35. lib. 1. Non admodum dissimile est illud in principio ferè epistolæ ad August. lib. 2. Romulum, Bacchum, Castorem & Pollucem, Herculem post præclára in homines merita vita functos Deorum honorem esse consecutos, atque in cælum sublatos: Augusto autem etiam viuo, ac videnti diuinos honores tribui. *Præsenti* (inquit) *tibi maturos largimur honores.*

GRAVIBVSQVE PERSIS] vt Ode 2. lib. 1. *Quo graues Persæ melius perirent.*

TVRPIS] refertur ad animum, vt Ode 31. lib. 1. *nec turpem senectam Degere.* & Od. 37. eiusd. *Contaminato cum grege turpium Morbo virorum.* & Od. 33. eiusd. *Quam turpi Pholoë peccet adultero.* epist. 2, lib. 1. *Sub domina meretrice fuisset turpis, & excors.* epist. ad Quinct. *Introrsum turpem, speciosum pelle decora.*

C SVB REGE MEDO.] sub rege Persa, & Partho, vt sæpe aliàs.

ANCILIORVM, ET NOM.] ancilium à recto ancile, erat vsitatum & verum. Notum est autem, ancilia (quæ erant scuta quædam breuia, numero duodecim) fuisse in æde Martis seruata: ex quibus vnum de cælo lapsum esse credebatur: vt scribit Liuius lib. 1. At Virg. omnia Æneid. 8. *& lapsa ancilia cælo Extuderat:* vbi tamen Seruius notat, Virgilium numero multitudinis vsum esse pro singulari. De his vide Dionys. Halic. βιβ. β. ῥωμ. ἀρχ. & Sex. Pomp. in nomine *Mamurij*. Dictum est autem ancile ab am, quod idem valebat, quod circum, & cædo. ídque confirmant & Sex. Pompeius eo, quem dixi, loco, & Varro lib. 6. de ling. Lat. his verbis, *ancilia dicta ab amcisu, quod ea arma erant ab vtraque parte, vt pelte Thracum, incisa.* nam amcidere, seu ancidere circumcidere est: eóque verbo vtitur Lucret. lib. 3. vt quidem legitur in quibusdam exemplaribus. *Omnia iam seorsum cernes amcisa recenti Vulnere tortari.* alij an D cylia volunt esse dicta à Græco nomine ἀγκύλον: quod significat curuum, rotundum: quod si probabimus, ancylia scribendum erit per y. Alij, in quibus est Seruius, *ancile* dictum putant, quasi ἀμφίχυλον, id est, vndique labrum habens: alij qua si ἀμφίκοιλον, id est, vndique cauum. Is, quem iam commemoraui, Seruius ad illum locum Virg. Æn. lib. 7. *lauáque ancile gerebat*, cùm multa tradat de ancili Numa regnante è cælo delapso, tum hunc locum Horatij profert. & Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 4. *Sed cum legamus, lauáque ancile gerebat, tamen anciliorum ab Horat. relatum est. & nominis* autem adiecta copulatione, &, excudendum curaui auctoritate fretus cod. Rainut. Card. Faër. Iannoct. trium Vatic. Tornes.

ÆTERNÆQVE VESTÆ] cuius in æde seruabatur ignis æternus: & iccircò custodiebatur à virginibus (vt tradit Dionys. Halic. lib. 2. ῥωμ. ἀρχ.) ὅτι πῦρ μὲν ἀμίαντον· παρθένος δ' ἄφθαρτον: id est, quia ignis quidem impollutum quiddam est: virgo autem, incorruptum. Quòd si ignis ille aliquando interstinctus esset: virgines à pontifice verberibus afficiebantur. Virg. lib. 4. Æn. *Centũ aras posuit, vigilémque sacrauerat ignem. Excubias* E *diuum æternas.* per æternam Vestam igitur, ignis æternus intelligendus est: πῦρ ἄσβεστον: quem vigilem appellat Virg. vbi notat hæc Seruius. *Quid est ignis peruigil? excubiæ deorum. Et sciendum non vacare ratione, vt in aliquibus templis sit ignis peruigil. nam potestates aut terrenæ sunt, aut aereæ, aut ætherææ. Sed quia æther, ignis est, ideò in ætherearum potestatum templis ignis est, vt reddatur eis imago sui elementi. Est autem in templo Iouis, qui æther est: & Minervæ, quæ supra ætherem est. Vnde de patris capite procreata dicitur.* Ad hunc locum pertinet illud M. Tull. ex lib. 2. de legib. *Virgines vestales in vrbe custodiunto ignem foci publici sempiternum.* sequitur aliquanto pòst: *Cumque vesta quasi focum vrbis, vt Græco nomine est appellata, quod nos propè idem Græco interpretatum nomen tenemus, complexa sit: ei colendæ virgines præsint, vt aduigilent facilius ad custodiam ignis, & sentiant mulieres, in natura feminarum omnium deum castitatem pati.* F

INCOLVMI IOVE] incolumi Capitolio: quæ Iouis erat sedes.

MENS PROVIDA REGVLI] mens Reguli: vel simpliciter, consilium Reguli: vel ἀφελφρασικῶς, Regulus. quod loquendi genus Græcis & Latinis poëtis valdè vsitatum est. Homer. ὀδυσσ. β. ἱερὴ ἧς Τηλεμάχοιο. ὀδυσσ. η. ἱερὸν μένος Ἀλκινόοιο. idem ἰλ. γ. Πριάμοιο βίη. ἰλ. υ. Αἰνείαο βίη πρώεσσιν ἀνάξει. Hesiod. Theogon. Ἀλλὰ ἑ ἧς ἐδάμασσε βίης Ἡρακληείης. Pind. ὕδ. 5. Μεσσαγέτᾳ δὲ χάροπος δοναθεῖσα φρενὶ. Eurip. Phœniss. Ἐτεοκλέα, κλεινὸν τε Πολυνείκους βίαν. Apollon. ἀργ. α. μέγα τε σθένος Ἡρακλῆος Catull. de Pel. & Thet. nupt. *Electos iuuenes, simul & decus innuptarum,* id est, innuptas. Lucret. lib. 3. *Democriti quod sancta viri sententia ponit.* Ibid. *Nec tam doctus equi pullus, quam fortis equi vis.* Horat. Od. 12. huius lib. *Liparæi nitor Hebri Eques ipso melior Bellerophonte.* Od. 21. eiusd. *Narratur & prisci Catonis Sæpe mero caluisse virtus.*

Od.

Digitized by Google

A Od. 3. 1. *Perrupit Acheronta Herculeus labor.* epist. ad Iccium lib. 1. *Empedocles, an Stertinij deliret acumen.* Saty. 1. lib. 2. *Virtus Scipiadæ, & mitis sapientia Lali.* Sat. 2. lib. 1. *macte Virtute esto, inquit sententia dia Catonis.* eodem fortasse pertinet illud Saty. 7. lib. 1. *Proscripti Regis Rupilius, atque venenum,* id est, Rupilium Regem, hominem purulentum, & fugiendum. Iam de M'. Atilio Regulo, hæc M. Tull. off. 3. *M'. Atilius Reg. cum consul iterum in Africa ex insidijs captus esset duce Xanthippo Lacedæmonio: imperatore autem patre Annibalis Amilcare: iuratus missus est ad senatum, vt nisi redditi essent Pœnis captiui nobiles quidam, rediret ipse Karthaginē. Is cùm Romam venisset, vtilitatis speciem videbat: sed eam, vt res declarat, falsam iudicauit: quæ erat talis, manere in patria, esse domi suæ cum vxore, cum liberis: quam calamitatem accepisset in bello, communem fortunæ bellicæ iudicantem, tenere consularis dignitatis gradum. In senatum venit: mandata exposuit. sententiam ne diceret, recusauit. quamdiu iureirando hostium teneretur, non esse se senatorem: atq; etiam reddi captiuos negauit esse vtile: illos enim adolescenteis esse, & bonos duces: se iam confectum senectute.* B *cuius cùm valuisset auctoritas, captiui retenti sunt: ipse Karthaginem redijt, neque eum caritas patriæ retinuit, nec suorum. neque tamen ignorabat, se ad crudelissimum hostem, & ad exquisita supplicia proficisci: sed iusiurandum conseruandum putabat.* Hactenus M. Tull. quibus verbis nihil significatur de captiuis Rom. quibuscum Karthaginienses voluerint suos permutari, quósve Regulus vetuerit redimi, cum ostenderet eos, qui sese capi viuos & integros passi essent, numquam bonos milites, postea quam auro redemti essent, futuros. At in primo disertè de commutandis captiuis scribitur. Sic enim Cicero, *Regulus primo bello Punico captus à Pœnis cùm de captiuis commutandis Romam missus esset, iurasset que se rediturum: primùm vt vēnit, captiuos reddendos in senatu non censuit: deinde cùm retineretur à propinquis & amicis, ad supplicium redire maluit, quam fidem hosti datam fallere.* Idem lib. 3. *Itaque quid fecit? in senatum venit: mandata exposuit: sententiam ne diceret, recusauit: quandiu iureiurando hostium teneretur, non esse se consulem, non* C *esse senatorem. atque illud etiam, (ô stultum hominē, dixerit quispiam, & repugnantem vtilitati suæ) red di captiuos negauit esse vtile. illos enim adolescenteis esse, & bonos duces: se iam confectum senectute, &c.*

DISSENTIENTIS COND. F. ET EX. TR.] id est, dissentientis à condicionibus fœdis, & ab exemplo trahente perniciem, &c. participium *dissentientis* iunxit cum dandi casu, quemadmodum verba pugnandi, & certandi, suo more. *trahenti* autem legendum esse sententia ipsa declarat: (quam tamen quidam συκοφαντῶσιν) idque aliquanto post editionem primam, iudicaram. Sed antevertit homo candidiss. moribus Gul. Canterus, & prior admonuit libris omnib⁹ inuitis sic esse scribē dum, non (vt vulgo legitur,) *trahentis.*

COND. FOEDIS] de permutatione & redemtione captiuorum. attende autem particip. *dissentientis*, iunctum esse cum dandi casu, vt Od. 2. lib. 2. *Dissidens plebi.*

ET EXEMPLO TRAHENTI] hæc est vetborum & structura & sententia: Hoc caueratmēs prouida Reguli, dissentientis à condicionibus fœ dis ac turpibus, & ab exemplo trahenti, id est, quod traheret, perniciem in posterum tempus. di cebat Regulus in senatu, redemtionem ac permutationem illam captiuorum non solùm re, & in præsenti, sed etiam exemplo & in posterum, turpem & pernicioſam esse. tali enim exemplo prodito, multo pósthac ignauius milites esse pugnaturos, seséque hostium potestati viuos tradituros potius, speranteis futurum, vt redimantur, quàm fortiter pugnando morituros. Dicebat exemplum redemtorum captiuorum perniciem secum tracturum in posteram ætatem. Hortabatur, ne periculosam imitationem exempli in posterū proderent. Tale exemplum, quod secum pernici em in posterum tempus traheret non probabat, sed vehementer improbabat. D

SI NON PERIRET IMMISER.] si non periret iuuentus illa Romana captiua potius, quam militibus Karthaginiensibus redditis, redimeretur, indigna, cuius quisquā misereretur: vel, vt alij malunt, nisi iuuenes Karthaginienses necarentur, atque ita non redderentur. E

SIGNA EGO PVNICIS] vidi (inquit Regulus) arma, quæ militibus nostris sine cæde fuerūt ademta, delubris affixa. Est autem flagitium insigne arma abijcere, aut amittere sua propemodum voluntate, nullóque vulnere nec accepto, necillato, vt sup. ad Od. 7. lib. 2.

DERepta] id est, detracta. lib. Iannoct. habet *arrepta.* fortasse legendum *Erepta.* vulgata autem scriptura, *direpta*, mendosa est.

VIDI EGO CIVIVM] solent captiuorum manus & brachia à tergo reuinciri, vt epistol. 1. lib. 2. *Mox trahitur manibus regum fortuna retortis.* Homerus ιλ. φ. τὰς ἐξῆγε θύραζε, πεθπότας ἦύτε πόρτις· δῆσε δ' ὀπίσσω χεῖρας ἐὺτμητοῖσιν ἱμᾶσι. id est, eos autem foras eduxit, expauefactos, tamquam hinulos. Manus autem in tergum loris reuinxit. & Demost. orat. περὶ παραπρεσβ. οὐδὲν ἄλλο φαινοῦνται, πλὴν παρεδόντες Φιλίππῳ καὶ Θηβαίοις Φωκέας, μόνον οὐκ ὀπίσω τῶ χεῖρε δήσαντες. F id est, Nihil aliud videbuntur, quàm Philippo & Thebanis Phocenseis tradidisse, tantùm non manus in tergum vincientes. Virg. Æn. 2. *Ecce manus iuuenem interea post terga reuinctum, &c.* Aitigitur se ciueis Romanos Karthagine vidisse manibus in tergum liberum retortis ac reuinctis. tergum autem liberum intellige ciuium Romanorum, qui sese Karthaginiensibus vltrò dediderāt. sic verò hunc locum esse intelligendum argumento sunt illa, quæ paullo pòst sequuntur, *Qui lora restrictis lacertis Sensit iners, &c.*

PORTA SQVE NON CLAVSAS] Hæc eò pertinent, vt ostendat Karthaginiensium securitatem à Romanis, vt & ea, quæ deinceps sequuntur. hoc enim fit sublato hostium metu: vt *Pandūtur portæ, &c.* Virg. Æn. 2. & Horat. de arte poët. *& apertis otia portis.*

ET ARVA MARTE COLI] & vidi ea arua coli, quæ fuerant iam à nobis populata ac vastata. populata παθητικὸν, cuius ἐνεργητικὸν, populo.

Propert.

Digitized by Google

A Propert. lib. 3: *Hic olim ignaros luctus populauit Achiuos.* Virg. Georg. 1. *populátque ingentem farris aceruum Curgulio, atque inopi metuens formica senectæ.* Idem lib. 1. Æn. *Non nos aut ferro Libycos populare penateis Venimus, aut raptas ad littora vertere prædas.* Idem 12. *& littora vestra Vi populat.*

AVRO REPENSVS SCILICET] auro repensus, id est, auro redemtus. Nam pendebantur olim nummi, non numerabantur: & in emtionibus adhibebatur libra, & pondus, & libripens. Est autem ironia: quemadmodum in illo Terent. Andria. *id populus curat scilicet.* & Virg. Æn. 4. *Scilicet is superis labor est, ea cura quietos Sollicitat.* non est (inquit) verisimile, militem auro redemtum, acriter aut fortiter pro patria pugnaturum.

FLAGITIO ADDITIS DAMNVM] flagitium, peccatum est ab aliqua animi mollitia, aut ignauia profectum, quod dedecus ac turpitudinem affert: scelus autem, vel cum aliqua crudelitate & cædè, vel cum impietate coniunctum est. Itaque libidines flagitiosas dicimus: & flagitiosam vitam: & militem flagitium admisisse, qui locum non tenuit, qui hostem extimuit, qui fugit.

B sic M. Tullius lib. 2. de finib. *Satisne ergo pudori cõsulat, si quis sine teste libidini pareat? an est aliquid per seipsum flagitiosum, etiam si nulla comitetur infamia?* idem pro Cluent. *Statuerunt enim ita maiores nostri, vt si a multis esset flagitium rei militaris admissum, sortione in quosdam animaduerteretur, vt metus videlicet ad omneis, pœna ad paucos perueniret.* Idem ad Attic. lib. 9. *Spes me sustentabat fore, vt aliquid conueniret potius, quam aut hic tantum sceleris, aut ille tantum flagitij admitteret.* sceleratum Cæsarem, flagitiosum Pompeium esse significat. T. Liuius lib. 44. annalium, *nam neque manere in iugo inopi, neq; regredi sine flagitio poterat.* Hor. Od. 9. lib. 4. *Peiúsque letho flagitium timet.* Milites igitur ignauos, & qui propter timiditatem, hosti sese tradiderunt: auro redimere, est turpitudinem damno cumulare, hic de commutatione captiuorũ nullũ verbum: immò quæ hîc dicuntur, non commutationem captiuorum non esse vtrinq; faciendam, sed redemtionem captiuorum Romanorũ

C esse turpem atque inutilem significant.

NEQVE AMISSOS COLORES] quemadmodum (inquit) lana, quæ prius erat candida, postea quam aliquo alio colore tincta & infecta est, numquam suum candorem pristinum semel amissum recuperare potest: sic vera virtus vbi semel vitijs ei contrarijs inquinata, atque ex animo deleta est, numquam postea reparari ab ijs, qui corrupti iam, ac deprauati sunt, vllo pacto potest. hoc etiã pertinet ad significandum, non esse redimendos captiuos Roman. Animaduertendum est autem, eum, nomen *medicata* posuisse significatione patiendi à verbo medico, as: quo & Virg. vtitur Georg. 1. *Semina vidi equidem multos medicare serentis.* & 4. *Ipsa considunt medicatis sedibus.*

CVRAT REP. DET] id est, solet, vel potest. tribuit sensum rei inanimæ. significat autem, virtutem vbi semel amissa est, si virtus amitti potest, numquam posse recuperari, numquámq; ad eos posse reuerti, qui ea amissa facti sunt deteriores.

DETERIORIBVS] deprauatis, & corruptis. D

SI PVGNAT EXTRICATA] talis argumentatio est, qualis illa: si cælum ruet, aut si meridie non lucebit, reperietur mulier pudica. sic M. Tul. 1. epist. li. 1. ad Attic. *Catilina, si iudicatum erit meridie non lucere, certus erit competitor.* quamquam illo loco legendum puto hoc modo, *si iudicatum erit, rationem eius haberi licere.* corruptè autem scriptum est in quibusdam libris, *Sic pugnat extricata, &c.* cum interpunctione post vocẽ *plagis.* Hæc enim horum verborum sententia est: si fieri potest, vt cerua, fugacissimum animal ac timidissimum natura, è plagis elapsa, ac tendiculis explicata, pugnare audeat: euenire etiam poterit, vt ille fortis sit, qui sese hostibus metu mortis, coactus tradiderit, & commiserit: atque vt is, qui in hostium potestatem venerit, loráque & vincula senserit, denuò sit ad pugnandum alacrior, hostémque in fugam vertat.

QVI PERFID. SE CRED. HOST.] qui se permisit hostium potestati. hæc enim vis est verbi credere hoc loco. aliâs fidei committere significat, aut committere simpliciter, quorum omnium exempla reperiuntur apud bonos scriptores. E M. Tull. epist. ad Marcell. lib. 4. *aut enim renouare bellũ conati sunt: & hi se in Africam contulerunt: aut, quemadmodum nos, victori sese crediderunt.* pro lege Manilia. *Quare nolite dubitare, quin huic vni credatis omnia, &c.* Terent. Eunuch. *credere exercitum, consilia.* Idem Adelph. *Illi credunt consilia omnia.* Idem Phorm. *Cuius tu fidem in pecunia perspexeris, ei verere pecuniam credere?* & Virg. Georg. 1. *Inuita properes anni spem credere terræ.* & Æn. 5. *Nate Dea, si nemo audet se credere pugnæ.* Idem lib. 4. *solam nam perfidus ille Te colere, arcanos etiam tibi credere sensus, &c.* idem 5. *Æneam credam quid enim fallacibus Austris?* & 6. *Ausus se credere cælo.* idem 11. *Cautius vt sæuo velles te credere Marti.* Tibull. lib. 2. eleg. 6. *spes sulcis credit aratis Semina, quæ magno fœnore reddat ager.* & Horat. Od. 27. huius lib. *Sic & Europe niueum doloso Credidit tauro latus.* & ibid. *age, te procellæ Crede veloci.* Idẽ Saty. 1. lib. 2. *Ille velut fidis arcana sodalibus olim Credebat chartis.* Ibidem, *Scæua viuacem crede nepoti Matrem.* sic & Græci loquuntur ἐπίστευσεν ἑαυτὸν τοῖς ἐχθροῖς, sic loquitur Plutarchus in Catone Vticensi, ὥστε οὐ πρὸς ἔριν μόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ γραφείῳ τὸ ἀνυπεύθυνον καὶ τὸ ἀνυπόδικον ἐπίστευε. sic enim legendum est eo loco, non vt in vulgatis, τὸν ἀνυπεύθυνον, καὶ τὸν ἀνυπόδικον. loquitur autem de Cæsare Catonis acerbissimo inimico, qui, cùm Cato fratrem Cæpionem magnificentissima sepultura affecisset, neque sumtus tamen, quos in ea re fecerat, coheredibus suis reputasset, nihilque repetiuisset: scripsit tamen in Anticatonibus, illum mortui fratris cineres cribro percolasse; vt aurum in rogum à se coniectum colligeret ac recuperaret. sequuntur iam illa Plutarchi verba, ὥστε οὐ πρὸς ἔριν, &c. id est, vt ego interpretor, ita auctoritatem illam suam ac licentiam à rationibus referendis ac iudicijs omnibus liberam ac solutam, non gladio solùm, verùm etiam stilo credebat, ac permittebat. quod perin-

de

A de est ac si diceret Plutarchus, Cæsar sua illa regia potestate abutebatur non solùm ad occidendos homines, verumetiam ad criminandos, & scripto maledico insectandos. éstque, meo quidem iudicio, in illis Plutarchi verbis tralatio perelegans, quemadmodum enim, quod alteri creditum est, eo ille suo arbitratu vti & abuti potest, quamuis interdum iure non faciat: quia eius est fidei commissum, potestatíque permissum: sic auctoritas, nullis legibus, nullísque iudicijs alligata, eleganter & venustè dicitur à Plutarcho, stilo & gladio credita ea, quam quis vsurpat ad alterum scripto acerbo & famoso lacerandum, gladióque occidendum: qui locus ab alijs interpretibus est prætermissus: ab alijs perperam è Græco conuersus. sed, ne vitum doctis. eundémque mihi amicissimum, Guliel. Sirletum merita laude fraudem ac spoliem, is hunc Plutarchi locum sic scriptum in codice manuscripto mihi Romæ ostendit: quam scripturam posteà mihi confirmauit codex Donati Iannoctij manuscriptus.

ET MARTE PŒNOS PROT. ALT.] & altero prœlio Pœnos superabit, ac subiget is, qui
B lora, &c. proteret progrediendo, seu porrò teret. paullo aliter vsurpauit Od. 7. lib. 4. *ver proterit æstas.* QVI LORA RESTRICTIS LACERTIS] ex hoc loco perspicuum est, ciuium Roman. captiuorum lacertos loris vinctos & astrictos fuisse, non, vt quidam putant, animi causa in tergũ reiectos.

INERS] ignauus. aliter Oda superiore, *Quis terram inertem, &c.*

HIC, VNDE VITAM SVM. INSC. &c.] huius loci hæc sententia est. Hic miles nescius, vitam ac salutem non esse ab hoste petendam, sed manu & victoria esse retinendam, &, si belli fortuna victoriam hostibus adiudicet, pro libertate, & in libertate cadendum esse potius, quàm hostis beneficio in seruitute viuendum: pacem, quæ nulla debet esse cum hoste, quamdiu vita suppetit, ni si armis aut victoria ereptis, aut condicione positis, cum bello confudit.

C PACEM DVELLO MISC.] quod non fuit faciendum. Nam in bello, cum hoste acriter, & implacabiliter pugnandum: in pace, ab armis recedendum.

PROBROSIS] flagitiosis, turpibus, vitupera bilibus.

VT CAPITIS MINOR] vt capite minutus. dictum est autem *capitis minor* eadem ratione, qua *maturus æui, integer vitæ*, & similia, de quibus vide annot. ad Od. 22. lib. 1. Germanus Valens dicebat, intelligendum hîc sibi videri capitis minutionem, qua libertas quidem & ciuitas retinentur, status verò mutatur: qua de re consulendæ sunt institutiones iuris ciuilis. Germanum Valentem adiuuat illud, quod scribit M. Tullius lib. 3. de offic. *sententiam in senatu dicere recusauit, quòd diceret, quamdiu iureiurando hostium teneretur, non esse se senatorem.*

ET VIRILEM TORVVS HVMI POS. &c] & vultu toruo oculos in terra defixos habuisse. hoc loco gestus est constantis, vt alibi dicemus. toruus: τετρωμένος ἰδεῖν. epist. ad Mæcen. 3. *Quid? si quis toruo vultu ferus, & pede nudo, &c.* D

DONEC LABANTEIS CONSILIO] ordo est, donec consilio numquam aliàs dato firmaret patres labanteis, id est, nutanteis, & in certa sententia non constanteis, seu dubitanteis: vel non satis firmos, non satis rectè sentienteis. huc pertinet illud Ennianum. *Quò vobis mentes, rectæ quæ stare solebant Antehac, dementes sese flexere viai?* sic autem posttemum versum restitui, qui sic vulgò legitur, *dementi sese flexere ruina?*

ATQVI SCIEBAT, QVÆ SIBI] *M. Regulum illigatum in machina resectis palpebris Karthagineses vigilando necauerunt*, M. Tull. in Pison. Idem de offi. 3. *neque tamen ignorabat, se ad crudelissimum hostem, & ad exquisita supplicia proficisci, sed iusiurandum conseruandum putabat.*

DIMO. OBST. PROP.] liber Rain. Card. habet, *amicos.*

MORANTEM] tardantem, impedientem. significat actionem. aliter in Od. 7. lib. 2. *morantem diem* dixit.

DIIVDICATA LITE] transacta, decisa.

TENDENS] meditans ire. iter habens, vt epist. E ad Valam lib. 1. *quò tendis? nõ mihi Cumas Est iter.*

VENAFRANOS] Venafrum, Oppidum in Campania, vt sup. diximus ad Odam 6. lib. 2. *Viridique certat, &c.*

LACEDÆMONIVM] à Phalantho Lacedæmonio cónditum. Od. 6. lib. 2.

## AD ROMANOS. Ode 6.

Corruptos suæ ætatis mores insectatur.

*DElicta maiorum immeritus lues*
*Romane, donec templa refeceris,*
*Ædeísque labenteis deorum, &* F
*Fœda nigro simulacra fumo.*
*Dijs te minorem quòd geris, imperas:*
*Hinc omne principiũ: huc refer exitũ.*
*Dij multa neglecti dederunt*
*Hesperiæ mala luctuosæ.*
*Iam bis Monæsis, & Pacori manus*
*Non auspicatos contudit impetus*
*Nostros: & adiecisse prædam*
*Torquibus exiguis renidet.*
*Pæne occupatam seditionibus*
*Deleuit vrbem Dacus, & Æthiops,*
*Hic classe formidatus, ille*
*Missilibus melior sagittis.*
*Fœcunda culpæ sæcula, nuptias*

*Primum*

Digitized by Google

*Primùm inquinauere, & genus, & domos.*
*Hoc fonte deriuata clades*
*In patriam, populúmque fluxit.*
*Motus doceri gaudet Ionicos*
*Matura virgo: & fingitur artibus*
*Iam nunc, & incestos amores*
*De tenero meditatur vngui.*
*Mox iuniores quærit adulteros*
*Inter mariti vina: neque eligit,*
*Cui donet impermissa raptim*
*Gaudia luminibus remotis:*
*Sed iussa coràm non sine conscio*
*Surgit marito, seu vocat institor,*
*Seu nauis Hispanæ magister,*
*Dedecorum pretiosus emtor.*
*Non his iuuentus orta parentibus*
*Infecit æquor sanguine Punico:*
*Pyrrhúmque, & ingentem cecidit*
*Antiochum, Annibalémque dirum:*
*Sed rusticorum mascula militum*
*Proles, Sabellis docta ligonibus*
*Versare glebas: & seueræ*
*Matris ad arbitrium recisos*
*Portare fusteis, sol vbi montium*
*Mutaret vmbras, & iuga demeret*
*Bobus fatigatis, amicum*
*Tempus agens abeunte curru*
*Damnosa quid non imminuit dies?*
*Ætas parentum peior auis, tulit*
*Nos nequiores, mox daturos*
*Progeniem vitiosiorem.*

IMMERITVS.] immerens. non meritus. vt sup. Od. 2. eod. lib. *Virtus recludens immeritis mori Cælum.* & Saty. 3. lib. 2. *immeritúsq; laborat Iratis, &c.* Immeritò autem dant pœnas posteri ob culpam maiorum suorum. pœna enim iure ciuili non debet prodire extra eos, qui culpam commiserunt. quamquam Plato quodam loco peccatorum pœnas vsque ad quartam prolem produci, & porrigi, atque in quarti gradus posteros interdum à Diis reseruari existimat. Tale est illud Od. 38. lib. 1. *immeritis nocituram, &c.*

DONEC TEMPLA REFECERIS] sic sup. Od. 15. lib. 2. *& deorum templa nouo decorare saxo.*

DIIS TE MIN. QVÒD GERIS] significat, imperij Romani perpetuitatem cæremoniis, religione, auspiciis, & sollennium sacrorum ritu maximè contineri: populúmq; Rom. propter auspicia neglecta, religionémque contemtam maximis esse calamitatibus affectum.

HINC] á cultu deorum, & pietate in deos.

NEGLECTI] vel contemti, vel minus diligenter, aut studiosè culti. vt sup. Od. 2. huius lib. *sæpe diespiter Neglectus incesto addidit integrum.*

HESPERIÆ] Italiæ, vt sup. vt Od. 1. lib. 2 *auditúmque Medis Hesperiæ sonitum ruinæ.*

BIS] semel Crassio: iterum imperatore Antonio, vel eius legato Didio Saxa.

MONÆSIS] Parthorum & Persarum regis. In cod. Iannoct. Faër. duob. Vatic. *Monæsis* in patrio casu scriptum est, quos secutus sum Aldo Manutio reclamante.

ET PACORI MANVS.] M. Tull. epist. ad Att. lib. 5. Pacorum quendam Parthorum Regis filium commemorat.

NON AVSPIC. CONTVD. IMP.] conatus nostros non auspicatos, inaneis reddidit. tralatio est. propriè dixit epist. 8. lib. 1. *haud quia grando Contuderit vites.* Insignem auspiciorum contemtorem fuisse Claudium Pulchrum traditum est, qui non pascẽtibus in Sicilia pullis, ac per contẽtum religionis, demergi iussis, vt biberent, quando esse nollent, prœlium nauale iniit, &c. vide Sueton. in Tib. M. Tull. autem lib. 1. de diuinatione, multis exemplis collectis ostendit, non solùm auspicia, verùm etiam signa rerum futurarum neglecta, magnarum cladium Reip. causas fuisse: Claudium Appij Cæci filium, eiúsque collegam L. Iunium classeis maximas perdidisse, quòd vitio nauigauissent. *Sed quid vetera?* (inquit ille) *M. Crasso quid acciderit, videmus, dirarum obnuntiatione neglecta.* Idem lib. 2. *Flaminius non paruit auspicijs. Itaque perijt cum exercitu.* Sed hac de re vide plura apud Dionysium Halic. libro 3. ἀρχ. Ρωμ. Quidam libri vet. habent, Inauspicatos contulit, &c.

ET ADIEC. PRÆD. TORQVIB. EXIG. RENID.] renidere valet, vt suprà diximus ad Od. 18. lib. 2. quandam hilaritatem præ se ferre, lætari, gaudere. renidet igitur adiecisse, &c. id est, lætatur se adiecisse prædam torquibus exiguis. quod perinde est, ac si diceret, lætatur, vel gloriatur, se nostris spoliis ornatiorem esse, quàm anteà. nam cùm paullo antè torquibus aureis, cetérisque ornamentis parcius vteretur: nunc nostris cladibus ornatior incedit, prædáque ex nostris exuuiis facta, & suis torquibus adiecta, auro iam totus collucet, & fortasse Græcorum more locutus est. sic enim illi dicerent χλιδᾷ τῆς περιθυμίας, &c.

SEDITIONIBVS] dissensionibus, & bellis ciuilibus. Plato lib. 5. de Rep. in extr. seditionem, morbum grauissimum ciuitatis appellat.

MELIOR] κρείττων, vt sup. Od. 15. lib. 1. *Tydides melior patre.*

DACVS ET ÆTHIOPS] duce Antonio cum Cleopatra.

FÆCVNDA CVLPÆ SÆCVLA] vult ex matrimoniorum corruptela, & adulteriis omnia

A reipub. mala manasse. Notat hæc tempora & Catullus. *Consule Pompeio primum duo, Cinna, sedebant Mœchilia*, (vel, vt legit Auratus, *Mœchidia*) *facto consule nunc iterum, Manserunt duo: sed creuerunt millia in vnum Singula. fecundum semen adulterio.* quos versus suprà explicauimus ad Od. 17. lib. 2. Fæcunda culpæ, id est, in quibus homines assiduè peccant, crebróq; culpam committunt.

HOC FONTE] ex nuptiarum maculis, & adulteriis.

MOTVS DOC. GAVD. IONIC.] molleis, & impudicos, quales sunt Ionici. Plaut. in Sticho in extremo. *Quis Ionicus, ac cinædicus, qui hoc tale facere possiet?* Athen. lib. 14. ἦν δέ τις Ἰωνικὴ ὄρχησις πάροινος. Itaque lib. 3. de rep. Ionicam harmoniam, vt nimis mollem, parúmque virilem è sua ciuitate exigit Plato: sic ille. πῶς ἂν μαλακαὶ καὶ συμποτικαὶ τῶν ἁρμονιῶν. Ἰαστὶ δ' ὅς κε Λυδιστὶ αἵ πνες χαλαραὶ καλῦνται, id est, quæ sunt igitur molles & conuiuio conuenientes harmoniæ? Ionica (inquit ille) & Lydia quæ remissæ, molles & laxæ nominantur.

B ET FINGITVR ARTIBVS] Varia est huius loci scriptura in vteribus cod. Alij enim habent *frangitur artubus*, quæ reperitur etiam in libr. Achillis Statij: alij *fingitur artubus*: cum quibus congruunt vulgati: alij in quibus est Iannoct. & Vatic. & aliquot alij, *fingitur artibus*: quam scripturam existimo esse veram, aut certè omnium probabiliſſimam. fingere enim per translationem est docere, atque instituere. epist. 2. lib. 1. *Fingit equum tenera docilem ceruice magister Ire viam, quam monstrat eques.* idem de arte poët. *O maior iuuenum quamuis & voce paterna Fingeris ad rectum.* Sic igitur hunc locum explico. *Fingitur artibus*, id est discit malas arteis: discit membra molliter mouere, & saltare, docetur membra ad quemuis motum conformare. quòd si quis putet hanc sententiam magis exprimi posse illa scriptura *fingitur artubus*: non pugnabo: hoc vnum dicam, mihi videri ita potius Horat. fuisse locuturum, *Fingitur artus.*

ET INCESTOS AMORES DE TEN. MED.] ab ineunte ætate: ἐκ τῶν ἁπαλῶν ὀνύχων: amores flagitiosos discit, atque exercet, meditatur, μελετᾷ.

C MOX] marita, seu nupta.

IVNIORES] viro suo.

QVÆRIT] quærit ipsa amatores, neque exspectat dum rogetur.

ADVLTEROS] amatores, vt suprà admonuimus, vel dic propriè, nuptiarum corruptores.

NEQVE ELIGIT] quærit viro suo iuniores amatores: non est satis: nullum adhibet delectum, sed cuiuis sui corporis copiam præbet.

CVI DONET IMPERMISSA] quidam ait in libro suo vetere scriptum esse *improuisa*. quam scripturam si probemus, intelligemus significari ab Horatio insignem mulieris impudicitiam, quæ cuiuis homini, & prorsus ignoto, neque diu rogata, ac ne speranti quidem, gratificetur. *impermissa* tamen magis placet.

GAVDIA] incidi nuper hîc in Gallia in codices duos manusc. in quibus scriptum erat, *Oscula* pro eo, quod est in aliis, *Gaudia.*

SED IVSSA, &c.] puto hanc totius huius loci D
sententiam esse, non deligit sibi amatorem aliquẽ, cui furtim, & raptim, & luminibus remotis, inscióque marito morem gerat, quod faciunt paulùm quæ sunt tolerabiles mulieres: sed à quouis institore, aut mercatore arcessita, etiam audiente, & vidente marito, surgit è lecto, atque ad illum liberalem flagitiorum emtorem properat.

INSTITOR] *institor appellatus est* (vt scribit Vlpian. li. 39. ad edictum) *ex eo quòd negotio gerendo instet: nec multum facit: taberna sit præpositus, an cuilibet alij negotiationi.*

SEV NAVIS HISP. MAGIST.] idem Vlpian. ibid. *Magistrum nauis accipere debemus eum, cui totius nauis cura mandata est.*

DEDECOR. PRET. EMTOR] qui magno redimit turpem, & ab adulterio profectam voluptatem.

NON HIS IVVENT. ORTA PARENT.] sed iis, qui ius matrimonij castum & sanctum seruarent: ipsi autem filij assiduo labori, & agriculturæ assueti essent.

INFECIT ÆQVOR SANG. PVN.] suprà Od. 12. lib. 2. *nec Siculum mare Pœno purpureum* E
*sanguine.*

PYRRHVM] Epirotarum regem: cuius vitam scripsit Plutarchus.

ANTIOCHVM] Syriæ regem, quem vicit M'. Acilius Glabrio.

ANNIBALE'MQVE DIRVM] sic Od. 12. lib. 2. *Nec dirum Annibalem.* dirum autem, id est, tristem, infestum, & quasi deorum ira immissum: & ita Nonius.

MASCVLA] non mollis, nec fracta voluptatibus, nec impudica.

SOL VBI MONTIVM, &c.] id est, vesperi. Virgil. in Tityro, *Maiorésque cadunt altis de montibus vmbræ.* Idem Alex. *Et sol crescenteis decedens duplicat vmbras.*

ET IVGA DEMERET BOBVS] *demeret*, id est, detraheret. idem tempus significat, quod iccirco à Græcis βουλυτὸν appellatur. Hesych. Βουλυτὸν, δείλη ὥρα, ἢ τὸ ἄροτρον λύεται τῶν βοῶν. id est, Bulyton tempus serotinum, quo aratro soluuntur boues. Hom. ἰλ. π. ἦμος δ' ἠέλιος μετεπίσσετο βουλυτόνδε, id est. F
Cùm autem sol transibat ad id tempus, quo tempore disiunguntur boues, seu soluuntur. Cicero ad Attic. lib. 25. *Aduentabat autem* βουλύσιι cenantibus nobis. Et Aratus, Ἐρχόμεναι σταθμόνδε βόες βουλύσιον ὥρην, id est, Euntes ad stabulum boues eo tempore, quo tempore soluuntur ac disiunguntur. Nonnulli libri manu scripti habent *Bubus fatigatis.*

AMICVM TEMPVS AGENS] id est, gratum, φίλον, vt Græci loquuntur, tempus adducens.

ABEVNTE CVRRV] fingunt poëtæ, solem conuersionem annuam, & diurnam conficientem curru vehi. Theocr. in φαρμακευτ. Σήμερον αἰνίκα πέρτε ποτ' ὐρανὸν ἔτρεχον ἵπποι, &c. hodie cùm in cælum currebant equi. vbi sic interpr. ἵπποι τὰ ἅρματος, ἡλιονόπ τὸ ἡλίου. Pind. Olymp. εἰδ. ζ. de sole: ὁ γενέθλιος ἀκτίνων πατὴρ πῦρ πνεόντων ἀρχὸς ἵππων. id est, Genitalis radiorum pater, ignem spirantium dux equo-

Digitized by Google

A equorum. Virgil. Georgic. 1. *Nósque ubi primus equis oriens afflauit anhelis.* eodem pertinet principium Phœnissarum Euripid. ὦ τὰν ἐν ἄστροις οὐρανοῦ τέμενων ὁδὸν, καὶ χρυσοκολλήτοισιν ἐμβεβὼς ἅρμασι πῶλε, θοαῖς ἵπποισιν ἑλίσσων φλόγα. Ὡς δυσυχῆ θήβαισι τὴν τότ' ἡμέραν Ἀκτὶν' ἐφῆκας. id est, ô sol, qui viam in astris cæli frangis, quíque sedens in curru aureo, celeribus equis flammam voluis, Quàm infaustum Thebanis illo die radium immisisti? Postremò interpres Sophoclis in Aiace Mastigophoro de Solis curru hęc scribit: τ' ἥλιον, ὃς ποιεῖ τὴν ἡμέραν ὅτε ἅρματος, φασὶν ὀχεῖσθαι, δύο ἵππους ἔχοντα λευκοὺς, χαρόποντα καὶ φαέθοντα, id est, solem, qui diem efficit, aiunt in curru vehi duos equos habentem albos, Charopontem, & Phaëtontem. Horat. carmine sæculari ad Deos, *Alme Sol, curru nitido diem qui Promis & celas.* Idem epist. ad Quinct. lib. 1. *Læuum discedens curru fugiente vaporet.* Plautus autem in Amphitr. quadrigas soli attribuit. *signi dic quid est. Me. cum quadrigis sol exoriens.* & Accius Melagro, *Sol, qui meantem candido curru, atque equis Flammam citatis feruido ardore explicas, Quam natum aduerso augurio & inimico omine Thebis radiatum lumen ostendis tuum.* qui versus expressi sunt ex illis
B Euripidis Phœniss. princip. Ω τὰν ἐν ἄστροις οὐρανοῦ τέμενων ὁδὸν, &c. quos modò protuli.

DAMN. QVID NON IMMIN.] Aristot. lib. 4. Physic. audit. de princip. ostendit, omnia, quæ sunt in tempore, non solùm tempore contineri necessariò, quemadmodum & cetera, quæ sunt in re aliqua: verbi gratia quæ sunt in loco, loco continentur: sed etiam à tempore affici. solemus enim (inquit) dicere: tempus consumit, & liquefacit: & omnia tempore consenescunt, & tempore obliuiscuntur homines, quæ sciunt, potius, quàm discunt: denique nihil tempore fit recentius, aut pulchrius. Tempus enim per se rebus omnibus affert interitum. verba Aristot. sunt hæc, si quis fortè magis delectatur Græcis, quàm Latinis, præsertim nostris: Διὸ ἀνάγκη πάντα τὰ ἐν χρόνῳ ὄντα φθείρεσθαι ὑπὸ τοῦ χρόνου ὥσπερ καὶ τἄλλα, ὅσα ἐν πινί ἐστιν· οἷον τὰ ὂν τῷ πόντῳ, ὑπὸ τοῦ πόντου, καὶ πάχνη ὑπὸ τοῦ χρόνου, καθάπερ καὶ λέγειν εἰώθαμεν ὅτι καταπίνει ὁ χρόνος, καὶ γηράσκειν πάντ' ὑπὸ χρόνου, καὶ ὀπλανθάνεσθαι διὰ χρόνου, ἀπὸ μεμαθηκέναι δὲ νέον γίγνεται, ὑδὲ καλόν. φθορᾶς γὰρ αἴτιος καθ' αὑτὸν μᾶλλον ὁ χρόνος.
C

ÆTAS PARENT.] sic Aratus, Οἵλω γεύσεσθαι πατέρες γενεὴν ἐλίποντο Χειροτέρην, ὑμεῖς δὲ κακώτερα τέξεσθε. & Lucret. lib. 2. in extr. *Iámque adeò affecta est ætas, effætáque Tellus: Vix animalia parua creat, quæ cuncta creauit Secla, deditque ferarum ingentia corpora partu.* & Hom. non vno loco videtur significare, suæ ætatis homines breuioris esse staturæ, quàm superiores heroas illos, vt ἰλιάδ. ε. ὁ δὲ χερμάδιον λάβε χειρὶ Τυδείδης μέγα ἔργον, οὐ γ' ὑ δύο ἄνδρε φέροιεν, Οἷοι νῦν βροτοί εἰσιν. & μ. ὑδέ κε μὰν ῥέα Χειρί γε τῇ ἑτέρῃ φέροι ἀνὴρ ὑδὲ μάλ' ἥβῶν, Οἷοι νῦν βροτοί εἰσιν, ὁδ' ὑψόθεν ἔμβαλ' ἀείρας. id est, hic autem Tydeus saxum in manum sumsit magnum, & graue: quod duo viri non ferrent, quales nunc homines sunt. & lib. 12. neque eum lapidem facile manu altera tollat vir, ne valde iuuenis quidem, quales nunc sunt homines: at hic sublato brachio intorsit, &c. Sic & Virg. Æn. 12. *Vix illud lecti bis sex cervice subirent, Qualia nunc hominum producit corpora tellus.* Piget ascribere versus illos Hesiodi vulgatiss. de ætatibus: quarum primam facit auream, vltimam ferream. Platonis autem distichum non præteribo. Αἰὼν πάντα φέρει· δολιχὸς χρόνος οἷδεν ἀμείβειν Οὔνομα, καὶ μορφήν. καὶ φύσιν, ἠδὲ πύχλω. quod ego sic verti. *Omnia fert ætas: mutatur tempore longo Fortuna, & forma, & nomen, & ingenium.* quod fortasse adumbrare voluit Virg. Gallo. *Omnia fert ætas: animum quoq;.* hic est vnus ex iis locis (sunt enim complures) quos, cùm quidam sciret à me in his commentariis tractatos esse: nescio quibus inanis gloriæ stimulis excitatus, in commentarios quosdam à se editos retulit. De qua iniuria & per litteras, & coram cum eo expostulaui. questus sum etiam apud clariss. quendã virum de me, ac de illo optimè meritũ.

MOX DATVROS PROGENIEM VITIOS.] mox, id est, paullo pòst. profert hunc locum Seruius ad illum Virg. Gallo. *Teq, adeò, quem mox quæ sint habitura deorum, Concilia, &c.* Obserua autem hîc bellam & venustam gradationem, vt appellant rhetorici magistri, à præterito tempore in futurum progredientem, hoc modo: parentes nostri suis auis sunt peiores. nos parentibus sumus nequiores, progenies nostra nobis deterior futura est.
D E

## AD ASTERIEN.
### Ode 7.

Consolatur eam, de viri sui absentia mœstam, ac sollicitam.

*Q Vid fles, Asterie, quem tibi candidi*
*Primo restituent vere Fauonij,*
*Thyna merce beatum,*
*Constantis iuuenem fide*
*Gygen? ille notis actus ad Oricum*
*Post insana Capræ sidera, frigidas*
*Noctes, non sine multis*
*Insomnis lacrymis agit.*
*Atquin sollicitæ nuntius hospitæ* F
*Suspirare Chloën, & miseram tuis*
*Dicens ignibus uri,*
*Tentat mille vafer modis.*
*Vt Prætum mulier perfida credulum*
*Falsis impulerit criminibus, nimis*
*Casto Bellerophonti*
*Maturare necem, refert.*
*Narrat pæne datum Pelea Tartaro,*
*Magnessam Hippolyten dum fugit abstinens:*
*Et peccare docenteis*
*Fallax historias monet,*



Digitized by Google

A *Fruſtrà. nam ſcopulis ſurdior Icari*
*Voces audit adhuc integer. at, ibi*
*Ne vicinus Enipeus*
*Plus iuſto placeat, caue:*
*Quamuis non alius flectere equum ſciens*
*Æquè conſpicitur gramine Martio:*
*Nec quiſquam citus æquè*
*Tuſco denatat alueo.*
*Prima nocte domum claude. neq; in vias*
*Sub cantu querulæ deſpice tibiæ:*
*Et te ſæpe vocanti*
*Duram, difficilis mane.*

QVID FLES] quid flendo deſideras abſentem amicum, quem, &c. Ex ipſo nomine, quod non eſt Romanum, hanc puellam eſſe meretricem, non matrem familiâs perſpicuum eſt. In quibuſdam ſanè libris manuſcr. talis inſcriptio eſt, *Ad Aſterien meretricem.*

B

CANDIDI] vel eò candidos dixit, quia veris ſunt nuntij: vel quia virum deſideranti vxori ſunt reſtituturi: vt Catullus *candidos ſoles* dixit, id eſt, iucundos. *Fulſere quondam candidi tibi ſoles.* Vide quæ annotaui ad Saty. 9. lib. 1. ad illum locum. *hunccine Solem Tam nigrũ, &c.* vel quia ſerenitatis effectores, aut ſereni, quaſi αἰθρηγένεται. quod tamen minus probarit aliquis, propterea quòd epithetum αἰθρηγενέτης, Boreæ tribuitur ab Homero. Dicamus igitur, candidos eſſe dictos fauonios, quia ver, cuius ſunt nuntij, & quaſi θερόμοι, tepidum eſt, & quia *Frigora miteſcunt Zephyris*, vt eſt in Od. 7. lib. 4. ſic Virg. Georg. 2. *Parturit almus ager, Zephyrique tepentibus auris, Laxant arua ſinus*: vel candidos intellige lætos, & iucundos, vt nigra ferè omnia, triſtia ſunt.

THYNA] id eſt, Bithyna, ſeu Bithynica. Cat. ad Sirmionem. *Vix mi ipſe credens Thyniam, atque Bithynos Liquiſſe campos.*

C

THYNA MER. BEATVM] locupletatum mercibus è Bithynia aduectis.

CONSTANTIS IVVENEM FIDE] cod. manu ſcripti. Iann. Vrſ. duo Vatic. cum quibus congruit Torneſian. niſi quòd in eo ſcriptum erat, *fidi*, non ſine littura, habent *fide*: alij duo vaticani, Clericanus, Ruſſardinus vnus, Nicot. vnus *fidei*. vtraque lectio probabilis eſt. Nam ſi *fidei* probabimus, erit, diſſyllabum: ſi *fide* patrius caſus erit antiquus: non ſextus aut ſeptimus: qua de re alibi. conſtantis autem fidei Gygen dixit, id eſt, in amore mutuo perſeuerantem.

ILLE NOTIS ACT.] ille (inquit) notis, ſeu auſtris pulſus ad Oricũ, nocteis frigidas traducit, ipſe inſõnis, id eſt, ſomni expers, non ſine lacrymis. ſignificat autẽ, Gygen non ſua ſponte tamdiu abeſſe à patria, & à ſuis, ſed tẽpeſtate retẽtum, atq; à reditu prohibitum, magno huius puellæ deſiderio affici, nocteisq; inſomneis curis ſomnum adimentibus, traducere, ſiue ſit vxor, ſiue amica.

ORICVM] portum, & oppidum in Epiro: de quo Cæſ. lib. 3. de bello ciuili. *At ille expoſitis militibus, eodem die ad Oricum proficiſcitur: quò cum veniſſet L. Torquatus, &c.* D

POST INS. CAP. SID.] poſteaquam Capra, & Hædi occiderunt. *inſana* autem appellat, quia eorum ortus magnas tempeſtates excitat. ſic Od. 30. huius lib. *Aquilonem impotentem* dixit, & Catul. *impotentia freta.* Oritur autem Capra ortu (vt loquuntur) matutino, ſole Capricornum prætereunte circiter ſolſtitium brumale. De capra & hædis ſic Aratus. Εἰ δέ τοι ἡνίοχον τε καὶ ἀστέρας ἡνιόχοιο Σκέπτεσθαι δοκέει. καί τοι φάτις ἤλυθεν αἰγὸς Αὐτῆς, ἠδ' ἐριφων, οἵτ' εἰν ἀλὶ πορφυρέῃσι Πολεμάρχοις ἐπέπιστο πεδαζομένοις ἀνθρώποις, &c. quorum verſuum hæc ſententia eſt. *Si verò tibi aurigam, & aurigæ ſidera contemplari libet: & ſi ad tuas aureis Capra & hædorum fama peruenit, quæ ſæpe in mari vaſto Iactatas vidêre rates, hominésque pauentes, &c.*

ATQVIN SOLLICITÆ NVNTIVS] Atqui nuntius (inquit) à Chloë ad virum, ſeu amicum tuum miſſus, narrans ei illam eius amore perire, conatur eum variis modis corrumpere, & labefactare: affert exempla Bellerophontis & Pelei, qui dum mulieres amanteis ſpernunt, ac repudiant, in maximum vitæ diſcrimen adducti ſunt. *Atquin* habent omnes ferè libri veteres: eos ſequor. Vulgati, *Atqui.* E

HOSPITÆ] Chloës, quæ tuum virum amat.

TVIS IGNIBVS] id eſt, eo amore, quo tu virum, ſe potius amicum tuum complécteris. igneis autẽ p amore poni non eſt nouũ. ſup. Od. 27. lib. 1. *Non erubeſcendis adurit Ignibus.* & Od. 13. eiuſd. *arguens Quam lentis penitus macerer ignibus.* Virg. in Palæm. *meus ignis Amyntas.* Idem Daphnid. *Incipe Mopſe prior, ſiquos aut Phyllidis igneis, &c.*

VRI] Od. 14. ad Mæcenat. epod. *Vreris ipſe miſer.* & Od. 11. ad Pectium. *Amore, qui me præter omneis expetit Mollibus in pueris, aut in puellis vrere.* Virg. Alex. *Me tamen vrit amor.*

VAFER] callidus, aſtutus, vt Saty. 3. lib. 2. *Quo vafer ille pedes lauiſſet Siſyphus ære.* & Saty. 2. lib. 1. *Illum aut nequities, aut vafri inſcitia iuris.*

VT PROETVM MVLIER] Bellerophon cùm prius Hipponis appellaretur, poſteà Bellero Corinthiorum principe interfecto, ab euentu Bellerophon, ſeu Bellerophonta dictus eſt. Erat autẽ re, & natura, Neptuni: verbo, & opinione hominum, Glauci filius. Accepto igitur à Neptuno, Pegaſo equo alis prædito, qui ex eo appellationẽ traxerat, quòd è collo Meduſæ exſiliérat, eo ſublimis per medium aëra vehebatur. Atque interfecto quidem Bellero, cùm Argos profugiſſet, vbi regnum Prœtus obtinebat, ab eo cædis à ſe admiſſæ expiationem conſecutus, & apud eum aliquandiu commoratus eſt. Intereà Antêa Prœti vxor Bellerophontis amore capta, eius complexum, & concubitum exoptabat, eóque potiri magnopere cupiebat. Is ab hoc flagitio auerſus, negabat ſe vlla condicione adduci poſſe, vt tantum dedecus admitteret. Antêa verita, ne illum ſuum amorem Prœto indicaret, ac renuntiaret, præoccupatis Prœti auribus, quæſta eſt illum ſibi ſtuprum inferre eſſe conatum. Qua re audita, & credita, Prœtus F

eum

Digitized by Google

A eum ſua manu quidem interficere noluit, ſed in Lyciam ad ſocerum Iobatum miſit cum litteris in eius perniciem ſcriptis. cetera, quę ad hunc locum non pertinent, ſuo loco dicentur ad Od. xi. lib. 4. verſus autem Homeri, qui hanc ſiue hiſtoriam, ſiue fabulam exponunt, ſunt ἰλιάδ. ζ. Τῷ δὲ γυνὴ Προίτου ἐπεμήνατο δῖ' Ἀντεια Κρυπτάδεια φιλότητι μιχήμεναι, ἀλλὰ τ' ἔπι Πειθὼ ἀγαθὰ φρονέουσα δαίφρονα Βελλεροφόντην. Ἡδὲ ψευδομένη Προίτον βασιλῆα θεοσπῆ· Τεθναίης ὦ Προῖτ' ἢ κάκτανε Βελλεροφόντην, Ὃς μ' ἔθελεν φιλότητι μιγήμεναι ἐκ ἐθελούσης, &c. id eſt, Eum autem Prœti vxor nobiliſſima fœmina Antéa ita inſanè & perdite amauit, vt cum eo commiſceri concupierit: ſed Bellerophonti, vt pote cordato, & prudenti perſuadere vt tantum flagitium admitteret, non potuit. Illa autem mentiens ita cum Prœto locuta eſt. Aut morere Prœte, aut Bellerophontem occîde, qui mecum per vim rem habere conatus eſt.

CRIMINIBVS] criminationibus, vt Saty. 3. lib. 1. *vbi acris Inuidia, atque vigent vbi crimina.* & epiſt. ad Loll. lib. 1. *Vt, penitus notum ſi tentent crimina, ſerues.* Varro lib. 8. de lingua Latina, *ac ſingula crimina, quæ dicunt in analogias, ſoluemus.*

B MATVRARE NECEM] accelerare. ſic Virg. lib. 1. Æn. *Maturate fugã, regiq; hæc dicite veſtro, &c.*

PÆNE DATVM PEL. TART.] Creteis, ſeu Hippolyta Hippolyti filia, Acaſti vxor, Pelei amore capta, cùm eum ad ſtuprum ſollicitaſſet, neque ei perſuadere potuiſſet: dolore, odioque incenſa, prior eum apud Acaſtum criminata eſt, vt improbum, & vim ſibi inferre conatum. Ille autem his auditis, ſuóq; conſilio celato, ac diſſimulato, eum in Pelij montis ſolitudines, quaſi aliud agens, deduxit. quo dormiente inter Centauros relicto, domum reuerſus eſt. Dij autem Pelei miſerti, eiq; ſuam integritatem, ac temperantiam perniciosam eſſe iniquum arbitrati, Vulcanum ad eum miſerũt. Hic ei gladium donauit, quo Centauros in ſe irruenteis perculit, atq; interfecit: reuerſúsq; in Theſſaliam Acaſto bellum intulit, & Iolcum expugnauit. Hæc Pindari interpres, & Pindarus ipſe Nem. carmine quarto, & quinto: quibus duobus in locis hanc hiſtoriam perſequitur, ſed multo fuſius quinto. verba Pind. ſunt hæc, Αἱ δὲ (de Muſis loquitur)

C πρώτιστον μὲν ὕμνασαν Διὸς ἀρχόμεναι σεμνὰν θέτιν, πλεαδᾶ', ὥς π νιν ἄβρὰ κρηπὶς ἱππολύτα δόλῳ πεδᾶσαι ἤθελε ξωϊείωσαν Μαγήτων σκοπὸν πείσασ' ἀκοίταν ποικίλοις βυλεύμασι. ψεύσαν δὲ ποιητὸν σωὲπαξε λόγον ὡς ἄρα νυμφείας ἐπείρα κεῖνος ἐν λέκτροις ἀκάστου ἑυνᾶς. τὸ δ' ἐναντίον ἔσκεν. πολλὰ γὰρ μὶν παντὶ θυμῷ παρφαμένα λιπάνευεν. τῶδ' ὀργᾶν κνίζον αἰπεινοὶ λόγοι. ἐυθὺς δ' ἀπαράατο νύμφαν, ξενίᾳ πατρὸς χόλον δείσας. i. illæ autem primùm cantu ſuo laudarunt, principio à Ioue ducto, venerandam Thetin, & Peleum: quemadmodum eum tenera Hippolyta Creteis dolo illaqueare ſtuduerit, cùm ipſa vxor, virum ſuum Magnetum regem callidis conſiliis induxiſſet. Mendacem autem & fictum coagmentauit ſermonem, illum Acaſti cubile, vt cum eius ſponſa rem haberet, inire voluiſſe. At longè aliter erat. ipſa enim ſæpe eum blandis verbis, toto pectore ſupplex orauerat. At illius animum offendebant difficiles, & ardui ſermones, & continuò aſpernatus eſt fœminam maritam, Iouis hoſpitalis iram veritus. eadem ferè leguntur apud Apollonij interp. lib. 1. in quarto porrò carmine ait Acaſtũ Peleo dormienti inſidias gladio ſummã arte fabricato, ſtruxiſſe: Chironem autem ei ſubueniſſe, caſúmque mortiferum à Ioue cogitatum ab eo depuliſſe. verba Pindari ſunt hæc, Τὰ δαιδάλῳ δὲ μαχαίρᾳ φύτευεν οἰθάνατον· ὀκ λόχυ πελίαο παῖς. ἄλαλκε δὲ Χείρων, καὶ τὸ μόρσιμον δόθεν παρωμένον ἔκφερεν.

D

ET PECCARE DOCENTEIS, &c.] monet eam hiſtorias, id eſt, redigit ei in memoriam, vel proponit hiſtorias, quæ peccandi rationem, ac viam oſtendunt. Lege Euripidis Hyppolytum coronatum, & annot. ad Od. 7. lib. 4. de Hippolyto.

NAM SCOPVLIS SVRDIOR] ſignificat, eum non moueri, neque flecti verbis nuntij illius à Chloa miſſi. Sed quo modo audit, ſi ſurdior eſt Icarei maris ſcopulis? audit ille quidem: ſed audit integer, ita audit, vt non commoueatur, neq; det manus. non adducitur eius oratione, vt tui oblitus amorem ſuum in Chloën transferat. Non temerè autem, neq; ſine arte Horatius Aſterien in officio cõtinere, & ab amore alterius viri deterrere volẽs, commemorat ei ſui viri conſtantiam, & continentiam, & fidem. Nam ſi contrà credat illa, Gygen virum ſuum aliò animum appuliſſe: facile ſit ei perſuadere, vt alterius viri libidini obtemperet: Nihil eſt enim, quod mulieri nuptæ acriorem dolorem inurat, quódque magis eam à viro alienet, quàm pellex. Teſtem citabo Eurip. Androm. κἀγὼ θυγατρὶ, μεγάλα γὰρ κρίνω πάρὲ Λέχυς στέρεσθαι, σύμμαχος καθέσταμαι. Τὰ μὲν γὰρ ἄλλα δεύτερ' αὖ πάρεστι γυνή: Ἀνδρὸς δὲ ἁμαρτάνουσα, ἁμαρτάνει βίου. id eſt, & ego filiæ (graue enim eſſe exiſtimo, lecto priuari) adiutricem me præbeo. Nam ceteros caſus moderatè ferre debet mulier, ſed viro orbata, orbatur vita. Quemadmodum autem Homerus dicere ſolet κῦμα κωφὸν: id eſt, fluctum ſurdum, qui non edit ſonitum, ſeu qui non auditur, & βέλος κωφὸν dixit il. λ. telum, quod haud magno admodum impetu vênit: ſic & Horatius ſcopulos ſurdos, qui nullum ſonitum edunt: niſi dicamus ſurdos eò eſſe dictos ſcopulos, quia nautis tempeſtate iactatis & opem implorantibus nõ reſpõdeãt, & quia vota facienteis nõ audiãt: quale illud Od. 17. epod. *Non ſaxa nudis ſurdiora nautis.*

E

INTEGER] incorruptus, vt Od. 4. lib. 2. *Brachia, & vultum, teretésq; ſuras Integer laudo.* & ſup. Od. 4. huius lib. *& integra Tentator Orion Dianæ.*

F

AT, TIBI NE VICINVS] virum habes in ſuo erga te amore obfirmatiſſimum, & conſtantiſſimum: ſed tu vide, ne te Enipeus vicinus quantumuis equitandi, & natandi, & ceterarum artium peritiſſimus, labefactet, & percellat.

FLECTERE EQVVM SCIENS] in eo equitandi ſcientia maximè vertitur, vt equus ſeſſori frenum moderanti pareat, & quamcumq; in partem velit ille, ſequatur. quod declarat locus Cęſaris lib. 4. de bello Gallio, vbi & eodem verbo vſus eſt, loquens de eſſedariis Britannicis. *ac tantum vſu quotidiano, & excercitatione efficiunt, vt in declivi, ac præcipiti loco incitatos equos ſuſtinere, & breui moderari & flectere, & per temonem percurrere, & in iugo inſiſtere, & inde ſe in currus citiſſime recipere poſſint.* ſic Virg. Æn. 1. *celóq; innectus aperto Flectit equos.*

A & 9. *Flectere ludus equos, & spicula tendere cornu.*

GRAMINE MARTIO] cãpo Mart. Od. 1. li. 4, *iam volucrem sequor Te per gramina Martij Campi, &c.*

TVSCO DENATAT ALVEO] secundo fluuio natat. decursionem Tiberinam significat. vide annotation. ad illum locum, *Cur timet flauum Tiberim Tangere? &c.* Od. 8. lib. 1.

PRIMA NOCTE] prima noctis parte.

QVERVLÆ TIBIÆ] cuius cantu Enipeus, aut quiuis alius amator, se amore tui perire significet, queratúrque se immeritò abs te sperni. Lucret. lib. 4. *Chordarúmque sonos fieri, dulceisque querelas, Tibia quas fundit digitis pulsata canentum.* Idem lib. 5. *Inde minutatim dulceis didicere querelas, Tibia quas fundit digitis pulsa. can.* sic Hor. Od. 2. epod. *Queruntur in siluis aues.* μινυρίζειν dicunt Græci, ita canere, & taleis querelas, μινυρισμοὺς appellant. Profert hunc locum Seruius ad illum Virg. versum Georg. 3. *Et cantu querula rumpent arbusta cicadæ:* vbi *querulæ* interpretatur *canoræ.*

DESPICE] deorsum aspice.

B DVRAM] id est sæuam, & difficilem, & inexorabilem, seu illiberalem. Sic patres seueriores, duri, & ferrei appellãtur: ex quo *duritas.* Cic. in Caton. *quanta in altero duritas?* Sic enim legi malo, reclamante & inuito Nonio, quàm *dirtas.*

DIFFICILIS] sæua & inexorabilis, & inexpugnabilis. χαλεπὴ. sic Od. 10. eiusdem lib. *Non te Penelopen difficilem procis Tyrrhenus genuit parens.* Iam hoc totum *difficilis mane*, Græcorum more dictum, χαλεπὴ ἥσυχα διατίλει.

## AD C. MÆCENATEM. Od. 8.

Cur Kalend. Martiis, cùm vxorem non habeat, nihilominus sacrificet, & epuletur tamen.

*Martiis cælebs quid agam Kalendis:*
*Quid velint flores, & acerra turis*
*Plena, miraris, positúsque carbo in*
*Cæspite viuo,*
C *Docte sermones utriúsque linguæ,*
*Voueram dulceis epulas, & album*
*Libero caprum prope funeratus*
*Arboris ictu.*
*Hic dies, anno redeunte festus,*
*Corticem astrictum pice demouebit*
*Amphoræ, fumum bibere institutæ*
*Consule Tullo.*
*Sume Mæcenas cyathos amici*
*Sospitis centum: & vigiles lucernas*
*Perfer in lucem: procul omnis esto*
*Clamor, & ira:*
*Mitte ciuileis super urbe curas.*
*Occidit Daci Cotisonis agmen:*
*Medus infestus sibi luctuosis*
*Dissidet armis:* D
*Seruit Hispanæ vetus hostis oræ*
*Cantaber, sera domitus catena:*
*Iam Scythæ laxo meditantur arcu*
*Cedere campis.*
*Negligens, ne quà populus laboret,*
*Parce priuatus nimiùm cauere.*
*Dona præsentis rape lætus horæ:*
*Linque seuera.*

MARTIIS CÆLEBS QVID AGAM] Kalendas Martias & amantes, & mariti religiosè colebant: illi, vt à puellis suis, hi vt ab vxoribus gratiam inirẽt: illi, vt omnia sibi læta & secunda in amore euenirent: hi, vt vxores castas & pudicas haberent domi. Itaq; solebant vtriq; ad matronas & ad amicas munera mittere. Atq; iccircò Iuuenalis Kal. Mart. *fæmineas* appellat. & Mart. easdẽ *Saturnalia muliebria. Scis certè, puto, vestra tã venire Sat. Mart. kal. Tum reddam tibi Galla, quod dedisti.* Tibull. lib. 3. *Martis Romani festa venere kalendæ.* E *Exoriens nostris hic fuit annus auis: Et vaga nunc certa discurrunt undiq; pompa, Pérq; vias vrbis, munera, pérque domos. Dicite Pierides, quónam donetur honore Seu mea, seu fallor, cara Neæra tamen.* colebant eundem diem & puellæ. Idem Tibull. lib. 4. *Sulpicia est tibi culta tuis Mars magne kalendis: Spectatum è cælo (si sapis) ipse veni.* mittebãt & sua matronæ munera. Plaut. in Milite glor. *Da mihi vir, kalendis quæ mittam, quom Martia venerint, &c.* Martias autẽ Kalendas matronæ celebrabant (inquit Festus) quòd eo die Iunonis Lucinæ ædes coli cœpta est. Seruius autem ad eum Virg. locũ Æn. 8. *Tatióq; seni, Curibúsq; seueris: Iure,* inquit, *dixit seueris. Cum enim filias perdidissent Ceninenses, Antemnates, Crustumij, Sabini, ceteris quiescentibus, soli Sabini bellum susceperũt: qui interuenientibus triginta fæminis iam enixis, de illis, quæ raptæ fuerant, pacẽ fecerunt: ex quarum nominibus curiæ dictæ sunt. Præterea in communem mulierum honorem kal. Martiæ fæminis dicatæ sunt. Horat. Martiis cælebs quid agam kalendis. Iuuenal. Munera fæmineis tractat secreta* F *kalendis. Nec enim aliter congruit kalendas Martias esse fæminarũ, nisi quia fœmina, vt diximus, bella sedarũt.* Hactenus Seruius, quę mihi indicauit Germ. Valens Pimpũtinus. Nomẽ, *kal.* secutꝰ & nobiliũ grãmaticorum auctoritatem, & veterum marmorum, ac lib. testimonium, & doctorum virorum vsum, per K, excudendum curaui.

CÆLEBS] qui nec vxorem, nec vllam fœminam, quæ mihi vxoris loco sit, domi habeam.

IN CÆSPITE VIVO] sup. Od. 19. lib. 1. *Hic viuum mihi cæspitem, hic Verbenas pueri ponite.*

ET ALB. LIBERO CAPR.] cur Baccho caper immoletur, omnibus notissimum est. Virg. Georg. 2. *Non aliam ob causam Baccho caper omnibus aris Cæditur.* notũ est illud epigramma, quod extat epigrammatum Græcorum lib. 1. cuius hęc sententia est, Etiamsi radicitus caper vitem depascat, tantum tamen vini prolaturam, quantum satis

Digitized by Google

A satis sit ad libandum, dum immolatur. Κἂν μὲ φάγῃς ἐπὶ ῥίζαν, ὅμως ἔπι καρποφορήσω, Ὅσσον ἐπιταρτῆσαί σοι, τραγᾷ, θυομένῳ. Album autem dixit, quia dijs superis albæ hostiæ immolantur: inferis, nigræ.

PROPÈ FVNERATVS ARB. ICTV] de hac arbore lege Od. 13. lib. 2. *Ille & nefasto te posuit die.* & 17. *Me truncus illapsus cerebro Sustulerat, &c.* Funeratus autem, id est, funere elatus, & ita exanimatus.

DOCTE SERMONES] ita legendum, non *docte sermonis.* Ita enim scriptum est in cod. Faër. & vno Vatic. adde quod ita loquitur Oda proxima. *Dulceis docta modos, & citharæ sciens.* Denique ita legit Donat. producens testem hunc locum comment. in Eunuch.

HIC DIES ANNO REDEVNTE] dies festus anniuersarius. *anno redeunte*, anno vertente: περιπλομένῳ ἐνιαυτῷ. Horat. Sat. 2. lib. 2. *Siue diem festum rediens aduexerit annus.* ἔτυμον Græci nominis ἐνιαυτὸς, quasi in seipsum reuolutus.

CORTICEM ASTRICTVM PICE] hoc die festo relinentur dolia, & amphoræ picato cortice obturatæ.

B DEMOVEBIT] *demouebit*, excudendum curaui, non, vt vulgo legitur, *dimouebit*, quòd ita scriptum repererim in tribus libris calamo exaratis. amphoræ autem dictum pro ab amphora, vt & Priscian. docet lib. 17. Amphora porrò, seu quadrantal vini sextarios octo & quadraginta continebat, vt suprà ex Festo admonuimus.

FVM. BIB. INSTIT.] quæ didicit, vel cœpit fumum bibere. Arist. lib. 4. μετεωρ. scribit in Arcadia vinum in vtribus à fumo ita exsiccari, vt bibatur abrasum ac desectum. Quod igitur hîc de fumo dicitur, non est referendum ad vini vaporem, quem fumum Gallica lingua appellamus, qui tempore extenuatur: sed ad eum, quem propriè fumum appellant Latini, quo, vinum maturatur, dé súmque ac spissum efficitur: cuiusmodi ego nouè ab hinc annos in Rhœtia vidi, cum ex Italia per Rhœtorum fineis in comitatu clariss. viri, Francisci Turnonij Cardinalis in Galliam reuerterer. id erat annorum quadraginta, vt mihi affirmabat is, apud quem deuersabar, ita dura & alta crusta C obductum, vt non, nisi ea ferro rescissa, vinum depromi posset. atq; id ita crassum erat, vt, nisi multa aqua dilutum, ac temperatum, neque liquesceret, neque bibi posset. Amphoram igitur fumum bibere institutam intellige, quæ cœpta est fieri fumosa: quemadmodum Tibullus cados Falernos fumosos appellat lib. 2. his versibus, *Nunc mihi fumosos veteris proferte Falernos Consulis, & Chio sole uite vincla cado.* fiunt enim non vina, sed vasa fumosa. M. Tull. in Pison. *fumosas imagines*: & Horat. Sat. 2. lib. 2. *pernam fumosam* dicunt: ex quo veteres intelligimus. vide hac de re plura annotation. ad Od 28. huius libri.

CONSVLE TVLLO] L. Volcatius Tullus designatur, qui fuit consul cum M. Æmilio Lepido, anno ab vrbe condita, 100. LXXXVII. Significatur huius vini ætas.

SOSPITIS] salui, & seruati ab arboris illius casu. Od. 36. libro 1. *Qui nunc Hesperia sospes ab vltima, &c.*

ET VIGILES LVCERN. PERFER] compotationes & cenas sumtuosiores, ac liberaliores noctu fieri solitas esse cùm ex hoc poëta, tùm ex multis alijs scriptoribus intelligere licet. Od. 21. lib. 3. ad amphoram. *Te liber, & si læta aderit, Venus, Viuaq; producent lucerna, Dum rediens fugat astra Phœbus.* epistola ad Torq. lib. 1. *Supremo te sole domi Torquate manebo.* epist ad Mæcenatem 3. lib. 1. *Hoc simul edixit, non cessauere poetæ Nocturno certare mero, putêre diurno.* Theognis, Τῷ πίνειν δ' ἐθέλοντι παρασταδὸν οἰνοχοείτω. Οὐ πάσας νύκτας χίγνεται ἀβρὰ παθεῖν. quibus versibus hoc fere significatur: Ei, qui bibere velit, ministrum semper astare debere, qui vinum fundat, & pocula ministret: non enim dari hominibus vt nocteis omneis iucundè & hilariter traducant. Lucret. lib. 2. *Lumina nocturnis epulis vt suppeditentur.* Athenæus autem lib. 7. ostendere volens, cenas nocturnas cuiuis corpori vtiliores esse, quàm diurnas, medicum quendam Daphnum nomine inducit ita loquentem, ὠφελιμώτερά ἐστι φίλτατε, τοῖς παντὶ σώματι τὰ νυκτερινὰ δεῖπνα. τὸ γὰρ σελήνης ἄστρον πρὸς τὰς τροφῆς ἁρμόττει πέψεις, σπληνικὸν ὑπάρχον. κρῖσιν δὲ ἡ πέψις, &c. id est, vtiliores sunt omni corpori nocturnæ cenæ. Nam Lunæ astrum ad cibum concoquendum valde accommodatum est, cùm vim habeat putrefaciendi. Cõ coctio autem putrefactione constat. eódem pertinet locus ille Horat. Od. 27. lib. 1. *Vino & lucernis Medus acinaces Immane quantũ discrepat.* Quin veteribus non fuisse in vsu prandia, testatur Seruius ad illum locum lib. Æn. 4. *Nunc eadem labente die conuiuia quærit.* Ex quo Iuuenalis in Marium illum, *Exsul ab octaua Marius bibit.*

PROCVL OM. ESTO CLAM. ET IRA] sic Ode suprà dicta, lib. 1. *Lenite clamorem sodales, Et cubito remanete presso.*

COTISONIS] sic reperi scriptum in duobus Vatic. codicibus, & in Iannoct. Faër. Torn. Nicor. Russ. Cleric. nam vulg. habent, *Cotisontis.* antiquam scripturam confirmat Suetonius in Augusto, his verbis, *M. Antonius scribit, primùm eum* [Augustum] *Antonio filio suo despondisse Iuliam De in Cotisoni Getarum Regi, quo tempore sibi quoque inuicem filiam regis in matrimonium petijsset.*

MEDVS INFESTVS SIBI] Medi seditionibus inter se concitantur. F

CANTABER SERA DOMITVS] Od. 14. lib. 4. *Te Cantaber non antè domabilis, Medúsque, &c.* & 6. lib. 2. *Cantabrum indoctum iuga ferre nostra.* Cantabros deuicit Agrippa Augusti auspicijs. epistola ad Iccium lib. 1. *Cantaber Agrippæ Claudî virtute Neronis Auspicijs cécidit.*

LAXO ARCV] id est, abiecto pugnandi consilio, armis positis, aut conditis. sic Od. 27. eod. lib. *& remisso Filius arcu.* & carmine sæculari post epod. *Cóndito mitis, placidúsque telo.*

NEGLIGENS, NE QVA POP.] videtur aliquanto difficilior atque impeditior esse horum verborum structura. *Parce* (inquit) cùm sis priuatus, id est, cùm magistratum non geras, *nimium cauere*, quod valet, noli nimis sollicitus esse, ne qua parte populus Rom. laboret. ita (inquam) parce, vt in eo sis negligens. est autem vsitatum

A Horatio cum verbo nomen aliquod epithetum coniungere, quod verbi significationem augeat, aut certè adiuuet, vt Od. 28. lib. 1. *At tu nauta vagæ ne parce malignus arenæ Particulam dare.* quẽ locum explicauimus suo loco. simile exemplum est sup. Od. 7. huius lib. *Magnessam Hyppolyten dũ fugit abstinens.* & infrà hoc eod. lib. Od. 24. *Illic matre carentibus Priuignis mulier temperat innocẽs*, id est, in eo se præbet innocentem, quod priuignis temperat: vel eo ipso, quòd priuignis temperat, innocens habenda est. & Od. 21. eiusdem libri: *Non ille, quanquam Socraticis madet Sermonibus, te negliget horridus.* & Od. 11. eiusd. lib. *Quòd viro clemens misero peperci.* id est. quòd clementem me in virum præbui, dum ei parco. & Saty. 6. lib. 2, *Si ve neror stultus nihil horum, ô si angulus ille, &c.* quorum verborum explicationem ad suum locum reseruare malo. & Od. 13. lib. 4. *Ludisque & bibis impudens.* & Od. 16. Epod. *Credula nec flatuos timeant armenta leones.* & epist. 2. lib. 1. *Rusticus expectat dum defluat amnis.* & epist. ad Iul. Florum lib. 2. *quòd Exspectata tibi non mittam carmina mendax.* & epist. de arte poët. *an omneis Visuros*

B *peccata putem mea tutus, & extra Spem veniæ cautus?* & Saty. 6. lib. 2. *laudat Arelli Sollicitas ignarus opes.* & Od. 8. lib. 4. *Donarem pateras, grataque cõmodus Censorine meis ara sodalibus.*

Et Dona præsentis] suadet his verbis, vt in diem viuat, vt Od. 16. lib. 2. *Lætus in præsens animus, quòd vltrà est, Oderit curare.* ad quem locum plura hac de re diximus.

Rape] sic habent quattuor libri manu scripti, non vt vulg. *cape.* sic locutus est Oda 13. epod. *rapiamus amici Occasionem de die, &c.* ad quem locum vide quæ sunt à nobis annotata.

Linqve severa] omitte res serias, & nimiam curam, cogitationémque requirenteis.

## Ode 9.

Dialogus Horatij & Lydæ.

HO. Donec gratus eram tibi,
Nec quisquã potior brachia
C candidæ
Ceruici iuuenis dabat:
Persarum vigui rege beatior.
LY. Donec non alia magis
Arsisti, neque erat Lydia post
Chloen:
Multi Lydia nominis
Romana vigui clarior Ilia.
HO. Me nunc Thressa Chloë regit,
Dulceis docta modos, & citharæ sciẽs:
Pro qua non metuam mori,
Si parcent animæ fata superstiti.
LY. Me torret face mutua
Thurini Calais filius Ornithi:
Pro quo bis patiar mori,
Si parcent puero fata superstiti. D
HO. Quid, si prisca redit Venus?
Diductóque iugo cogit aëneo?
Si flaua excutitur Chloë?
Reiectæq; patet ianua Lydiæ?
LY. Quamquam sidere pulchrior
Ille est: tu leuior cortice, & improbo
Iracundior Adria:
Tecum viuere amem: tecum obeam
libens.

Donec gratvs er.] hæc Oda est ἀντωδική. id est, constat mutua responsione.

Nec qvisqvam potior] quem pluris faceres, vt infr. Od. 15. epod. *Nec feret assiduas potiori te dare noctеis:* & Sat. 5. lib. 2. *vltro Penelopen facilis potiori trade.* E

Non alia magis Arsisti] sic habent codices antiqui, Faërni, Vrsini, Tor. duo Vatic. Russ. vnus Cleric. Nicot. & ita loquitur Od. 14. epod. *Non aliter Samio dicunt arsisse Bathyllo Anacreonta Teium.* Idem Od. xi. lib. 4. *Non enim posthac alia calebo Fœmina.* & Od. 9. lib. 4. sine vllo casu. alij, ita vt vulg. *Non aliam, &c.* quo modo & Virgil. loquitur, Alex. *Formosum pastor Corydon ardebat Alexin.*

Neqve erat Lydia post] neque ego posteriore eram loco apud te, quàm Chloë: vel, neque Chloën mihi anteponebas.

Ilia] Numitoris filia, Romuli matre: vt Od. 8. lib. 4. *Quid foret Ilia, Mauortisque puer, &c.* cõ memorat & Oda 2. lib. 1. *Iliæ dum se nimium querenti, &c.* & sat. 2. lib. 1. *Ilia & Egeria est,*

Regit] mihi imperat, ego ei seruio tanquam dominæ. sic Oda 24. eiusd. lib. *Nec dotata regit virum Coniux.*

Et citharæ sciens] sic loquitur Od. 15. lib. 1. *& Sthenelus sciens pugnæ.* F

Pro qva non metvam mori] pro qua libenter mortem oppetam: pro qua, quin moriar, non recusabo. de verbo metuendi lege annot. ad Odam 2. lib. 2.

Si parcent animæ] si modò mea morte assequar, vt sit mihi superstes, & immortalis.

Me torret face mvtva] amore mutuo. nemini autem sunt inauditę Cupidinis faces. torret autem, id est, vrit. sic Od. 19. eiusdem lib. *Me lentus Gliceræ torret amor meæ.* & Oda 1. lib. 4. *Si torrere iecur quaris idoneum.*

Pro qvo bis patiar mori] his verbis sui in Calaïm amoris magnitudinem declarat, cùm bis mori tamen possit nemo. Nam (vt est apud Athen. lib. 8.) ἀθάνατος ὁ θάνατος ἐστιν, ἅπαξ ἅπας ἀποθάνῃ. id est, immortalis mors est, si quis semel mortuus fuerit.

Didvctos-

Digitized by Google

A DIDVCTOSQVE] diuulsos, diremtos, disiunctos, discordeis.

IVGO COGIT AĔNEO] in firmissimam concordiam ducit. Suprà Ode 33. lib. 1. *iuga aënea* posuit in malum, pro coniunctione amantium inæquali ac dispari, atque ingrata seruitute: in qua mutuus amor non intercedit. hîc autem iugum aëneum accipe pro concordia amantium eiusmodi, quam nullum interueniens dissidium sit dissoluturum. copulam irruptam dixit Od. 13. lib. 1. *Felices ter & amplius, Quos irrupta tenet copula, nec malus Diuulsus querimonijs Suprema citius soluet amor die. aheneum* igitur accipere hîc debemus pro firmo, & solido, & quod frangi non possit, vt *murum aeneum* dixit, epist. 1. lib. 1. & *turrem aheneã* Oda 16. huius lib. Sic Apollonius non semel taurorum Colchicorum iuga, χάλκια appellat. & fortasse Homerus cælum eadem ratione deorum χαλκοβατὲς δῶ, id est, domum pauimento, seu solo firmissimo substratam, ac suffultam nominat. Iugũ autem fortasse iccircò posuit Horatius, quia in amantium concordia, & coniunctione multæ insunt seruitutis similitudines.

B EXCVTITVR] eijcitur tanquam iugum, vel onus. Terent. Eunucho: *homo quatietur certè cùm dono foras.*

LEVIOR CORTICE] Saty. 4. lib. 1. *nabis sine cortice.*

ET IMPROBO IRAC. ADR.] Adriaticum mare sæpe vi ventorum agitari, & tempestatibus concitari constat. iccircò improbum & iracundũ dixit, translatè. sic Od. 2. epod. *Nec horret iratum mare.* & Od. 3. lib. 1. *Qui vidit mare turgidum.* huc pertinet illud ex Oda 33. li. 1. *Libertina fretis acriore Adriæ Curuantis Calabros sinus.* & Oda 27. huius libri, Adriæ sinum, *atrum* appellat.

## IN LYCEN.
### Ode 10.

Vt, posita duritie, aliqua ipsius misericordia capiatur.

C

*EXtremum Tanaim si biberes Lyce,*
*Sæuo nupta viro: me tamen asperas*
*Porrectum ante foreis obijcere incolis*
*Plorares Aquilonibus.*
*Audis, quo strepitu ianua, quo nemus*
*Inter pulchra situm tecta remugiat*
*Ventis? & positas vt glaciet niueis*
*Puro numine Iupiter?*
*Ingratam Veneri pone superbiam:*
*Ne currente retro funis eat rota.*
*Non te Penelopen difficilem procis*
*Tyrrhenus genuit parens.*
*O, quamuis neque te munera, nec preces,* D
*Nec tinctus viola pallor amantium,*
*Nec vir Pieria pellice saucius*
*Curuat, supplicibus tuis*
*Parcas, nec rigida mollior æsculo,*
*Nec Mauris animũ mitior anguibus.*
*Non hoc semper erit liminis, aut aquæ*
*Cælestis patiens latus.*

EXTREMVM TANAIM] Si in vltima Scythia, aut Sarmatia viueres: si Scythæ, aut Sauromatæ alicui nupsisses.

ME TAMEN ASPERAS, &c.] non ita tamen dura & inhumana esses, vt me ante foreis tuas iacêre expositum, atque obiectum Aquilonibus, qui oram illam assiduè perflant, paterêris. Foreis autem asperas dixit, puellæ asperæ & inexorabilis foreis. tale est illud, *pauimentum superbum.* Od. 14. lib. 2.

PORRECTVM] extentum. Saty. 3. lib. 2. *Si quis ad ingentem frumenti semper aceruum Porrectus vigilet.* E

OBIICERE INCOLIS PLORARES] id est, non sineres, quæ tua lenitas & misericordia est, me proiectum ante tuas foreis mihi iniquas, ab Aquilonibus iactari. obstaret tibi tua lenitas & misericordia, quo minus me ante foreis tuas iacêre sineres. sic loquitur Plautus Aulul. *Aquam hercle plorat, cum lauat profundere.*

INCOLIS] Aquilones, venti sunt Thracij; iccirco incolas Thraciæ dicit. sup. Od. 25. libro 1. *Thracio bacchante magis sub inter-Lunia vento.*

INTER PVLCHRA SITVM] quidam libri veteres habent *satum*, pro *situm*. ego tamen nihil muto.

REMVGIAT] grauem quendam & immanẽ sonitum ad aureis referat. translatio à bobus. sic Od. 10. epod. *Ionius vdo cum remugiens sinus Noto carinam ruperit.* & Od. 29. huius lib. *Non est meum si mugiat Africis Malus procellis, &c.* sic Hesiod. ἔργ. καὶ ἡμ. μέμονε δὲ χάλκεα καὶ ὕλη. F

GLACIET] vocis & significationis agentis. Apud M. Tull. *conglaciandi* verbum, absolutum est, lib. de nat. Deorum 2. *tùm aqua declarat effusio, quæ neque conglaciaret frigoribus, neque niue, pruinâ que concresceret, nisi eadem se admisto calore liquefacta & dilapsa diffunderet.* Cœlius Ciceroni, *Curioni nostro tribunatus conglaciat.*

PVRO NVMINE] cælum purum & serenum: quod quidem hiberno tempore frigidius est, quam nebulosum, aut caliginosum. si quis autem quærat cur cælo sereno, quàm nebuloso, frigus sit acrius, respondet Aristoteles in problem. τμῆμ. μά. ideò fieri, quia cælo puro, sereno, atque aperto nihil est, quod frigus continere possit: sed diffunditur ac dissipatur, ita vt ad nos perueniat. nebuloso autem facile coërcetur. quidam testantur se reperisse scriptum in lib. manu scriptis, *lumine*. ego tamen magis probo, *numine*. nam per Iouem,

Digitized by Google

A Iouem, cælum, seu æther significatur. Ioui autem meritò numen tribuitur. per numen igitur Iouis, cæli nitor intelligendus est κατ' ἀλληγορίαν. Quòd si dixisset Hor. *Iupiter puro lumine conglaciet niueis*, corrupisset, & quasi mutilasset figuram poeticam. nunc autem his duobus ita coniunctis, manet integer & incolumis locutionis ornatus. Quin hoc contendo, si *lumine* legendum esse constet, nomen *Iupiter* hîc ferri non posse, & in eius locũ, si lex carminis patiatur, cælum aut æther, esse substituendum. hoc igitur dico, *Puro numine* legendum esse, & hoc *lumine*, ex annotatione natum: vt desinant παρεμπεσεῖν quidam iuuenes bonarum literarum studiosi, minime mali. sic numen coniũxit cum Ioue Od. 4. lib. 4. *Quos & benigno numine Iupiter Defendit, &c.* quamquam illic Iupiter pro deo positus est, non pro cælo aut æthere.

INGR. VEN. PONE SVPERB.] Ingrata est & Veneri & Baccho puerorum & puellarum in amanteis superbia. Libet hîc vnum atque alterum huius rei exemplum ex Pausania ascribere. Amabat Calirrhoam quandam virginem Corasus Bacchi sacerdos: sed quanto vehementius amabat Corrasus, tanto erat illa ab hoc alienior, B tantóque se in eum durioremac sæuiorem præbebat. Posteaquàm autem neque precibus, neque muneribus sæuitia virginis potuit mitigari, supplex Corrasus accedit ad Bacchi statuam. orat vt vim sui numinis in virginem expromat ac declaret. Vixdum finem orandi fecerat, cùm Calydonij ferè omnes (Calydone enim hæc gerebantur) proinde ac si ebrij essent, mente capti, furoréque præcipites huc & illuc ferebantur. Confugiunt tandem ad oraculum Dodonæum. responsum est, Dionysum Calidonijs esse iratum, neque illum irascendi finem antè facturum, quàm Corrasus ei immolasset Calirrhoam ipsam, alium've, qui eius vice fungi, mortémque oppetere auderet. Virgo in has angustias redacta, cœpit primùm auxilium à nutricijs & nutricibus suis petere: à quibus cùm spreta esset, ac reiecta, restabat miseræ, vt ipsa ad aram Dionysi mactaretur. omnibus igitur rebus necessarijs ad sacrificium comparatis, intererat huic spectaculo Corrasus, qui amore victus, nullóque iræ loco relicto, C se ipsum pro Calirrhoa deuouet, atque exanimat. At Callirrhoe altera ex parte, vt prostratum atque exanimem Corrasum vidit, serò mente mutata, misericordia commota, pudore denique eorum, quæ inhumaniter & superbè in eum admiserat, affecta, seipsam secundam Baccho victimam mactat. Hæc Pausanias Achaic. quæ nos arbitratu nostro, quàm breuissimè potuimus, Latinè vertimus. Alterum est æquè miserabile, quod idem affert Atticis, eiúsque rei se vidisse argumentum narrat, Cupidini dicatam Anterôtis aram. Meles Athenienſis Timagoram inquilinum, & hospitem contumelioſè despiciens, iussit, vt sese è summo saxi vertice præcipitem ageret. Timagoras, vt qui adolescenti omnibus in rebus obtemperare & gratificari cuperet, alioqui vitæ non admodum cupidus, neque animæ parcus natura, sese non dubitanter, neque cunctabundus è saxo illo præcipitem deiecit. Meletem autem, simul vt exanimem D Timagoram vidit, vsque adeò facti sui pœnituit, vt seipsum quoque ex eodem saxo præcipitem egerit. Accedat tertium ex Theocrito, si modò verum, & non fictum est, de adolescente illo, qui, cùm vsque adeò, tandiúque spreuisset amantem, vt ille dolori suo remedium morte & suspendio quærere cogeretur, atque id pro foribus adolescẽtis fecisset: adolescens autem manè die postero domo exiens, amantémque suspensum, ac mortuum cernens, nihil commotus esset, neque condoluisset, neque ingemuisset: sed rectà ad gymnasium (vt solebat) in quo balneum, statuáque Cupidinis erat, iuisset, accidit vt statua, dum lauat adolescens, in eius caput decideret, eúmque interimeret. carmen Theocriti inscribitur ἔρασις. sed hæc posteriora duo exempla cùm ad flagitioſos illos, & nefarios puerileis amores pertineant, à nostris auribus respuantur. *Pone* autem, id est, abijce, ac depone, vt epist. 16. lib. 1. *Pone: meum est. pono, tristísque recedo.*

NE CVRRENTE RETRO] ne nimia ista sæuitia in caput tuum récidat, tibíque ipsi calamitatem, & perniciem afferat: vel ne idem tibi eueniat, quod in amanteis vsurpas & exerces: & fortuna, quam nunc experiris valde secundam, tibi ad uersari ac reflare incipiat. ducta similitudo est à rotis fune circumactis, quo rupto, illæ in contrariam partem voluuntur. Tibull. lib. 1. eleg. 5. *At tu, qui potior nunc es, mea furta caueto: Versatur celeri fors leuis orbe rota.* Iterum dixit Horat. *currente rota* epist. ad Pisones: non longè à principio. alij dicunt ductam esse similitudinem ab equo funali, retrò currente, & in contrariam partem currum trahente.

NON TE PENEL. DIFFIC.] Non tu es Penelope à patre tuo procreata, sed Lyce. Fuit autem Penelope eo in procos difficilior ac sæuior, quo blandior. eorum enim animos verbis mulcebat, & spe lactabat: alia mens erat. notatsunt illa Homerica ὀδυσσ. σ. θέλγε δὲ θυμὸν Μειλιχίοις ἐπέεσσι, νόος δὲ οἱ ἄλλα μενοίνα. id est, animum autem procorum blandis verbis mulcebat, mens eius aliud cogitabat. & ὀδυσσ. ϛ. Ἤδη γὰρ τρίτον ἐστὶν ἔτος πάλαι δ' εἶσι τέταρτον, Ἐξ οὗ ἀπέμβει θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν Ἀχαιῶν· Πάντας μὲν γὰρ ἔλπει, καὶ ὑπίσχεται ἀνδρὶ ἑκάστῳ Λέσχαις ἀγορεύουσα, νόος δὲ οἱ ἄλλα μενοινᾷ: id est, Tertius enim iam annus abijt, F agitur nunc & quartus, ex quo Penelope Græcorum animos decipit, damnóque afficit. Omnibus enim spem inanem ostentat, & vnicuique pollicetur, missis etiam ad quemque nuntijs: sed aliud animo molitur. nota est denique illa Penelopæ tela, quæ interdiu texebatur, noctu retexebatur. de qua ὀδυσσ. β. & τ.

NEC TINCT. VIOLA PALL.] nec pallor amantium violacei coloris particeps: luridus, & pallidus color. Seruius ad illum Virg. locum, Alexide, *pallenteis violas*, annotat, *pallenteis*, id est, *amantium colore tinctas.* Hor. *Nec tinctus viola pallor amantium, &c.*

NEC VIR PIERIA PELL. SAVC.] & quamuis non te flectat viri tui iniuria, qui Pieriam amat, eiúsque amore saucius est, &c. Nihil est

A est autem, quod matronam magis vrat, faciliúsq; ad adulterium impellat, quàm dolor ex tali viri libidine susceptus: & cùm acerrimè ad pœnas sui doloris repetendas mulieres exstimulentur, tum virorum suorum incontinentiam simili facto libenter vlciscuntur. qua de re vide quæ suprà annotauimus ad illum locum, *Nam scopulis surdior Icari Voces audit adhuc integer*, Od. 7. huius lib.

CVRVAT] flectit, ab instituto tuo detorquet.

PIERIA PELLICE] pellícem appellant Latini eam, quam maritus amat, sempérque refertur ad vxorem, vt pater ad filium. Cic. in Cluent. *Vxor generi, nouerca filij, filiæ pellex.*. Horatius infra Od. 27. eod. lib. *dominaq; tradi Barbaræ pellex.* & Od. 3. epod. *Hoc delibutis vlta donis pellicē Serpente fugit alite.* & Oda. 5. *Quibus superbam fugit vlta pellicem.*

SVPPLICIBVS TVIS PARCAS] quamuis tu neque muneribus, neque precibus, neque pallore, & languore meo, neque viri tui contumelia, atque iniuria inflectaris: miserere tamen supplicis tui, qui omnem salutis suæ rationem in tua
B lenitate, & clementia collocatam habet.

NEC RIGIDA MOLLIOR ÆSCVLO] Tu quæ neque æsculo mollior es, nec mitiore animo, quàm Mauritaniæ serpentes, &c.

NEC MAVRIS ANIM. MITIOR] nec mitiore animo, quàm angues Mauritaniæ. *mitis animum* hellenismus est. *Mauris anguibus* autem sic dictum, vt *Mauris iaculis*. suprà Oda 22. lib. 1. & *venena Colcha*: Oda 13. lib. 2. sic enim habent aliquot libri veteres. vbi vulg. *Colchica*.

LIMINIS] Od. 11. epod. *Limina dura, quibus lumbos & infregi latus.*

AQVÆ CÆLESTIS.] epist. ad August. *Cæleste is implorat aquas docta prece blandus.* significat, se non semper iuuenem, eáque ætate futurum, vt super limen ianuæ huius puellæ, & sub diuo, idq; cælo nubilo & imbrifero, cubare possit.

## AD MERCVRIVM.
### Ode 11.

C Vt cantus sibi dictet, quibus Lyde flecti possit, Danaïdum fabula.

*MErcuri: nam te docilis magistro*
*Mouit Amphion lapides, canendo:*
*Túque testudo resonare septem*
*Callida neruis:*
*Nec loquax olim, neque grata, nunc &*
*Diuitum mensis, & amica templis,*
*Dic modos, Lyde quibus obstinatas*
*Applicet aureis.*
*Quæ, velut latis equa trima campis,*
*Ludit exsultim: metuítque tangi,*
*Nuptiarum expers, & adhuc proterua*
*Cruda marito.*
*Tu potes tigreis, comitésque siluas*
*Ducere: & riuos celereis morari.*
*Cessit immanis tibi blandienti*
*Ianitor aulæ*
*Cerberus, quamuis furiale centum*
*Muniant angues caput eius, atque*
*Spiritus tæter, saniésque manet*
*Ore trilingui.*
*Quin & Ixion, Tityósque vultu*
*Risit inuito. stetit vrna paullùm*
*Sicca, dum grato Danai puellas*
*Carmine mulces.*
*Audiat Lyde scelus, atque notas*
*Virginum pœnas, & inane lymphæ*
*Dolium fundo pereuntis imo,*
*Seráque fata:*
*Quæ manent culpas etiam sub Orco:*
*Impiæ: nam quid potuere maius?*
*Impiæ sponsos potuere duro*
*Perdere ferro.*
*Vna de multis face nuptiali*
*Digna, periurum fuit in parentem*
*Splendidè mendax, & in omne virgo*
*Nobilis æuum:*
*Surge, quæ dixit iuueni marito:*
*Surge: ne longus tibi somnus, vnde*
*Non times, detur: socerum, & scelestas*
*Falle sorores.*
*Quæ, velut nactæ vitulos leænæ,*
*Singulos, eheu, lacerant. ego illis*
*Mollior, nec te feriam: nec intra*
*Claustra tenebo.*
*Me pater sæuis oneret catenis,*
*Quòd viro clemens misero peperci:*
*Me vel extremos Numidarum in agros*
*Classe releget.*
*I, pedes quò te rapiunt, & auræ,*
*Dum fauet nox, & Venus: i secundo*
*Omine, & nostri memorem sepulcro*
*Scalpe querelam.*

MERCV-

A MERCVRI: NAM TE DOC. MAG.] Lyræ enim inuentor Mercurius est: sup. Od. 10. lib. 1. *Te canam magni Iouis, & deorum Nuntium, curuaeq; lyræ parentem.* Hæc Ode autem est θεσφωτικη.

MOVIT AMPHION.] hac de re vide annot. ad epist. ad Pisones. ibi. *Dictus & Amphion.*

TVQVE TESTVDO RESON. SEPT. CALL.] callida resonare, id est, quæ scis resonare. quæ scitè resonas. *septem neruis*, id est, septem chordis. ideo Pindarus φόρμιγξα ἑπτάγλωσσον, id est, ἑπτάφωνον nominat.

NEC LOQVAX OLIM] antequam Mercurius te neruis instruxisset.

NVNC ET DIVITVM MENSIS, &c.] Vlysses in patriam iam ille quidem reuersus, nondum tamen à suis agnitus, specie, & ornatu senili, ab Eumæo ad ædeis suas deductus citharam cõuiuiorum sodalem appellat. ὡς δὲ τ φόρμιγξ Ηπύει, λιὼ ἄρα δαιτὶ θεοὶ ποίησαν ἑταίρω. id est, in eis ædibus autem cithara resonabat: quam dij conuiuij sodalem fecerunt.

OBSTINATAS] obfirmatas, & à me auersas:
B siue duras, & rigidas.

APPLICET] aduertat, admoueat: mihi scilicet.

QVÆ VELVT LATIS, &c.] Hic locus ex Anacreonte est expressus. sunt autem Anacreontis versus hi: Πῶλε Θρηϊκίη, τί δή με λοξὸν ὄμμασι βλέπουσα Νηλεὴς φεύγεις, δοκέεις δὲ Μηδὲν εἰδέναι σοφὸν, Ἰσθι ὅτι καλῶς μὲν αὖτε Τὸν χαλινὸν ἐμβάλοιμι· Ηνίας δ' ἔχων σρέφοιμι Αμφὶ τέρματα δρόμου. Νῦν δὲ λειμῶνας τε βόσκεαι, Κῦφά τε σκιρτῶσα παίζεις. quod quidem nuper notauit Etricus Stephanus. horum autem versuum hæc propemodum sententia est: Pulla, seu equulea Thracia, quid me obliquis oculis aspiciens immisericorditer fugis, videríque nihil sapere? Atqui scito, me tibi pulchrè frenum iniecturum: &, si habenas teneam, ad cursus metam te flexurum, ac perducturum. Nunc autem in pratis pasceris, & ludis leuiter exsiliens: seu ludis exsultim.

METVITQVE TANGI] id est, non vult se tangi, vt supra diximus ad Od. 2. lib. 2. φυλάττεται. cauet ne tangatur.

C NVPTIAR. EXP.] ἄγαμος, ἀνύμφευτος, ἀνυμέναιος.

CRVDA] immatura: nondum viri potens.

TV POTES TIGREIS, &c.] vt epist. de arte poët: de Orpheo, *Dictus ob hoc lenire tigreis, rabidósque leones.*

ET RIVOS CELEREIS MORARI.] Oda 12. lib. 1. *Arte materna rapidos morantem Fluminum lapsus.*

CESSIT IMMANIS TIBI BLANDIENTI] Orpheo Eurydicen suam repetente. qua de re Virg. Georg. 4. *Quin ipsa stupuere domus, atque intima Lethi Tartara, cæruleósque innexæ crinibus angueis Eumenides, tenuitque inhians tria Cerberus ora, Atque Ixionej vento rota constitit orbis.*

IMMANIS] coniunge cum voce aulæ, vt sit, immanis aulæ, id est, ingentis & vastæ: propterea scilicet quòd omnium mortalium est capax: contrà suprà Oda 4. libri 1. *Et domus exilis Plutonia.* propter aliam rationem. potest tamen vox *immanis* cohærere cum voce *ianitor*, aut *Cerberus*: sed minus aptè, minúsque commodè. D

BLANDIENTI] blande canenti, vt Od. 19. lib. prim. *Blandum & auritas fidibus canoris Duce re quercus.*

QVAMVIS FVR. CENT. MVN. ANGVES, &c.] sic sup. Od. 13. lib. 2. *Quid mirum vbi illis carminibus stupens Demittit atras bellua centiceps Aureis? &c.* Cum hoc loco congruit illud ex Od. 19. eiusdem lib. *Te vidit insons Cerberus aureo cornu decorum.*

QVIN ET IXION] de Ixione notissima fabula est, illum Iunonem persequentem, eiq; stuprum inferre conantem, in nube libidinem suam expromsisse, specie deceptum. Tibull. lib. 1. *Illic Iunonem tentare Ixionis ausi Versantur celeri noxia membra rota.* Quòd si quis plura de Ixione scire volet, legat Pindarum Pyth. ὠδ. 6. & interpretem. quem locum aliàs attingemus.

TITYOSQVE] de Tityo suprà Od. 4. huius lib.

VVLTV RIS. INV.] Risit: id est, hilaritatem quandam animi vultu significauit, cantus dulcedine delectatus scilicet: sed vultu inuito, quia mœstum vultum eius esse consentaneum est, cuius membra per iugera nouem porrigantur, iecurq; à vulture assiduè tondeatur ac depascatur. E

STET. VRNA PAVLL.] id est, Danaï puellæ laborem suum tantisper intermiserunt, atque aquam haurire dolio pertuso destiterunt, dum eas grato carmine oblectas.

DANAÏ PVELLAS.] Cùm cognouisset Danaus ex oracuIo quodam, vnum è filijs Ægypti quinquaginta, quibus totidem suæ filiæ nupserant, sibi necẽ illaturum, iussit vt suum vnaquæq; virum interficeret. Qua in re patris imperio omnes præter vnam, paruerunt, & propter tam immane facinus ijs pœnis, quas hîc commemorat Horat. & quæ sunt omnibus notissimæ, apud inferos plectuntur. Idem Oda 14. lib. 2. *Cocytus errans & Danaï genus infame.* Cùm his Lucretius li. 3. in extremo elegantissimè eos homines cõfert, qui numquam hac lucis vsura explentur, his verbis. *Hoc (vt opinor) id est, auo florente puellas, Quod memorant laticem pertusum congerere in vas. Quod tamen expleri nulla ratione potest tur.* ad hoc dolium alludit Plaut. in Pseud. *in pertusum ingerimus dicta dolium operam ludimus.* F

AVDIAT LYDE SCELVS, &c.] Commemorata de Danai filiarum supplicio fabula, hinc arripit occasionem Horat. huius puellæ, quam amat, à sæuitia, & contumacia deterrendæ, & ad facilitatem, ac benignitatem reuocandæ. Quemadmodum enim illæ omnes, quæ se in sponsos suos præbuerunt inhumanas atque immaneis, pœnas luunt apud inferos suæ impietatis sempiternas: ea verò, quæ sponsum suum seruauit, meritis & sempiternis laudibus effertur: ita si Lyde contumacia & duritia sua examinabit amantem, dabit pœnas: si miserebitur, laudem immortalem comparabit.

ET INANE LYMPHÆ] & dolium aqua vacuum,

Digitized by Google

A cuum, quamuis assidue impleatur; propterea scilicet quòd pertusum est; & fundum non habet.

SERAQVE FATA] vel pœnas fataleis, sempiternas, & quas nulla mors sit terminatura: vel dic propriè *fata*: sera autem propter ea, quæ deinceps sequuntur, vt iam iam dicemus.

QVÆ MANENT CVLPAS ETIAM] Quò referatur, & quò pertineat, hoc *quæ*, ad puellasne, an ad fata, non cuiuis notum est. Si ad puellas, sic videntur hæc verba explicanda, & declaranda: quæ puellæ Danaï manent culpas etiã sub Orco: id est, culpas sustinent sempiternas: nondum sunt culpa liberatæ, seu numquam culpa liberantur, vt pœnas sufferant sempiternas. Sin ad *fata*, quod Porphyrio innuit, idque indicauit mihi Passeratius, & ego magis probo, sententia erit aperta. hoc enim significat Horatius, Fata etiam sub Orco culpas manere: id est, post mortem culpas exspectare, ne quis se morte, culpa simul & pœna liberatum iri confidat. Atque hoc modo locutum esse Ciceronem ille ostendebat, Philip. 2. *Cuius quidè tibi fatum, sicuti C. Curioni, manet: quoniam domi tuæ est, quod fuit illorum vtrique fatale.* & B M. Antonium in epist. quadam ad Hirt. & Cæs. *Si me rectis, vt spero, sensibus, euntem dij immortales adiuuerint: viuam lubenter: Sin me aliud fatum manet, præcipio gaudia suppliciorum vestrorum.* Huius igitur loci hæc sententia videtur esse. Quę fata manent culpas, &c. id est, sequuntur, & excipiunt, & exspectant culpas etiam apud inferos. vide quæ annot. ad Od. 28. lib. 1.

VNA DE MVLTIS] Atqui duæ viros suos seruasse dicũtur, Hypermnestra, & Bebryce, vt scribit Eustathius in commentarijs ad Dionys. Aleand. Pindarus autem vnam Hypermnestram nominat. εἰδ. 1. Nem. Neque verò Hypermnestra (inquit) mentem à recta ratione auersam habuit, quæ à sororibus suis dissentiens, sola gladium vagina tectum, clausúmque continuerit. verba Pindari sunt hæc; ὃς ὑπερμήνηρα παρεπλάγχθη μονόφαρον ἐν κολεῷ καταρρίπτα ξίφος. Quòd autem Pindarus idem εἰδ. θ. Πυθ. quadraginta octo duntaxat Danai filias numerat, cùm fuerint quinquaginta, non est ea C causa, quam affert Eustathius, quia duæ viris suis pepercerint: sed illa, quam affert interpres Pindari, quia cùm eo loco Pindarus de filiarum collocandarum ratione & via, quam secutus esset Danaus, loquatur, duæ iam quodammodo viros erant nactæ. Amymone enim fuerat à Neptuno corrupta: Hypermnestram autem Lynceus amabat, illáque Lynceum: quam ei causam iustam visam esse aiunt, quamobrem viro suo parceret, cũ existimaret sibi in eo viro, patris imperium negligere licere, quem sibi sua ipsa sponte legisset, non à patre quæsitum haberet. Etiam hoc traditum est, iccircò illam manº à viro suo abstinuisse, quòd suæ virginitatis florem ab illo illibatum, atque intactum retinuisset. Pausanias autem Corinthiacis narrat, illam à patre in iudicium esse vocatam, partim quòd existimaret Lyncei salutem sibi periculosam esse: partim quòd illa societatem facinoris aspernata, sibi, qui suasor, auctórque necis fuisset, inuidiam, infamiamque iam conflatam auxisset: sed re diligenter, diúque vtrinque disceptatâ, fuisse absolutam. D

FACE NVPTIALI) facibus nuptialib. quinque enim faces sponsæ præferebantur, vt scribit Plut. ῥωμαϊκοῖς: & quam ob rem quinque, præferrentur, rationes aliquot probabileis affert. Et M. Tull. in Cluentiana, quo loco Sasiæ effrenatam libidinem exagitat, quæ genero suo nupsisset, numero multitudinis vtitur, his verbis, *ô audaciam singularem, non timuisse, si minus vim Deorum, hominúmque famam, at illam ipsam noctem, faceisque illas nuptialeis? non limen cubiculi, &c.* Et Catull. in carmine de Iuliæ & Manlij nuptijs. *viden vt faceis Splendidas quatiunt comas?* Tùm Iulius Pollux cõmemorat δᾷδας νυμφικάς. id est, faceis nuptaleis, quas qui præferebant, δαδοῦχοι appellabantur. Æneas apud Virg. Æn. 4. significans se eo animo nõ venisse, vt cum Didone matrimonio coniungeretur, sic loquitur. *nec coniugis umquam Prætendi taedas, aut hac in fœdera veni.* Mater autem apud Græcos præferebat faceis in nuptijs filiæ, vt ex Iphigen. in Taur. Eurip. cognoscere licet. Αγα. Χώρει πρὸς Ἄργος, παρθένους τε τημέλη. Κλυτ. μ. Λιποῦσα παῖδα, πῶς δ' αὐαχήσῃ φλόγα? Αγα. Ἐγὼ παρέξω φῶς, ὁ νυμφίοις πρέπει. Κλυτ. Οὐχ ὁ νόμος ἥδε. id est, Agam. proficiscere Argos, & virgines adorna. Clyt. relictáne filia? at quis facem tollet? Ag. ego lumen præbebo, quod sponsos decet. Clyt. non est institutum Græciæ. Festus. *Facem in nuptijs in honorem Cereris præferebant, aquáque spargebatur noua nupta, siue vt casta, puráque ad virum veniret, siue vt ignem atque aquam cum viro communicaret.* E

SPLENDIDE MEND.] laudabiliter, magnificè, glorioſè mendax. Nam interdum mentiri laudabile & honestum est.

NE LONGVS TIBI SOMNVS] longum somnum, mortem intelligę, vt sup. diximus ad Od. 24. lib. 1. ibi. *perpetuus sopor.* Atque iccirco mors ab Homero παννυχὶς dicitur, hoc est, longũ cubandi & quiescendi tempus præbens, ὀδυσσ. γ. Μοῖρ' ὀλοὴ καθέλησι παννυχίη θανάτοιο. id est, quem Parca mortis diu cubare sinentis, aut facientis corripuerit. quod epithetum expressit Ouidius, *Longa quiescendi tempora fata dabunt.* F

• SCELESTAS] sanguine contaminatas, μιαιφόνους.

Falle] λάνθανε, late, effuge. sup. Od. 10. lib. 1.

SINGVLOS] separatim suum quæque lacerat.

MOLLIOR] mitior, humanior.

NEC INTRA CL. TEN.] neque te clausum tenebo, sed euadere, & periculum effugere sinam.

CLEMENS PEPERCI] id est, clementem me præbui in eo, quòd tibi peperci. notauimus hoc loquendi genus ad Odam 8. huius lib. ibi. *Negligens, ne qua populus, &c.*

NVMIDARVM] *Numidas dicimus* (inquit Festus) *quos Graci Nomadas: siue quòd id genus hominum pecoribus negotiatur, siue quòd herbis, vt pecora, aluntur.* Plinius li. 5. ca. 3. *Numidia Massanissæ clara nomine, Metagonitis terra a Græcis appellata: Numidæ verò Nomades à permutandis pabulis, mapalia sua, hoc est domus plaustris circumferentes.*

A RELEGET] longe à patria remoueat. M. Tull. orat. post reditum. *nominatim alij compellabantur, alij rei citabantur, alij relegabantur.* transtulit dixit Sat. vlt. lib. 1. *Ambitione relegata te dicere possum Pollio.*

I, PET. QVO TE RAP. ET AVRÆ] siue terra, siue mari iter facere voles, propera, quantũ potes. ὅπου ποδὸς ἄγουσι, καὶ ἄνεμοι. sic Eurip. Med. φεῦγε, φεῦγε, μήτε ναΐων λιπὼν ἀκτήν, μήτ' ὄχον πολυσπόρου. id est, fuge, fuge, neque naualem currum omittens, neque vehiculum pedestre.

MEMOREM] cuius memoria sit diuturna ac sempiterna. vt sup. Od. 13. lib. 1. *memorem notam.*

SCVLPE QVEREL.] ita reperi scriptum in aliquot cod. manu scriptis, Vatic. & item Don. Faer. Russardinis, Cleric. Nicot. non *scalpe.* quos secutus sum. nam *scalpere*, fodere est: quod ad hunc locum non satis quadrat: nisi tralationem esse dicamus.

## AD NEOBVLEN.
## Ode 12.

B

Eam Hebri adolescentis amore captam inertiæ se, & desidiæ dedisse.

*MISERARVM est neque amori*
*dare ludum,*
*Neque dulci mala vino láuere: aut ex-*
*Animari metuenteis patruæ verbera linguæ.*
*Tibi qualum Cytheréæ puer ales,*
*Tibi telas, operosæq; Mineruæ*
*Studium aufert, Neobule, Liparæi nitor Hebri,*
C *Eques ipso melior Bellerophonte:*
*Neque pugno, neque segni pede victus,*
*Simul vnctos Tiberinis humeros láuit in vndis:*
*Catus idem per apertum fugientes*
*Agitato grege ceruos iaculari: &*
*Celer arcto latitantem fruticeto excipere aprum.*

MISERARVM EST] hæc Ode est παραινετικὴ, seu μετρεπτικὴ, id est, ad suadendum & exhortandum comparata.

NEQVE AM. D. LVD.] neque amori indulgere. sic loquitur Plaut. Bacchid. *ego dare me ludũ meo gnato institui.* ibid. *sed nimium nolo desidiæ ei dare ludum.*

LA'VERE] à verbo lauo is. sup. ann. ad Od. 3. lib. 2. sic Lucr. vsurpauit sonere à sono is. libro 3. D *Scire licet non sincerum sonere, atque esse subesse Cæcum aliquem cordi stimulum.* & item féruere, fúlgere, &c. Eleganti autem & concinna tralatione vsus dixit *mala láuere vino*, quasi de sordibus quibusdam loqueretur. tale est *abstergére metum, dolorẽ, curam, ægritudinem animi.* Suprà autem Od. 7. lib. 1. *nunc vino pellite curas*, ab eodem dictum est alia translatione. sic vini cadum dixit *amara curarum eluere efficacem* Od. 12. lib. 4.

AVT EXANIMARI] *exanimari*, metu scilicet. sequitur enim, *metuenteis pat. verb.* sic Sat. 4. lib. 1. *auidos vicinum funus vt egros Exanimat, mortísque metu sibi parcere cogit, &c.* ex quo exanimatus participium, semper pro conturbato vsurpatur, vt notat Donatus ad illud Terent. in Andr. *ibi tum exanimatus Pamphilus, &c.* & ad illud. Hecyr. *Quæ me propter exanimatum citius eduxi foras.*

METVENTEIS PATR. VERB.] *lingua patrua* pro lingua patrui Horatianum. Sed cur metuitur lingua patrua, aut cur patruus ponitur pro obiurgatore acri & aspero? paucis expediam. Sciunt omnes, quanta vis sit τοῦ ὀργῆς φυσικῆς: quæ procul dubio in patre erga filium multo maior est, quàm E in filio erga patrem, vt docet Aristot. lib. 8. de moribus ad Nicom. patruus autem, quamuis etiam ipse amet fratris filios: patrio illo, & immoderato affectu caret tamen. Itaque cùm *male verum examinet omnis Corruptus iudex* (vt ait Hor.) verisimile est patrem incredibili illo in filium amore impeditum, multa errata filij præterire, ac dissimulare, atque adeò probare: quæ si quis alius cernat, valdè improbet, ac reprehendat: tanta est oculorum paternorum in peccatis filij lippitudo, seu potius cæcitas. At patruus, vt dixi, ab hoc impotente affectu liber, ac solutus, de fratris filiorum peccatis iudicat incorruptè. Ita si quid delinquunt, id acriter, & seuerè reprehendit, coërcet, & castigat, ne que à se impetrare potest, vt vel mediocribus illorum peccatis facile concedat. Ex eo natum est, vt patruus pro sæuo, & aspero reprehensore, seu castigatore ponatur. M. Tull. pro Cœlio. *Qui in re ludica vita mitis esset, fuit in hac causa pertristis quidam patruus, censor, magister.* Idem ad Att. lib. 2. F *Cura, amabo te, Ciceronem nostrum. ei nos θεῖοι videmur*, id est, patrui. & Catull. in Gellium. *Gellius audierat, patruum obiurgare solere, Si quis delicias diceret, aut faceret, &c.* & Hor. Sat. 3. lib. 2. *siue ego prauè, Seu rectè, ne sis patruus mihi.* & Sat. 2. eiusd. libri. *adde Iratum patruum, vicinos.* Mitionẽ illum Terentianum Æschini patruum excipio, leniss imum, & placatissimum: contrà patrem Demeam durissimum, atque acerbissimum.

QVALVM] id est, calathum, ex quo quasillus: quo nomine est vsus M. Tull. Philipp. 2. Petrus Victorius lib. Var. lect. nono, cap. 17. admonet, hos versus treis, qui deinceps sequuntur, ex Sapphone esse expressos, cuius hi sunt versus, Γλυκεῖα μᾶτερ οὔτοι δύναμαι κρέκειν τὸν ἴσον πόθῳ δαμεῖσα παῖδος, Παδινὰν δι' Ἀφροδίταν. Nam sic emẽdo postremũ. quorum hæc sententia est, Iucunda mater, non possum ordiri telam, aut texere, amore pueri capta, Veneris teneræ opera, seu culpa.

PVER

A PVER ALES] Cupido, quem poëtæ pennigerum, aliſque inſtructum fingunt, talémque pingunt & pictores. libet autem mihi ad hunc locũ, Eubuli cuiuſdam verſus aſcribere de pennigero Cupidine venuſtiſſimos, ac facetiſſimos: quos profert Athen. lib. 13. Τίς λῶ ὁ γράψας πρῶτος ἀνθρώπων ἄρα, Η κηροπλαστήσας ἔρωθ' ὑπόπτερον, Ως εὖδὲν ἤδει πλὴν χελιδόνας γράφειν, Αλλ' ἴσθ' ἄπειρος ὢν τρόπων τῶν τῆ θεοῦ. Επιγὰρ ὅτι κῦφος, ὅτι ῥάδιος Απαλλαγῆναι τῇ φέρουτι πλὴν νόσου, Βαρὺς δὲ κομιδῆ. πῶς αὖ οὖν ἔχοι πτερὰ Τοιοῦτο πρᾶγμα, λῆρος, ἀνθρώπους ἐᾷ φησιέ πης, quorum hæc ferè ſententia eſt. *Quis hominum primus Cupidinem pennigerum pinxit, aut cera finxit? Vt nihil ille præter hirundines pingere didicerat. ſed erat planè huius deiorum imperitus. Nam neque leuis eſt, neque ad excutiendum facilis ei, qui hoc morbo affectus ſit. Quî fieri igitur poteſt, vt alas habeat? mera nugæ.* Pinnatum Cupidinem Mercurio & Diana prima natum eſſe refert M. Tullius lib. 3. de nat. deorum. ſic pinnigerum amorem appellat Lucretius lib. 5. *Denique nõ hinnitus item differre videtur, Inter equas vbi equus florentiætate iuuencus Pinnigeri ſanit calcaribus ictus amoris? &c.*

B OPEROSÆQVE MINERVÆ STVD.] id eſt, ſtudium lanificij. Nam cùm omnibus artibus, atque operibus præſit Minerua, tùm maximè lanificio. Oppianus lib. β. ἁλιευτ. ad princip. Δῶρα δὲ πικτήναδαι, ἀναπῆσαί τε μέλαθρα, Φάρεα τ' ἀσκῆσαι μήλων εὐάητι καρπῷ Πάλλας ἐπιχθονίης ἐδιδάξατο. id eſt, ligna autem fabricari, & ædeis excitare, & veſteis tenui filo, ſeu lana conficere, Pallas homines docuit. & Homer. ὀδυσσ. ν. de Phæacibus, ὡς δὲ γυναῖκες Ισὸν πεχνῆσαι. περὶ γὰρ σφίσι δῶκεν Αθηλίων Εργα τ' ἐπίστασθαι περικαλλέα, καὶ φρένας ἐσθλάς. id eſt, vt mulieres autem [ſciunt Phæaces] telam texere. egregiè enim eis dedit Minerua pulchrorum operum ſcientiam, & bonam mentem, ſeu prudentiam, ſeu bonitatẽ. & Virg. de Camilla lib. 7. Æneid. *Bellatrix: non illa colo, calathiſve Minerua Feminea Aſſueta manus.* idem lib. 5. *Olliſerua datur operum haud ignara Minerua.* Tibull. lib. 2. *Atque aliqua aſſiduè textrix operata Minervam Cantat, & appulſo tela ſonat litore.* Ælianus lib. 1. ποικίλης ἱστορ. περὶ φαλαγγίων. ὑφαντικὴν, καὶ ὑφαίνειν καὶ δῶρα ἐρχάνης διδάσκουσιν αἱ φάλαγγες, ὅτι εἰδέναι βέλονται. id eſt, texendi aut artẽ, & munera deæ operoſæ, ſeu opificis, neque ſciũt eæ beſtiolæ, quæ phalanges nominantur, araneæ ſimiles, neque ſcire volunt. Propert. lib. 2. de Penelope, *Coniugium poterat falſa differre Minerua, Nocturno ſoluens texta diurna dolo.* Expreſſit autẽ Horatius Græcum epitherum ἐρχάνιον. Palladem enim ἐρχάνιον διάμονα appellant.

LYPARÆI NITOR HEBRI] ex bona valetudine, & maximè ex bona corporis habitudine exſiſtit nitor: quamuis interdum etiam nitére dicantur ij, qui vnguentis deliburi ſunt, vt ſuprà diximus ad Od. quartam lib. 1. *nitidum caput.* nitor Hebri autem poſitum pro Hebro ipſo περιφραστικῶς, vt annot. ſuprà Od. 5. huius lib. quod non videntes quidam, ordinem horum verſuum temere peruertere conati ſunt. ſic Homer. ιλ. λ. Ελθὼν γὰρ ἐκάκωσε βίη Ἡρακληείη: id eſt, profectus autem eum malè accepit, ſeu vexauit virtus Herculis. & ὀδυσσ. lib. neſcio quoto, ψυχὴ τειρεσίαο Χρύσεον σκῆπτρον ἔχων. id eſt, anima Tireſiæ, qui habebat aureum ſceptrum. D

BELLEROPHONTE] de Bellerophonte ſuprà diximus ad Od. 7. huius lib. & 27. lib. 1. dicemus & ad Od. 11. lib. 4. nonnulla. is equo Pegaſo vectus Chimæram ſuperauit.

NEQVE PVGNO, NEQVE SEGNI] præſtantiſſimus & pugil, & curſor.

NEQVE SEGNI P. V.] ſegni pede eſſet, ſi à quoquam curſu vinceretur.

SIMVL] ſimulatque, vt ſæpe aliàs.

CATVS] catus iaculari, peritus iaculandi, ſeu acutus & ingenioſus in iaculandis, & configendis ceruis fugientibus. annotabitur hoc loquendi genus ad Od. 8. lib. 4. iam iaculari ceruos, pro configere ceruos iaculis, Horatio familiare, vt annotauimus ſup. ad Od. 2. lib. 1. ibi, *iaculatus arceis.* Catus autem idem ferè valet, quod doctus, ſeu potius acutus, vt vult Varro. lege annot. ad Od. 10. lib. 1. ibi. *Voce formaſti catus.* ſignificat Horatius, hunc iuuenem eſſe etiam præſtantem venatorem.

PER APERTVM FVGIENTEIS] per liquidum & purum campum, non ſiluis interſeptum, aut arboribus conſitum. ſic autem hîc dictum eſt *per apertum*, vt Oda 34. lib. 1. *per purum*: quamquam ibi ſubintelligatur, *cælum.* E

CEL. ARCTO LAT. FR. EXCIP.] celer ad excipiendum. excipere hîc propriè poſitum. Nam hoc verbum venatorum eſt proprium. δέχεσθαι dicunt Græci. Homer. ιλιάδ. δ. δεδεγμένος ὀμφὸ θοῇσι Virg. in Palæmone, *Non ego te vidi Damonis peſſime caprum Excipere inſidijs?* Idem lib. 6. Æn. *Æmulus exceptum Triton (ſi credere dignum eſt) Inter ſaxa virum ſpumoſa immerſerat vnda.* tranſlatum illud Ciceronis pro Roſcio Amer. *Nimirum ſimiliter arbitrantur iſti bonorum emtores, vos hic taleis viros, ſedere, qui excipiatis eos, qui è ſuis manibus effugerint.* tale illud eiuſdem, Catil. 3. *præſto eſſet ille, qui & fugienteis exciperet, & ſe cum his vrbanis ducibus coniungeret.* Horat. epiſt. 1. lib. 1. *Excipiant que ſenes, quos in vitaria mittant.* Cæſar lib. 6. de vris, *ſed aſſueſcere ad homines, & manſuefieri ne parvuli quidem excepti poſſunt.* F

*arcto* autem aut certè, ne mentiar, partim *arcto*, partim *arto* ſcriptum reperimus in cod. Iann. Faër. tribus Vatic. ceteris omnibus, quos ſecuti ſumus. nam vulg. habent *alto*: quod tamen non damno. videtur enim exprimere illud Homericum, βαθείλω ξύλοχον. ſic Homer. ιλ. λ. de apro, ὁ δέ τ' εἶσι βαθείης ὀκ ξυλόχοιο: ille autem exit ex alto fruticeto, ſeu loco dumoſo, & arbuſculis denſo.

## AD FONTEM BLANduſiam. Ode 13.

Commendat eius amœnitatem.

O *Fons Blanduſiæ ſplendidior vitro,*
*Dulci digne mero, non ſine floribus:*



Digitized by Google

A *Cras donaberis hædo:*
*Cui frons turgida cornibus*
*Primis & Venerem, & prælia destinat,*
*Frustrà: nam gelidos inficiet tibi*
*Rubro sanguine riuos,*
*Lasciui suboles gregis.*
*Te flagrantis atrox hora Caniculæ*
*Nescit tangere: tu frigus amabile*
*Fessis vomere tauris*
*Præbes, & pecori vago.*
*Fies nobilium tu quoque fontium,*
*Me dicente cauis impositam ilicem*
*Saxis: vnde loquaces*
*Lymphæ desiliunt tuæ.*

O FONS BLANDVSIÆ.] Blandusia est in Sabinis. quidam libri habent & hîc, *O fons Blandusia*, & in inscriptione, *Ad fontem Blandusium.*

B SPLENDIDIOR VITRO] purior, liquidior, vel διαφανέστερος, καὶ διαυγέστερος, id est, perlucidior. supra Od. 18. lib. 1. *fides perlucidior vitro.*

DVLCI DIGNE MERO] diximus ad Od. 1. lib. 1. veteres existimasse in omnibus aquis, fontibus, fluuijs, aliquid numinis inesse. iccircò etiam fontibus sacrificabant, tamquam Dijs, quod hîc se facturum ostendit Horatius. Iam in sacris præter cetera, adhibebatur & vinum. Quidam tamen hunc locum aliter explicant: Putant enim significare Horatium vel aquam Blandusiæ fontis dignã esse, quæ cum vino misceatur, vel fontem Blandusiæ dignum esse, qui vinum fundat pro aqua: vt apud Ouid. lib. 1. Metam. *Flumina iam lactis, iam flumina nectaris ibant.* vel aquam ex hoc fonte manentem tantidem esse quanti vinum, & quasi αἰτάξιον εἶναι οἴνου: pretio & dignitate vino parem esse: hoc est, esse saluberrimam. Ego autem nihil istorum probo.

C NON SINE FLORIBVS] vel ad morem veterum refer, quo fonteis floribus inspergebant. Virg. Daphnide. *Spargite humum foliis: inducite fontibus vmbras, Pastores. mandat fieri sibi talia Daphnis.* ibid. *Quis caneret nymphas, quis humum florentibus herbis Spargeret, aut viridi fonteis induceret vmbra?* vel ad alium quo hostias floribus & sertis coronabant. VENEREM, ET PROEL. DEST. FRVSTRÀ] constituit apud se quodammodo Veneri operam dare, & prœliari cum alijs hædis, vt qui sit iam adultus. Frustrà autem prœlia & Venerem meditatur, quia sanguine suo riuos tibi inficiet.

INFICIET] tinget, vt sup. Od. 6. *Infecit æquor sanguine punico.*

RVBRO SANGVINE] epithetum perpetuum, vt apud Hom. λευκοῖο γάλακτος, mel flauum, & similia. Idem Homerus tamen ferè semper αἷμα κελαινὸν & μέλαν αἷμα dicit, id est, nigrum sanguinem.

SVBOLES] sic legendum, non *soboles*. & ita habent libri manuscripti, idemque docent Festus, & Nonius Marcellus. lasciui autem gregis suboles, id est, hœdus. Virg. Alex. *Florentem cytisum sequitur lasciua capella.* Hor. Od. 15. huius lib. *Lasciua similem ludere capreæ.*

D TE FLAGR. ATROX HORA CANIC.] *Canicula* (inquit M. Tull. de diuinatione lib. 2.) *in his locis, quæ nos incolimus, post solstitium exoritur, & quidem aliquot diebus apud Troglodytas* (vt scribitur) *ante solstitium.* Sirium Græci nominant. de ea sic Arat. Τοῖος δὴ καὶ φρηρὸς ἀειρομένῳ ὑπὸ γαίτῃ Φαίνεται ἀμφοτέροισι κύων ὑπὸ ποσσὶ βεβηκώς, Ποικίλος, ἀλλ' ἤ πάντα περιφαιδρύνεται· ἀλλὰ κατ' αὐτὴν Τειρα κυάνεος περιτέλλεται· ἦδε οἱ ἄκρη Ἀστέρι βεβλήται δεινὴ γένυς, ὅς ῥα μάλιστα Ὀξέα σειριάει, καὶ μιν καλέουσ' ἄνθρωποι Σείριον, &c. id est (vt M. Tullius vertit) *Namque pedes subter rutilo cum lumine claret Feruidus ille canis stellarum luce refulgens: Hunc tegit obscurus subter præcordia vesper, Nec toto spirans rabido de corpore flammam, Æstiferos validis erumpit flatibus igneis. Totus ab ore micans iacitur mortalibus ardor.* Apud Hom. il. χ. Priamus Achillem cum hoc astro comparat, idque pulcherrimè describit his verbis: Τὸν δ' ὁ γέρων Πρίαμος πρῶτος ἴδεν ὀφθαλμοῖσι Παμφαίνοντ', ὡς ἀστέρ' ἐπεσσύμενον πεδίοιο, Ος ῥ' ἀστ' ὀπώρης εἶσιν. ἀρίζηλοι δέ οἱ αὐγαὶ Φαίνονται πολλοῖσι μετ' ἀστράσι νυκτὸς ἀμολγῷ, Οὔτε κυὼ ὠρίωνος ἐπικλησιν καλέουσι. Λαμπρότατος μὲν ὅγ' ἐστί, κακὸν δέ τ' σῆμα πέφυκται, Καὶπη φέρει πολλὸν πυρετὸν δειλοῖσι βροτοῖσι: Ὡς τῷ χαλκὸς ἔλαμπεν. id est, eum autem primus senex Priamus vidit vndique collucentem, vt sidus, in campum irruentem, quod auctunno exsistit: valde autem clarus eius fulgor inter alia sidera videtur nocte obscura: Quem Orionis canem cognomento nominant. Atque hoc quidem astrum clarissimũ est: mala autem hominibus portendit, & morbos complureis mortalibus importat. Sic Achillis arma æreafulgebant. Quos Homeri versus videtur his suis adumbrasse Virgilius lib. 10. Æneid. *Ardet apex capiti, cristísque à vertice flamma Funditur, & vastos vmbo vomit aureus igneis: Non secus, ac liquidasi quando nocte cometæ Sanguinei lugubre rubent, aut Sirius ardor. Ille sitim, morbósque ferens mortalibus ægris Nascitur, & læuo contristat lumine cælum.* Vult igitur Homerus canem esse Orionis. alij autem non Orionis, sed Icari, aut Erigonæ aiunt esse, eúmque inter astra locatum propter hanc causam. Icarus Athenienſis genere, filiam habuit Erigonam nomine. hæc catulum alebat. Ille cùm Bacchum aliquando hospitio accepisset, pro sua in eum liberalitate, vino donatus ab eo est, & vite. Iusserat autem Deus, cùm illum hoc munere remuneraretur, vt beneficium acceptum cum alijs hominibus communicaret. Itaque cùm terras obire ac peragrare, deiergase beneficium prædicans inciperet, ac iam ex vrbe exisset, canémque Erigonæ vnà secum haberet: bubulcis quibusdam, qui primi ei in agro occurrerant, vinum dedit. quo illi immoderatè hausto, altissimo somno oppressi sunt. Experrecti autem cùm arbitrarentur sibi ab Icaro venenum esse datum, eum interemerunt. Canis ad Erigonem reuersus, voce & latratu, quæ accidissent, ei indicauit. Illa, re comperta, suspendio vitam finijt. Morbo autem tæterri-

E

F

mo

Digitized by Google

A mo & peſtilenti Athenis orto, Athenienſes ab oraculo admoniti Icarum & Erigonam diuinis, iiſque ſollemnibus atque anniuerſarijs honoribus affecerunt & venerati ſunt: atque ita illi in cælo locati, & in aſtrorum numerum aſcripti ſunt: Icaríſque, Bootes: Erigona, Virgo ſunt appellati: Canis nomen ſuum retinuit. Neque verò me fugit, Canem Icari à nonnullis μεγιώνα exiſtimari, eundémque Sirium. Atque ita M. Tull. in Arato. Horatius ad Od. 17. lib. 1. *Hic in reducta valle Caniculæ Vitabis æſtus.*

NESCIT TANGERE] neſcit, id eſt, nequit, ſeu non poteſt tangere: propterea ſcilicet quòd ilex ijs ſaxis, vnde naſceris, inſita, ſuis frondibus, ac ramis feruidos abs te ſolis excludit ictus, vt idē alibi loquitur.

FRIGVS AMABILE] διασολή. eſt enim aliquod frigus naturæ inimicum & mortiferum. vt Saty. 1. lib. 2. *ô puer, vt ſis Vitalis metuo, & maiorũ ne quis amicus Frigore tè feriat.* Præbes igitur frig. am. pec. vago, id eſt, vt loquitur Oda 17. lib. 1. Defendis æſtatem pecori vago, nempe ouibus & capellis. ſic enim de Lucretili: *& igneam Defendit æſtatem capellis Vſque meis.* Sic & Virgil. Melib. *Muſcoſi fontes, & ſomno mollior herba, Et quæ vos rara viridis tegit arbutus vmbra, Solſtitium pecori defendite: iam venit æſtas Torrida.* idem Alex. *Nunc etiam pecudes vmbras, & frigora captant.*

B PRÆBES] ſuppeditas, ſufficis, παρίχεις. hoc enim ſignificat verbum præbeo. vſus eſt ſup. Od. 6. lib. 2. *Ver vbi longum, tepidáſque præbet Iupiter brumas.* & Od. 14. lib. 4. *Te copias, te conſilium, & tuos Præbente Diuos.* & Saty. 1. lib. 1. *Neſcis, quid valeat nummus? quem præbeat vſum?* Od. 11. li. 4. *& exemplum graue præbet ales Pegaſus.* epiſt. ad Numicium lib. 1. *chlamydes Lucullus, vt aiunt, Si poſſet centum ſcenæ præbere, rogatus, Quî poſſum tot? ait.* Sat. 6. lib. 1. *anita Ex re præberi ſumtus mihi crederet illos.* epiſt. ad vill. lib. 1. *Nec vicina ſubeſt, vinum præbere taberna Quæ poſſit tibi.* ſic Lucret. lib. 1. *Dædala tellus Vnde alit atque auget, generatim pabula præbens.* Idem lib. 5. *Pabula vitalia feris præbebat dentibus hauſtus.* & lib. 6. *Et multis alijs præbet regionibus*

C *æquor Vtilitatẽ opportunam ſitientibũ nautis.* Plautus Rud. *Ne thermopolium quidem vllum inſtructũ hodie ita ſalſam præbet potionem, & frigidam.* idem in Menæchm. *quando ego tibi ancillas, penum, lanã, aurum, veſtem, purpuram benè præbeo.* idem Curgul. *Nam & operam mihi, & pecuniam benè præbuiſti.* & Terent. in Heauton. *nolunt crebro conuiuarier: præbent exiguè ſumtum.* Idem in Phormione. *ea qui præbet, non tu hunc habeas planè præſentem Deum?* in Hecyra. *Nihil apud me tibi deſieri patiar, quin, quod opus ſit, benignè præbeatur.* Tibull. li. 2. *Illi ſelectos certent præbere colores: Africa Puniceũ, purpureumque Tyros.* ibidem. *præbebat aperte Mitis in vmbroſa gaudia valle Venus.* Salluſt. coniur. Catilinæ. *Nam vt cuiuſque ſtudiũ ex ætate flagrabat, alijs ſcorta præbere, alijs canes atque equos mercari.* ibid. *ſi voluptatibus veſtris otium præbere vultis.* Virgil. Georg. 3. *inbeo frondentia capris Arbuta ſufficere, & fluuios præbere recenteis.* M. Tull. epiſt. ad Q. Frat. lib. 2. *reliqua ſingulorum dierum ſcribemus ad te, ſi modò tabellarios tu præbebis.* idē de nat. Deor. D lib. 2. *aër cæli tenuitate & calore temperatus vitalẽ & ſalutarem ſpiritum præbet animantibus.* Idem in orat. pro Roſc. Amerino. *cibaria vobis præberi videmus.* Hirtius de bello Alex. *quod vtrumque palus largè præbere poterat.* idem ibid. *ſeruos præterea puberes armauerant, quibus domini locupletiores vectum quotidianum, ſtipendiumq; præbebant.* Poteſt etiam dici præbere idem valere, quod παρέχειν. ex quo parochi, qui legatis & magiſtratibus ligna, ſalem, & ſimilia præbebant. Horat. Saty. 5. lib. 1. *Proxima Campano ponti quæ villula, tectum Præbuit, & parochi, quæ debent ligna, ſalémque.* ibidem. *Murena præbente domum, Capitone culinam.* Sat. 4. *Præter eum, qui præbet aquam.* ſic Plaut. Aulular. *Neque ligna ego vſquam gentium præberi vidi pulchrius, Ita omneis exegit foras, &c.* quibus verbis o cans Congrio coquus ſignificat, omneis coquos ab Euclione fuſte eſſe exactos, atque eiectos.

FIES NOBILIVM TV QVOQVE] tu quoque aſcribêris in numerum nobiliũ fontium meis carminibus, quibus ilicem, ex qua tua aqua defluit, ſaxo innatam, immortalitati conſecrabo.

LOQVACES] cum murmure labentes: cum murmure trepidantes. ſic enim loquitur epiſt. 10. lib. 1. *Quàm quæ per pronum trepidat cum murmure riuum.* E

DESILIVNT] ex loco ſuperiore labuntur, defluunt, decurrunt. hoc totum autem *loquaces deſiliunt*, fortaſſe poëtæ Græci dicerent κελαδοῦσι, ſeu κελαρίζουσι. tale eſt illud ex Oda 16. epod. *montibus altis Leuis crepante lympha deſilit pede.*

## AVGVSTI LAVDES.
### Ode 14.

*HERCVLIS ritu modò dictus, ô plebs,*
*Morte venalem petiſſe laurum,*
*Cæſar Hiſpana repetit Penateis*
*Victor ab ora.* F
*Vnico gaudens mulier marito*
*Prodeat iuſtis operata diuis:*
*Et ſoror clari ducis, & decoræ*
*Supplice vitta*
*Virginum matres, iuuenúmque nuper*
*Soſpitum. vos ô pueri, & puellæ*
*Iam virum expertæ, malè nominatis*
*Parcite verbis.*
*Hic dies verè mihi feſtus atras*
*Eximet curas: ego nec tumultum,*
*Nec mori per vim metuam, tenente*
*Cæſare terras.*
*I, pete vnguentum, puer, & coronas,*



Digitized by Google

A *Et cadum Marsi memorem duelli:*
*Spartacum si quà potuit vagantem*
*Fallere testa.*
*Dic & argutæ properet Neæræ*
*Myrrheum nodo cohibere crinem.*
*Si per inuisum mora ianitorem*
*Fiet, abito.*
*Lenit albescens animos capillus,*
*Litium, & rixæ cupidos proteruæ.*
*Non ego hoc ferrem calidus iuuenta,*
*Consule Planco.*

HERCVLIS RITV] Quemadmodum Hercules grauissimis ærumnis exanclatis, seu exantlatis, plurimísque susceptis laboribus, atque aditis vitæ periculis, vt hominum generi otium ac tranquillitatem compararet, in cælum vocatus est: sic Augustus glorioſissimam deuictis hostibus victoriam in Hispania consecutus, in Italiam saluus reuertitur. De Hercule sup. ad Od. 3. huius libri.

B MORTE VENAL.] Oda 16. lib. 2. *non gemmis, neque purpura ve-Nale, nec auro.*

LAVRVM] frondem felicem, qua coronabantur victores, & triumphaturi.

VNICO GAVDENS] vni nupta, vnóque contenta matrona, hoc est, casta, & pudica.

OPERATA] operari & facere pro sacrificandi verbo vsurpant Latini, vt ῥέζειν Græci ἐπὶ τῷ θύειν. quod docet Athenæus lib. 14. Virgil. Georg. 1. *lætis operatus in herbis.* Tibull. lib. 2. eleg. 5. *Tunc operata Deo pubes discumbet in herba, & Arboris antiquæ quà lenis vmbra cadet.* alioqui operari propriè, opus facere est, seu operam in aliqua re ponere. Virgil. Æneid. 3. *Connubijs, arui(que nouis operata iuuentus.*

IVSTIS DIVIS] dijs patrijs, & consuetudine, atque vsu receptis. plerique libri veteres habent, *iustis operata sacris.*

C ET SOROR CLARI DVCIS] Octauia, quæ M. Antonio nupsit.

ET DEC. SVPPL. VITTA VIRGIN. MATR.] & fœminæ natu grandes supplici vestitu cultæ, atque ornatæ. Virgil. Æneid. 7. *Præferimus manibus vittas, ac verba precantum.*

SOSPITVM] qui è bello salui redierunt.

IAM VIRVM EXPERTÆ] nuptæ. contrà Oda 11. sup. *Nuptiarum expers.*

MALE NOMIN. PARC. VERB.] id est, εὐφημεῖτε, εὔφημα φωνεῖτε, ἢ σιγᾶτε, fauete linguis, vt loquitur Od. 1. huius lib. sed ne cui sit mirum, me scripturam vulgatam, *malè ominatis*, immutasse, & *malè nominatis* reposuisse, primùm testificor, me in octo libris manu scriptis, Don. Faër. Tornes. Vrs. quattuor Vaticanis, & item alijs hanc reperisse sine vlla litura expressam: deinde cùm de ea ad Gabr. Faërnum retulissem, is hortatus est me, atque adeò mihi auctor fuit, vt eam sequerer tamquam veram, & incorruptam. Nunc si quis ex me huius scripturæ rationem quæret, ego dubitanter & singultim respondebo, videri mihi Horatium vocem δυσώνυμος exprimere voluisse: &, quemadmodum illi ὄνομα δυσώνυμον dicunt, sic poë tam nostrum verba malè nominata: id est, turpia, seu potius mala verba, dixisse. Notum est autem olim imperari solitum esse, vt rebus diuinis, quæ publicè fierent, fauerent linguis, id est, bona verba loquerentur, & à malis verbis, seu malis nominibus abstinerent. Prætereà, vt scribit M. Tull. li. 1. de diuin. *cum imperator exercitum, censor populum lustraret, bonis nominibus qui hostias ducerent, eligebantur, & consules in dilectu observabant, vt primus miles fieret bono nomine.* Credibile igitur est, fortasse Horatium eadem ratiõe dixisse *verba malè nominata*, qua ratione diceremus hominem malè nominatum, seu mali nominis: hominẽ vel verba malè nominata pro malis nominibus posuisse. D

ATRAS EXIMET CVRAS] sic Od. 1. huius lib. *Post equitem sedet atra cura.*

TENENTE CÆSARE TERRAS] κρατοῦντος τῆς γῆς. terrarum imperium obtinente.

I, PETE VNGVENTVM] adhibebant elegãtiores homines in conuiuijs vnguenta & coronas. sup. Od. 7. lib. 2. *funde capacibus Vnguenta de conchis. quis vdo Deproperare apio corõas, Curáve myrto?* Anacr. Ἐμοὶ μέλει μύροισι καταβρέχειν ὑπήνην, Ἐμοὶ μέλει ῥόδοισι καταστέφειν κάρηνα. quibus versibus significat Anacreon, sibi curæ esse vnguentis cæsariem madefacere, sibi curæ esse rosis caput coronare. E

ET CADVM MARSI MEM.] cadum, qui iam tum fuerit in cælla cónditus, cùm bello Marsico Italia arderet. Dictum est autem Marsicũ bellũ (inquit Strabo libro 10.) ab ijs, qui defectionis illius auctores ac principes fuerunt, maximéque à Propedio Marsorum duce. quamquam initium belli à Picentibus esse natum tradit Liuius, quibus cum vnà defecerant à populo Romano Marsi, Peligni, Marrucini, Lucani, Samnites, cui⁹ defectionis causa ex eo nata est, quòd cùm se cõmunione ciuitatis ac libertatis cum populo Ro. cõiungi postulassent à senatu, populóque Ro. id nõ obtinuerant. Necesse verò est hoc vinum, vetus admodũ fuisse, cùm bellum Marsicum conflatum sit L. Iulio Cæsare, & Rutilio Lupo Coss. à quo tempore vsque ad M. Lollium, Q. Æmilium Lepidum, qui bus Coss. annum ætatis suæ agebat Horatius quadragesimum quartũ, si rationem inire voles, LXX. anni intercedunt. Cadus autem, ne quis erret, & Græca vox est, & Græca mensura. Est enim à verbo χαδεῖν, quod est χωρεῖν, id est, capere. idem autẽ valent, cadus, metretes, ceramium. Hesych. κάδος ἐστὶ κεράμιον, id est, cadus est ceramium. Iam ex Dioscoride licet intelligere, metreten & ceramium re idem esse: ex Plinio, metreten & cadum. Quæ rat aliquis, si hæc tria, nomina Græca sunt, & mensuræ Græcæ nomina, quæ vox, & quæ mensura Latina eis pariter respondet? nulla, quod sciam: nisi forte amphora, aut (quod idem valet) quadrantal: quæ tamen mensura, vt docet Festus, octo & quadraginta sextarios capit. At metretes, vt tradit Nicandri interpres, duos & septuaginta sextarios continet. Quare amphora Romana, seu F

qua-

Digitized by Google

A quadrantal, tertia fere parte minus cõtinet, quàm cadus, aut metretes, aut ceramium: quæ proximæ mensuræ, amphoram, & vrnam, seu treis vrnas capiunt: amphora autem duas vrnas duntaxat aut certè paullo plus.

SPARTACVM] Bellum seruile, quòd Chryso & Spartaco ducibus cum populo Romano gestũ est, anno fere decimo sexto post Marsicum, ortum est, L. Licinio Lucullo, & M. Aurelio Cotta. Coss. De Spartaco sic Athen. libr. 7. καὶ Σπάρτακος δὲ ὁ μονομάχος ἐκ Καπύης πόλεως Ἰταλικῆς ὁρμηθεὶς χιλίους μὲν ἀθροίσας οἰκετῶν (ἰῶ δὲ καὶ αὐτὸς οἰκέτης, θρᾷξ γένος) καὶ δόγμα πᾶσαν Ἰταλίαν, χρόνον οὐκ ὀλίγον, πολλῶν δήλων καθ' ἑκάστην ἡμέραν συῤῥεόντων ὡς αὐτὸν. καὶ εἰ μὴ ἀπέθανεν ἐν τῇ πρὸς Λικίνιον Κράσσον παρατάξει, ὁ τὸν τυχόντα ἂν ἱδρῶτα τοῖς ἡμεδαποῖς παρέσχεν. quibus ex verbis (ne verbum verbo reddamus) intelligere licet, hunc Spartacum seruum & gladiatorem, & genere Thracem fuisse, totámque Italiam diu populatum esse, maiore in dies seruorum multitudine ad eum confluente: & nisi in eo prœlio, quod aduersus Crassum commisit, occubuisset, magnũ in discrimen rem Romanam fuisse venturam. Plu
B tarchus autem in Crasso scribit, quamuis in ea pugna, quæ aduersus Spartacum pugnata est, Crassus (cui id bellum fuerat mandatum à senatu) sese fortissimè gesserit, suúmque ipsius corpus periculo obtulerit: illius victoriæ tamen gloriam Pompeio esse quæsitam, atq; ascriptam, propterea quòd eos, qui è prœlio aufugerant, exceptos Pompeius interfecerit: ita vt ad senatũ scripserit, Crassum quidem aperto Marte vicisse fugitiuos: se autem belli reliquias sustulisse, & (vt ait Plutarchus) τὸν πολέμιον τῶν ῥίζαν ἀνῃρηκέναι, id est, belli radicem excidisse.

SPART. SI QVA, &c.] si qua testa, seu si quis cadus effugere potuit Spartaci, & fugitiuorum manus, totam Italiam suo arbitratu percurrentiũ ac vastantium. Sed videtur non posse ferri hęc explicatio, *si qua testa*: id est, si aliqua testa: alioqui erit trochæus, seu tribrachus pro dactylo, *quâ pô-tũ-qua* enim recti casus, breuis est syllaba. Dicendum igitur est, vel hîc legi debere, *siqua* pro *si-qua*. quod quibusdam placet: vel si seruetur lectio
C recepta, *si qua*, *qua* hîc præter naturam, longum fieri: aut, quod magis probo, *si quâ*, positum esse pro, si qua parte, seu potius, si qua ratione, vt apud Virg. lib. 1. Æn. princip. *Si quâ fata sinant*. quamquam Carisius lib. 2. *siquâ* vult esse positum apud Virgil. pro *siquo*, hoc est, si quo modo: quemadmodum & lib. 6. in extr. *si quâ fata aspera rumpas, Tu Marcellus eris*. non dissimile est illud eiusdem, Palæm. *Et si non aliquâ nocuisses, mortuus esses*. Non desunt qui sic explicant, *Spartacum si qua, &c.* id est, si vinum in aliqua testa conditum, potuit Spartacum fallere: vt vox *cadus* subintelligatur, & iungatur cum verbo *potuit*, & pro vino posita intelligatur: *qua testa* autem sint sexti casus, pro in aliqua testa. quod mihi nullo modo placet. Non est autem dubium, quin, quem cadum paullo antè dixerit, hîc testam appellet. hoc tantum interest, quòd testa materiam declarat, cadus mensuram.

FALLERE] λαθάνειν, latére, vt sæpius iam dixi.

DIC ET ARGVTÆ PROPERET, &c.] dic & Neæræ, vt properet colligere crinem nodo. D
id est, religare comam in nodum. tale est illud Ode 11. lib. 2. *dic age cum lyra Maturet incomtum Lacæna More comam religata nodum*.

MYRRHEVM] subfluum: vel myrrhei coloris: vel myrrhino vnguento delibutum. Tibull. lib. 3. eleg. 4. *Stillabat Tyrio myrrhea rore coma*. Propert. lib. 1. *Aut quid Orontheа crineis perfundere myrrha? nuuat* repetendum ἀπὸ κοινοῦ.

NODO COHIBERE] colligere, seu religare in nodum. sup. Od. 19. lib. 2. dixit *nodo coërcere*.

LENIT ALBESCENS ANIMOS, &c.] coniungenda sunt hæc, *animos, litium & rixæ cupidos*, vt significet τὸν θυμὸν. canities (inquit) & ætas ingraueſcens me mitiorem & placidiorem reddidit. Atqui facit nos amariores senectus: & senes sunt iracundiores viris, vitio ætatis: & odiosa est omnis in imbecillo corpore offensio. Itaque pueri, sénes, mulieres maximè sunt iracundi. Respondeo senes, quidem, vt & mulieres, & pueros, esse admodum iracundos: sed tamen quia sunt imbecilli, iram continent: aut si non continent, frustrà iraſcũtur: at viri & iuuenes irati, sui doloris continuò pœnas expetunt, & manu, vi, ferro, iniuriam E
acceptam vlciscuntur.

CALIDVS IVVENTA,] epist. ad Pison. *florente iuuenta Feruidus*: id est, iuuenis: quem Græci vno nomine αἰζηὸν dicunt, quasi ἀεὶ ζέοντα: id est, semper feruentem. Profert hunc locum Seruius, ad illum Virg. Æn. 5. *Tum verò exarsit iuueni dolor*.

CONSVLE TVLLO] L. Volcatio Tullo, id est, anno ab vrbe condita ıɔccxx. quo tempore annum ætatis suæ agebat circiter xxxı. si verum est eum natum esse L. Aurelio Cotta, & M. Manlio Torquato Coss. quod quidem de se ipse testatur Od. 12. epod. *Tu vina Torquato mone Consule pressa meo*.

F

## IN CHLORIM, seu *Chloridem*.

### Ode 15.

Vt saltem vetula, nequitiæ & libidini modum constituat.

*VXOR pauperis Ibici,*
*Tandem nequitiæ fige modum tuæ*
*Famosisq; laboribus.*
*Maturo propior desine funeri*
*Inter ludere virgines,*
*Et stellis nebulam spargere candidis.*
*Non, si quid Pholoën satis,*
*Et te, Chlori, decet. filia rectius*
*Expugnat iuuenum domos,*



Digitized by Google

A *Pulso thyas vti cóncita tympano.*
*Illam cogit amor Nothi*
*Lasciuæ similem ludere capreæ.*
*Te lanæ prope nobilem*
*Tonsæ Luceriam, non citharæ, decent,*
*Nec flos purpureus rosæ.*
*Nec poti vetulam fæce tenus cadi.*

VXOR PAVP. IB.] hanc Oden veteres notant esse mempticen: id est, ad reprehendendum comparatam.

NEQVITIÆ FIGE MODVM TVÆ] constitue modum tuæ libidini, tuæque incontinentiæ. sic loquitur M. Tullius paradoxo 3. in extr. *Etiam ne in minimis rebus? Etiam: siquidem rerum modum figere non possumus: animorum tenere possumus.* quidam libri veteres habent *pone modum:* in his Torn. & Iann. & Danielis Aurelianensis, & Nicotian. & Russard.

B FAMOSISQVE LABORIBVS] Venereis & meretriciis. famosus enim semper turpitudinem significat, vt huius lib. Od. 3. *Famosus hospes.*

MATVRO PROP. DES.] id est, desine mortis maturæ iam propinqua, id est, anus decrepita, desine, inquam, inter virgines & puellas iocari, & ludere.

INTER LVDERE VIRGINES] ludere inter virgines. vide annot. ad Od. 7. libri 2.

ET STELLIS NEBVLAM, &c.] id est, & te vetulam, atque aridam puellis teneris, atque ætate florentibus admiscere.

CANDIDIS] id est lucidis. nam vt tenebræ nigræ: ita lux, candida est.

PHOLOËN] puellam, filiam tuam.

EXPVGNAT IVVENVM DOMOS] non quòd iuuenum foreis manibus, aut saxis effringat, sed quòd mulieris forma, & flos ætatis, hastatum & gladiorum instar, viros etiam fortissimos & constantissimos labefactet ac prosternat. Testem huc producam locupletem Anacreontem, C Νικᾷ δὲ καὶ σιδηροῦν, Καὶ πῦρ καλή τις ὖσα. id est, mulier formosa ferrum & ignem superat. Quòd si quis contendet, hanc Pholoën reuera amore stimulatam, & concitatam vltrò ad iuuenum foreis cucurrisse, & in eas irrupisse, non pugnabo. & fortasse hæc sententia verior est.

PVLSO THYAS VTI, &c.] thyadi similis, pulsu tympani exaudito, furore concitatæ. sunt autem thyades Bacchi sacerdotes, quæ aliis nominibus mænades, Bassaræ, & Bassarides, Bacchæ, &c. appellantur.

LVCERIAM] oppidum Apuliæ, circa quod lanæ optimæ tondebantur. aiunt etiam in hoc oppido templum fuisse Mineruæ consecratum: cui deæ lanificium curæ est. decet (inquit) te colus, & fusus, & radij, & lanificium.

AMOR NOTHI] amor, quo Nothum deperit.

NEC POTI VETVLAM, &c.] nec te decet cados vsque ad fæcem exhaurire: sed puellas nempe impudicas, vt Od. 36. lib. 1. *Nec multi Damalis meri Bassum Threïcia, &c.* Nam fœminis, & matronis Romanis nefas erat omnino vinum gustare. Scribunt Plutarchus, Valerius Max. & Athenæus. Athenæi verba sunt hæc lib. 10. ex Polybio, Παρὰ Ῥωμαίοις δὲ (ὥς φησὶ Πολύβιος ἐν τῇ ἕκτῃ) ἀπείρηται γυναιξὶ πίνειν οἶνον. τὸν δὲ καλούμενον πάσσον πίνουσι: id est, apud Romanos autem (vt ait Polyb. lib. 6.) interdictum est mulieribus vini potu. vinum autem ex vuis passis bibunt. Idem tradidit & Valerius Maxim. lib. 2. cap. 1. bibere autem fæce tenus, prouerbium olet. sic loquuntur & Græci. Lycida quidem ille apud Theocr. in Thalysiis, dicit se potaturum labris vsque ad fæcem impressis. Ἀντᾶσον κυλίκεσσι καὶ ἐς πρύα χεῖλος ἐρείδων. cod. Raïn. Catd. habet *Sed poti.* non probo. Sed non dissimulabo, in vno Codice Vaticano & Faërn. meminisse me scriptum videre Romę, *vetula*: & item hîc in Gallia reperi in vno Russard. & vno Nicotiano: vt scilicet cohæreat cum voce *fæce*: atque ita intelligamus hoc sentire Horatium, non decere hanc anũ vini veteris amphoras vsque ad fæcem exhaurire. Omnino vocem *vetulam* retineo, vt multo pluriũ librorum manu scriptorum auctoritate confirmatam: neque tamen, *vetula* damno, si cui probabitur magis. quod fortasse verum & rectum est. E

D

## AD C. MÆCENATEM. Ode 16.

Se contentum esse sua sorte: hac autem affectione animi vitam beatam constare.

*INCLVSAM Danaën turris ahenea,*
*Robustæq; fores, & vigilum canum*
*Tristes excubiæ munierant satis*
*Nocturnis ab adulteris:*
*Si non Acrisium, virginis abditæ*
*Custodem pauidum, Iupiter & Venus* F
*Risissent: fore enim tutũ iter, & patens,*
*Conuerso in pretium deo.*
*Aurum per medios ire satellites,*
*Et perrumpere amat saxa, potentius*
*Ictu fulmineo. cóncidit auguris*
*Argiui domus, ob lucrum*
*Demersa exscidio. diffidit vrbium*
*Portas vir Macedo, & subruit æmulos*
*Reges muneribus. munera nauium*
*Sæuos illaqueant duces.*
*Crescentem sequitur cura pecuniam,*
*Maiorúmque fames. iure perhorrui*
*Latè conspicuum tollere verticem,*

*Macenas,*

Digitized by Google

*Mæcenas, equitum decus.*
*Quanto quisque sibi plura negauerit,*
*A diis plura feret. nil cupientium*
*Nudus castra peto: & trãsfuga, diuitũ*
*Parteis linquere gestio,*
*Contemtæ dominus splendidior rei,*
*Quã si, quicquid arat impiger Appulus*
*Occultare meis dicerer horreis,*
*Magnas inter opes inops.*
*Puræ riuus aquæ, siluáque iugerum*
*Paucorum, & segetis certa fides meæ,*
*Fulgentem imperio fertilis Africæ*
*Fallit sorte beatior.*
*Quamquã nec Calabræ mella ferũt apes:*
*Nec Læstrygonia Bacchus in amphora*
*Languescit mihi: nec pinguia Gallicis*
*Crescunt vellera pascuis:*
*Importuna tamen pauperies abest:*
*Nec, si plura velim, tu dare deneges.*
*Contracto melius parua Cupidine*
*Vectigalia porrigam,*
*Quám si Mygdoniis regnum Halyattici*
*Campis continuem multa petentibus*
*Desunt multa. benè est, cui deus obtulit*
*Parca, quod satis est, manu.*

INCLVSAM DANAEN] Acrisius consulto de liberis masculis, si quos filia sua pareret, oraculo, responsum tulit, se ab eo, qui è filia sua nasceretur, interfectum iri. Hoc igitur metuens, exstructo sub terra æreo thalamo (de quo Pausanias Corinthiac.) Danaen acerrima custodia septam tenebat. Verumtamen illa (vt tradunt nonnulli) à Prœto patruo corrupta est. ex quo dissidium inter fratres implacabile natum est. Alij autem scribunt (atque hæc opinio magis vulgata, & probata est) Iouem in aurum conuersum, per impluuium in sinum Danaæ influxisse, & cum ea rem habuisse. quam opinionem sequitur & Pindarus Pyth. carmine duodec. υἱὸς Δανάας, τὸν ἀπὸ χρυσῦ φάμαν αὐπρῴρυτε ἔμμεναι. Danaæ filius, quem ex auro sua sponte fluente natum esse dicimus. ex eo concubitu Perseus natus est: de quo Hom. ιλ. ξ. Οὐδ' ὅτε περ Δαναῆς καλλισφύρῳ Ακρισιώνης, Η τέκε Περσῆα πάντων ἀριδείκελον ἀνδρῶν. id est, Neque cùm amauit Danaën formosam Acrisii filiam: Quæ Perseum peperit omnium virorum clarissimum. Hic Gorgonis caput, cuius aspectus homines in lapides vertebat, abscidit. Pindar. Pyth. εἰδ. ι. ἐπφνέν π γοργόνα, &c. sed idem Pindarus, quæ de auro & Danaë dicuntur, videtur in carmine sexto Isthmiorum ad Alcmenam transtulisse. Quærit enim ex Thebis, quo maximè tempore lætitia affectæ sint: vtrùm cùm capillatum Bacchum genuerunt, an cùm intempesta nocte optimum, & maximum Deorum, aurea niue stillantem, in Alcmenæ Amphitryonis vxoris sinum, complexúmque venientem, vt Herculem procrearet, acceperunt? an, &c. Verba Pindari sunt hæc, quæ quidem ad hunc locum pertineant: ἢ χρυσῷ μεσονύκτιον νίφοντα δέξαμένα τὸν φέρτατον θεῶν ὅποτε Αμφιτρύωνος ἐν θυρέτροις σαθεὶς ἄλοχον μετῆλθεν Ηρακλείοις γονᾶις. tabula autem picta illa, quam spectabat Chærea in Eunucho, non significabat, Iouem sese in aurum conuertisse, sed in hominem conuersum, imbrem aureum in Danaæ gremium demisisse, ac per alienas tegulas, & per impluuium fucum factum mulieri venisse clanculum. Attingit & Sophocles in Antigone hanc Danaæ fabulam his verbis: ἔτλα καὶ Δανάας ὑράνιον φῶς Αλλάξαι δέμας ἐν χαλκοδέτοις αὐλαῖς· Κρυπτομένα δ' ἐν τυμβήρει θαλάμῳ κατεζεύχθη. id est, Etiam Danaæ corpus potuit ætheris lucem cum tenebris mutare, & delituit in Thalamo subterraneo incluſa, &c. significat autem Danaæ fabula, nullam esse fœminam vsque adeò pudicam, quæ auro expugnari non possit.

TVRR. AHENEA] Soph. αὐλὰς χαλκοδέτους appellat. profert hunc locum Seru. Georg. 3.

ROBVSTÆQVE FORES] & solidissimæ, ac validissimæ fores munierant satis.

NOCT. AB ADVLT.] id est, satis munitam, ac tutam reddiderant aduersus adulteros nocturnos. sic loquuntur boni scriptores. Lucret. lib. 3. *Quòd si fortè ideò magis immortalis habẽda'st, Quòd talubus ab rebus munita tenetur, &c.* lege annot. ad Saty. 1. lib. 2. *Tutus ab insestis latronibus?*

ADVLTERIS] amatoribus, corruptoribus. *adulter & adultera dicuntur, quia & ille ad alteram, & hæc ad alterum se conferunt.* Festus.

FORE ENIM TVTVM ITER, &c.] Iupiter, & Venus Acrisii patris anxiam illam, & nimis diligentem custodiam deriserunt. sciebant enim aditum ad Danaam, facilem, & expeditum futurũ conuerso in aurum Ioue.

IN PRETIVM] in aurum, aliter epist. 17. lib. 1. *Et decus & pretium rectè petit experiens vir.* & epist. 16. eiusd. *Nec furtum feci, nec fugi, si mihi dicat Servus: habes pretium. loris non vreris, aio.* & Od. 24. huius lib. *Et peccare nefas, aut pretium est mori.* Nam veteres pretium pro mercede, & præmio vsurpabant.

AVRVM PER MED. IRE SATELL.] M. Tull. proœmio actionum Verr. Verrem, qui suos iudices corrumpere cogitabat, omnémque salutis rationem in sola pecunia collocabat, ita disputantem inducit: *nihil esse tam sanctum, quod non violari, nihil tam munitum, quod non expugnari pecunia possit.* Quòd autem hîc auro tribuit Horatius, idem argento Sophocles in Antigone. neq; sanè quicquam réfert de vtro metallo verba fiant, cùm vtroque sermone significent scriptores quantùm valeat pecunia. verba Sophoclis hæc sunt: οὐδὲν γὰρ ἀνθρώποισιν οἷον ἄργυρος Κακὸν νόμισμ' ἔβλαστε. τοῦτο καὶ πόλεις Πορθεῖ. τόδ' ἄνδρας ἐξαίσιους δόμων. Τόδ' ἐκδιδάσκει, καὶ παραλλάσσει φρένας Χρηστὰς πρὸς

Digitized by Google

A πρὸς αἰσχρὰ πράγματ' ἰσαῶσαι βροτῶν· Πανυργίας δ' ἔδειξεν ἀνθρώποις ἔχειν. Καὶ παντὸς ἔργου δυσσέβειαν εἰδέναι. quorum verſuum hæc ferè ſententia eſt, Nihil eſt, vnde talia mala naſcantur, qualia ab argento. Hoc vrbeis euertit: hoc viros è ſuis ſedibus exturbat: hoc dedocet & deprauat bonas mentes, & ad res turpeis traducit: hoc verſutias & fallacias hominibus tradit, vt eas ſcientia comprehendant, & & omnem impietatem diſcant.

ET PERRVMP AMAT SAXA] amat, id eſt, ſolet, vt ſup. Od. 3. lib. 2. *Vmbram hoſpitalem conſociare amant.* ſumtum eſt autem hoc genus loquendi à Græcis. exemplum ex Platone ad illum locum protulimus. Accedat nunc & ex Sophocl. in Antigone: φιλεῖ γὰρ τοῦτο καὶ ταύτη ῥέπειν.

CÓNCIDIT AVG. ARG.] Amphiarai fabula talis eſt. Amphiaraus augur Eriphylam Talai filiam duxit vxorem. Huic cùm forte cum Adraſto neſcio quid controuerſiæ fuiſſet, iurauit vterque ſe arbitrio Eriphylæ de omnibus controuerſiis tranſacturum. Bello autem inter Argiuos, & Thebanos orto, cùm excercitus in expeditionem iam duceretur, ídque vehementer improbaret, ac
B diſſuaderet Amphiaraus, perniciémque & calamitatem eis imminentem multo antè denuntiaret, ac prædiceret: Eriphyle accepto ab Adraſto, monili aureo, iis aſſenſa eſt, qui bellum gerendum eſſe cenſerent, Amphiaraúmque bello intereſſe oportere pronuntiarent. Ita coactus eſt ille ei bello, à quo tantopere abhorrebat: propterea, quòd ſciebat ſibi quoque peſtem, & calamitatem ex eo eſſe paratam, intereſſe. Sed cùm cognouiſſet, vxorem ſuam auro corruptam fuiſſe: non antè neceſſario illo belli adminiſtrandi munere fungi inſtituit, quàm & vxorem acerrimè accuſaſſet, & filio Alcmæoni mandauiſſet, atque imperauiſſet, vt priuſquam in caſtra veniret, matrem Eriphylam necaret. Quo in facinore obeundo cùm patri paruiſſet Alcmæon, in furorem incidit. Amphiaraus autem terræ hiatu abſumtus eſt. de quo M. Tull. ad Cecinam lib. 6. *Itaque vel officio, vel fama bonorum, vel pudore victus, vt in fabula Amphiaraus, ſic ego prudens, & ſciens ad peſtem ante o-*
C *culos poſitam, ſum profectus.* Idem M. Tullius lib. 3. accuſ. de ſignis, Verrem, qui pocula quædam Diodôri pulcherrima numquam à ſe viſa, concupiuerat, cum Eriphyla comparat, his verbis, *Eriphylam accepimus in fabulis, ea cupiditate fuiſſe, vt, cum vidiſſet monile (opinor) ex auro & gemmis pulchritudine eius incenſa, ſalutem viri proderet. ſimilis iſtius cupiditas. hoc etiam acrior, atque inſanior, quòd illa cupiebat id, quod viderat: huius libidines non ſolum oculis, ſed etiam auribus excitabantur.* Plato lib. nono de repub. pulcherrimam illam de iuſtitia, & iniuſtitia, vtra ſit vtilior, diſputationem concludens, ita loquitur. Eſt' ne igitur ex iis, quę diximus, quiſquam, cui expediat, aurum iniuſtè accipere, ſi futurum eſt, vt aliquid ei eiuſmodi accidat, vt cùm aurum accipit, eadem opera oprimam ſui partem in poteſtatem deterrimæ redigat? an ita dicimus, ſi auro accepto filium, aut filiam ſæuis & immanibus hominibus conſtringendam traderet, futurum ei aurum inutile, etiam ſi multum auri eo nomine accipiat: partem verò ſui diuiniſſimam ſi impuriſſimæ, & Deo inimiciſſimæ parti ſeruire cogat, nihilque eius miſereatur: non fore miſerrimum, neq; ſeſe auro corrumpendum præbiturum in perniciem, ac peſtem multo grauiorem, quàm Eriphylen, quæ aureum monile in perniciem, atque interitum viri ſui accepit? verba Platonis Græca, ſi quis noſtris Latinis non contentus, fortè deſiderabit, ex ipſo fonte petat. Vlyſſes quoque apud Hom. ὀδυσσ. λ. Alcinoo narrat, ſe vidiſſe Eriphylam apud inferos, quæ aurum in caput viri acceperit. συλήσω τ' Ἐριφύλην, ἣ χρυσὸν φίλης ἀνδρὸς ἐδέξατο πημήνατα. & Æneas apud Virgil. lib. 6. *mæſtámque Eriphylen, Crudelis nati monſtrantem vulnera, &c.* Sed, vt ad Amphiaraum redeam, de eo hæc pauca (quæ ad hunc locum pertineant) ſcribit Pauſanias Atticis. Λέγεται δ' Ἀμφιάραον φεύγοντα ἐκ Θηβῶν, διαστῆναι τὴν γῆν, καὶ ὡς αὐτὸν ὁμοῦ καὶ ἅρμα ὑπολέξαι. id eſt, aiunt autem Amphiarao fugienti diſceſſiſſe terram, eúmque vnà cum curru terræ hiatu abſumtum eſſe.

DEMERSA EXSCIDIO] quidam libri manu ſcr. habent *Demerſa exitio.* quæ ſcriptura non eſt reijcienda. Nam ſiue hanc ſcripturam ſiue alteram ſequamur, ſignificat Horat. ob lucrum, id eſt, ob aurum, ſeu ob aureum illud monile, quo Eriphyle corrupta eſt, Amphiarai domum funditus extinctam, atque euerſam eſſe: hoc eſt totam Amphiarai familiam, nempe vxorem & liberos & ipſum, interiiſſe.

DIFFIDIT VRBIVM PORTAS] *Philippus Alexandri Magni pater* (vt ſcribit M. Tullius epiſt. lib. 1. ad Attic.) *omnia caſtella expugnari poſſe dicebat, in quæ modò aſellus onuſtus auro poſſet aſcendere.* Plutarchus in Paulo Æmilio, ſcribit traditum eſſe à veteribus hiſtoricis, non Philippum, ſed eius aurum Græciam ſubegiſſe, atque euertiſſe: conſtatque inter omneis, illum plureis vrbeis auro, quàm vi, & ferro cepiſſe. Eundem Pauſanias in Arcad. ſcribit rerum geſtarum magnitudine ſuperiores quidem Macedoniæ Reges ſuperaſſe: bonum autem imperatorem non iccircò appellandum eſſe: quippe qui & iuſiurandum Deorum F
ſemper conculcarit, & fœdera ob quamlibet cauſam violarit, & fidem maximè omnium mortaliũ neglexerit, ac pro nihilo putarit. verba Pauſan. ſunt hæc. Φίλιππον δὲ βασιλέων μὲν τῶν πρὸ αὐτοῦ, καὶ ὅσοι Μακεδόσι γεγόνασιν ὕστερον τούτων μὲν πείθοιτο οὐκ μέγιστα αὐτὸν ἔργα ἀποδείξασθαι· στρατηγὸν δ' ἀγαθὸν οὐκ ἄν τις εὐφρονῶν καλέσειεν αὐτόν, ὅσα καὶ ὅρκους θεῶν καταπάτησεν ἀεὶ, καὶ σπονδὰς ὁπόταν πιστὰ ἐψεύσατο, πίστιν τ' ἠφάνισε μάλιστα ἀνθρώπων. Eidem conſulenti, quibus potiſſimum rationibus vrbeis expugnare, & hoſtium copias profligare poſſet, Apollinem ita reſpondiſſe ferunt: Ἀργυρέαις λόγχαισι μάχου, καὶ πάντα νικήσεις, id eſt, Argenteis haſtis confligito, & omnia vinces. Quod quidem Philippi conſilium, atque inſtitutũ elegãtiſſimè, vt omnia exponit Demoſt. in orat. περὶ παραπρ. his verbis, πῶς γὰρ τῶν πραγμάτων ἐγκρατὴς γένοιτ' ἂν Φίλιππος ἁπάντων, καὶ πῶς τὰ μέγιστα κατεργάσαιτο τῶν πεπραγμένων, σκέψασθε. τῷ παρὰ τῶν πωλούντων τὰς πράξεις πωλεῖσθαι. τῷ τὺς πρεσβευτὰς ἐν ταῖς πόλεσι διαφθείρειν, καὶ

A καὶ ἐπαίρειν τύπτες. id est, quibus enim rationibus rerum omnium potitus sit Philippus, & quibus modis maximas rerum à se gestarum effecerit, videte. emendis actionibus, ac rebus à venditoribus: iis corrumpendis, qui in singulis vrbibus summæ rei præsant: his locupletandis, atque ornandis.

SVBRVIT ÆMVL. REG. MVNER.] *subruit*, postrauit, qui antea stabant. Sed, quod hîc dicitur ab Horatio de ducibus corruptis, animaduertendum est, quod tradit Pausanias Messen. primos omnium Lacedæmonios hosti munera dare cœpisse, primósque belli victoriam auro venalem effecisse: antequàm autem Lacedæmonij in eo bello, quod cum Messeniis gesserunt, belli administrandi leges, & iura violassent, Aristocratésque Arcas socios prodidisset: vel virtute, vel fortuna eos, qui pugnabant, de victoria decernere consueuisse. M. Tull. off. 2. scribit *C. Pontium Samnitem optare solitum, vt ad illa tempora se fortuna seruasset, & tunc esset natus, quando Romani dona accipere cœpissent: non fuisse passurum diutius eos imperare.* hoc appellat Ennius, *bellum cauponari.*

MVNERA NAV. SÆV. ILLAQVEANT] B *illaqueant*, irretiunt, capiunt. Medea apud Eurip. ait dici solere, etiam Deos flecti muneribus. μισῶ σὺ. πείθειν δῶρα καὶ θεὺς λόγος. Sed ad hunc locum quadrat magis illud: Δῶρα γὰρ αἰδῶ ἀνθρώπων νοῶ ἥπαφεν, ἠδὲ καὶ ἔρα: id est, Munera decipiunt facta, & mortalia corda. sed non præteribo silentio quod Passeratius, homo & mihi amicus, & singulari ingenio, doctrinaque præditus, mihi in sermone dicebat, sibi hunc locum longè aliter, quàm vulgò, videri intelligendum. vulgò enim has voces duas, *duces nauium* connectunt & coniungunt, & περιπαρίχυς, seu nauium præfectos accipiunt. ille autem *munera* volebat cohærere cum voce *nauium*: & per *nauium munera*, merceis peregrinas, quæ nauibus ad nos aduehuntur, significari existimabat. *munera nauium* autem eadem ratione dictum ab Horat. putabat, qua ratione ab eodem *munera terræ*, & *munera maris*, in epist. ad Numicium. *quid cẽ ses munera terræ, Quid maris extremos Arabas ditantis & Indos?* Propertius, *munera peregrina* appellat. *Téque peregrinis vendere muneribus.* ego *nauium duces* coniunctim accipio: veruntamen iudicet lector. C

CRESCENTEM SEQ. CVRA PEC.] duo molestissima mala pecuniam crescentem sequuntur, cura seruandi, & augendi cupiditas. sic M. Tull. Parad. ὅτι μόνον ἀγαθὸν τὸ καλὸν, cupiditatem augendi, & metum amittendi, pecuniæ comites posuit. *neque enim* (inquit) *vmquam expletur, nec satiatur cupiditatis sitis: neq; ea solum, quæ habent, libidine augendi cruciantur: sed etiam amittendi metu.* quam igitur Cicero libidinem augendi dixit. Horatius *maiorum famem* nominat: quam ille metum amittendi, hic curam. Sed pauci hanc curam extimescunt, pauci pecuniam contemnunt. Anacreon quidem duobus à Polycrate Samio talentis acceptis, cùm duas iam noctes insomneis præ cura traduxisset: ea remittenda ad illum curauit, hanc vnam facti sui causam afferens, ὑπεμάθην αὐτὸς ἀφροσύνης, id est, non tanti ea à se fieri, quãta illa cura fuisset, hunc metum pluribus verbis describit, & exagitat Horat. Saty. 1. lib. 1. *An vigilare metu exanimem, noctesque, diésque Formidare malos fures, incendia, seruos, Ne te compilent fugientes, hoc iuuat? horum Semper ego optarem pauperrimus esse bonorum.* alterum autem malum, nempe maiorum famem, seu augendi libidinem, & cupiditatem, vt grauissimum cruciatum precatur auaris Theocritus εἰδυλ. 15. quod inscribitur Ἱέρων. Χαιρέτω ὅστις πῖος, αὐήρι θμος δ' οἱ εἴη Ἄργυρος, αἰεὶ δ' πλεόνων ἔχοι ἵμερος αὐτόν. de eadem sic Horat. Od. 24. huius lib. *scilicet improbæ Crescunt diuitiæ, tamen Curtæ nescio quid semper abest rei.* & epist. ad Iul. Florum lib. 2. *Si tibi nulla sitim finiret copia lymphæ, Narrares medicis: quòd, quanto plura parasti, Tanto plura cupis, nulline faterier audes? &c.*

IVRE PERHORRVI] id est, non immeritò diuitias immensas, summos honores, & nimiam potentiam fugi, quandoquidem tam sollicito, & anxio animo sunt pecuniosi, honoribus ornati, ac potentes.

TOLL. VERTICEM] attollere caput. aliter Od. 1. lib. 1. *Sublimi feriam sidera vertice.*

QVANTO QVISQVE SIBI PLVRA] id est, quanto quisque pauciora desiderabit, tanto facilius cupiditatem suam explebit. E

FERET] auferet, accipiet, consequetur, obtinebit. vide annot. ad Od. 8. lib. 4.

ET TRANSFVGA] tralatio, seu allegoria à re militari.

CONTEMTÆ DOM. SPLEND. REI.] Sed quomodo quisquam eius rei dominus esse potest, quam contemnit, id est, quam non habet, neque possidet? dicam, qui rem aliquam contemnit, quamuis eam non possideat, non desiderat tamen: si non desiderat, non caret. At, qui quauis re non caret, eius verior est dominus, eáque verius potitur, quàm, qui, quæ habet, iis vti non audet. Nam, qui iis bonis, quæ possidet, miser abstinet, ac timet vti, vt alibi ait Horat. profectò si verum quærimus, talium bonorum non est dicendus dominus, vt pote, quæ ne tangere quidem audeat. Exemplo sit Socrates: qui in pompa cùm magna vis auri, argentíque ferretur, *Quàm multa non desidero?* inquit. Accedat Diogenes Cynicus, qui disputare solebat, quanto regem Persarum vita, fortunáque superaret: sibi nihil deesse, illi nihil satis vmquam fore: se eius voluptates non desiderare, quibus numquam satiari ille posset, suas eum consequi nullo modo posse. Præterea, qui pecunia vti non audet, nequid de summa deminuat, ac deperdat, non ille pecuniæ dominus est, sed eius, pecunia domina est. Postremò id cuiusque proprium est, quo quisque vtitur, ac fruitur, vt scribit M. Tull. ad Curium: quamuis iurisconsulti proprietatem, quam appellant, ab vsufructu separent, ac distinguant, illud dominium directum, hoc vtile nominantes: sit ita sanè, dummodò hoc sit vtile, illud inutile, atque inane. sed plura hac de re dicemus, cùm ad locum illum peruenerimus, qui est in epist. ad Iulium Florum lib. 2: *sed quod non desit, habentem, &c.* quem video á nemine adhuc esse intellectum. D F

Quòd

Digitized by Google

A Quòd autem quidam neſcio quibus veteribus libris freti, legendum putant, *contenta*, id eſt, compoſitæ & mediocris, nodum in ſcirpo quærunt. Neque verò eſt quòd mihi Acronem aut Porphyrionem opponant. Nam primùm multa falsò Acroni & Porphyrioni aſcripta ſunt, quæ numquam illis venerunt in mentem. Ac Porphyrionem quidem corruptum multis locis eſſe ſcio: Acronem autem iſtum, cuius nomen ſcholiis quibuſdam Horatianis præpoſitum eſt, Pſeudacronẽ eſſe arbitror, non verum illum Acronem, quem grammaticum doctiſſimum fuiſſe accepimus: deinde ſi Acro & Porphyrio, & ceteri grammatici veteres mihi dicerent, *contenta* hoc loco eſſe legendum, & ita interpretarentur, id eſt, *compoſitæ & mediocris*, ego non crederem. Nam quòd ad veteres libros attinet, ſcio pleroſque habere *Contemtæ*, aut, ne mentiar, *Contemptæ:* Et præter eos, quos in Italia vidi, nactus ſum & alios hîc Lutetiæ quinque veteſtiſſimos: in quibus omnibus ſcriptum eſt ſine vlla varietate, *contemptæ*. Quòd autem ad vocis *contentus* vim, & virtutem pertinet, numquam mihi perſuadebit grammaticus vllus
B *contentum* ſignificare *mediocre*. didici enim ex bonorum ſcriptorum lectione, *contentus* participium eſſe à verbo *contineor*, & à *contendor*. cùm à verbo contineor oritur, iungitur cum ſexto caſu, & ita loquuntur Latini, contentus ſua re familiari, contentus ſua ſorte. Hor. Sat. 1. lib. 1. *Qui ſit Mæcenas, vt nemo quam ſibi ſortem Seu ratio dederit, ſeu fors obiecerit, illa Contentus vivat?* & Saty. 4. eiuſdem libri. *Viuerem vti contentus eo, quod mi ipſe paraſſet:* Cùm à verbo *contendor*: per ſe ponitur, & per ſe valet: vt contenta vox, contentus curſus, contenta oculorum acies. i. magna contentione profuſa vxor vehemens & acer curſus: acies oculorum acriter ad rem, quæ ſpectatur, defixa. Cùm igitur, hoc loco, *contenta*, neq; à contineor manare poſſit, quia ſine caſu eſt: neque à contendor, quia volunt hîc ſignificari hac voce rem mediocrem: contentus autem à contendor, contrarium ſignificat, vt docuimus, reliquum eſt, vt illi deſinere debeant θελκειν, ſeu potius φλυαρειν.

C Impiger] ſic reperi ſcriptum in cod. Iannoct. Vrſ. tribus Vatic. Raïnut. Card. Nicotiano, Clericano, Ruſſ. Nam vulgati habent, *non piger*.

Magnas inter opes inops] paradoxum, & ὀξύμωρον. Nam implicatam habet repugnantiam. ſic M. Tull. parad. 1. *Numquam me hercule neque pecunias iſtorum, neque tecta magnifica, neque opes, neque imperia, neque eas, quibus maxime aſtricti ſunt, voluptates, in bonis rebus, aut expetendis numerandas eſſe duxi: quippe cum viderem, homines his rebus circumfluẽteis, ea tamen deſiderare quibus abundarent.* ſic & Plaut. in Aulul. *Tenaceis nimium dominos noſtra ætas tulit. Quos harpágonas, harpyias, & Tantalos Vocare ſoleo, in opibus magnis pauperes, Et ſitibũdos in medio Oceani gurgite. Nullæ illis ſatis diuitiæ ſunt: non Midæ, non Crœſi, non omnis Perſarum copia Explere illorũ Tartaream ingluiem poteſt.* ſignificat autem Horat. vel opulentiſſimos homines, inopes eſſe, atque egenteis, ſiue metu ſummæ minuendæ ſumtum facere, non audeant, ſiue augendi, & plus habendi cupiditate inflammati, perpetuo plura, quam habeant, quærant. D

Pvræ rivvs aq. silvaqve ivger. &c.] hoc dicit: hæc bonorum mediocritas fallit: hoc eſt, latet eum: vel ignoratur ab eo, qui Africæ imperat, beatior eſſe ſorte, id eſt, beatiore ſorte, ſubintellige, quàm ipſius ingentes opes. Eſt autem hoc genus loquendi planè Græcum. ſic enim Græci loquerentur, λανθάνει ὅσα εὐδαιμονικωτέρα, τῷ κλήρῳ, τοῦτ' ἔστι τῇ μερίδι, ἢ τῇ μοίρᾳ, ſubaudi τῶν μεγίστων αὐτῷ κτημάτων. ſic Plato in Gorgia. ἔλαθεν ἑαυτὸν ἀθλιώτατος γενόμενος, id eſt, ſi verbum verbo reddas, latuit ſeipſum miſerrimus factus. Latinè dicerem, miſerrimus factus eſt, cùm aliter putet tamen: vel neſcit ſe miſerrimum eſſe factum. Iam verò vox *ſorte* non regitur à nomine *beatior*, poteſtate comparationis: ſed eſt ſeptimi caſus: (vt loquuntur grammatici) quemadmodum cùm dicimus aliquem eſſe beatum patria, parentibus, ingenio, diuitiis, &c. hunc igitur locum ſic explico, riuum aquæ puræ, ſiluámque breuem, & anguſtam, & fundum fidelem, & reſpondentem votis agricolæ, vt ait Virgil. is qui toti Africæ imperat, neſcit eſſe beatiore ſorte, id eſt, meliore condicione: id E eſt, neſcit plus valere ad vitam beatam comparandam, quàm ſuas maximas opes, imperiúmque latiſſimum. verba igitur illa ſorte beatior, ſic explico: ſorte beatiore, vt Saty. 8. lib. 2. deterior carne, id eſt, deteriore carne. beatum autem accipe, pro eo, quod beatum & contentum efficit, εὐδαιμονικὸν Græci dicunt, vt opes beatæ. poteſt & ſic explicari, vt nihil tamen à priore explicatione diſcedamus. Is, qui toti Africæ imperat, neſcit, ſortem eſſe meliorem eius, qui aquæ puræ fonticulum habeat, ſiluámque exiguam, & fundum minimè mendacem, ſubintellige, quàm ſuam, qui tot ciuitatibus, & prouinciis imperet. de verbo *fallendi* vide ſuprà Od. 10. lib. 1. ſic loquitur infrà Od. 2. lib. epod. *num viperinus his cruor Incoctus herbis me fefellit.*

Pvræ aqvæ] Oda 4. ſup. eod. lib. *Quirore puro Caſtaliæ lauit Crineis ſolutos.*

Segetis certa fides meæ.] γῆ πιστὴ: fundus fidelis: *fundus non mendax*, vt ſup. Od. 1. F huius libri.

Læstrygonia] Lęſtrygoniam amphoram ſublata omni cõtrouerſia expono, Formianam auctore M. Tull. ad Att. lib. 2. cuius hæc verba ſunt, *ſi verò in hanc* πλέαυλον *veneris* λαισρυγονίλω, *Formias dico: qui fremitus hominum?* ad Hom. enim verſum reſpicit, qui eſt ὀδυσσ. κ. vt dicemus Od. prox. Formiæ autem (inquit Strabo) Λακωνικὸν κτίσμα ὁρμίαι λεγόμενον πρότερον διὰ τὸ εὔορμον. id eſt, Formiæ (inquit Strabo) vrbs à Lacedæmoniis condita, prius hormiæ dictæ propter portus bonitatem, & commoditatem.

Langvescit mihi] langueſcit vinum, quod deferueſcit, atque inueteraſcit. nam *languidiora vina* appellat (opinor) Od. 21. huius libri, quæ ſunt vetuſtiora: quandoquidem vinum ætate vapores craſſiores & minus ſalubreis amittit: maturitatem autem amaram quidam illam, ſed ſalubrem tamen, & ad ventriculum accommodatam,

Digitized by Google

A datam, capitique vtilem colligit & comparat. poteſt & ita dici, langueſcere vinum, quod matureſcit. Nam etiam Athenæus lib. 1. ſcribit, quædam vina tardiſſimè matureſcere, quale eſt Surrentinum, quod anno 25. poſt quàm preſſum eſt, ad vſum bibendi idoneum eſſe incipit.

IMPORTVNA] quæ neminem veluti in portu conquieſcere ſinit: vel quæ quodammodo à portu prohibet. ſic epiſt. ad Loll. 1. lib. 1. *argenti ſitim, importunam* appellat. & Saty. 8. lib. 1. *importunas volucreis.* ſic Virgil. lib. 2. Æneid. *bellum importunum.* eadem ratione M. Tull. in Cluentiana, Saſſiam illam Cluentij matrem, *mulierem importunam* nominat. & offic. 2. *tyrannum importunũ:* & *Verrinis naturam immanem, atque importunam.* Eſt etiam importunus, qui vix vnquam; aut ne vix quidem quieſcit, vt epiſt. ad Iul. Flor. lib. 2. *Alter dies & importunus.* & Saty. 5. lib. 2. *Importunus amat laudari.* & Od. 13. lib. 4. *Importunus enim tranſuolat aridas Quercus.* & epiſt. ad Numic. lib. 1. *Cuilibet hic faſceis dabit, eripietque curule, Cui volet, importunus ebur.* Hoc igitur ſentit Horat. ſe tantùm habere bonorum fortunæ, quantum ſatis
B ſit & ad victum, cultúmque, & ad animi æquitatem, ac vitæ tranquillitatem. Nam quemadmodum, cui deſunt res ad victum neceſſariæ, is quieto aut otioſo animo eſſe non poteſt: ſic cui tantum, quantum ſatis eſt, ſuppetit, quieto, & ſoluto animo eſſe debet. Importunum ait eſſe Feſtus, in quo nullum auxilium eſt, velut eſſe ſolet portus nauigantibus.

CONTRACTO M. P. CVP.] Cupido pro cupiditate ſemper, quod ſciam, apud hunc poëtã, generis eſt maſculini, vt annot. ad Od. 16. lib. 2. refrenata (inquit) & compreſſa cupiditate, facilius vectigal pendam, quàm ſi Lydiam vſque ad Mygdones continuem. habitant porro Mygdones, vt tradit Strabo lib. 12. in ea Olympi montis parte, quæ ad Septentriones ſpectat. *Contracto* autem legendum, vt habent omnes noſtri libri vetères, & ſimiliter vulgati, non *contento.* Contracto autem Cupidine, id eſt, contracta cupiditate. tralatio eſt.

MYGDONIIS] id eſt, Thracijs, ſeu Macedonicis,
C ſeu potius Phrygijs. fuit enim Mygdon Trax, qui Phrygiam, ſeu Myſiam tenuit. Oda 12. lib. 2. *Aut pinguis Phrygiæ Mygdonias opes.* vbi tamen Seruius legit, *Aut pingueis Phrigiæ, aut Mygdonias opes.* ad illum Virgil. locum Æneid. 1. *Troianas vt opes, &c.* quem non ſum ſecutus.

HALIATTICI] Croeſi patris, vt aiunt.

MVLTA PET. DES. M.] hoc eſt, qui multa appetunt, multa non habent. contrà ſuprà eadem Oda, *Quanto quiſque ſibi plura negauerit,* id eſt, pauciora optarit, tanto plura habebit. quemadmodum Socrates quę non deſiderabat, ea omnia quodammodo habere videbatur.

BENE EST] ſubintell. ei.

PARCA, QVOD SATIS EST, MANV] dedit parca manu, & tamen dedit, quantum ſatis eſt. ſignificat, ei, qui modica re familiari contentus ſit, beatè viuere licere.

## AD ÆLIVM LAMIAM. D
## Ode 17.

Primùm nobilitatem ipſius laudat: deinde admonet, vt ſe præparet ad diem craſtinum, qui pluuius fore videbatur, hilariter exigendum.

*AELI vetuſto nobilis ab Lamo,*
*Quando & priores hinc Lamias ferunt*
*Denominatos, & nepotum*
*Per memores genus omne faſtos:*
*Auctore ab illo ducis originem,*
*Qui Formiarum mœnia dicitur*
*Princeps, & innantem Maricæ*
*Littoribus tenuiſſe Lirim,*
*Latè tyrannus, cras foliis nemus*
*Multis, & alga littus inutili* E
*Demiſſa tempeſtas ab Euro*
*Sternet, aquæ niſi fallit augur*
*Annoſa cornix. dum potes, aridum*
*Compone lignum: cras Genium mero*
*Curabis, & porco bimeſtri,*
*Cum famulis operum ſolutis.*

ÆLI] Multæ erant Æliæ gentis familiæ, Tuberonum, Pætorum, Catorum, Ligurum, Lamiarum.

VETVSTO AB LAMO.] etiam Homerus ὀδυσσ. κ. videtur Lamum Formiarũ, quam λαιστρυγονίλω nominat, conditorem fuiſſe, ſignificare. ſic Home. Ἑβδομάτῃ δ' ἱκόμεσθα Λάμου αἰπὺ πτολίεθρον, Τηλέπυλον Λαιστρυγονίλω, ὅθι πυμένα πυμένι λὼ Ἠπύει εἰσελάων. id eſt, die ſeptimo ad vrbem Lami peruenimus, Longinquam Læſtrygoniam: vbi paſtorem paſtor vocat pecus agens. fuit autem hic Lamus Neptuni filius, quemadmodum ad eum locum annotat Euſtathius. F

PER MEM. GEN. OMNE FAST.] ſiue *faſtos*, ſiue *faſtus* legas, nihil refert, vt rectè annotat Muretus: & teſtatur Priſcian. lib. 6. vtramque ſcripturam reperiri: ſed illud tamen vſitatius eſt. ſic infrà Od. 13. lib. 4. *Notis cóndita faſtis.* memores nominat etiam Od. 14. eod. lib.

PRINCEPS] primus, vt ſup. Ode 15. lib. 1. *principi limo.* & Od. 30. huius lib. *Princeps Æolium carmen ad Italos deduxiſſe modos.*

MARICÆ] Nymphæ, de qua Virg. lib. 7. Æn. *hunc* (Latinum) *Fauno, & Nympha genitum Laurente Marica.* Hanc, vxorem Fauni fuiſſe, ex Virgilij verbis ait Seruius ad illum verſum, cùm Fauni vxor Fauna fuiſſe tradatur. Ita Marica & Fauna idẽ ſunt. ibidem profert ille hunc Horatij locum.



Digitized by Google

A INNANTEM] influentem. tralatio ducta à rebus animatis.

LIRIM] fluuium, qui in Minturnas influit, vt docet Strabo lib. 5. his verbis, ἐμβάλλει τὰς Φρεγγέλλας ὁ Λεῖρις ῥεῖ, ὁ εἰς τὰς Μιντούρνας ἐκδιδούς. Horat. Od. 31. lib. 1. *taciturnum amnem* appellat. Commemorat hunc fluuium & M. Tull. lib. 2. de legib. *Fibrenus statim præcipitat in Lirem, & quasi in familiam patritiam venerit, amittit nomen obscurius, Lirémque multo gelidiorem facit, &c.* suprà Od. 31. lib. 1. *quæ Liris quieta Mordet aqua taciturnus amnis.*

LATÈ TYRANNVS] expressit epithetum Homericum, εὐρυκρείων. sic Virg. lib. 1. Æn. princ. *Hinc populum latè regem, belloque superbum, &c.* & lib. 7. *patrijs sed non & filius armis Contentus latè iã tum ditione premebat Sarrastes populos, &c.*

ALGA INVTILI] alga, herba est, quam mare ad littus proijcit. Idem Horat. Saty. 5. lib. 2. *Et genus & virtus, nisi cum re, vilior alga est.*

AQVÆ NISI FALLIT AVG.] Od. 27. huius lib. *imbrium diuina auis imminentum.*

ARIDVM] vt facile, & citò flammam concipiat. COMPONE] exstrue, vt frigus propulses.

B facito vt focus tuus sit luculentus. Od. 9. lib. 1. *Dissolue frigus ligna super foco Largè reponens.*

CRAS GENIVM MERO] sic epistola ad August. lib. 2. *Floribus & vino Genium memorem breuis aui.* repete ἀπὸ κοινοῦ *piabant.* curabis ergo Genium porco, vt comedas: non vt immoles.

CVRABIS] cur non dixit, *Placabis*, vt in epist. ad Pison. *vinóque diurno Placari Genius festis impune diebus:* aut *piabis*, vt epist. ad August. *Siluanum lacte piabant, Floribus & vino Genium?* an aliud est Genium curare, aliud placare aut piare? quod mihi non videtur.

ET PORCO BIMESTRI] Lari, & Genio porcus immolabatur, propterea quòd hæc pecus ad escam tantùm vtilis est: ob idque nihil porca genuit natura fæcundius, vt scribit M. Tull. lib. 2. de nat. deor. At Lar quidem & deus familiaris est, & familiam significat, quam rebus omnibus ad vescendum aptis abundare optamus: Genius autem deus est, qui vim obtinet rerum gignendarum, id est, gignendarum. Meritò igitur etiam Genio porcum veteres immolabant, eum tacitè orantes, vt

C rerum omnium, quæ natura gigni possunt, gignẽdarum facultatem daret. Non dissimili ratione Telluri porca fœmina immolabatur. epist. ad Augu. *Tellurem porco* [al. porca] *Siluanum lacte piabant.* vide quæ annotata sunt ad illum locum. Sat. 3. lib. 2. *immolet æquis Hic porcum Laribus.* sed cur & hîc, & in Satyra illa. 3, porcus Laribus immolatur: Oda autem 27. eiusdem libri, porca? sic enim ad Phidilen. *Si tu placaris & horna Fruge Lares, auidáque porca, &c.* vel genera confudit, vel Laribus quidem & Genio porcus immolatur, vt dijs maribus: laribus autem non tantùm porc⁹: verùm etiam & porca immolatur, propter fæcunditatem porcæ fœmineæ, proinde ac si, qui Larib⁹ porcam immolat, is à Dijs familiaribus rerum omnium ad victum necessariarum copiam tacitè petat. neque verò est quòd quisquam dicat, Horatium hîc vti verbo *curandi*, non *immolandi.* Nam perspicuè in Sat. 3. lib. 2. dicit, *immolet æquis Hic* D *porcum laribus.*

OPERVM SOLVTIS] feriatis, vacantibus ab opere, otiosis, operum vacuis, vt saty. 2. lib. 1. *Siue operum vacuo gratus conuiua per imbreis Vicinus, &c.* M. Tull. lib. 2. de legib. *Feriarum, festorúmque dierum ratio in liberis requietem habet litium & iurgiorum: in seruis, operum & laborum, &c.*

## AD FAVNVM.
## Ode 18.

Vt sibi propitius sit.

*FAVNE, Nympharum fugientum amator,*
*Per meos fineis, & aprica rura*
*Lenis incedas: abeáque paruis*
*Æquus alumnis,* E
*Si tener pleno cadit hædus anno:*
*Larga nec desunt Veneris sodali*
*Vina crateræ: vetus ara multo*
*Fumat odore:*
*Ludit herboso pecus omne campo,*
*Cùm tibi nonæ redeunt Decembres:*
*Festus in pratis vacat otioso*
*Cum boue pagus:*
*Inter audaceis lupus errat agnos:*
*Spargit agresteis tibi silua frondeis:*
*Gaudet inuisam pepulisse fossor*
*Ter pede terram.*

FAVNE.] Fauno sacrificabant Romani vere ineunte, & nonis decembribus. Est autem hæc Oda προσευκτική, id est, ad precandum apposita. de Fauno autem diximus suprà ad Odam 17. & Ode 18. lib. 1. quibus adde, quæ notat Seruius ad illum locum Virg. Æneid. 7. *atque imis Acheronta affatur auernis*, Faunum esse deũ terrenum, seu infernum, quia terræ nihil sit inferius: hinc noxium induci ab Horatio, *Per meos fin. & apr. r. Lenis incedas, &c.*

LENIS] πρᾶος, propitius, minime iratus. Nam hi dij Pan, Faunus, & similes, iracundi sunt. Quidam libri veteres habent, *latus*, quos non sequor.

ÆQVVS] ἐπιεικὴς, placatus, moderatus, non offensus. vide annot. ad Oden 3. lib. 2.

ALVMNIS] vt agnis, hædis.

SI TENER] preces concipiebantur cum conditione. vide annot. ad Saty. 6. lib. 2. ibi. *Si neque maiorem feci ratione mala rem.*

PLENO]

A PLENO] confecto, exacto. infrà eod. lib. Oda 22. *Quam per exactos ego lætus annos, &c.*

CADIT] tibi immolatur.

VENERIS SODALI] sic Od. 25. lib. 1. *Hebrum hiemis sodalem*: neq; dissimili ratione Lucr. lib. 2. ploratus, mortis & funeris comites dixit. Sic ille. *Nec nox vlla diem, neque noctem aurora sequta est, Quæ non audierit mistos vagitibus ægris Ploratus, mortis comites, & funeris atri.* crateræ autem scriptum est in omnibus cod. antiquis. neque est quòd *crateri* substituamus in huius vocis locum: cùm vtraque peræquè sit in vsu pro re eadem, quã uis aliter sentiat Nonius.

VETVS ARA. MVLTO FVM. OD.] & sive tus ara, &c. sic Virg. in Tityro. *Bissenos cui nostra dies altaria fumant.*

CVM TIBI N. RED. DECEMB.] Faunalibus anniuersarijs.

FESTVS IN PRATIS, &c.] aiunt, in Achillis Statij libro ita legi: *Festus in pratis vacat, otioso Cum bove, pardus.* quam lectionem ego etiam in cod. Torneſ. nonnullisque alijs reperi: sed cum litura, & recentiore manu. Eam probare non vide

B tur Muretus: ego autem magnopere improbo. quorsum enim pardum festum dicat, qui numquam in opere faciendo versatur? præterea cùm de agro suo loquatur, quis vmquam pardos vidit in Sabinis?

VACAT] vacat ab opere, otiosus est.

INTER AVDACEIS L. ERR.] audaceis, id est, lupum non pertimescenteis, quod alioqui natura faciunt. vt Oda 12. epod. *O ego non felix, quem tu fugis, vt pauet acreis Agna lupos.* audaces autem sunt præter naturam, tui numinis præsidio freti.

INVISAM] cur inuisam? propter laborem, quem in ea fodienda & colenda perfert.

PEPVLISSE TERR.] pellere & pulsare terram, idem valere, quod saltare, apud hunc poëtam, admonuimus supra ad Od. 4. lib. 1.

## AD TELEPHVM, OB Murænam augurem factum, esse compotandum. Ode 19.

C Reprehendit eum, quòd veterum historiarum studio deditus, ea, quæ ad hilariter & iucundè viuendum pertinent, negligat.

*QVANTVM distet ab Inacho*
*Codrus, pro patria nõ timidus mori,*
*Narras, & genus Æaci,*
*Et pugnata sacro bella sub Ilio:*
*Quo Chium pretio cadum*
*Mercemur: quis aquã tẽperet ignibus:*
*Quo præbente domum, & quota*
*Pelignis caream frigoribus, taces.* D
*Da lunæ propere nouæ,*
*Da noctis mediæ: da, puer, auguris*
*Murenæ. tribus aut nouem*
*Miscentur cyathis pocula commodis.*
*Qui Musas amat impareis,*
*Ternos ter cyathos attonitus petet*
*Vates. treis prohibet supra*
*Rixarum metuens, tangere Gratia*
*Nudis iuncta sororibus.*
*Insanire iuuat. cur Berecynthiæ*
*Cessant flamina tibiæ?*
*Cur pendet tacita fistula cum lyra?*
*Parcenteis ego dexteras*
*Odi: sparge rosas: audiat inuidus*
*Dementem strepitum Lycus:*
*Et vicina seni non habilis Lyco.* E
*Spissa te nitidum coma:*
*Puro te similem, Telephe, vespero,*
*Tempestiua petit Chloe:*
*Me lentus Glyceræ torret amor meæ.*

QVANTVM DISTET, &c.] historias, quæ nihil ad hilariter, iucundéque viuendum pertinent, scribis, & res gestas narras: vnde & quanti vinum generosum paremus: quis aquam & balneum calfaciat: vbi cenemus, & quota hora frigus foco luculento arceamus, non narras.

AB INACHO] Phoroneus Inachi filius, rex Argiuorum, primus homines fusos ac dispersos, & suo quemque arbitratu, modóque viuenteis, vnum in locum congregasse, & ad societatem, cõmunitatémque ciuilem redegisse dicitur. ei succes- F sit Argus ex eius filia natus. Argi duo filij exstiterunt, Pirasus, & Phorbas. Phorbantis filius Triopa, Iasi & Agenoris pater. Atque Iasi quidem filia Io: Agenoris autem filius Crotõpus post Agenorem regnauit: ex quo natus est Sthenela. Danaus porrò ab Ægypto profectus, Sthenelæ filium, illiúsque posteros regno spoliauit. Inachum Æschylus vocat Ἀρχεῖον ποταμὸν: quem Argiuorum regem fuisse tradunt chronologi.

CODRVS] Codrus rex Athenienſium vltim⁹, vt testatur Paterculus, Melanthi filius: qui sese in medios hosteis immisit seruili vestitu, ne posset agnosci, si esset ornatu regio insignis: quia ex oraculo responderat Apollo, quorum rex interfectus esset, eos superiores futuros. scribit M. Tull. Tuscul. 1. & alij complures.

NON TIMIDVS MORI] sic loquitur Od. 9. lib. 4. *Non ille pro caris amicis, Aut patria timidus perire.*

GENVS ÆACI] Æacidæ: Peleus, Achilles, Pyrrhus, Neoptolemus, &c. Æacus enim Iouis



Digitized by Google

A ex OEnone Asopi filia, quæ postea Ægina fuit appellata, filius: Pelei & Telamonis & Phoci ex Endeide pater. ex Peleo & Thetide natus Achilles: ex Telamone Aiax, & Teucer, non ex eadem matre. Achillis filius Pyrrhus Neoptolemus, &c. Sic autem loquitur Oda 14. lib. 2. *& Danaï genus Infame.* & Oda 18. eiusdem, *Tantalum atque Tantali genus.*

ET PVGN. SACRO BELLA SVB ILIO] pugnata bella, & pugnatæ pugnæ, genus loquendi non inusitatum bonis scriptoribus: cui similia quædam alia collegimus ad Od. 6. lib. 2.

SACRO] vel exsecrando, vt Od. 7. epod. *Sacer nepotibus cruor.* & Saty. 3. lib. 2. *is intestabilis & sacer esto.* Sup. Od. 3. huius libri, Iuno sibi & Mineruæ damnatum Ilium esse dicebat. Catull. ad C. Licinium Caluum, *Dij magni: horribilem & sacrum libellum.* Plaut. Bacchid. *ego sum sacer, sceleſtus.* vel *sacro*, quia Troiani muri à Dijs conditi sunt, vt not. ad Odam 3. huius libri. vel sacrum puta dictum esse exemplo Homeri: apud quem sæpenumero reperitur hic dimidiꝰ versus, πρόϊης ἱερὸν ἦμαρ. & ἰλ. δ. πάων μοὶ πέρι κῆρι πέλεσσ' ὀλίγος ἐρηΐ. Præterea docet
B Eustath. vrbeis omneis & quicquid custodit, ac tuetur, ἱερὸν, id est, sacrum veteres appellasse.

CHIVM CADVM] Cadum vini Chij. Vinum Chium numerat Athenæus lib. 1. in laudatissimis, & optimis vinis. Quemadmodum autem Horat. *cadũ Chium dixit*, ita & Tibull. *cados Falernos* lib. 2. & ibid. *Chiũ cadum.* QVIS AQ. TEMP. IGN.] i. quis balneum calfaciat. Notissimum est autẽ veteres, illotos ad cenam venire non consueuisse. Plautꝰ in Sticho. *Quàm mox cocta est cena? imprãsus ego sum. E. abi intrò ad me, & laua.* & in Amphitryone. *lauisti.* AMPH. *quid postquam laui?* ALC. *accubuisti.* M. Tullius quidem lib. 2. epist. ad Attic. sic loquitur, Atticum inuitans. *Tu pridie Compitalia memento. balneum calfieri iubebo: & Pomponiam Terentia rogat: matrem adiungemus.* Iam aquam ignibus temperare, calefacere est, aut certe tepefacere. quam si quis malit intelligere adhiberi ad vinum hieme tepefaciendum, non pugnabo.

QVO PRÆB. DOM. &c.] cuius domi, & quota hora cenantes Pelignum frigus luculento
C foco propulsemus. Præbere domum Græci παρέχειν dicunt, vt præbere aquam, salem, &c. de quo genere dicemus Sat. 4. lib. 1. sic locutus est & Iat. 5. eiusdem lib. *Murena prabente domum, Capitone culinam.* Peligni, populi Samnitibus vicini: quorum metropolis est Corfinium. in voce *quota* sub intellig. *hora.* DA LVNÆ PR. NOVÆ] Quemadmodum amantes, seu amatores, amicarum suarum nomina toties commemorabant, quoties bibebant, ita & eorum, quos honestè amabant, absentium, & Deorum quoque memoriam solebãt inter bibendum recolere ac renouare. superioris moris exemplum est apud Theocrit. εἰδ. β, ἀπὰρ πόσον αἰὲν ἔρωτος Ἀκράτῳ ἐπέχειτο. id est, semper amoris vinum fundebat, seu bibebat. Amoris vinum est (inquit interpres) quod quis bibit, amicam suam, aut puerum memoria repetens. quod intelligere licet ex illo eiusdem Theocriti versu in θαλυς. Καὶ πόμαι μαλακῶς μεμνημένος Ἀγλαΐαος. id est, & molliter bibam Agyanactis memor. posterioris apud
D Tibull. eleg. 1. lib. 2. *Sed benè Messallam sua quisque ad pocula dicat, Nomen & absentis singula verba sonent.* Athæneus lib. 10. πρῶ τῷ μεγάλῳ δὸς ὑποχάσκειν φιλίας κυάθους τῶν παρόντων τέτταρας, τοὺς τρεῖς δ' ἔρωτος. τεσσαποδώσεις ὕστερον καὶ Ἀντιγόνου τοῦ βασιλέως νίκης καλῆς καὶ τῆ νεανίσκου κύαθον δημητρίου. φέρε τὸν δέκατον φίλης Ἀφροδίτης: id est, heus puer, magnum da mihi calicẽ infundens amicitiæ eorum, qui adsunt cyathos quattuor, treis amoris, præterea dabis posterius etiam Antigoni regis victoriæ, & adolescentis Demetrij cyathum. affer & decimum caræ Veneris. In his verbis autem *Da lunæ propriè nouæ, Da noctis mediæ*, subaudiendum *cyathum*, aut *poculum.* Sed quid sibi vult *Lunæ nouæ*, aut cur *lunæ nouæ* cyathum poscit? Alij hanc causam afferunt, propterea quòd mensis à nascente luna initium ducebat, & Kalendæ, quæ olim erant ipso nouæ lunæ die, festus dies erat: & hoc die Dij precibus & sacrificijs colebantur. Iccirco Oda 23. huius libri sic Phidilen alloquitur. *Calo supinas si tuleris manus Nascente luna rustica Phidile, &c.* alij pernouam lunã, lunam vespertinam significari volunt, quasi nunc orientem, vt apud Virgil. Georg. libro 1. *Aut cùm sole nouo terras irrorat Eous.* vbi *nouo sole*, id
E est, oriente sole. adiuuat horum sententiam id, quod sequitur: *Da noctis mediæ.* Videtur enim poculum poscere lunæ vespertinæ, seu temporis vespertini, & poculum *mediæ noctis*, seu lunæ, quæ lucet media nocte. Nouam igitur lunam, id est, oriẽtem & vespertinam cyatho colere instituit, quia ab hoc tempore cena initium capit: noctem mediam, quia vsque ad mediam noctem conuiuium & compotationem perducere in animo habet. sic Od. 28. huius lib. *Dicetur merita nox quoque nania.* alibi perducitur vsque ad lucem, vt Od. 21. eiusd. ad Amphoram. *Te liber, & si læta aderit Venus, Segnésque nodum soluere gratiæ, Viuáq; producent lucernæ, Dum rediens fugat astra Phœbus.* Ausonius epist. quadam ad Symm. hũc locum videtur respexisse, his verbis. *Super mensam meam facta est inuitatio non illa de Rubrij conuiuio*, [sic enim hîc legendum esse admonuit Russardus, iurisconsultum doctiss.] *vt Græco more biberetur, sed illa de Flacci ecloga, in qua propter mediam noctem & nouam lunam, & Murenæ auguratum, ternos ter cyathos attonitus petit vates. hunc locum de ternario numero ilico nostra illa poëtica scabies cœpit exsculpere, &c.* Quidam lib. manuscr. habent, *attonitus petat Vates.* Sed videtur Ausonius Horatij sententiam non satis esse assecutus. Nam (quod Simeo Bosius Lemouix, homo doctiss. qui pollicetur se propediem post alios omneis Varronem de lingua Latina emendatissimum editurum, existimat) tria hîc tempora describit Horatius, tempus vespertinum, nempe per nouam lunam, vt diximus: noctem mediã, ibi, *Da noctis mediæ*: tempus matutinum, *da puer auguris Murenæ.* tempus matutinum autẽ per augurẽ Murenã significat, quia augures auguria captabãt, auiúmque volatus & garritus obseruabant sub ortum solis. Ita ostendit Horatius, se & sodaleis suos totam noctem computaturos, computationemque ad lucem productu-

ros:

Digitized by Google

A ros: quemadmodum Od. 8. eiusdem lib. *& vigiles lucernas Perfer in lucem.*

QVI MVSAS AMAT IMPAREIS, &c.] poëta (inquit) Musis deditus, Musarúmque amore perculsus, nouies bibet, si voleț insanire: sed Gratiæ vetant eum, qui à rixis & conuicijs abhorreat, plus quàm treis vini cyathos haurire.

TREIS PROHIBET SVPRA] extat apud Grœcos prouerbium tale, ἢ πέντε πίνειν, ἢ τρία, ἢ μὴ πέντε. quod putabant quidam ad hunc locum pertinere, vt præscribat, quoties sit bibendum. sed Eustath. commentar. in lib. ὀδυσσ. ἰωπᾶ sic hoc prouerbium explicat, vt non ad numerum cyathorũ vini, quos quis ebibit: sed ad vini & aquæ temperationem referat. Ait enim tria, significare vnius vini cyathi, cum duobus aquæ, confusionem: quinque, duorum vini, cum tribus aquæ: quattuor, totidem vini, quot aquæ: quod appellatur ἴσον ἴσῳ: superiores illas temperationes, esse hominum sanorum, & tamen hilarorum: hanc insanorum. esse & quartam bibendi rationem, si quis merum bibat, hancque παράλυσιν afferre. Athenæus autem lib. 10. videtur paullo aliter explicare. eius enim
B sunt hæc verba: ἡ δ' ἔγκρασις αὕτη ἀφ' ἧς τὸ ἔθος ὅσα ὑπέμεησε πάχα καὶ τλῶ θρηλλημένῳ παροιμίαν, ἢ πέντε πίνειν, ἢ τρία, ἢ μὴ τέτταρα. ἢ γὰρ δύο πρὸς πέντε πίνειν φησὶ δεῖν, ἢ ἑνὰ πρὸς τρεῖς. i. hæc igitur temperatio cùm præter morem fieret, admonuit fortasse vos omnium sermone celebrati prouerbij, aut quinque bibere, aut tria, aut non quattuor. Nam aut duos aquæ cyathos ad quinque vini bibere dicit oportere: aut vnum ad treis. Et profert eo loco Anacreontis versus aliquot corruptos: ex quibus intelligere licet, Anacreontem duos aquæ cyathos quinque cyathis vini admiscri velle. vtitur hoc prouerbio & Plautus in Sticho. *vide quot cyathos hos bibimus? S T. tot, quot digiti sunt tibi in manu. cantio est Græca* ἢ πέντε πίνε, ἢ τρία, ἢ μὴ τέτταρα. Nihil igitur hoc prouerbium ad hunc locum (opinor) pertinet. Sed id certè pertinet, quod apud eundem Athen. lib. 2. Panyasis primum potum Gratijs, Horis, & Baccho tribuit: secundum Veneri, & iterum Baccho: tertium contumeliæ & damno, seu noxæ, quam
C ἄπλω vocat. Eubulus autem apud eundem, Bachum ita facit loquentem: τρεῖς γὰρ μόνους κρητῆρας ἐγκεραυνύω, τοῖς εὐφρονοῦσι· τὸν μὲν ὑγείας ἑνὰ, Ον πρῶτον ὀκπίνουσι· τὸν δὲ δεύτερον Ερωτος, ἡδονῆς τε· τὸ τρίτον δ' ὕπνου. & vsque ad decimum progreditur, quem insaniæ esse dicit. Nam treis cyathos tantùm sanis se miscere dicit: vnum bonæ valetudinis: alterum amoris & voluptatis: tertium somni: quartum petulantiæ & contumeliæ: quintum clamoris, &c.

RIXARVM METVENS] sic locut⁹ est Od. 24. lib. 3. *& metuens alterius viri certo fœdere castitas.*

GRATIA NVDIS IVNCTA SOR.] sic infrà Od. 7. lib. 4. *Gratia cum Nymphis, geminisque sororibus audet Ducere nuda choros.* Præter ea quæ diximus suprà de Gratijs Od. 30. lib. 1. ibi, *& solutis Gratiæ zonis*, licet dicere, nudas idcirco fingi Gratias, quia sine fuco esse debent, vt notat Seruius ad illum locum Virg. lib. 1. Æn. *at memor ille Matris Acidaliæ.*

INSANIRE IVVAT.] sic Anacreon ait se insanire velle bibentem. Αφες με τὺς θιάσους Πιεῖν, πιεῖν D
ἁμως τὶ θέλω, θέλω μανῆῶαι. Εμαίνετ' Αλκμαίων τε, Χ' ὁ λευκόπους Ορέστας, Τας μητέρας κτανόντες. Εγὼ δὲ μηδένα κτὰς, Πιὼν δ' ἐρυθρὸν οἶνον, Θέλω, θέλω μανῆῶαι, id est, *Potare me thiassos, Sinito: hauriam Lyæi Dona haustibus profundis. Furere hunc volo furorem. Furebat olim Orestes, Alcmæo item furebat, Vterque matre cæsa. Ego nemine interemto, Sed ebrius Lyæo, Furere hûc volo furorẽ.* Suprà Od. 7. li. 2. *nõ ego sanius Bacchabor Edonis: reçepto Dulce mihi furere est amico.*

BERECYNTHIÆ] Phrygiæ. nam in Phrygia & Lydia tybiarum vsus primùm inuentus est. Itaque etiam adhibebantur in sacris Cybeles matris Deorum. infrà Od. 15. lib. 4. Lydas appellat. *Lydis remisto carmine tibijs.*

CVR PENDET TACITA] sic Sappho citharam suam appellans, hortatur, vt vocalis fiat. ἄγε μοι, δια χέλυ, φωνάεσσα γένοιο. id est age, mihi, dia lyra, vocalis fias.

PARCENTEIS EGO DEXT.] ignauas & otiosas: vel parcè mĩnistranteis.

NON HABILIS] nõ conueniens: quia puella.

NITIDVM] nitida & benè curata cute, vt epist. ad Albium Tibul. lib. 1. *Me pinguem & nitidum, &c.* vel nitidum intellige, vnguento nitentem, vt suprà Od. 4. lib. 1. *Nunc decet aut viridi nitidũ caput impedire myrto.* & ita Græci λιπαρὸν sæpe accipiunt. ego tamen malim hoc loco *nitidum* accipi pro eo, qui sit benè curato, & benè habito corpore, qualis est ille Delphis apud Theoc. εἰδ. β. quem λιπαρόχροον Simætha nominat, id est, εὐτραφῆ, benè curatum, nitida cute. sic Virg. 6. Æn. *equos nitenteis* appellat. & Terent. in Eunu. *Quid color, nitor, vestitus? quæ habitudo est corporis?*

TEMPESTIVA] matura, viri potens.

CHLOË] quidam libri vet. habent *Rhoda.*

LENTVS] languidus: qui me languore afficit. sic sup. Ode 13. lib. 1. *Quam lentis penitus macerer ignibus.*

TORRET] sic Catull. ad Manl. de Venere: *Scitis, & in quo me torruerit genere.* & suprà Od. 9. eiusd. *Me torret face mutua, &c.* & infr. Od. 1. lib. 4. *Si torrere iecur quaris idoneum.*

## AD PYRRHVM. F
## Ode 20.

Ne formosum puerum à puella abstrahere conetur.

NON vides, quanto moueas periclo
Pyrrhe, Getulæ catulos leænæ?
Dura pòst paullo fugies inaudax
Prælia raptor:
Cùm per obstanteis iuuenum cateruas
Ibit, insignem repetens Nearchum:
Grande certamen, tibi præda cedat
Maior, an illi.



Digitized by Google

A *Interim dum tu celereis ſagittas*
*Promis, hæc denteis acuit timendos:*
*Arbiter pugnæ poſuiſſe nudo*
*Sub pede palmam*
*Fertur, & leni recreare vento*
*Sparſum odoratis humerum capillis:*
*Qualis aut Nireus fuit, aut aquoſa*
*Raptus ab Ida.*

NON VIDES] ἀπορία eſt. Nõ vides (inquit) quanto periculo amanti puellæ formoſum adoleſcentem adimas? Profectò tu, qui puerum ei eripuiſti, cùm illa Nearchum ſuum abs te repetet, bellúmque tibi ob eam cauſam inferet, non audebis cum ea prœlium inire: ſed te ſtatim in fugam conijcies, victúmque fatebere. amantem mulierem, cum leæna: adoleſcentem amatum, cum catulis comparat. Eſt autem hæc Oda ἀποτρεπτική, hoc eſt ad diſſuadendum, & deterrendum comparata.

B GETVLÆ CATVLOS LEÆNÆ] ſuprà Od. 23. lib. 1. *tigris vt aſpera, Getulúſue leo.* Virgil. lib. 5. Æneid. *tergum Getulis immane leonis.*

MOVEAS] loco moueas, auferas, rapias. mox enim raptorem appellat.

POST PAVLLO] quidam libri veteres habẽt, *poſt paullum*. ſic Sat. 2. lib. 1. vbi libri vulg. habẽt, *Illam poſt paullo: ſed pluris, ſi exierit vir, &c.* omnes fere libri manuſcr. habent, *poſt paullum*.

INAVDAX] non audax, ignauus, timidus. Vox à nemine alio, quod ſciam, vſurpata.

RAPTOR] Tu Pyrrhe, qui catulos ſuos leænę rapias, ſeu rapueris.

CVM PER OBSTANTEIS IVVEN. CAT.] ὅτε δι' ὁμίλου, ſeu κατ' ὄμιλον.

GRANDE CERTAMEN] magnum certamẽ erit inter vos, vter veſtrûm ſuperior ſit futurus, id eſt, vter Nearcho ſit potiturus.

INTERIM DVM TV] Intereà dum tu ſagittas expedis, quas in eam mittas: illa tanquam leæna, denteis acuit, quibus te diſcerpat, ac laceret. HÆC
C DENT. ACVIT TIM.] videtur manere in tralatione, ſeu potius ſimilitudine. hanc enim fæminã cum leæna comparauit, cui eripiuntur ſui catuli. ſed tamen acuere denteis magis videtur apris conuenire, qui ſunt è genere χαυλιοδόντων, id eſt, eorũ animalium, quibus dentes ſunt exſerti, quàm leonibus, qui ſunt de genere καρχαροδόντων, id eſt, ſerratos denteis habentium. Adiuuat me Homerus, qui ιλ. λ. perſpicuè oſtendit, apros denteis acuere ſolere, eo loco, vbi Vlyſſem à Troianis circumuẽtum, cum apro comparat, quem canes, & venatores inſequuntur. ſic Hom. Ὡς δ' ὅτε κάπριον ἀμφὶ κυσὶν, θαλεροί τ' αἰζηοὶ ξεύονται, ὀδόντε θ' ἑῖσι βαθείης ἐν ξυλόχοιο θήγων λευκὼ ὀδόντε μετὰ γναμπτῆσι γίνυσιν, &c. i. Quemadmodum cùm circum aprum canes & iuuenes vegeti, & viuidi concitantur: ille autem prodit ex ſilueſtri & dumoſo loco, album dentem acuens inter flexibileis malas, &c, Sic & Cornificius lib. 4. rhetoric. ad Herenn. *Quòd ſi ſtum, iudices, veſtris ſententijs liberauerit, ſtatim ſicut è cauea leo* D
*emiſſus, aut alia aliqua taterrima bellua ſoluta ex catenis, volitabit & vagabitur in foro, acuens denteis in cuiuſque fortunas, in omneis amicos & inimicos, &c.*

ARBITER PVGNÆ, &c.] ille autem Nearchus tanquam pugnę arbiter, & iudex, victoriam pedibus ſuppoſuiſſe dicitur, vel pugnæ euentum exſpectãs, vel declarans in ſua poteſtate eſſe ſitũ, vtri potius victoriam gratificetur, atque adiudicet. *Ponere* autem *ſub pede*, ſeu *ſub pedibus* dicuntur, qui domuerunt, qui ſunt ſuperiores, qui habẽt in poteſtate: quale eſt illud Lucretij lib. 1. *Quare relligio pedibus ſubiecta viciſſim Obteritur: nos exequat victoria cælo.* Titus Liuius lib. 34. annalium. *Argos & Lacedæmonem duas clariſſimas vrbeis, lumina quondam Græciæ, ſub pedibus tuis relinquemus?* Virg. Æn. lib. 7. *quorúmque à ſtirpe nepotes Omnia ſub pedibus, quà ſol vtrumque recurrens Aſpicit Oceanum, vertique, regique videbunt.*

ODORATIS] vel roſa, vel alio ſuauis odoris flore, vt Od. 11. lib. 2. *& roſa Canos odorati capillos, Dum licet.* *Odoratus* autem participium eſt ſine origine verbi: de quo genere ſuprà ad Od. 11. E
lib. 2.

QVALIS AVT NIREVS] omnium Græcorum Achille excepto, pulcherrimus, vt ait Hom. ιλ. β. Νιρεὺς, ὃς κάλλιστος ἀνὴρ ὑπὸ Ἴλιον ἦλθε, Τῶν ἄλλων Δαναῶν μετ' ἀμύμονα Πηλείωνα, id eſt, Nireus, qui vir pulcherrimus ad bellum Troianum venit aliorũ Troianorum, poſt ſtrenuum Achillem. Od. 15. epod. *Formáque vincas Nirea.*

AVT AQVOSA RAPTVS] Ganymedes. Virgil. lib. 1. Æneid. *rapti Ganymedis honores.* aquoſam autem Idam vocat Homeri exemplo, qui πιδήεσσαν nominat, quaſi πιδακόεσσαν, id eſt, fontibus abundantem. Hom. ιλ. λ. Ἴδης ἐν κορυφῇσι καθίζετο πιδήεσσης: id eſt, in verticibus ſeu cacuminibus Idæ aquoſæ & fontibus circumfluentis ſedebat.

## AD AMPHORAM.
### Ode 21.

F Ex qua ſe in Coruini gratiam vinum vetuſtum promturum oſtendit, & occaſione oblata vini laudes commemorat.

*O Nata mecum conſule Manlio,*
*Seu tu querelas, ſiue geris iocos,*
*Seu rixam, & inſanos amores,*
*Seu facilem: pia teſta, ſomnum:*
*Quocumque lectum nomine Maſſicum*
*Seruas moueri digna bono die,*
*Deſcende, Coruino iubente*
*Promere languidiora vina.*
*Non ille, quamquam Socraticis madet*
*Sermo-*

Digitized by Google

A *Sermonibus, te negliget horridus*
*Narratur & prisci Catonis*
*Sæpe mero caluisse virtus.*
*Tu lene tormentum ingenio admoues*
*Plerumque duro: tu sapientium*
*Curas, & arcanum iocoso*
*Consilium retegis Lyæo:*
*Tu spem reducis mentibus anxiis:*
*Viréisque, & addis cornua pauperi,*
*Post te, neque iratos trementi*
*Regum apices, neque militum arma.*
*Te Liber, &, si læta aderit, Venus,*
*Segnésque nodum soluere Gratiæ*
*Viuaéq; producent lucernæ,*
*Dum rediens fugat astra Phœbus.*

B CONSVLE MANLIO] L. Manlio Torquato, L. Aurelio Cotta coss. Hi P. Sylla, & P. Autronio, qui erant designati, ambitus à se accusatis, & conuictis, consules in eorum locum facti sunt, beneficio legis. sic Od. 13. epod. *Tu vina Torquato moue Consule pressa meo.* Sed quòd ad Cottam attinet, vel ei duo nomina gentilia fuerunt, vt Aurelius, & Aurunculeius diceretur, quod absurdum dictu est: vel Cottarum alij Aurelij fuerunt, alij Aurunculeij: vel mendosè dicuntur Cottæ Aurelij, & omnes sunt Aurunculeij. Nam perspicuè Cæsar lib. 5. de bello Gallico L. Cottam Aurunculeium appellat. Altera dubitatio mihi ex eodem nomine oritur, quamobrē Iulia, quæ nubit Mālio apud Catullum, dicatur Aurunculeia. sic enim legendum in illo epithalamio Iuliæ & Manlij *Flere desine: non tibi Au-Runculeia periculum est, Ne qua femina pulchrior Clarum ab Oceano diem Viderit venientem.*

SEV TV QVER. SIVE GER.] nullum (opinor) vinum est, in quo ea propriè vis sit innata,
C vt vel querelas, vel iocos, vel amores, vel somnum afferat: verùm, vt Oda superiore ex Athenæo ostendimus, quædam sunt necessitatis pocula, quædam Veneris & amoris, quædam rixæ & pugnæ, quædam somni. Prætereà constat, vinum, cùm varia sint hominum ingenia, ad illam varietatem commutari, & accommodari. verbi gratia, si quis iracundus natura paullo largius bibat, iracundiam suam statim in promtu habet, ac declarat: si quis libidinosus & voluptarius: libidine inflammatur: & ita de ceteris sentiendum. vide annot. ad Saty. 4. lib. 1. ibi, *Condita cum veræ x aperit præcordia Liber.*

SEV FACILEM, &c.] somni epithetum apud Horat. non cuiuslibet, sed quieti, leuis, placidi, & tranquilli. Sunt enim nonnulli turbidi, turbulenti, graues, implacidi, & concitati. sic Od. XI. lib. 2. *Pellente lascivos amores Canitie, facilémque somnum.*

QVOCVMQVE LECT. NOM.] paullo antè dixit, se, & hanc testam, eiusdem esse ætatis, iisdém D
que coss. natos: nunc hoc præterea, cuiuscumq; consulis nomen testa præ se ferat, dignā esse, quæ suo loco moueatur læto aliquo die. vsus est autem verbo *mouendi* & Oda 13. epod. *Tu vina Torquato moue Consule pressa meo.* Inscribebantur autem consulum nomina in testis, seu amphoris, seu cadis, ad notandam vini ætatem.

MASSICVM] vinum Campanum, quod in Massicis montibus nascitur. suprà Od. 1. lib. 1. *Est qui nec veteris pocula Massici, &c.*

DESCENDE] ex verbo descendendi intelligere licet, solitos esse veteres vasa vinaria in apothecis editioribus locare. quod declarat & locus Od. 28. huius lib. *Parcis deripere horreo Cessantem Bibuli consulis amphoram.* & Od. 12. lib. 4. *Nardi parvus onyx eliciet cadum: Qui nunc Sulpiciis accubat horreis:* fortasse vt fumum biberent, seu fumosa fierent.

PROMERE] vel descende promere, id est, vt ex te promas, vel iubente promere, id est, iubente Corvino, vt promam.

LANGVIDIORA VINA] languidiora vinà puto ea esse, quæ ætate maturuerunt, acerbi- E
tatémque insitā, tempore amiserunt, vt dixi suprà Od. 16.

NON ILLE, QVAMQ. S. M. SERM. TE NEGL. HORR.] quamquam pectus est ei præceptis philosophicis refertum: non ita se præbebit horridum tamen, vt te negligat. similia loquendi genera annotauimus sup. ad Od. 8. huius libri. madet autem translatè, imbutum est, refertum est. sic Lucret. lib. 4. *Scilicet arte madent simulachra, &c.* vbi lib. vulg. habent, *valent*, mendosè. Proprie & magis vsitatè madere vino dicuntur nolenti. Plautus Trinummo: *Si alia membra vino madeant, cor sit saltem sobrium.*

NARRATVR ET PRISCI CAT.] virtus Catonis ἀδιαφορικῶς positum pro Catone, vt annotauimus ad Od. 5. huius lib. fuit autem hæc opinio de Catone maiore, illum vino se nonnumquam largius inuitare solitum esse, sed falsa. Plutarchus quidem in eius vita nihil tale de eo tradit. tantum scribit eum delectari solitum cenis lautioribus, & copiosioribus, maximè cum rusti- F
cis vicinis, non solùm æqualibus, verumetiam adolescentibus. sic. Plut. ὧν δὲ καὶ τὸ δεῖπνον ἐν ἀγρῷ δαψιλέστερον. ἐκάλει γὰρ ἑκάστοτε τῶν ἀγροικοτέρων. ἵνα ἐθελοχάρων τὰς συνηθείας, καὶ συνδιῆγεν ἱλαρῶς ἐν ταῖς καθ' ἡλικίαν μόνοις ἡδὺς ὢν συγγενέσθαι, καὶ πιθανὸς, ἀλλὰ καὶ τοῖς νέοις. Et M. Tull. in libello de senectute sic eum loquentem facit: *Ego propter sermonis delectationem tempestiuis conuiuiis delector, nec cum æqualibus solum, qui pauci admodum restant: sed cum vestra etiam ætate, atque vobiscum: habeóque senectuti magnam gratiam, quæ mihi sermonis auiditatem auxit: potionis & cibi sustulit.* De iuniore autem idem Plutar. in eius vita scribit. προϊόντι δὲ τῷ χρόνῳ μᾶλλον προσεῖπετο τὸ πίνειν· ὥστε πολλάκις ἐν οἴνῳ διαγεν εἰς ὄρθρον, &c. διὸ καὶ Μεμμίου τινὸς ἐν συλλόγῳ φήσαντος, ὅλας τὰ Κάτωνας μεθύοντας τὰς νύκτας, ὑπολαβὼν ὁ Κικέρων, ἐκεῖνο δὲ λέγεις, εἶπεν, ὅτι καὶ τὰς ἡμέρας ὅλας κυβεύει. id est, progressa autem iam ætate maximè recipiebat

A compotationes, vt ſæpe vſque ad horam matutinam in vino permaneret, &c. Itaque cùm Memmius quidam in conuentu dixiſſet Catonem totas nocteis ebrium eſſe: ſuſcepto ſermone Cicero, at illud non addis (inquit) etiam totos dies eum alea ludere.

TV LENE TORMENTVM] Plato lib. 1. de legibus, in extremo ait, nullum eſſe tormentum minus ſumtuoſum, minúſque periculoſum, quàm vinum, ad explorandos & exquirendos hominum affectus & mores. Verba Platonis ſunt hæc: καὶ μυρία δὴ λέγοι ἂν εἴ τις ποτε ἀνύσειεν, ὅσῳ διαφέρει τὸ μετὰ παιδιᾶς τινὰ λλως ἄνευ μισθοῦ ζημιώδους, ἦθος ψυχῆς θεωρεῖν. καὶ δὴ τοῦτο μὲν αὐτὸ σοφόν γε τούτων ὅτ' αὖ κρῆται, ὅτ' ἄλλως αὐθρώπους ὑδένας οἰόμεθα ἀμφισβητῆσαι μὴ ὐ πεῖραν τε ἀλλήλων ὀρθὴν ταύτην εἶναι, τό τε εὐπλείας καὶ ἀσφαλείας, καὶ πάλιν διαφέρειν σοὺς τὰς ἄλλας βασάνους. id eſt, *Et, vt quis res innumerabileis proferat, nihil proficiat, neque dicendo conſequi poſſit, quanto præſtet cum ludo & ioco, aliúdque agendo, ſine iactura ingenium & mores animi ſpectare atque explorare. Atque hoc ſanè neque Cretas, neq; alios vllos homines in controuerſiam vocaturos exiſtimamus, hanc probationem de ingenio*
B *mutuo eſſe modeſtam, & laudabilem, & hoc genus probationis cùm minimo ſumtu fiat, tum omni periculo vacare, & præterea ſi cum aliis probationibus comparetur, maxima celeritate conſtare.* huc pertinet locus ille in epiſt. ad Piſon. *Reges dicuntur multis vrgere culullis, Et torquere mero, quem perſpexiſſe laborant, An ſit amicitia dignus.* & epiſt. ad Lolli. 1. lib. 1. *Commiſúmque teges & vino tortus, & ira.* ſignificat autem Horatius, ingenia ſeueriora, & aſperiora, vino interdum leniri ac temperari: vel vino tanquam tormento quodam, explorari, & ſpectari qualia ſint. Lene autem dixit, quia alia tormenta, aſpera, grauiá, moleſta, & acerba ſunt.

TV SAPIENTIVM CVRAS, &c.] tu ſapientium graueis cogitationes & conſilium reconditum, vino aperis, & in lucem profers.

TV SPEM RED. MENTIBA] ſic ſup. Od. 17. lib. 1. *Quis poſt vina grauem militiam, aut pauperiem crepat?* & epiſt. ad Torq. lib. 1. *Quid non ebrietas deſignat? operta recludit: Spes iubet eſſe ratas,*
C *&c.* extant in hanc ſententiam apud Athen. lib. 2. aliquot Diphili verſus, quos me non pigebit aſcribere. Nam hunc locum non ſolùm illuſtrabunt, verùm etiam explicabunt. ſic igitur Diph. Ω πᾶσι τοῖς φρονοῦσι σεσοφιλέσθαι Διόνυσε καὶ σοφώτατ', ὡς ἡδύς τις εἶ· Ὅταν ταπεινὸν μέγαφρονεῖν ποιῇς μόνος, Τὸν τὰς ὀφρῦς ἄῤῥοντα συμπείθῃς γελᾶν· Τὸν τ' ἀθενῆ πολμᾶν π, τ' ἄλλον θρασυὸ. id eſt, ò prudentibus omnibus cariſſime Dionyſe, & ſapientiſſime: quàm iucundus es, cùm tu ſolus humilem & abiectum magnos ſibi ſpiritus ſumere facis: triſtem, & contrahentem aut tollentem ſupercilia, ad ridendum impellis: infirmum, atq; imbecillum audere aliquid cogis: timidùm atque ignauum, audacem efficis. eôdem pertinent illa Plat. lib. 1. de leg. de vino. πόντα τὸ ἄνθρωπον, αὐτὸν αὐτῷ ποιεῖ φρόνιμον ἴλεων εὐθὺς μᾶλλον, ἢ πρόσπορον, καὶ ὁπόσῳ ἂν πλέον αὐτῷ γένηται, τοσούτῳ πλεόνων ἐλπίδων ἀγαθῶν πληρῶται, κὶ δυνάμεως εἰς δόξαν. καὶ πλευτῶν δὴ πάσης ὁ τοιοῦτος παῤῥησίας, ὡς σοφὸς ὢν μεστοῦται, καὶ ἐλευθερίας, πάσης δὲ ἀφοβίας, ὥστε εἰπεῖν τε ἀόκνως ὁποῖ ὡσαύτως δὲ καὶ πράξαι. id eſt, hominem, qui biberit, primùm efficit placidiorem, quam erat anteà, & quo plus de eo guſtarit, tanto illi plureis bonas ſpes præbet, tanto plus virium ad gloriam & exiſtimationem ſuppeditat. ad extremum igitur omni orationis licentia, ac libertate, quaſi ſapiens ſit, omníque confidentia, atque audacia completur, ita vt quiuis ſtrenue atque impigrè & dicat pariter, & agat. & Ariſtoph. ἱππεῖς. Ορᾷς? ὅταν πίνωσιν ἄνθρωποι, τότε Πλουτοῦσιν, εὐπράττουσι, νικῶσι δίκας, Εὐδαιμονοῦσιν, ὠφελοῦσι τοὺς φίλους. id eſt, Vidésne? Cúm bibunt homines, tunc diuites ſunt, rem ſuam bene gerunt, ſuperiores è iudiciis diſcedunt, beati & fortunati ſunt, amicis ſuis ſunt vtiles.

ET ADDIS CORN. PAVP.] id eſt, pauperem efficis audacem, & pugnacem, & certandi cupidum. Cornua Baccho affingi notum eſt: qua de re ſuprà diximus ad Odam 19. lib. 2. ibi, *aureo Cornu decorum.*

TREMENTI] cum tremore timenti, vt infrà Od. 27. eiuſd. lib. *palluit*, poſitum pro cum pallore extimuit. & *ſcatentem Belluis potum, mediásque fraudeis Palluit audax.* & paueat pro cum pauore timeat Od. 5. lib. 4. *Quis Parthum paueat?* E

REGVM APICES] id eſt, Regum maieſtatem, potentiam, faſtigium. ſup. Od. 35. lib. 1. *hinc apicem rapax Fortuna cum ſtridore acuto Suſtulit, &c. iratos* autem *regum apices* dixit pro, *regum iratorum apices*, per hypallagen. *Apex* (inquit Feſtus) *qui eſt ſacerdotum inſigne, dictus eſt ab eo, quòd comprehendere vinculo antiqui, apere dicebant, &c.* Ab hoc apice dictum, id, quod eminet.

SEGNÉSQVE NOD. SOL. GRAT.] id eſt, quæ non facilè concordiam diſſoluunt: quæ vſque adeò arctis, & firmis vinculis inter ſe coniunctæ ſunt, vt ægrè diſſideant, aut diſtrahantur. *ſegnes ſoluere* autem genus eſt loquendi Græcum, vt annot. ad Od. 8. lib. 4. Seruius ad locum illum, Virgil. lib. 1. Æn. *at memor ille Matris Acidaliæ*, notat Gratias iccirco connexas, & colligatas fingi, ac pingi, quia inſolubileis eſſe decet. quod ſpectauit Horatius (inquit) cùm dixit, *Segnéſque nodum ſoluere Gratiæ.*

F

VIVÆQVE PROD. LVC.] id eſt, totam noctem bibetur, & Veneri indulgebitur. tota nox in vino, & hilaritate conſumetur. ſic ſuprà Od. 8. huius libri, *& vigileis lucernas Perfer in lucem.* ad quem locum annotauimus, Romanos illos veteres, atque etiam Græcos, cenas ſuas totam noctem producere ſolitos eſſe. crebra certè lucernarum, & lychnorum apud ſcriptores, cùm de cenis loquuntur, mentio ſatis declarat, eos noctu cenare conſueuiſſe. ſuprà idem Horatius ſignificans multùm intereſſe inter arma, & conuiuia, ſic loquitur. *Vino & lucernis Medus acinaces Immane quantum diſcrepat.* M. Tullius pro Cœlio, *Quam volent in conuiuiis faceti & dicaces, nonnunquam etiam ad vinum diſerti ſint: alia fori vis eſt, alia triclinij: alia ſubſelliorum ratio, alia lectorum. non idem iudicium, comeſſatorúmque conſpectus. lux denique alia ſolis, & lychnorum.*

VIVÆ-

Digitized by Google

A VIVÆ QVE] accensæ, ardentes, non exstinctæ. ignem enim viuere & mori dicimus, vt animantem quendam. notauimus ad Lucretium: ibi, *& viuunt labentes ætheris ignes*. lib. 1.

## IN DIANAM.
### Ode. 22.

*MOntium custos, nemorúmq; virgo,*
*Quæ laborantes vtero puellas*
*Ter vocata audis, adimísque letho,*
*Diua triformis:*
*Imminens villæ tua pinus esto:*
*Quam per exactos ego lætus annos,*
*Verris obliquum meditantis ictum,*
*Sanguine donem.*

B MONTIVM CVST. NEM.] ὀρέων ὀλίσκοπε. Od. 21. lib. 1. *Vos lætam fluuiis & nemorum coma, &c.* Virg. lib. 1. Æn. *Qualis in Eurotæ ripis aut per iuga Cynthi Exercet Diana choros: quam mil le secutæ Hinc atque hinc glomerantur Oreades.*

QVÆ LABORANTEIS VTERO PVELL.] Eandem esse Dianam, Ilithyiam, Lucinam, Genitalem, ex hoc loco, & ex carmine sæculari pro imperio populi Romani, intelligere licet: quo in carmine tribus his postremis nominibus eam appellat. *Rite maturos aperire partus Lenis Ilithyia, tuere matres, Siue tu Lucina probas vocari, seu Genitalis.* de qua sic M. Tull. 2. de nat. deor. *Dianam autem eandem esse putant, à lucendo vtramq; nominatam. Itaque vt apud Græcos Dianam, eámq; Luciferam: sic apud nos Iunonem Lucinam in pariendo inuocant: quæ eadem Diana anniuaga dicitur, non à venando: sed quòd in septem numeratur tamquam vagantibus. Diana dicta, quia noctu quasi diem efficeret. Adhibetur autem ad partus, quòd ij matureC scunt aut septem nonnunquam, aut plerumque nouem Lunæ cursibus: qui, quia mensa spatia conficiunt, menses nominantur, concinnéque, vt multa, Timæus, qui, cum in historia dixisset, qua nocte natus Alexander esset, eadem Dianæ Ephesiæ templum deflagrauisse, adiunxit, minimè id esse mirandum, quòd Diana, cũ in partu Olympiadis adesse voluisset, afuisset domo.* hactenus M. Tull. Sed cùm Diana Latonæ: Ilithyia autem Iunonis sit filia: quî potest esse eadẽ Diana & Ilithyia? Atqui Pindarus Neme. carmine sexto, Ilithyiam, & Iunonis esse filiam, & præstò adesse partubus, non obscurè significat. Ilithyia (inquit) quæ Parcis assides, filia Iunonis, filiorum genitrix: sine te neque diem, neque noctem aspicimus, neque pubescimus. Pindari verba sunt hæc, si quis magis delectatur Græcis: Εἰλείθυια πάρεδρος μοιρᾶν βαθυφρόνων, παῖ μεγαλοδυνέος, ἄκουσον, ἥρας. γενέτειρα τέκνων. ἄτερ σέθεν οὐ φάος, οὐ μέλαιναν δρακόντος εὐφρόναν πιὰν ἀδελφεὰν, ἐλάχομεν ἀγλαόγυιον ἦβαν. Hesiodus item Ilithyiam, Iunonis filiam facit in Theogon. ἣ δ' ἤβλω καὶ Ἄρηϊ, καὶ εἰλείθυιαν ἔπκτιν. Homerus autem Ilithyiam, μογόστοκον, quasi μογοῦσαν, quod valet πονοῦσαν, ὠδὲ τὰς τίκτους. id est, laborantem, seu occupatam in partubus, appellat ἰλ. τ. his verbis: Αὐτὰρ ἐπειδὴ τὸν μὲ μογόστοκος εἰλείθυια Ἐξάγαγε πεφόωσδε, καὶ ἠελίῳ ἴδεν αὐγὰς. & il. λ. numero multitudinis μογοστόκους εἰλειθυίας Iunonis filias appellat. Ὡς δ' ὅταν ὠδίνουσαν ἔλῃ βέλος ὀξὺ γυναῖκα Δριμύ, τόν τε πρόϊεσι μογοστόκοι εἰλείθυιαι Ἥρης θυγατέρες. id est, Quemadmodum autem cùm telum acutũ atque amarum, mulierem partus dolores sentientem tenet, tum procedunt Ilithyiæ partus laborem leuantes, Iunonis filiæ, &c. & Theocritus εἰδ. λς. μογόστοκον Ἀρτεμιν. Pausanias quoque aliam facit à Diana, & Iunonis filiam dicit haberi: quin etiam eam Latonæ partum adiuuisse ab Hyperboreis profectam: ceteros homines autem Ilithyiæ nomen ab his didicisse: Delios quoque ei sacra facere, & carmen in eius laudem de partus doloribus cantare: Cretas verò existimare Ilithyiam in Cnossia regione natam, & Iunonis filiam esse. Pausaniæ verba sunt hæc. Att. ἦν ἐλθοῦσαν ἐξ ὑπερβορέων εἰς Δῆλον, γενέσθαι βοηθὸν τῇς Λητοῦς ὠδῖσι. Τὰς δ' ἄλλας παρ' αὐτῶν φασὶ τῆς εἰλειθυίας μαθεῖν τὸ ὄνομα. καὶ θύουσι δὲ τῇ εἰλειθυίᾳ Δήλιοι· κὰ ὕμνον ἄδουσιν ὠδίνος. Κρῆτες δὲ τῆς Χώρας τῆς Κνωσσίας ἐν Ἀμνισῷ γενέσθαι νομίζουσιν εἰλείθυιαν, καὶ παῖδα ἥρας εἶναι. Idem Arcad. narrat se Ilithyiæ statuam vidisse apud Agyenseis à Dasmophonte fictam, quæ tota esset à capite vsq; ad calcẽ veste textili tecta, cuiúsq; nihil esset nudũ, præter faciem, & extremas manus, & pedes: eius alteram manum porrectam esse, & explicatam: alteram facem tenere: quæ res vnum è duobus significaret, vel partus dolores mulieribus instar ignis esse: vel illam pueros ex vtero matris in lucem, atque in luminis oras (vt ait ille) protrahere. verba Pausaniæ sunt hæc: εἰλειθυίας δ' εἰκάσαι τις αὖ εἶναι δᾷδας, ὅπ γυναιξὶν ἐν ἴσῳ καὶ πῦρ εἰσὶν αἱ ὠδῖνες. Ἔχοιεν δ' αὖ λόγον καὶ ὅδε ποιῶδε αἱ δᾷδες, ὅπ εἰλειθυια ὀξὺν ἡ εἰς φῶς ἄγουσα τὺς παῖδας. Plato autẽ in Theæteto eãdẽ esse Dian. & Ilithy. putat, vt ex eius verbis perspicuũ esse potest. αἰτίαν δὲ τῇ μαίᾳ γυναῖκα αὐτὴν κυϊσκομένῳ τε καὶ τίκτουσαν ἄλλας μαιεύεσθαι, φασὶν εἶναι τὴν Ἀρτεμιν, ὅπ ἄλοχος ὢσα τὴν λοχείαν εἴληχε. id est, causam autem, cur nulla mulier, quæ ipsa grauida fieri, & F parere possit, obstetricis munere fungatur, aiunt hanc esse, quòd Diana à pariendo immunis, maturandorum, & procurandorum partuum prouinciam nacta est. Plutarchus Sympos. 3. probl. 1. de luna loquens: Λέγεται δὲ καὶ πρὸς εὐτοκίαν συνεργεῖν. ὅταν ἡ σελήνη, κἀτὶ τῶν ὑγρῶν μαλθακωτέρας παρέχουσα τὰς ὠδῖνας· ὅθεν οἶμαι καὶ τὴν ἄρτεμιν, λοχείαν, καὶ εἰλείθυιαν ὑκ ὄσαν ἑτέραν ἢ τὴν σελήνην ὠνομάσθαι. id est, aiunt autem lunam etiam ad pariendi facilitatem, & felicitatẽ adiumento esse, cùm est semplena, remissione & relaxatione rerũ liquidarũ & humidarũ partus dolores efficientẽ molliores, & leniores. Ex quo arbitror etiã Dianam Lochiã, id est, partuum præsidem, atq; arbitram, & Ilithyiam, vt pote quę non sit alia à luna, esse nominatam. Idem Plutarchus ibidem lunam à Timotheo quodam ὠκυτόκιον ostendit esse appellatam, id est, ad accelerandos partus vtilem. Plautus, Terentius, Varro,

Digitized by Google

A Varro, Catullus, & ceteri Latini, Iunonem Lucinam coniunctè, vel Lucinam tantùm efferunt. Terent. Heautontim. *Iuno Lucina fer opem.* & Idem alibi. Plaut. Aulul. *Iuno Lucina tuam fidem.* Catull. in carmine sæculari ad Dianam, *Tu Lucina dolentibus Iuno dicta puerperis: Tu potens Triuia, & notho es Dicta lumine luna.* Plautus in Truculento, *date mihi huc ligna, atque ignem in aram, vt venerer Lucinam deam.* Varro lib. 4 de lingua Lat. *quæ ideo videtur à Latinis Iuno Lucina dicta, vel quòd terram, vt physici dicunt, iuuat, & lucet: vel quòd ab luce eius, qua quis conceptus est, vna iuuat, donec mensibus actis produxit in lucem. Facta igitur à iuuando, & luce Iuno Lucina: à quo parientes eam inuocant. Luna enim nascentium dux, &c.* sic Horat. Od. 5. epod. *Per liberos te, si vocata partubus Lucina veris affuit.* Dionys. Halicarn. lib. 4. εἰλείθυιαν Ρωμαῖοι καλοῦσιν Ηραν φωσφόρον. Ilithyiam appellant Romani Iunonem luciferam. Theocritus ἐγκωμ. Πτολεμ. Εἰλείθυιαν, λυσίζωνον, id est, soluentem zonam appellat. Ενθα γὰρ εἰλείθυιαν ἐβώσατο λυσίζωνον Αρπγόνας θυγάτηρ βεβαρυμένα ὠδίνεσσιν. Η δὲ οἱ ευμενέουσα παρίστατο. id est, hìc enim Ilithyiam inclamauit,
B quæ zonam soluit, Antigonæ filia doloribus partus grauiter affecta. Illa autem ei præstò futura, & apud eam permansura adstabat. Virgil. etiam ad equas transfert Georgic. 3. *Ætas Lucinam, iustósque pati Hymenæos Desinit ante decem: post quattuor incipit annos.* Oppianus lib. 1. partus dolores omnibus animantibus acerbos, & molestos esse significans, sic ait, Ως ὅ ῥα πισύλλω γενεὴν, ὅδ' ἰχθύσι μοῖραι Ωπασαν, ὅδ' ἄρα μοῦνον ὀπιχθονίοισι γυναιξὶν Αλγεα, παντῇ δ' εἰσὶν ἐπαχθέες εἰλειθυιαι, id est. Quàm non facilem ortum, seu nascendi rationem ne piscibus quidem fata tribuerunt neque terrestribus solùm fœminis dolores incidunt, sed omni loco graues sunt Ilithyiæ. Cur eadem genitalis dicatur, ex iis, quæ suprà exposita sunt, intelligere licet: qua de re tamen non nihil dicemus ad carmen illud sæculare, quod est post epod.

DIVA TRIFORMIS] τρίμορφος. Athenæus lib. 7. ait Apollodorum scribere in libris de Diis, triglam Hecatæ immolari propter communitatem, & coniunctionem nominis. Deam enim
C esse triformem. sic Athen. Απολλόδωρος ἐν τοῖς περὶ θεῶν, τῇ Εκάτῃ φησὶ θύεσθαι τρίγλαν διὰ τὴν ὁνόματος οἰκειότητα. τρίμορφος γὰρ ἡ θεός. citat & Chariclidę cuiusdā versum: δέσποιν' Εκάτη, τριοδῖτι τρίμορφε, τρίπρωρε, τρίγλαις κηλευμένη. id est, ô regina Hecate, triuia, triformis, triplicem vultum, seu personam gerens, quæ triglis mulceris. iccircò autem triformem appellari dicunt alij, quòd eadem sit Diana, & Lucina, & Hecate, seu Proserpina. Virg. Æneid. 4. *Tergeminámque Hecaten, tria virginis ora Dianæ.* eandem, Triuiam appellat Ennius vel quòd in triuio ponitur, vel quòd in cælo tribus viis mouetur, in altitudinem, latitudinem, & longitudinem. Seruius ad illum Virg. locum, *numero deus impare gaudet.* Pharmaceutr. notat, *Dianam dicit propter triplicem eius potestatem.* hactenus Seru. Triplicem autem potestatem intelligit, in cælo, in terris, sub terris, seu apud inferos. Quidam tradiderunt, Dianam fingi solitam specie humana, equina, canina: atque iccircò triformem dictam. Alij quia D luna, quæ Diana est, modò sit ἀμφίκυρτος, id est, gibbosa, seu gibbera, seu μηνοειδὴς, modò δίχορμος, id est, dimidiata: modò plena.

IMMINENS VILLÆ TVA P.] id est, pinus, quæ villæ meæ imminet, tua esto. his verbis hanc pinum Dianæ consecrat.

EXACTOS] confectos. *per exactos annos,* id est, quotannis.

OBLIQVVM MEDITANTIS] qui dum cæditur, conetur morsione obliqua eum, à quo cædatur, malè multare: vel qui videatur sese ad obliquas morsiones assuefacere, & exercere. hęc enim vis est verbi *meditandi* propria, quod à Græco μελετᾶν tractum est.

## AD PHIDILEM.
### Ode 23.

Suadens, vt deos puris manibus, & conscientia benè actæ vitæ colat.

*CÆLO supinas si tuleris manus*
*Nascente luna, rustica Phidile:* E
*Si ture placaris, & horna*
*Fruge Lares, auidáque porca:*
*Nec pestilentem sentiet Africum*
*Fœcunda vitis, nec sterilem seges*
*Rubiginem, aut dulces alumni*
*Pomifero graue tempus anno:*
*Nam, quæ niuali pascitur Algido*
*Deuota, quercus inter, & ilices:*
*Aut crescit Albanis in herbis*
*Victima, pontificum secureis*
*Ceruice tinguet. te nihil attinet*
*Tentare multa cæde bidentium*
*Paruos coronantem marino*
*Rore deos, fragilique myrto.*
*Immunis aram si tetigit manus:* F
*Non sumtuosa blandior hostia,*
*Mollibit auersos Penateis*
*Farre pio, & saliente mica.*

CÆLO SVPINAS] notat interpres Homer. ad illum versum, ἰλ. ν. Λαοὶ δ' ἠρήσαντο, θεοῖσι δὲ χεῖρας ἀνέσχον. i. *gentes autem precati sunt, & ad deos manus sustulerunt,* solitos esse heroas manibus in cælum sublatis Iouem, ceterósq; deos cælestes precari: marinos, ad mare porrectis: manes, & inferos, terra percussa. Primi moris exempla sunt hæc. Virg. Æn. 1. *Ingemit, & duplices tendens ad sidera palmas, Talia voce refert.* Idem secundo. *Sustulit exutas vinclis ad sidera palmas.* Idem 3. *tendóg, supinas Ad cælum cum voce manus.* & 4. *Multa Iouem manibus supplex orasse supinis.* Lucret. lib. 5.

*& pan-*

Digitized by Google

A *& pãdere palmas Ante Deũm delubra.* Salluſt. cõiur. Catil. *manus ſupplices ad cælum tendere, miſerari paruos liberos, rogitare Deos.* Hom. ὀδυσσ. ι. Εὔχετο χεῖρ' ὀρέξων εἰς ὐρανὸν ἀστερόεντα. id eſt, precabatur manum porrigens ad cælum ſtellatum. Apollon. lib. 1. ἀργ. αἱ δὲ γυναῖκες Πολλὰ μάλ' ἀθανάτοισιν ἐς αἰθέρα χεῖρας ἄειραν Εὐχόμεναι τόσσοιο τέλος θυμηδὲς ὀπάσσαι. id eſt, mulieres autem valde multum ad deos immortaleis in cælum manus ſuſtulerunt, orantes vt iucundum reditum darent. præ lætitia manus ad cælum tollit ille apud Horat. Saty. 5. lib. 2. *donec obeiam, Ad cælum manibus ſublatis, dixerit, vrge.* Secundi hoc nunc mihi exemplũ ſuccurrit. Virg. Æneid. 4. *Ni palmas ponto tendens vtraſque Cloanthus Fudiſſétque preces, diuósque in vota vocaſſet: Dij quibus imperium pelagi.* Poſtremi ſunt hæc. Eurip. ἐκάβ. Ὦ χθόνιοι θεοί, σώσατε παῖδ' ἐμὸν, ὃς μόνος, οἴκων ἄγκυρά τ' ἐμῶν, τὴν Χιονώδη Θρήκιον κατέχει. id eſt, ò inferi, ſeu terreſtres dij: ſeruate filium meum, qui ſolus ædium mearum ancora Thraciam niuoſam tenet. ad quẽ locum vetus interpres ἀνώνυμος notat, hiſtrionem, cùm hæc verba loqueretur, terrã pedibus pulſaſſe. Idem Oreſt. πότνια, πότνια νύξ, ὑπερθοῦ τέρα τῶν πολυπόνων βροτῶν, Ερεβόθεν ἵκη. id eſt, ò veneranda, veneranda nox, quę ſomnũ largiris laborioſis mortalibus: ex Erebò prodi. Hom. ιλ. ι. Πολλὰ δὲ καὶ γαῖαν πολύφορβον χερσὶν ἁλόια Κικλήσκω· αἰδῶ. καὶ ἐπαρὴν Περσεφόνειαν. id eſt ſæpe autem etiam terram multa alimenti genera hominibus præbentem manibus pulſabat. Plutonẽ inuocans: & laudabilem Proſerpinam, idem & cum mortuos appellabant. M. Tull. Tuſc. 2. *Tum Cleanthem, cum pede terram percuſſiſſet, verſum ex Epigonis dixiſſe ferunt, Audisne hæc, Amphiarae, ſub terram abdite? Zenonem ſignificabat, à quo illum degenerare dolebat.*

Rvstica phidile] libri aliquot veteres habent, *ruſtica Phillide.* ego nihil muto: quamquam legendum potius fortaſſe eſt *Phidale,* vt intelligamus, ſignificari nomine ipſo puellam quandam ruſticam, parcam, & à ſumtu abhorrentem.

Horna frvge] hornotina: huius anni. Od. 2. epod. *Et horna dulci vina promens dolio.* M. Tull. Verr. de anteactis. *frumentum hornotinum.* Propert. lib. 4. *Illa dies hornis cædem denuntiat agnis.*

Avidaqve porca] cur Laribus porcam, ſeu porcum veteres immolarent, annotatum eſt ſuprà ad illum locum, *& porco bimeſtri,* Oda 17. eiuſdem libri.

Sterilem rvbiginem] Virg. Georg. 1. *malam* vocat. *Mox & frumentis labor additus, vt mala culmos Eſſet rubigo.* aſperã appellat Ouidius.

Pomifero grave temp. anno.] auctunnum ſignificat, quem pomiferum item appellat Od. 7. lib. 4. *ſimul Pomifer auctunnus fruges effuderit.* & Od. 2. libr. epod. ſic deſcribit. *Vel cum decõrum mitibus pomis caput Auctunnus aruis extulit.* graue autem tempus hoc loco dicit, quia peſtilens, & inſalubre, vt Saty. 6. lib. 2. *Auctunnúsq; grauis Libitinæ quæſtus acerbæ.* φθινόπωρον vocant Græci. ordo eſt: aut dulces alumni graue tempus non ſentient anno pomifero, id eſt, anni parte pomifera, nempe auctunno.

Nivali Algido] Algidum, mons, & vrbs eiuſdem nominis. ſuprà Od. 12. lib. 1. *gelidum* appellat. Od. 4. lib. 4. *Nigræ feraci frondis in Algido.* D

Devota] vota, & promiſſa, ſeu obligata ex voto. ſic deuotos appellat Cæſar lib. 3. de bello Gallico, ſoldurios illos, qui, cuius amicitiæ ſe deuouiſſent, cum eo omnibus in vita commodis fruebantur: omnia rurſus incommoda, & mala perferebant. ſuprà arborem illam, cuius caſu propemodum oppreſſus eſt, deuotam nominauit, Od. 4. eiuſd. lib.

Victima] ouis bima, ſeu bidens: vel maior aliqua hoſtia.

Pontific. secvr. Cervi. ting.] à pontificibus publicè immolabitur.

Bidentivm] *bidentes* (inquit Feſtus) *ſunt pecudes, ſeu oues, quæ duos denteis ceteris longiores habent.* ſed alij, quorum ſententia à doctis probatur. magis aiunt bidenteis dictas eſſe, quaſi biennes, quòd bimæ immolarentur. Virgil. lib. 5. Æneid. *cædit quinas de more bidenteis.* Idem 6. *totidem lectas de more bidenteis.*

Parvos coronantem, &c.] te quæ paruos deos habes domi.

Marino Rore] rore marino, ſeu roſmarino, coronario ſcilicet, quem deſcribit Dioſcor. lib. 3. cap. 89. E

Immvn. aram si tetig.] manus immunis propriè, quæ nihil porrigit, inanis, vt Od. 12. lib. 4. *non ego te meis Immunem meditor tingere poculis,* id eſt, nihil afferentem. & epiſt. ad Villic. lib. 1. *Quem ſcis immunem Cynaræ placuiſſe rapaci.* Virg. lib. 4. Georg. *Immunisque ſedens aliena ad pabula fucus.* ſed hoc loco videtur ſubaudiri, à ſcelere: vt ſit, manus à ſcelere, aut culpa immunis: & ita Acr. & Porph. Sed videri poſſit, hoc loco *immune* ſignificare *improbum*: quemadmodum apud Plautum, *immune,* ſeu *immœne eſt facinus,* vt docet Feſtus. quod ſi cui placeat, dicendum erit, hanc eſſe huius loci ſententiam. Si manus improba, & impura deorum aram tanget, id eſt, ſi mente impura deos orabis, ſumtuoſa hoſtia deos non mollies, neque efficies ſacrificiorum ſumtu, vt tuæ victimæ diis ſint gratiores: ſed farre pio, & ſaliente mica deos placabis. Solebant autem orantes aram tangere, ſeu tenere. Itaque Varro rerũ diuinar. lib. 5. (vt refert Macrob. lib. 3.) *ſcribit, aras primum anſas dictas, quòd eſſet neceſſarium à ſacrificantibus eas teneri: quemadmodum vaſorum anſas tenere & prendere ſolemus.* ad quem morem reſpiciens Virg. Æn. 12. vt & hîc Horatius, Latinum Regem ſic facit loquentem. *Tango aras: mediósque igneis, & numina teſtor.* idem Æn. 4. *Talibus orantem dictis, arásque tenentem.* & lib. 6. *Talibus orabat dictis, arásque tenebat.* & M. Tull. pro Flacco. *quiſi aram tenens iuraret, crederet nemo, per epiſtolam, quod volet, iniuratus probabit?* F

Non svmt. bland. host. &c.] *ſumtuoſa hoſtia* ſunt ſeptimi caſus: hæcq; eſt huius loci ſententia. ſi tua manus immunis, id eſt, ſine vlla victima, vel, vt alij, innocens, aram tetigit: æquè placabit & flectet deos familiareis farre, & mica ſalis, nihilo gratior Diis futura propter ſumtuoſam aliquam

A aliquam hostiam. quòd si immunis pro improbo accipiatur, sic erit hic locus explicandus, vt paullo antè diximus, ad illa verba, *immunis aram, &c.* Plato in Alcibiade β. perspicuè ostendit, Deos immortaleis, sumtuosas hostias non spectare, sed animorum integritatem, & preces, seu bona verba, quam ille appellat εὐφημίαν: idque Ammonis oraculo responsum esse dicit. Cùm enim quondam inter Athenienseis, ac Lacedæmonios dissidium, bellúmque grauissimum natum esset: accideret autem, vt multis prœliis mari & terra commissis, semper Athenienses magna clade accepta inferiores discederent, eos indignanteis & consilij inopia laboranteis, neque vllum malorum præsentiũ remedium reperienteis, decreuisse tandem quàm optimũ esse louem Ammonẽ hac de re consulere, & prętereà rogare quare vincerẽtur, cùm ipsi hostias omniũ Græcorũ & plurimas & pulcherrimas diis immortalib. immolarẽt, eorúmq; tẽpla pluri mis & carissimis donis ornarent, pompas denique facerent solenneis & magnificentissimas, & sumtuosissimas, Lacedæmonij autem nihil quicquam tale omnino curarent, immo verò ita essent in hac re negligentes. vt sæpe hostias mancas ac debileis
B mactarent, cùm essent nihilo minus opulenti, quã Athenienſium ciuitas: hoc vnum respondisse Ammonem, Lacedæmoniorum εὐφημίαν, id est, bona verba, Deo esse gratiora, quàm vniuersas Græcorum victimas. bona verba autem Socrates interpretatur preces ritè conceptas, & iustas: aítque hominibus magnopere esse cogitãdum, & videndum quas preces diis immortalibus nuncupent. Deos enim immortaleis neque bobus auratis, neque talibus victimis, neque precibus maledicentiæ, quam Græci blasphemiam nominant, plenis, sed bonis dictis placari. Δεινὸν γὰρ εἶπ (inquit) εἰ τοῖς τὰ δῶρα, ἀλ' οὐ τοῖς τὰς θυσίας ἀποβλέπουσιν ἡμῶν οἱ θεοί, ἀλλὰ μὴ πρὸς τὴν ψυχήν. & mox, οἱ δὲ ἅπ' ἀδικοδόκητοι ὄντες, καὶ παφρονοῦσιν ἁπάντων τούτων. &c. id est, *absurdum enim sit & ingemiscendum, si dij dona nostra, & sacrificia spectent, non animum*, &c. deinde sequitur: *illi verò cùm muneribus non corrumpantur, hæc omnia contemnunt.* Sic & Xenophon. ἀπομνημ. α. θυσίας δὲ θύων μικρὰς ἀπὸ μικρῶν, οὐδὲν ἧττο μείωσαι τῶν ἀπὸ πολλῶν καὶ μεγάλων πολλὰ καὶ μεγάλα θυόντων. ἔστε γὰρ τοῖς
C θεοῖς, ἔφη, καλῶς ἔχειν, εἰ παῖς μεγάλαις θυσίαις μᾶλλον, ἢ παῖς μικραῖς ἔχαιρον. πολλάκις γὰρ ἂν αὐτοῖς τὰ παρὰ τῶν πονηρῶν μᾶλλον, ἢ τὰ παρὰ τῶν χρηστῶν εἶναι κεχαρισμένα. Οὔτ' ἂν τοῖς ἀνθρώποις ἄξιον εἶναι ζῆν, εἰ τὰ παρὰ τῶν πονηρῶν μᾶλλον ἦν κεχαρισμένα τοῖς θεοῖς, ἢ τὰ παρὰ τῶν χρηστῶν· ἀλλ' ἐνόμιζε τὰς θεὰς ταῖς παρὰ τῶν εὐσεβεστάτων ἡμῶν μάλα χαίρειν. id est, *cũ aute sacrificaret parua de paruis, nihilo se deteriore cõdicione esse putabat iis, qui de multis ac magnis multa, & magna immolant. Nam neq; Diis honestũ fore, si magnis sacrificiis magis delectaretur, quã paruis: sæpenumero enim ea, quæ ab improbis proficiscãtur, gratiora eis futura quã, quæ a viris bonis: neq; hominib. vitã optabilem, aut vitalem futuram, si quæ ab improbis donentur, diis sint gratiora, quam, quæ à probis. quin existimabat deos immortaleis hominum piorum cultu, & muneribus magnopere delectari.* Iterum Plato in Euthyphrone ait dona nostra (dona autem, quæ Diis ab hominibus dari debent, sunt τιμή, γέρας, χάρις, i. honos decus, gratia) aitigitur Plato dona D nostra Diis nihil prodesse.

AVERSOS PENATES] Ode xi. epod. *Preces & auersum ad Iouem.*

FARRE PIO ET S. M.] ad hunc locum pertinent, quæ scribuntur à Philostrato de Pythagora initio libri 1. de vita Apollonij, memoriæ esse proditum, Pythagoram aras sanguine non aspersisse, sed tus, & placentam, & hymnos diis immortalibus, & similia, diis solitum sacrificare. quibuscum congruunt illa M. Tullij lib. 3. de nat. deorum. *Quamquam Pythagoras cum in geometria quiddam noui inuenisset, musis bouem immolasse dicitur. Sed id quidem non credo: quoniam ille ne Apollini quidem Delio hostiam immolare voluit, ne arã sanguine aspergeret.*

SALIENTE MICA] id est, mica salis. Tibull. lib. 3. eleg. 4. *At natum in curas hominum genus, omnia noctis Farre pio placant, & saliente sale.* Idem lib. 4. ad Messal. *Paruáque cælestis placauit mica.* Catullus, *Non est in tanto corpore mica salis.*

## IN AVAROS. E
## Ode 24.

*INTACTIS opulentior*
*Thesauris Arabum, & diuitis Indiæ*
*Cæmentis licet occupes*
*Tyrrhenum omne tuis, & mare Apullicũ:*
*Si figit adamantinos*
*Summis verticibus dira necessitas*
*Clauos: non animum metu,*
*Non mortis laqueis expedies caput.*
*Campestres melius Scythæ,*
*Quorũ plaustra vagas rite trahũt domos,*
*Viuunt, & rigidi Getæ:*
*Immetata quibus iugera liberas*
*Fruges, & Cererem ferunt:* F
*Nec cultura placet longior annua:*
*Defunctúmque laboribus*
*Æquali recreat sorte vicarius*
*Illic matre carentibus*
*Priuignis mulier temperat innocens:*
*Nec dotata regit virum*
*Coniux: nec nitido fidit adultero.*
*Dos est magna, parentium*
*Virtus, & metuens alterius viri*
*Certo fœdere castitas.*
*Et peccare nefas, aut pretium est mori.*
*O, quisquis volet impias*

*Cædeis,*

Digitized by Google

A *Cædeis, & rabiem tollere ciuicam:*
*Si quæret pater vrbium*
*Subscribi statuis, indomitam audeat*
*Refrenare licentiam,*
*Clarus post genitis, quatinus, heu nefas,*
*Virtutem incolumem odimus:*
*Sublatam ex oculis quærimus inuidi:*
*Quid tristes querimoniæ,*
*Si non supplicio culpa reciditur?*
*Quid leges sine moribus*
*Vanæ proficiunt, si neque feruidis*
*Pars inclusa caloribus*
*Mundi, nec Boreæ finitimum latus,*
*Duratæq; solo niues*
*Mercatorem abigunt? horrida callidi*
*Vincunt æquora nauitæ.*
B *Magnum pauperies opprobrium iubet*
*Quiduis & facere, & pati:*
*Virtutisque viam deserit arduæ.*
*Vel nos in Capitolium,*
*Quò clamor vocat, & turba fauentium:*
*Vel nos in mare proximum*
*Gemmas, & lapides, aurum & inutile,*
*Summi materiam mali,*
*Mittamus. scelerum si bene pœnitet:*
*Eradenda Cupidinis*
*Praui sunt elementa: & teneræ nimis*
*Mentes asperioribus*
*Formandæ studiis nescit equo rudis*
C *Hærere ingenuus puer:*
*Venarique timet, ludere doctior,*
*Seu Græco iubeas trocho,*
*Seu malis vetita legibus alea.*
*Cùm periura patris fides*
*Consortem socium fallat, & hospitem*
*Indignóque pecuniam*
*Heredi properet: scilicet improbæ*
*Crescunt diuitiæ, tamen*
*Curtæ nescio quid semper abest rei.*

INTACTIS OPVL. THES. ARAB.] suprà Od. 29. lib. 1. *beatas Arabum Gazas* dixit & secunda epist. ad Mæcen. lib. 1. *Diuitias Arabum.* Intactos autē thesauros intellige dictos esse, quia nondum Romanorum arma senserant. sic Propert. *India quin Auguste tuo dat colla triumpho: Et domus intacta te tremit Arabia.*

CÆMENTIS] lapidibus cæsis, vt suprà Od. 1. huius lib. *huc frequens Cæmenta demittit redemptor.* D

MARE APVLLICVM] sic reperi scriptum in duobus lib. Vatic. & item Faër. Torneſ. in codice Donati autem *Ponticum* erat recenti manu scriptum, & in litura. Iam, quòd ad syllabas attinet, simile est illud Od. 4. huius lib. *Altricis extra limen Apulliæ.*

ADAMANTINOS, &c.] solidissimos, firmissimos. fortasse, quos sup. Od. 35. lib. 1. *clauos trabaleis* dixit, hîc nominat adamantinos. vtrobique enim vim & firmitatem, & pæne dicam æternitatem necessitatis significat. Plato quidem lib. de rep. decimo ἀδαμαντίνως, id est, adamantinè, vsurpat pro eo, quod est ἰσχυρῶς καὶ ἀμεταπαύστως, his verbis ἀδαμαντίνως (inquit) δεῖ ταύτην τὴν δόξαν ἔχοντα εἰς ἕδη ἰέναι. Neque temerè porrò, neque ineptè adamantini claui τῇ ἀνάγκῃ, id est, necessitati, quæ eadem ferè est hoc loco, atque εἱμαρμένη, tribuuntur. Significatur enim fati, mortisque necessitas immutabilis, & vis inuicta. Pindarus autem cùm de alia necessitate loquatur, ita quærit ex Musa: Quod periculum Argonautas solidis ex adamante clauis vinctos ad nauigandum impulit? sic Pindar. πρὸς κύνδυνος κραιπροῖς ἀδάμαντος δῆσεν ἄλοις? id est, quod periculum necessarium coëgit, vt nauigarent? Æschylus item in Prometh. ἀδαμαντίναις πέδησι dixit pro solidissimis ac durissimis, vide annot. ad Od. 3. & 35. lib. 1. E

DIRA] infesta, tristis, horribilis: vt & alibi.

NON MORTIS LAQ. EXP.] *expedies*, id est, explicabis, extricabis, sunt enim hi laquei ἄφυκτοι, καὶ ἀδιέξοδοι, id est, inexplicabiles, & quos effugere nemo queat. Homerus tantam vim Parcæ esse dicit, vt ne Dij quidem ab eo, qui sibi sit carus, mortem propulsare possint, vbi eum Parca semel comprehenderit. Verba Homeri sunt hæc, ὀδυσσ. γ. Αλλ' ἤτοι θάνατον μὲν ὁμοίιον. ὅ δὲ θεοίπερ Καὶ φίλῳ ἀνδρὶ δύνανται ἀλαλκέμεν, ὅππότ' ἐπεκτὴ δὴ Μοῖρ' ὀλοὴ καὶ θέλησι παπλεγέος θανάτοιο. id est, At profectò mortem, omnibus æquè infestam, ne dij quidem ab homine amico arcere possunt, vbi eum Parca mortis longum somnum dantis comprehenderit.

CAMPEST. MEL. SCYTHÆ] suprà Od. 35. lib. 1. *profugos* appellauit. Strabo ἀμαξοικοὺς, id est, in plaustris habitanteis, tanquam in domibus. F

RIGIDI GETÆ] cur rigidi? an quòd sunt cælibes, & ἀνέστοι, id est, sine foco & familia? an quòd ἄβιοι, id est, carentes rebus ad victum paratis, & congestis. seu vitæ cultu vtentes tenuissimo, parcissimo, ac durissimo? quæ etiam de Scythis tradita sunt: obidque ἄβιοι appellantur ab Hom. Quin eosdem ἱππημολγοὺς appellant tum alij Græci poëtæ, tum in primis Homerus: id est, equorum emulctores. Dionys. Alex. Ἔνθα μελαγχλαινοί τε, καὶ ἀνέρες ἱππημολγοί. Homerus ἰλ. ν. αὐτὰρ ὁ πάλιν τρέπεν ὄσσε φαεινὼ Νόσφιν ἐφ' ἱπποπόλων θρηκῶν καθορώμενος αἶαν Μυσῶν ἀγχεμάχων, καὶ ἀγαυῶν ἱππημολγῶν Γλακτοφάγων, ἀβίων τε, δικαιοτάτων ἀνθρώπων: id est, ipse autem [Iupiter] reflexit oculos lucidos longè ab vrbe Troia ad terram Thracum in studio equorum assiduè versantium respiciens, & Mysorum comminus pugnantium, & admirabilium

f Scytha-

A Scytharum equas mulgentium, & lac potantium, in diem viuentium, rebúsque ad victum antè paratis carentium, hominum iustissimorum. Ex quibus versibus cognoscere licet, per hippemolgos, id est, equarum emulctores, Scythas, & populos illos omneis esse intelligendos, qui ab occasu, mari Sarmatico, & Gothico: ab ortu, palude Mæotide & Tanaï, & Ponto Euxino: à meridie, Æmo, & Danubio: à septentrione, hyperboreis gentibus, & Rhipæis montibus continentur. hãc sententiam adiuuat Herodotus, qui in Melpomene narrat, Scythas equas mulgere, & lac earum vasis exceptum potare: id quod testatur & Strabo lib. 7.

IMMETATA QVIBVS] quorum agri, nullis cùm limitibus sint inter se separati, aut distincti, sed cõmunes, etiam fruges efferũt liberas & communes. *immetata* autem *ingera* accipe nullis metis, id est, terminis distincta, vel nullis decempedis *dimensa*, aut descripta. lege quæ suprà notauimus ad illum locum, *nulla decempedis Metata, &c.* Od. 15. lib. 2.

NEC CVLTVRA PLACET, &c.] nemo vnus per omnem vitam in eodem agro colendo versatur: sed alij ad certum numerum descripti ac distributi vnum annum agrum colunt: anno subsequente succedunt his alij ad eundem numerum: quiescunt ij, qui superiore anno coluerant, & ita deinceps. Atque hanc sententiam declarant ea verba, quæ statim sequuntur: *Defunctúmque laboribus Æquali recreat sorte vicarius*: id est, eum, qui in labore annũ versatus, eóque labore defunctus est, vicarius, qui eius locum, vicémque subit, reficit ac recreat æquali sorte, id est, dat illi sui reficiendi facultatẽ æquali sorte: id est, dat illi sui reficiendi facultatem, æquali agri colendi, laborísque perferendi condicione vicissim accepta. Sic Cæsar de Sueuis lib. 4. de bello Gall. *Hi centum pagos habere dicũtur, ex quibus quotannis singula millia armatorum bellandi causa suis ex finibus educunt, Reliqui, qui domi manserint, se, atque illos alunt. Hi rursus invicem anno post in armis sunt: illi domi remanent. Sic neque agricultura, neque ratio, atque vsus belli intermittitur.*

C TEMPERAT] nouerca manus abstinet à priuignis: priuignis parcit, neque eis insidias comparat, vllamve perniciem molitur, vt solent nouercæ. sic loquitur & Virg. Georg. 1. *Iam sibi tum curuis male temperat vnda carinis.* & M. Tull. Verr. 4. siue accusation. lib. 2. *non solum sociis in eo bello consuluit, verumetiam superatis hostibus temperauit.* ibidem: *si cuiquam denique vlla in re vmquam temperauerit, vt ei vos quoque temperetis.* idem lib. 1. *Te putet quisquam cum ab Italia freto disiunctus esses, sociis temperasse?* Sallust. coniur. Catil. *Quippe secundæ res sapientum animos fatigant: nedum illi corruptis moribus, victoria temperarent.* sic enim hunc locum emendauimus, cùm in omnibus libris vulgatis corruptè legatur *obtemperarent.* emendauimus & locum apud Cæsar. lib. 1. de bello Gall. itidem corruptum, *neque sibi homines feros ac barbaros temperaturos existimabat, quin, &c.* vbi vulgò legitur *obtemperaturos.*

TEMPERAT INNOCENS] id est, temperando priuignis est innocens: vel in eo se innocentem præstat, quod temperat, vt diximus ad Od. octauam huius libri. D

NEC DOTATA REGIT VIRVM] regit virum, id est, imperat viro, domina est viri: vt sup. Od. 9. *Me nunc Thressa Chloë regit.* Aristoteles lib. 8. de moribus, viri & vxoris societatem scribit esse Aristocraticam, id est, ei reip. formæ similem, in qua præstantiores, & meliores, & optimates imperant. iccircò virum præesse debere, cùm vxori virtute præstet. Sed interdum (inquit) imperant mulieres, nempe eæ, ad quas amplæ venerunt hereditates, & benè dotatæ. ἐνίοτε δ' ἄρχουσιν αἱ γυναῖκες ὅταν πλήρεις οὖσαι. sic Plautus in Asinaria: *argentum accepit: dote imperium vendidit.*

NEC NITIDO FIDIT ADVLTERO] nitido, vel comto, & benè curato: vel vnguentis delibuto, vt annot. ad Od 19. huius lib. & alibi. vel vt epist. 7. lib. 1. *ex nitido fit rusticus, atque Sulcos, & vineta crepat mera.*

ADVLTERO] amatori, vt sup. Od. 33. lib. 1. vel propriè accipe.

DOS EST MAGNA P. VIRT.] Querebatur iam sua ætate Theognis, non spectari in vxore quærenda genus, & parentum virtutem, sed pecuniam, his verbis: Κρινῦς μὲν καὶ ὄνους ἀζήμεθα, Κύρνε, καὶ ἵππους Εὐγενέας· καὶ τις βούλεται ἐξ ἀγαθῶν βήσεσθαι· γῆμαι δὲ κακὴν κακοῦ ὑμελεδαίνει Ἕλλος ἀνήρ, ἢ οἱ χρήματα πολλὰ δίδῳ. quorum versuum hæc ferè sententia est: *Arietes quidem, & asinos, & equos generosos quærimus, & vult vnusquisque, equas si quas habet, aut alias feminas, a maribus generosis iniri, & grauidas fieri: puellam autem vitiosam, & vitiosi filiam, virbonus vxorem ducere non magnopere dubitat, si modò magnam pecuniæ vim in dotem afferat.* Magnam igitur habet dotem sponsa, ait Horat. quæ honesto loco nata est, quæque ab alio viro abhorret. Non admodum dissimile est huic Horatiano, Plautinũ illud in Amphitry. *Non ego illam mihi dotem duco esse, quæ dos dicitur: sed pudicitiam & pudorem, & sedatum Cupidinem, Deũm metum, parentum amorem, & cognatũm concordiam.* Priscianus lib. 7. hunc locum profert ostendens, *parentium* æquè *ac parentũ* vsitatum esse. idémq; locum quendam ex M. Tull. Verr. 7. producit. metuere autem alterum virum, nihil aliud est, quàm φυλάττεσθαι, id est, vitare, & fugere, ab alio viro tangi nolle, vt annot. ad Od. 2. lib. 2. E F

ET PECCARE NEFAS, AVT PRETIVM] id est, aut non putant illorum matronę sibi licere matrimonij castitatem, fidémque violare: aut si violant, extremo supplicio afficiuntur. sic infrà Od. 4. lib. 4. *Culpam pœna premit comes.*

AVT PRETIVM EST MORI] id est, aut merces est peccati mors. sic vsurpat vocem *pretium* epist. 16. lib. 1. *Nec furtum feci, nec fugi si mihi dicat Servus: habes pretium: loris non ureris, ait.*

O, QVISQVIS VOLET] significat, ex peccandi licentia, & impunitate cædeis, bellaque ciuilia manare: quæ mala qui tollere velit, parénsque patriæ appellari cupiat, eum oportere seueriss. legibus latis maleficia coërcere, & comprimere:

A mere: in eos autem, qui leges neglexerint, acerrimè animaduertere. Placet autē mihi magnopere ea scriptura, quam in duodecim libris manuscriptis reperi: *Cadeis & rabiem, &c.* vbi vulgati habent, *aut rabiem.*

SI QVÆRET PATER] quidam libri veteres habent, si querit p. vrb. *pater vrbium* autem tale est, vt si diceret, parens patriæ.

REFRENARE] comprimere. sic dixit *inijcere frena licentiæ* Od 15. lib. 4. quem locum, quemadmodum emendauerimus, videto suo loco.

CLARVS PÒST GENITIS] clarus futurus posteris: immortalem nominis sui gloriam posteris traditurus. sic quidem habent nostri libri ferè omnes: Sed quidam aiunt se reperisse in vno item manuscr. *Carus.* quam scripturam probo. & ita cum iis, quæ antecedunt, aptè hærebunt quæ sequuntur, *quatinus odimus virt. incol.*

QVATINVS, HEV NEFAS, VIRT. &c.] *quatinus*, legendum, non *quatenus.* & ita cod. Faerni, & vnus Vatic. & aliquot alii. Præterea sic legendum esse docent veteres grammatici. in his Festus. Pendent autem hæc ex iis, quæ proximè
B antecedunt, rationémq; continent, quamobrem dixerit, eum, qui res illas gesserit, clarum, seu carū fore non apud suæ ætatis homines, sed apud posteros, hoc modo. quoniam (inquit) virtutem incolumem odimus. id est, eorum virtutem, qui viui sunt, & incolumes: virorum autem virtute præstantium mortuorum desiderio afficimur. Sed nomen *inuidi* non videtur suo loco esse positum: debuitque poni statim post verbum *odimus.* est enim inuidi præstanteis & excellenteis viros odisse: mortuos desiderare non item. vt epistola ad August. libro secundo. *diram qui contudit hydram, Notáque fatali portenta labore subegit, Comperit inuidiam supremo fine domari. Vrit enim fulgore suo, qui prægranat arteis Infra se positas, &c.* sic Paterculus. *naturaliter audita visis laudamus libentius, & præsentia inuidia, præterita veneratione prosequimur: & his non obrui, illis instrui credimus.*

VIRTVTEM INCOLVM. ODIM. SVBL.
C EX OC.] Non solùm hoc de virtute, sed & de omnibus aliis bonis verè dici potest, tum denique nos intelligere quæ sunt bona, cum quæ erant in nostra potestate, quibúsque frui poteramus, ea amisimus: neque hoc solùm ad inuidiam, sed etiam ad alia animi vitia pertinet. Plautus Capt. *Tum denique homines nostra intelligimus bona, Cùm, quæ in potestate habuimus, ea amisimus, Sophocl.* Aiace. *Οἱ γὰρ κακοὶ γνώμαισι τ' ἀγαθὸν χρεῖν Ἔκητις ὰκ ἴσασιν πρίπις ἐκβάλη.* id est, Mali bonū in manibus habentes, illud ignorant: vbi amiserunt, tū cognoscunt. Hanc eandem sententiam copiosè tractat Cicero oratione post reditū ad Quirit. non longè à princip.

QVID TRIST. QVERIM. SI NON, &c.] non est satis bonas leges ferri, sed oportet præterea pœnas legibus constitutas de improbis sumi. Leges enim sine moribus nihil prosunt reip. Et quemadmodum præclarè dictum est *ex malis moribus bonas leges natas esse*: ita bonis legibus hoc propositum esse debet, vt ciues benè sint morati: quem finem si lex non assequetur, inutilis & otiosa futura est. licet & aliter explicare, vt iam dicam.

QVID LEGES SINE MORIB. VANÆ
D PROF.] licet etiam hunc locum sic explicare, vt per se intelligatur, non vt è superioribus duobus versibus pendeat: hoc modo: *Quid leges sine moribus vanæ proficiunt?* Non satis est hominum peccata metu pœnæ coërcere, quod facit lex: sed etiā oportet ciueis à pueris bene institui, atque ad virtutem informari: quo facto, pauci erunt improbi, & scelerati: & ita pœnis à lege constitutis facile continebuntur. contrà si nulla erit disciplina ciuium, omnes erunt iniusti, libidinosi, scelerati, impij, cùm alij tales euaserint natura, alij mala consuetudine naturæ bonitatem corruperint: quæ vitia funditus tollere lex non potest, quamtumuis graueis atque acerbas pœnas improbis infligat.

SI NEQVE FERVIDIS, &c.] declarat qui sint perditi, & corrupti mores: nempe immensum pecuniæ studium, & auaritia: paupertatis pudor & timor: cupiditates, & similes animorum pestes. ex hoc fonte omnia reip. mala manarunt. pendent autem hæc ab iis, quæ proxime antecedunt; hoc modo: Quid leges prosunt sine moribus, verbi gratia, si neque ea mundi pars, quæ immoderatis torretur caloribus, neque eæ, quæ frigore E
obriguerunt, mercatorem deterrent, quominus pecuniam quærat, & rem in dies magis ac magis amplificet? Has mundi parteis partim propter immoderatum ardorem (vt existimarunt antiqui) partim propter nimia frigora inhabitabileis, commemorat & aliis locis, vt annot. ad Od. 22. lib. 1. Cum his autem congruunt illa ex epist. 1. lib. 1. *Impiger extremos curris mercator ad Indos Per mare pauperiem fugiens, &.*

MAGNVM PAVPERIES OPPR.] id est, quę habetur turpis & probrosa, maximè auaris, qualis inducitur Staberius ille, Saty. 3. lib. 2. *qui quoad vixit, credidit ingens Pauperiem vitium.* Itaq; Euripid. in Med. *Πέντα φεύγει πᾶς τις ἐκποδὼν φίλος*, id est, Fugit omnis amicus longè amicum pauperem. At Demosthenes in oratione *περὶ στεφάνου*, ait neq; eum, qui paupertatem alteri meledicti loco obijciat, sana mente esse: neque eum, qui eò, quòd diuitiis circumfluat, sese efferat insolenter. *ἐγὼ γὰρ οὔτ' εἴπις* F
*πενίαν προφέρεσθαι ζῆν, οὐδ' ἐπαινῆσαί μοι, οὔτ' εἴπις ἐν ἀφθόνοις, δεῖν τοῦτο σεμνύνεσθαι.* & item Hesiodus, his versibus: *Μηδέποτ' ἀλλοτρίῳ πενίῃ θυμοφθόρον αἰδρὶ Τέτλαθ' ὀνειδίζειν, μακάρων δόσιν αἰὲν ἐόντων.* id est, ne vmquā paupertatem vitæ corruptricem cuiquam maledicti loco obijcere audeto, cùm sit deorum donum. Vide annot. ad illum locum Satyr. 3. lib. 2. *credidit ingens Pauperiem vitium.*

IVBET QVIDVIS ET FACERE, ET PA-
TI] sic epist. 1. lib. 1. *Impiger extremos curris mercator ad Indos Per mare, &c.* & Satyr. 4. lib. 1. *Hic mutat merces surgente à sole ad eum, quo Vespertina tepet regio: quin per mala præceps Fertur, vti puluis collectus turbine.*

VIRTVTÍSQVE VIAM DES. ARD.] si legeremus *arduam*, magis concineret cum Hesiodo, cuius versus illi notissimi sunt: *Τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν Ἀθάνατοι μακρὸς δὲ καὶ ὄρθιος οἶμος ἐπ' αὐτὴν*, &c. id est, *Virtutem voluere dij sudore*

A *parari, Longa autem est ad eam via, & ardua, & aspera saxis.* Sed cum omnes codices veteres hanc lectionem comprobent: nihil mutandum esse puto. Cur autem virtutem arduam appellat? an quòd homines, claros, admirabileis, & præstanteis, & deorum simileis efficit? an quòd difficilis est, & sine multo labore ad eam peruenirì non potest? quam sententiam profectò altera lectio magis exprimeret.

VEL NOS IN CAPITOLIVM, &c.] vel in Capitolium, aurum omnium malorum materiam, deferamus, quemadmodum censet populus & multitudo: vel in mare proximũ proijciamus. Sed quærat aliquis, quorsum hîc Capitolij mentio fiat. dicebat Germanus Valens, spectasse Horatium illa tempora, quibus matronæ Ro. rep. in summum discrimen adducta, mundum omnem suum muliebrem in Capitolium comportassent, atque ad vsus, sumtusque belli contulissent. Ego existimabam respexisse potius ad morem veterum & Græcorum, & Romanorum: qui pecuniã in fanis, & templis deponere, & sacro quasi commendare solebant, idque maxime cùm rebus ti-

B merent, aut diffiderent suis, vt testatur M. Tullius lib. 2. de legib. vbi loquitur de sacrilegij pœna, quo loco narrat, Clisthenem quendam, Atheniensem, ciuem egregium, cùm rebus timeret suis, Iunoni Samiæ filiarum doteis credidisse. Sic igitur suadet hoc loco Horatius, vt aurum & pecunia deferatur in Capitolium, si quis fortè pecuniam magni faciendam existimat, quod facit vulgus: aut potius in mare proijciatur, quod philosophis magis probatur. Licet etiam dicere, velle Horatium, aurum in Capitolium portari, vel ad ornatum templi, vel vt sit donum Ioui Capitolino consecratum, seu ἀνάθημα.

QVÒ CLAMOR VOCAT, &c.] id est, secunda populi voluntate, seu approbante populo: vel quod mauult populus, quam in mare proijci.

AVRVM ET INVTILE] rectè inutile, si materia est mali. Nam vt præclarè disputat Xenoph. Oeconom. χρήματα, id est, pecuniæ ab vtendo dictæ, non sunt χρήματα ei, qui pecunijs ne-

C sciat vti, & multo minus ei, qui ex ijs detrimentum capiat.

ERADENDA CVPIDINIS, &c.] si verè nos scelerum pœnitet, funditus tollenda, & radicitus exstirpanda sunt vitiosæ cupiditatis primordia. Cupido pro cupiditate, masculini generis est apud hunc scriptorem, vt suprà notatum est ad Od. 16. lib. 1.

ET TENERÆ NIMIS MENTES] educationem, & exercitationem significat. quæ duo magnam vim habent in vtramque partem. sic suprà Od. 2. huius libri, *Angustam amici pauperiem pati Robustus acri militia puer Condiscat, &c.*

NESCIT EQVO RVDIS] pueri ingenui discũt potius trocho Græco ludere, aut alea, quàm equitare, aut venari. hærere in equo dixit & M. Tull. in orat. pro Deiot.

VEN. QVE TIMET] φυλάττεται, non vult, vt alibi admonuimus. Venatio autem *Romanis solemne viris opus vtile fame, Viteq; & membris*, vt ait D epist. 18. lib. 1.

SEV GRÆCO IVBEAS TR.] trochi nomen, & ludus ipse Græca sunt. Itaque fortasse melius sentiunt qui Satyra 2. lib. 2. Græcari interpretantur, *trocho & disco ludere*, quàm qui *potare*. sic Horat. *vel si Romana fatigat Militia assuetum græcari, &c.*

TROCHO] vide annot. ad epist. de arte poët. ibi, *Indoctusq; pilæ, discive, trochive quiescit.*

SEV MALIS VET. LEGIB. ALEA] fortasse lege Cornelia, & lege Titia, quæ commemorantur à Martiano iurisconsulto lib. 5. regularum: & exstat hoc caput lib. XI. pandect. iuris ciuilis, titulo de aleatoribus.

CVM PERIVRA PATRIS FIDES, &c.] cùm pater (inquit) in rebus contrahendis fidem iurisiurandi religione obstrictam non seruet: sed socium fallat, & hospitem, omneque suum studium eò conferat, vt citò heredem indignum locupletet: éuenit scilicet, vt diuitiarum aceruus amplificetur: semper aliquid desit tamen. Simile est illud sup. Od. 16. huius libri, *Crescentem sequitur cura pecuniam, Maiorumq; fames.* E

INDIGNOQVE PECVNIAM HER. PROPERET] verbum properandi cum accusandi casu coniunxit: vt sup. Od. 7. lib. 2. *quis vdo Deproperare apio coronas, &c.* sic Virg. lib. 9. Æneid. *pulchram properet per vulnera mortem.* Hîc igitur *properet heredi pecuniam*, interpretor, citò & properè heredem locupletare studeat.

SCILICET IMPROBÆ] *improbæ* ab effectu, quia improbos efficiunt, vt sup. Od. 4. lib. 1. *Pallida mors:* vel improbè & summo studio, & magno labore coacernatæ.

## AD BACCHVM.
### Ode. 25.

Se Bacchi instinctu, afflatuque concitatum, noua quædam & inaudita de Augusto dicturum. F

*QVò me, Bacche, rapis tui*
*Plenum? quæ in nemora, aut quos*
*agor in specus*
*Velox mente noua? quibus*
*Antris, egregij Cæsaris audiar*
*Æternum meditans decus*
*Stellis inferere, & concilio Iouis?*
*Dicam insigne, recens, adhuc*
*Indictum ore alio. non secus in iugis*
*Exsomnis stupet Euias,*
*Hebrum prospiciens, & niue candidam*
*Thracen, ac pede barbaro*
*Lustratam Rhodopen. vt mihi deuio*
*Rupeis,*

Digitized by Google

A *Rupeis, & vacuum nemus*
*Mirari libet? ô Naiadum potens,*
*Baccharumque valentium*
*Proceras manibus vertere fraxinos:*
*Nil paruum, aut humili modo:*
*Nil mortale loquar. dulce periculũ est,*
*O Lenæe, sequi deum*
*Cingentem viridi tempora pampino.*

QVÒ ME BACCHE RAP. TVI PLEN.] significat, se Bacchi numine afflatum, & mente concitatum, Augusti laudes canere, nouoque carminis genere celebrare velle, nempe lyrico: quod gloriatur à se primo Latinorum poëtarum institutum, ac vulgatum.

AVT QVOS AGOR IN SPECVS] sic legi malo, vt reperi scriptum in tribus codicib. antiquis, quàm vt in alijs, *& quos ag. in sp.* quamquam ne illam quidem improbo.

VELOX] κοῦφος, celer, expeditus.

B MENTE NOVA] mente, quam mihi Bachus innouauit, & diuino quodam instinctu concitauit. mente non mea, sed diuina.

QVIBVS ANTRIS] in quibus antris: in quibus locorum solitudinibus: quibus in locis secretis ac remotis, &c. Od. 4. huius lib. *Finire quærentem labores Pierio recreatis antro.* epist. 2. lib. 2. *Scriptorũ chorus omnis amat nemus, & fugit vrbeis, Rite cliens Bacchi, etc.* & epist. ad Pison. *secreta petit loca.*

STELLIS INSERERE] *in cælum vocare*, vt loquitur Catullus, id est, immortalitati commendare & cõsecrare: immortalibus laudibus afficere.

DICAM INSIGNE, &c.] non dicã res communeis, vulgareis, obsoletas, & omnium sermone vsurpatas: sed insigneis, nouas, & à nemine vsque adhuc cantatas, neque tractatas. sic epist. ad Mæcenatem tertia libri primi. *Iuuat immemorata ferentem Ingenuis oculisq; legi, manibusq; teneri.*

NON SECVS, &c.] sic concitari solent thyades, seu mænades, seu Euiades, seu Bassarides, vt
C ego nunc mente concitata, & commota, feror ad Augusti laudes meo carmine prædicandas.

EXSOMNIS] experrecta sic cod. Faërn. Vrs. Don. Torn. tres Vatic. sed ad marginẽ libri Faërn. ascriptum erat *Insomnis.*

HEBRVM] Thraciæ fluuium. epist. 16. lib. 1. *Fons etiam riuo dare nomen idoneus, vt nec Frigidior Thracam, nec purior ambiat Hebrus.* quem hiemis sodalem appellat Oda 25. lib. 1.

NIVE CANDIDAM] sic suprà Od. 9. lib. 1. *niue candidum Soracte*: vbi diximus Soracte montem esse in Sabinis, cùm sit in Falisc is potius, vt apparet ex Plinio.

THRACEN] Θρήκλω, alibi Thracam, vt epist. ad Iul. Florum lib. 1. *Thracáne vos, Hebrusq; niuali compede vinctus.* vide sup. annot. Od. 16. lib. 2. *Otiũ bello furiosa Thrace, &c.* sed cur niue candidã? quia regio est frigidissima, & ideò habetur ventorum ἐργαστήριον, seu officina, vt diximus ad illum locum, *Thracia bacchante magis, &c.* Od. 25. lib. 1.

AC PEDE BARB. LVSTR.] quam barbari, nempe Thraces peragrant, & incolunt. D

RHODOPEN.] Thraciæ montem. Virg. Silenо. *Nec tantũ Rhodope miratur, & Ismaros Orphea.*

VT MIHI DEVIO] mihi vago, erranti, vias inusitatas, atque à nemine tritas indaganti. *vt libet*, &c. id est, quàm libet, &c. significat autem se versus lyricos primum protulisse Latinorum. *vt* igitur hoc loco valet quàm: vel quo modo, vt sit admirantis. quale est illud Virgil. *vt perij, vt me malus abstulit error!* quod ex Theocrito expressum est in Amarillide. Ὡς ἴδεν, ὡς ἐμάνη, ὡς εἰς βαθὺ κᾆλτο ἔρωτα, id est, vbi vidit, vt insanijt! vt in altũ desilijt amorem! sic iterum Horatius Od. 2. epod. *Vt gaudet insitiua decerpens pyra!* & epist. ad Mæcenat. 3. lib. 1. *vt mihi sæpe Bilem, sæpe iocũ vestri mouere tumultus!* *Ripas* autem habent nonnulli libri manuscr.

VACVVM NEMVS] ἄλσος ἔρημον. epist. ad Mæcen. 3. lib. 1. *Libera per vacuum posui vestigia princeps.*

O NAÏADVM POTENS] ô Bacche Naïadum, & Baccharum domine. sic Od. 3. lib. 1. *Sis te diua potens Cypri.* Naïades sunt Nymphæ, vt sup. diximus libro primo.

VERTERE] euertere. Virg. Æn. 1. *Tyrias quæ verteret arceis.* E

DVLCE PERIC. EST, O LENÆE] Periculosum illud quidem est, ô Bacche, profiteri se aliquid magnum, nouũ, immortale, & elato quodã, & grandi modo dicturum: sed tamen dulce est id facere Deo illo ducente, instigante, atque impellente, qui capiti vel suo, vel eorum, quos caros habeat, viridem pampinum circundat. *Lenæus* dictus est Bacchus ἀπὸ τῶν ληναίων, id est, à Lenæis Bacchi diebus festis. ληναία autem fortasse ἀπὸ τῦ ληνῦ, id est, à torculari. Virg. Georg. 2. *Huc pater ô Lenæe veni.* idem dictus Lyæus ἀπὸ τῦ λύειν, quod animos curis astrictos soluat. Hor. Od. 9. libri epod. *Curam, metumq;, Cæsaris rerum iuuat Dulci Lyæo soluere.* Liber autem cur nominetur, nemini obscurum est. *Thyoneus* à Thyone Bacchi matre, quæ alio nomine Semele appellatur. Od. 17. libri 1. *nec Semeleius Cum Marte confundet Thyoneus Prælia. Enius* à voce Bacchantium *euoë*, vt diximus ad Odam 18. F
libri 1. *Bassareus* ἀπὸ τῶν βασσαρῶν. βασσάρας autem aiunt fuisse calceos quosdam, quibus vtebantur mulieres illæ bacchantes, à quibus Bassarides etiã dictę. alij βασσάραν vestimenti genus fuisse putant, quo eædem amictæ bacchanalia agitabant. suprà Od. 18. lib. 1. *Candide Bassareu. Dionysus*, quasi è Ioue natus, & in Nysa monte Thraciæ, seu, vt alij, Indiæ, educatus: vel à Ioue, & Nysa eius nutrice appellatus. quamquam Plato in Cratylo, hoc ἔτυμον affert, ὁ Διόνυσος εἴη ἂν ὁ διδὺς τὸν οἶνον, id est, Dionysus dictus esse videri possit, qui dat vinum, quod Græci dicunt οἶνον. *Dithyrambus* autẽ vel ab antro quodam διθύρῳ, id est, quod duas ianuas haberet: vel ex eo, quòd Bacchus bis natus, & è duabus quodammodo ianuis egressus sit. Sed de Dithyrambo, vide quæ annotauimus ad Od. 2. lib. 4. *Bromius*, vel à strepitu tympanorum, & voce mulierum bacchantium, & satyrorum, & Silenorum & ceterorum Bacchi comitum: vel à tonitru, & ignis, ful-

A minisque, quo Semele deflagrauit, sonitu, fremitu, ac fragore. βρίμειν enim fremere est, & βρόμος fremitus.

CINGENTEM VIRIDI TEMPORA PAMP.] cingentem tempora vel sibi, vel alijs, quos ornare instituerit: vel & sibi & suis. Od. 8. lib. 4. de Libero. *Ornatus viridi tempora pampino.*

## Ode 26.

Se iam senem factum rebus amatorijs minus aptum esse.

*VIXI puellis nuper idoneus,*
*Et militaui non sine gloria:*
*Nunc arma, defunctumq; bello*
*Barbiton hic paries habebit:*
*Læuum marinæ qui Veneris latus*
*Custodit hic, hic ponite lucida*
B *Funalia, & vectes, & arcus*
*Oppositis foribus minaceis.*
*O, quæ beatam diua tenes Cyprum, &*
*Memphim carentem Sythonia niue,*
*Regina, sublimi flagello*
*Tange Chloen semel, arrogantem.*

VIXI PVELL. NVPER IDON.] cùm essem ætate integra, & ad amores accommodata: qualis est adolescentium ætas, & virorum vsque ad annum quadragesimum: tum vixi puellis idoneus: tum me decebat puellas colere, atque amare. Erat enim spes amoris mutui: neque puellæ, tali ætate amatores aspernantur.

ET MILITAVI] amaui, amori operam dedi. Od. 1. lib. 4. *Et centum puer artium Late signa feret militiæ tuæ.*

NVNC ARMA] quia dixerat, se militauisse, perstans in tralatione ait nunc sese arma amatoC ria Veneri consecrare velle. arma autem amatorum hæc sunt, funalia ad nocturnas ambulationes, & comissationes, versus lyrici, citharæ, vectes, & arcus ad foreis & fenestras effringendas. sic Delphis ille apud Theocr. φαρμακευτρ. dicit Simæthæ, à qua fuerat arcessitus, se, si sibi non patuissent eius fores, & si excluſus esset, lampades & secureis in eius domum illaturum fuisse. Theocriti verba sunt hæc: Καίμ' ἐμὲν κ' ἐδέχεθε, πάλ' ἦς φίλα, &c. Εἰδ' ἄλλα μ' ἀθεῖτε, καὶ ἀθύρετε ἔιχετε μαχλῶ. Παίτως καὶ πυλέως, καὶ λαμπάδες ὤιθον ἐφ' ὑμέας. & Thraso apud Terent. in Eunucho, ædeis Thaïdis expugnaturus, Donacem quendam iubet cum vecti in medium agmen prodire. Neque enim (vt vulgò putant) vectibus claudebantur fores, sed effringebantur potius: muri, statuę, ædificia subruebantur. quemadmodum fugitiui illi, Verris iussu, duce Timarchi de (vt scribit M. Tull. orat. in Verrem de signis) signum Herculis, quod erat in templo Agrigentino, subiectis vectibus commouere, & labefactare D conantur. Lucil. lib. 29. apud Non. *Vecte atq; ancipiti ferro effringam cardines.* Iccirco eorum, qui parietes perfodiunt, vita, vecticularia appellatur à Catone, quòd vecte parietes effringant: & Græci parietum perfossoribus, quos illi τοιχωρύχους nominant vecteis tribuunt.

DEFVNCTVMQVE BELLO] defunctus re aliqua dicitur, qui ea vsus est, quamdiu debuit, aut quamdiu licuit, vti autem iam desijt: & defunctus munere, qui munus susceptum, aut receptum administrauit: & defunctus opere, qui opus absoluit: & defunctus periculo, qui periculo, in quo versabatur, liberatus est. Ex his nata sunt illa genera loquendi, defungi vita, defungi temporibus. Horat. epist. ad August. lib. 2. *& nisi quæ terris semota, suisq; Temporibus defuncta videt, fastidit, & odit.* & Od. 23. huius libri: *Defunctumq; laboribus, Æquali recreat sorte vicarius.*

LÆVVM MAR. QVI VEN. LATVS CVST.] id est, paries læuo Veneris lateri proximus, dexter ijs, qui statuam ore aduerso intuentur.

MARINÆ] eodem epitheto vsus est & Od. 11. lib. 4. *Qui dies mensem Veneris marinæ Findit* E *Aprilem.* quamobrem autem Venerem marinam dicat, omnibus notum est: idque declarat vocabuli notatio. ἀφρὸς enim spuma maris est: ex qua facit eam natam Hesiod. in Theog. cui Plato in Crat. non putat quicquam contrà dici æquum esse his verbis, περὶ δὲ τῆς Ἀφροδίτης, οὐκ ἄξιον Ἡσιόδῳ αἰτιάσεσθαι, ἀλλὰ συγχωρεῖν, ὅτι διὰ τὴν τοῦ ἀφροῦ γένεσιν, Ἀφροδίτη ἐκλήθη. id est, de Venere autem non est æquum Hesiodo aduersari aut reclamare, sed potius ei assentiendum est, propter ea quòd ex spuma maris nata sit, iccirco Aphroditen esse appellatam.

TENES] κραπῖς ναίουσα, vt *Diua potens Cypri.* sic supra Od. 4. huius libri de Apolline, *qui Lyciæ tenet Dumeta.* alij annotant, *tenes* hoc loco idem valere, quod Græcum ἀμφιβέβηκας. Libri aliquot vetères habent, *regis.*

SITHONIA NIVE] Thracia. Sithonij enim sunt Thraces. vt sup. Ode 18. lib. 1. *Sithonijs non lanis Enius.* F

SVBLIMI FLAGELLO] sublato flagello, vt grauior sit plaga.

TANGE] feri, percute, vt sit ἐλάττωσις.

SEMEL] ἀθρόως: vel dic propriè *semel*, vt illa, quę numquam vim tuã sensit, aliquando & semel sentiat, desinatque tantum sibi arrogare, & se tam superbam ac ferocem in amanteis præbere.

## AD GALATHEAM Nauigaturam. Ode 27.

Deterret eam præcipuè exemplo Europæ.

*IMpios parræ recinentis omen*
*Ducat, & prægnans canis, aut ab agro*

Raua

A *Raua decurrens lupa Lanuuino,*
*Fœtáque vulpes.*
*Rumpat & serpens iter institutum,*
*Si per obliquum similis sagittæ*
*Terruit mannos. ego cui timebo*
*Prouidus auspex?*
*Antè quàm stanteis repetat paludes*
*Imbrium diuina auis imminentum:*
*Oscinem coruum prece suscitabo*
*Solis ab ortu.*
*Sis licet felix, vbicumque mauis,*
*Et memor nostri Galatheá viuas:*
*Téque nec læuus vetat ire picus,*
*Nec vaga cornix.*
*Sed vides, quanto trepidet tumultu*
*Pronus Orion. ego, quid sit ater*
B *Adriæ, noui, sinus: & quid albus*
*Peccet Iapyx.*
*Hostium vxores, puerique cæcos*
*Sentiant motus orientis Hædi, &*
*Æquoris nigri fremitum, & trementeis*
*Verbere ripas.*
*Sic & Europe niueum doloso*
*Credidit tauro latus: & scatentem*
*Belluis pontum, mediásque fraudeis*
*Palluit audax.*
*Nuper in pratis studiosa florum, &*
*Debitæ nymphis opifex coronæ,*
*Nocte sublustri, nihil astra præter,*
*Vidit, & vndas.*
C *Quæ simul centum tetigit potentem*
*Oppidis Creten: pater ô relictum*
*Filiæ nomen, pietásque dixit*
*Victa furore,*
*Vnde? quò veni? leuis vna mors est*
*Virginum culpæ. vigilánsne ploro*
*Turpe commissum? an vitijs carentem*
*Ludit imago*
*Vanæ: quæ porta fugiens eburna*
*Somnium ducit? meliúsne fluctus*
*Ire per longos fuit: an recenteis*
*Carpere flores?*
*Si quis infamem mihi nunc iuuencum*
*Dedat iratæ: lacerare ferro, &*
*Frangere enitar modò multùm amati*
*Cornua tauri.*
*Impudens liqui patrios Penateis:*
*Impudens Orcum moror. O, deorum*
*Siquis hæc audis: vtinam inter errem*
*Nuda leones.*
*Antè quàm turpis macies decenteis*
*Occupet malas, teneræq; succus*
*Defluat prædæ, speciosa quæro*
*Pascere tigreis.*
*Vilis Europæ pater vrget absens:*
*Quid mori cessas? potes hac ab orno*
*Pendulum zona bene te secuta*
*Lædere collum.*
*Siue te rupes, & acuta letho*
*Saxa delectant: age, te procellæ* E
*Crede veloci: nisi herile mauis*
*Carpere pensum*
*Regius sanguis, dominæq; tradi*
*Barbaræ pellex. aderat querenti*
*Perfidùm ridens Venus, & remisso*
*Filius arcu.*
*Mox vbi lusit satis abstineto,*
*Dixit, irarum, calidæq; rixæ:*
*Cùm tibi inuisus laceranda reddet*
*Cornua taurus.*
*Vxor inuicti Iouis esse nescis?*
*Mitte singultus: bene ferre magnam*
*Disce fortunam: tua sectus orbis*
*Nomina ducet.* F

IMPIOS PARRÆ RECINENTIS, &c.] hoc sentit Horatius. Impijs obijciantur huiusmodi omina, auspicia, ostenta, quæ eos ab instituto itinere reuocent, ac deterreant, id est, mala: tibi autem nihil tale metuendum est. Ego enim data opera auspicium feci, vt scirem, ecquid tibi ista nauigatio benè esset euentura. Itaque neque coruus, quem ego solis ab ortu precibus suscitaui, neque picus, neque cornix, neque ceteræ aues alites, & oscines vetant, quominus proficiscare. quin licet tibi per auspicia, vbicunqe malis vitam traducere, fecundissimâ fortuna frui. aues mihi pro te auspicanti, addixerunt. Dij immortales iter tuũ approbant. Sed vides, quanto trepidet, &c. id est, sed vides anni tempe: vides tempestatem imminentẽ. Orionis occasus denunciat ingenteis, & horribileis fluctus. quàm periculosum sit mari Adriatico

A nauigare, scio. quantas procellas oriens Auster excitare soleat, nemo est, qui nesciat. quid multa? etiam si tibi aues omnia secunda, ac læta promittãt, non debes te tamen tali anni tempore, tam infido mari committere.

PARRÆ] Festus. *picus autem Martius, feroniúsque & parra & in oscinibus, & in alitibus habentur.* Plinius scribit lib. 18. cap. 29. auem parram Sirio oriente, ipso die non apparere, donec occidat. Parræ cantum tristem, atque infelicem veteribus habitum esse credibile est propter vocis insuauitatẽ, atque asperitatem. Vocem autem ei esse insuauẽ declarat Ausonij versus. *Si confers fulicas cycnis, & aëdona parræ.*

RECINENTIS] iterum atque iterum canentis. vtitur Od. 12. lib. 1. in aliam paullo sententiam. *cuius recinet iocosa Nomen imago?* & Od. proximè sequ. *Tu curua recines Lyra Latonam.* & epist. 1. lib. 1. *hæc recinunt iuuenes dictata, senésque.*

OMEN] omen propriè vox est hominum, quæ aliquid faciendum, aut non faciendum esse significat. M. Tull. de diuinat. lib. 1. *Neque solùm deorum voces Pythagorei obseruauerunt, sed etiam hominum, quæ vocant omina: quæ maiores nostri quia valere censebant, iccircò omnibus rebus agendis,* QVOD BONVM, FELIX, FORTVNATVMQVE SIT, *præfabantur: rebúsque diuinis, quæ publicè fierent, vt fauerent linguis, imperabatur: inque ferijs imperandis, vt litibus, & iurgijs se abstinerent: itémque in lustranda colonia, ab eo, qui eam deduceret, & cùm imperator exercitum, censor populum lustraret, bonis nominibus, qui hostias ducerent, eligebantur. quod item in dilectu* COSS. *obseruant, vt primus miles fiat bono nomine. quæ quidem à te scis & Consule, & Imperatore summa religione esse seruata. Prærogatiuam etiã maiores omen iustorũ comitiorum esse voluerunt, &c.* Apud Hom. ὀδυσσ. υ. omen petit Vlysses domesticum, quo exploratum habere possit, se deorum voluntate in patriam esse restitutum. petit & signum aliquod, aut portentum externum. At Iupiter eo audito intonuit, & hoc fuit signum externum. domi autem mulier quædam ex ijs, quæ triticum molebant, audito ingenti illo cæli fragore, admirata, & pæne obstupefacta, dicit non esse illum è nubibus sonitum editum: sed homini alicui signum aliquod, atque ostentum prosperum datum: precatúrque à Ioue, vt proc eo die postremùm in ædibus Vlyssis cibum capiant: atque hoc fuit omen. verba Homeri sunt hæc, Σεῦ πάτερ, εἴ μ' ἐθέλοντες ἐπὶ πρηφερήνετε, καὶ ὑχῆι, Ηγατ' ἐμὴν ἐς γαῖαν, ἐπεί μ' ἐκακώσατε λίλαι, Φῆμιν τίς μοι φάσθω ἐγειρομένων αἰθρώπων Ενδοθεν· ἔκποθεν δὲ Διὸς πέρας ἄλλο φανήτω. cetera, qui volet, ex Homero petat. nos locum indicauimus. Apud M. Tull. primo libro accus. cùm Verres ex senatusc. rationes præturæ statim referre deberet, neque id faceret tamen, quòd se quæstorem exspectare, idémque Dolabellam impetrasse diceret (fuerat autem Dolabella condemnatus) sic M. Tull. *Itaque* (inquit) *omen magis patribus conscriptis, quam causa, placuit: probauerunt.* Significat autem ijs verbis Cicero, eam Verris orationem, condemnationis ipsius omen fuisse.

DVCAT] voluerat dicere, deterreat, reuocet ab instituto suo: Impij hanc auẽ habeant suorum consiliorum, & incœptorum ducem, cuius vox tristis est, & infelix. D

ET PRÆGN. CAN.] fæta. Festus. *Granida est, quæ iam grauatur fœtu: pragnans,* seu (vt alij scribunt) prægnas, *velut occupata in generando, quod conceperit.*

RAVA] raui coloris, inquit Festus, appellantur, qui sunt inter flauos, & cæsios, quos Plautus rauistellos appellat. Sic rauũ mare apud M. Tull. lib. 4. Acad. vt profert Nonius, id est, flauũ: nempe vesperi cùm à sole colluescit. lectorem admonitum velim, quamuis de integritate huius loci non dubitem: hoc nomen tamen in duobus codicibus manu scriptis esse in litura. quam ex huius vocis ignoratione natam esse puto, cùm aliqui in hanc vocem incidentes, sibi inauditam, in eius locum aliam sibi notam substituere gestirent. quod fecerunt in Cicerone, eo, quem commemoraui, loco: apud quem *flauum*, pro *rauum* suppositum fuerunt.

RVMPAT ET SERPENS] serpens transuersa ex parte equo terrorem inferens, præsignificabat apud veteres tristem itineris euentum. huiusmodi monstris apud Terent. in Phorm. Geta nuptias ait se disturbaturum, vel certè tardaturum. *Introijt in ædis ater alienus canis: Anguis per impluuium décidit de tegulis: Gallina cécinit, &c.* E

SI PER OBLIQVVM] id est, cùm per obliquum. sic Catull. *Nam si luxerit, ad librariorum Curram scrinia.*

SIMILIS SAGITTÆ] sagittam hoc loco non esse accipiendam pro ea sagitta, quæ arcu mittitur, sed pro ea furculi parte, quæ in vitibus contorta pangitur, admonuit me Passeratius meus: cui facilè assensus sum. Est. n. hæc sagitta, vt pote incurua, longè serpenti similior, quã quę à sagittario mittitur. Plin. *Tertium genus adiectum etiam nuper expeditius sine calce, propter quod sagitta vocantur, cùm intorti panguntur. ijdem cum recisi, nec intorti trigemmes, &c.* & paullo pòst, *sagittas serere minus vtile, quoniam in transferendo facile rumpitur quod intortum fuit.* F

MANNOS] equos minores. Od. 4. epod. & *Appiam mannis terit.* & epist. ad Mæcen. 2. lib. 1. *Impositus mannis.*

EGO CVI TIMEBO] cod. Raïn. Card. & 1. Vat. *quid timebo?* quæ scriptura fortasse vera est. Veruntamen nihil muto. Nam hæc lectio hoc modo defendi potest. Impios superiora illa omnia tristia auguria, monstra, ostenta, omnia ducant: ego cui timebo? quasi hoc dicat: ego tibi timere non debeo, primùm quia impia non es: deinde quia talia monstra consilium tuum non retardant, neque tibi tristem aut infelicem euentum significant.

ANTEQVAM STANTEIS] id est, quæ non fluunt, neque labuntur, neque currunt, vt fluuij; sed stant, vt stagna, quæ propterea fortasse à stando dicta sunt, vt Festo videtur: quamquam alij à voce Græca στηγὸν, aut à στηγανὸν.

IMBRIVM DIVINA AVIS] sup. Od. 17. huius lib. *aquæ augur*, id est, præsignificatrix, prænun-

Digitized by Google

A prænuntia. ὑπομάντιν appellat Euphorion, quod mihi indicauit Germ. Valens. in epist. ad Pisones de arte poët. *diuina futuri.*

OSCINEM CORVVM] Oscines appellantur aues, quæ cantu, seu occentu augurium præbent, quasi ore canentes: vel (vt Festus) auspicium ore facientes: quales sunt coruus, cornix, noctua. M. Tull. de diuinat. lib. 1. *Eadémque efficit in auibus diuina mens, vt tùm huc, tùm illuc volent alites: tùm à dextra, tùm à sinistra parte canant oscines.* Tit. Liu. lib. 10. *Ante consulem hæc dicentem coruus clara voce occinuit.* Apud Hom. ιλ. ω. Priamus Hecubam dissuadentem, ne ad Achillem eat redimendi Hectoris mortui gratia, cùm diceret illum esse immitem, inexorabilem, atque infidum, auem malam appellat his verbis, Μή δέ μοι ὄρνις ἐπὶ μεγάφοισι κακὸς πέλευ. Tulit autem etiam ætas Homeri augures, & auspices. i. οἰωνοσκόπους. Hom. ὀδυσσ. α. Οὐτέ τι μάντις ἐὼν, οὔτ' οἰωνοῖσι σάφα ἰδώς. Nam & senex ille Alitherſa ὀδ. β. ex aquilarum volatu, collorúmque, & genarum laceratione, reditum Vlyssis, & procorum interitum auguratur. & Priamus libro ιλιάδ. quem paullo antè diximus, ab Hecuba admonitus, Iouem orat, vt aquilam mittat, cuius volatu in bonam spem erectus, auspicióque secundo confisus ad naueis Græcorum sese conferat. Πέμψον δ' οἰωνὸν ταχὺ ἄγγελον, ὄς τι σοὶ αὐτῷ Φίλτατος οἰωνῶν, καὶ ὑπέρτατος ἐστὶ μέγιστον, Δέξιον, ὀφρά μιν αὐτὸς ἐν ὀφθαλμοῖσι νοήσας Τῷ πίσυνος ἐπὶ νῆας ἴω δεκάδων ταχυπώλων. id est, Mittito auem oscinem, celerem nuntiam, quę tibi auium oscinum cariſſima, & cuius vis est maxima, dexteram, vt ego ea cõspecta, eáq; confisus eã ad naueis Græcorum celeribus equis vectorũ.

CORVVM] qui cantet à dextra manu. nam si à læua crocitaret, triste esset augurium. Plaut. Aulul. *Non temere est quòd coruus cantet mihi nunc ab læua manu. Simul radebat pedibus terram, & voce crocitabat sua, &c.*

SOLIS AB ORTV] non temere hoc dicit. nam augures cælum in quattuor parteis diuidebant, & cùm augurium captabant, orientem solem spectabant, vt meridies eis esset pars dextera, septentrio sinistra.

SIS LICET FELIX, &c.] nihil est (inquit C Horat.) quod tibi nauigare cogitanti casum vllũ aduersum minetur, aut prænuntiet: non oscinum cantus, non alitum volatus, non serpentis, aut canis prægnantis, aut lupæ grauidæ occursus iter tuum impediunt: denique per hæc omnia licet nauigationem institutam susciptas. quocumque proficiscaris, & vbicumque ætatem agere in animo habes, illic omnia tibi læta, ac secunda euenient: sed Orion astrum infelix, & formidolosum: maris, in constantissimi, atque infidissimi elementi, maximéque Adriatici natura: venti, res incertissimæ: tempestates denique impendentes te ab isto nauigandi consilio deterrere debent. *Sis licet felix*, id est, licet tibi esse felici: nihil obstat, quo minus feliciter ætatem agas, vbicumque quod tibi vitæ reliquum est, mauis traducere.

VBICVMQVE MAVIS] tale fere est illud. Æneid. 4. *Quę me cumque vocant terræ, &c.*

ET MEMOR NOSTRI] hæc legenda sunt, quasi interpositа, quibus eam orat, vt, vbicumq; vitam agat, sui memor sit. D

TEQVE NEC LÆVVS VETAT] sic est legendum, & ita reperi scriptum in vno codice Vaticano, non, vt in vulg. *vetet.* Est enim hæc huius loci sententia: (dicendum autem est sæpius, propter eius difficultatem, cùm videam, doctissimos homines in eo hærere) paullo antè dixerat, se tanquam augurem, coruum oscinem prece susciturum ab oriente sole, vt ex eius garritu de huius instituta nauigationis euentu iudicare, certóque aliquid cognoscere queat. Nunc proinde quasi corui, & ceterarum auium garritum, ac volatum notauerit, atque obseruauerit, hæc subiungit, ex quibus vult intelligi, coruum, picum, cornicem addixisse, id est, Galateæ nauigationem comprobasse. *sis licet felix* (inquit) id est, licet tibi per omneis alites, atque oscines prosperè nauigare, beatéque viuere, quocumque te conferre voles: omnes aues tibi secundum, ac lætum tuę profectionis, tuíque consilij euentum promittunt, atque ostendunt. sic Plaut. in Asinar. *Picus, & cornix est ab læua: cornos porrò ab dextera Consuadent.* huc etiam pertinet, quod est lib. 2. Academic. quæst. E *Non enim magis assentiuntur, neque approbant lucere nunc, quàm, cùm cornix cecinerit, tum aliquid eã aut iubere, aut vetare.*

PICVS] picum Martium vocant Latini, Græci ἰρυοκολάπτην. de quo lege Plinium. lib. 10. cap. 18. & Plutarch. Ῥωμαϊκοῖς.

SED VIDES QVANTO TREPIDET TVMVLTV] sed vides quantam tempestatem denuntiet, &c.

PRONVS] occidens. de Orione diximus ad Od. 28. lib. 1.

ATER ADR.] atrum Adriæ sinum appellat, quasi tristem, & infestum, propter huius maris improbitatem atque iracundiam, vt Oda 9. huius lib. *improbo Iracundior Adria.*

SINVS] κόλπος. dicitur autem maris sinus per translationem à corpore humano, ea maris pars, quam littora curuata complectuntur.

ALBVS] sic sup. Od. 7. lib. 1. Notum, *album* dixit. *Albus vt obscuro deterget nubila cælo Sæpe Notus.* Iapix autem Calabriæ ventus est, vt suprà diximus ad Od. 3. lib. 1. F

HOSTIVM VX. PVERIQVE, &c.] vsitatissimum est scriptoribus Græcis, & Latinis, cùm magnum aliquod malum significare, ac describere volunt, sine longiore vlla oratione, quicquid id est, hostibus precari, atque optare. Sophocl. in Electra. Εἰ μὲν πέφυκεν ἐνδίκα, δὸς πλεισφόρα. Εἰ δ' ἐχθρὰ, τῶς ἐχθροῖσιν ἔμπαλιν μέθες. id est, siquidem bona sunt, dato integra, & ad exitum perducito: Sin inimica, & mala, ad hosteis transferto. Xenoph. ἀναβασ. γ. οἶμαι γὰρ αὖ ἡμᾶς πειρᾶσθαι αὖ παθεῖν, οἷα τοὺς ἐχθροὺς οἱ θεοὶ ποιῆσαι: id est, puto fore vt talia nobis accidant, qualia dij immortales hostibus ingerant. tale est illud Homericum. (sunt autem Achillis verba ad Asteropæum.) ιλ. φ. τίς πόθεν εἰς ἀνδρῶν, ὅ μευ ἔτλης ἀντίος ἐλθεῖν, Δυσμενέων δέ τε παῖδες ἐμῷ μάρνανται ἀπειλῇσι. id est, Quis & vnde venisti hominum, qui contra me congredi ausus es? Infelicium filij se meis viribus opponunt.

A nunt. Dionysius Alexandr. ὁι ἀφεμηνύσι. Δυσμενίων τι παῖδες ἐλισσόμενοι ἀφὶ πόντιν Κέτιος αἰ πάσειας ἀλεύμενοι. id est, hostium filij in mari versantes in illos incidãt errantes. Et Antisthenes, vt refert Diogenes Laertius in Antisthene, ad quendam qui laudabat delicias, & luxum ἐχθρῶν παῖδες, ἔφη, τρυφήσειαν, id est, hostium, seu inimicorum filij delectentur, & luxurient. Virg. Georg. 3. *Dij meliora pijs, erroremque hostibus illum.* Ouid. *Hostibus eueniant conuiuia talia nostris.* Terent. Heautont. *Ah, obsecro te, istuc inimicis nostris fiet.* Plaut. Mercat. *A. perimus. C. principium inimicis dato.* Idem in Asin. *Vtinam, malè qui mihi volunt, sic rideant.* non dissimile est illud Marci Tullij, Catone maiore. *Mirari solitum C. Fabricium, quòd, cùm apud Regem Pyrrhum legatus esset, audisset à Thessalo Cinea Athenis quendam esse, qui se sapientem profiteretur: eúmq; dicere, omnia, quæ faceremus, ad voluptatem esse referenda: quod ex eo audientes M. Curium, & T. Coruncanum optare solitos, vt id Samnitibus, ipsúq; Pyrrho persuaderetur, quo facilius vinci possent, cum se voluptatibus dedissent.* Propert. lib. 3. *Hostibus eueniat lenta puella meis.* Idem lib. 2. eleg. 5. *Hostis si*
B *quis erit nobis, amet ipse puellam. Gaudeat in puero, si quis amicus erit.* CÆCOS] quorum causæ, & principia ignorantur: vel simpliciter, obscuros: vt sup. Od 13. lib. 2. *caca fata.* & Virg. lib. 2. Æn. *Multáque per cæcam congressi prœlia noctem Conserimus.* & 3. *Excutimur cursu, & cæcis erramus in vndis.* Lucret. lib. 2. *Quòd tales turbæ motus quoque materiai Significant clandestinos, cæcósque subesse.*

ORIENTIS HÆDI,] quidam libri veteres habent *orientis Austri.*

ET TREMENTEIS VERB.] quæ videntur tremere, vndarum ictu, & fluctibus conquassatæ. paullo verecundius dixit *trementeis ilices* Oda 10. epod.

SIC ET EVROPE] Europæ exemplo Galatéam deterret, ne se mari, quantumuis in præsentia tranquillo, committat. Exstat autem elegantissimum Theocriti carmen de Europa Phœnicis filia, & hoc tauro. Etiam M. Tullius lib. 1. de nat.
C deorum hunc taurum commemorat his verbis: *At me hercule ego (dicam enim quod sentio) quãuis amem ipse me, tamen non audeo dicere pulchriorẽ esse me, quam ille fuit taurus, qui vexit Europam,* &c.

DOLOSO] qui deum tegebat, vt ait Theoc. in illo carmine, Κρύψε θεὸν, καὶ τρέψε δέμας, καὶ γίνετο ταῦρος. id est, Celauit deum, & mutauit corpus, & factus est taurus. sic sup. Od. 1. lib. 2. *cinerẽ, dolosum* appellauit, qui igneis suppositos tegeret, ac celaret.

CREDIDIT.] commisit, ἐπίστευσεν. suprà Od. 5. huius lib.

PALLVIT AVDAX] pallens extimuit pericula illa, in quæ sese decepta, audaciùs coniecerat. neque est, quòd quisquam miretur, hîc ab Horatio cum pallore seu timore coniungi audaciam. Nam & Aristotel. lib. 3. de moribus ad Nicom. scribit, multos esse θρασυδείλους, id est, qui audaciam habeant cum timiditate coniunctam. *palluit* hoc loco ἐνεργητικὸν, cùm alioqui verbum sit absolutum: vt epist. 1. lib. 1. *Nil conscire sibi, nulla pallescere culpa.* & Saty. 3. lib. 2. *quisquis Ambitione mala, aut argenti pallet amorẽ.* & de arte poët. *Pallescit super his.* D

DEB. N. OPIFEX COR.] quæ coronam nectebat Nymphis debitam, hoc est promissam.

SVBLVSTRI] aliquantulum luminosa. T. Liuius lib. 5. *nocte sublustri, cùm primò inermem, qui tentaret viam, præmisissent: tradentes inde arma, vbi quid iniqui esset,* &c. Virg. lib. 9. Æn. *Et galea Eurya lum sublustri noctis in vmbra Prodidit immemorem.*

SIMVL] simulatque, vt sup. Od. 4. lib. 1. *quòsimul mearis.*

CENTVM TETIG. POTENT. OPP. CRET.] sic Homer. ἰλ. β. οἱ Κρήτην ἑκατόμπολιν ἀμφιέπουσιν. & Virgil. Æneid. 2. de Cretensibus, *Centum vrbeis habitant.* & Horat. Od. 9. epod. *Aut ille centum nobilem Cretam vrbibus, Ventis iturus non suis,* &c.

PATER, Ô RELICT. FILIÆ NOMEN] ô pater, ô nomen paternum à filia relictum. *nomẽ* autem legendum, vt habent omnes libri veteres, & plerique excusi: non, *numen.*

FVRORE] amore perdito, & insano.

LEVIS VNA M. EST VIRGIN. CVLPÆ.] leuis est pœna virgini, quæ parentibus inscijs corpus cum viro commiscuerit, semel mori: grauiore pœna multari debet. hyperbole: cuiusmodi est E
apud Propertium, vbi de Tarpeia vestali loquitur: *Et satis vna male potuit mors esse puellæ: Quæ potuit flammas fallere, Vesta, tuas?* Nausicaa apud Hom. ὀδυσσ. ζ. grauem in ea virgine culpam residêre dicit, quæ vtroque parente inuito, præsertim propitio, cùm viris rem habeat, neque expectet palàm nubendi tempus. Καὶ δ' ἄλλην τιμῆσαι, ἥ τις τοιαῦτα γε ῥέζοι, Ἥ τ' αἰεκαὶ φίλων πατρὸς, καὶ μητρὸς ἑοῦσαν Ἀνδράσι μίσγηται, φρὶν γ' ἀμφάδιον γάμον ἑλθεῖν.

IMAGO VANA] species falsa in somnis occurrere solita. φάντασμα.

QVÆ P. FVG. EBVR.] sumtus est hic locus ex Hom. ὀδυσσ. τ. in extremo. Δοιαὶ γάρ τε πύλαι ἀμενηνῶν εἰσὶν ὀνείρων. Αἱ μὲν γὰρ κεράεσσι πεπύχασται· αἱ δ' ἐλέφαντι. Τῶν οἱ μὲν κ' ἔλθωσι διὰ πριστὸν ἐλέφαντος, Οἵ ῥ' ἐλεφαίρονται ἔπε' ἀκράαντα φέροντες· Οἱ δὲ διὰ ξεστῶν κεράων ἔλθωσι θύραζε· Οἵ ῥ' ἔτυμα κραίνουσι, βροτῶν ὅτε κέν τις ἴδηται. F
quos Homeri versus expressit Virg. Æneid. 6. *Sũt gemina somni portæ: quarum altera fertur Cornea, qua veris facilis datur exitus vmbris: Altera candenti perfecta nitens elephanto.* huc alludit Plato in Charmide. Ἄκουε δή, ἔφην, τὸ ἐμοὶ ὄνειρ, εἴτε διὰ κεράτων, εἴτε δι' ἐλέφαντος ἐλήλυθεν, id est, audi igitur, inquam, meum somnium, vtrùm per cornu, an per ebur venerit. eodem pertinet epigramma Græcum non inuenustum ex lib. 3. epigrammatum Græcorum, in Callimac. ὦ μέγα Βαττιάδεω σοφοῦ πρέπυσον ὄνειαρ. Ἡ ἔτεον κεράων, ὑδ' ἐλέφαντος ἔφυς. Τοῖα γὰρ ἄμμιν ἔφηνας, ἄτ' ἐπάρος ἀνέρες ἴσμεν Ἀμφίτε ἀθανάτους, ἀμφίτε ἠμυθέους. quorum versuum interpretatio ad verbum expressa, hæc est. O Battiadæ sapientis valde clarum somnium. Planè re vera è cornibus, non ex ebore natũ es. Talia enim nobis aperuisti ac declarasti, quæ anteà nos homines nesciebamus, de dijs immortalibus, & de semidijs.

SI QVIS INFAM. MIHI N.] re transacta solent puellæ virginitatem amissam deflere, vene-

A Venereámque illam voluptatem oratione deteſtari. Quod dico autem, id ſic accipi volo, quaſi Europa certò ſcierit, ſe cum Ioue rem habuiſſe. Nam ſi taurum eſſe putauiſſet, iuſta cauſa eſſet, cur eam talis turpitudinis pœniteret. ſed certè nouæ nuptę non ſine lacrymis primos illos Veneris fructus cũ ſponſis ſuis decerpunt. Súntne igitur veræ hæ lacrymæ, an falſæ? falſas ait eſſe Catullus in carm. de coma Berenices. *Eſt ne nouis nuptis odio Venus? án ne parentum Fruſtrantur falſis gaudia lacrymulis, Vbertim thalami quas intra limina fundunt? Non, ita me Diui, vera gemunt, iuerint.* Ita puella illa apud Theocr. εἰδ. vltimo, à paſtore Daphnide mulier è virgine facta, ad oueis ſuas reuertitur, oculis quidem pudore ſuffuſis: animo autem penitus exhilarato. ὤμμασιν αἰδομένη κραδίην δὲ οἱ ἔνδοθι ἰαίνῃ.

FRANGERE] διαπόντιον, diripere, diuellere ac diſcerpere.

COR. TAVRI] nonnulli libri habent *cornua monſtri:* quos non ſequor, quanquam non damno.

IMPVD. LIQ. PAT. PEN.?] impudens in eo fui, quòd patrem reliqui: impudens nunc ſum,
B quòd tali flagitio admiſſo maneã in vita. ſup. Od. 24. *Et peccare nefas, aut pretium eſt mori.*

ORCVM MOROR] Orcum moratur is, qui non moritur tum, cùm mori debet. Eſt enim quodammodo Orco in mora. nam quamuis nos omnes morti debeamur, noſtráque, vt idem ait alibi: non vno tamen die ſumus omnes morituri: ſed alij alijs vel citius, vel tardius. ſic iunxit hoc verbũ cum accuſandi caſu Od. 12. lib. 1. *rapidos morantẽ Fluminum lapſus.* plura exempla collegimus ad Od. 7. lib. 2.

SI QVIS HÆC AVDIS] cod. vnus Vatic. & Torneſ. habent *hæc audit* in 3. perſona. vt Od. 5. epod. *At ô deorum quicquid in cælo regit, &c.*

VTINAM INTER ERREM NVDA LEON.] Vtinam errem nuda inter leones. talia aliquot loquendi genera ſub vno quaſi aſpectu poſuimus ad Od. 7. lib. 2.

TENERÆQVE SVCCVS DEFL. PR.]
C id eſt, & antequàm ego præda leonibus & tigribus debita, ac penè deuota, contabeſcam, velim integra paſcere tigreis, & ſimileis feras. legendũ fortaſſe eſt *teneráque ſucc. Deſl. præda*, niſi ita dictum intelligamus, vt illud, *Corticem demouebit amphoræ*, Od. 8. lib. 3.

SPEC. QV. PASC. TIGR.] quæro etiamnum ſpecioſa, & dum forma integra manet, tigribus eſca & pabulum eſſe. *quæro paſcere* genus loquendi Horatio vſitatum, alibi à nobis notatum.

VILIS EVROPÆ PATER VRG. ABS.] Vulgata quidem hæc eſt lectio: *vilis Europe, pater vrget abſens:* quam ſi quis fortè ei, quam ſecutus ſum, anteponet, ſic explico, O Europa, contemta iam, & minimi pretij, poſteaquàm pudicitiam tu am prodidiſti: pater, qui abeſt, adeſſe videtur tamen, & te vrgere, tibíque inſtare. Sed cùm Europæ per æ diphthongum ſcriptum reperiſſem in vno cod. Vatic. eandémque ſcripturam codex Faërni, quamuis hoc loco interlitus, comprobaret: putaui mihi ſine arrogantiæ crimine à vulgata lectione diſcedere licere. acceſſit cod. Torneſ. ad cuius D
oram hæc verba ſunt aſcripta, *vilem Europæ patrẽ dicit, quia eo relicto taurum ſecuta eſt.* ſolemus autem ea vilia nobis eſſe dicere, quæ non ſunt nobis cara, & quæ contemnimus, paruíque facimus. ſic M. Tull. Philipp. 12. *vita mihi quidem minimè cara eſt, præſertim cùm Dolabella fecerit, vt optanda mors eſſet, modò ſine cruciatu, & tormentis: vobis tamen, & populo Rom. vilis eſſe ſpiritus meus non debet.* Sic igitur hunc locum explico. Pater tibi Europæ filiæ vilis, id eſt, quem tu filia præ tauro contemſiſti, & pro nihilo putaſti, videtur te abſens vrgere, & ſtimulare, vt moriaris: ita me excruciat mei flagitij conſcientia, vt quoquò eam, patrem mihi coràm videar audire, quamuis abſentem, qui me obiurget, atque increpet, &c. Et ſanè congruit hæc explicatio cum verbis illis ſuperioribus, *pietas victa furore.* idem ſunt enim: pietatem in patrem, victam eſſe ab amore, ac libidine: & patrem ab Europa filia contentum eſſe præ amante.

QVID MORI CESSAS?] putant quidam hæc eſſe verba patris Europam vrgentis. mihi contendere non placet. ego tamen malim hæc quoq; Europæ eſſe verba intelligi, vt intelligamus, eam E
perpetuò ſeipſam affari.

VRGET] codex etiam ille Vatic. habet, *vrguet.*

POTES HAC AB ORNO PEND.] potes te de hac orno ſuſpendere. quidam per ornum, nauis malum ſignificari putant, vt intelligamus, Europam in naui eſſe. ſed refellit hanc opinionem id, quod ſequitur, *age, te procellæ Crede veloci.* Sũt autem Europæ verba à principio vſque ad extremum, vt dixi: niſi quis malit hæc à patre tanquam præſente dici, vt Europa perturbata, & de gradu mentis deturbata hæc loquentem patrem audire ſibi videatur. Iam hæc *Pendulum ab orno*, coniunctè ſunt legenda, vt epiſt. ad Loll. 2. lib. *ne fluitẽ dubiæ ſpe pendulus horæ.*

ZONA BENÈ TE SEC.] quam opportunè tecum deportaſti, vt ea tibi collum obſtringas, animámque intercludas. erat autem veriſimile, zonam virgineam, quam taurus Europæ ſoluiſſet, ei aliud agenti excidiſſe.

LÆDERE COLLVM] codex Card. Rainutij, F
& vnus Vatic. & nõnulli alij manuſcripti habent *elidere collum*, quæ ſcriptura quamquam non eſt mihi viſa vulgatæ anteponenda, *ledere collum*: nõ tamen videtur reijcienda aut damnanda, vt prima littera verbi *elidere*, pertinet ad verſum antecedentem, hoc modo *Zona benè te ſecuta e- Lidere collum.*

SIVE TE RVPES, ET AC.] ſiue, non gemi natum, annotatum ad Od 3. lib. 1. acuta autem leto ſaxa dicit, quòd eum, qui ſe ex eis præcipitẽ agat, celeriter exaniment, vt morbi acuti appellãtur, quòd celeriter tollant de medio.

AGE, TE PROC. CREDE] id eſt, commit te, ſeu permitte te procellæ: ex hac rupe te præcipitem in mare deijce.

REGIVS SANGVIS] ſic Od. 2. lib. 4. *Seu Deos, Regéſque canit, Deorum ſanguinem,* & carm. ſæculari, *Clarus e Anchiſe, Veneríſque ſanguis.* & de art. poët. *Vos ô Pompilius ſanguis.*

QVE-

Digitized by Google

A QVERENTI] Europæ. hoc loco adducor, vt credã orationem esse Europæ ab initio continuatam ad hunc vsque locum.

PERFIDVM RIDENS] Hellenismus, vt annot. Od. 22. lib. 1. ad illum locum, *Dulce ridentem*. Sic quidem omnes hunc locum connectunt, & explicant. Sed Passeratius, coniunctè legit *querẽti Perfidum*, id est, querenti taurum perfidum ac dolosum: vel querenti perfidiam tauri, cui latus crediderat, cuique se vehendam tradiderat. sic locutus est Ouid. in epist. Didonis. *Non tamen Æneam quamuis male cogitet, odi. Sed queror infidũ: quæstáque peius amo.*

REMISSO] iam laxato, posteaquàm Europã suis sagittis sautiarat. probabiliter autem, & ex sagittariorum more dixit, *remisso arcu*. Nam sagittarij vbi arcu vti necesse habent, eum intendunt. vbi iaculari velle desierũt, remittunt. sic suprà Od. 8. *Iam Scythæ laxo meditantur arcu Cedere campis.*

ABSTINETO (DIXIT) IRARVM] etiam hoc è Græco expressum puto, ἀπέχου πλειόρησον. nam Latino more dixisset, *abstineto ab iris*. Simile est illud suprà Od. 9. lib. 2. *desine mollium Tandem querelarum.*

B CÙM TIBI INVISVS LACERANDA, &c.] cùm taurus is, cui te tantopere iratam esse ostendis, te reuisat: ne, quod te facturam esse minata es, eius cornua frangito, aut lacerato: sed in eum te facilem ac placatam præbeto.

VXOR INVICTI IOVIS ESSE NESCIS?] hoc quoque loquẽdi genus Græcum est. sic enim loquuntur illi, οὐκ οἶδα τὸ Διὸς γυνὴ ἦσα, Latini autem sic, te vxorem inuicti Iouis esse nescis? tale est illud, *patiens vocari Cæsaris vltor*. Od. 2. lib. 1.

BENE FERRE MAGNAM] ὑγρὸν παντὸς αἰδρὸς φέρειν εὐτυχίαν, inquit Aristot. lib. 5. polit. id est, nõ est cuiuslibet ferre res secundas. Quòd si quis secundam fortunam consecutus aut certaminibus gloriosis, aut pecuniæ magnitudine, insolentem atque odiosam petulantiam comprimere sciat, dignus sit, quem homines certatim laudibus efferant, vt ait Pindarus: cuius hæc verba sunt ἔιδ. γ. ἰδμ. princip. Εἴτις αἰδρῶν εὐτυχήσαις ἢ σὼ εὐδόξοις ἀέθλοις, ἢ δείνει πλούτῳ κατέχει φρεσὶν αἰανῆ Κόρον, Ἄξιος εὐλογίαις ἀσῶν μεμίχθαι. Vtrum autem sit difficilius secũdam, an aduersam fortunam moderatè & compositè ferre, non est facilè pronuntiare. Aiunt quidam, quemadmodum dolor interimit, voluptas autem liquefacit: sic rebus aduersis homines opprimi, atque affligi: secundis verò, dum taxat immoderata lætitia efferri. Ego tamen existimarim, si mihi quod sentio, liceat dicere, difficilis esse res secundas æquo animo, & moderatè ferre, quam aduersas: propterea quòd secundæ res animos hominum vanissimis opinionibus imbuere, eosdém que ad superbiam, ferociam, ignorationem sui, pernicioſam securitatem, omnem denique peccandi licentiam atque impunitatem facillimè impellere solent, dum suas fortunas, tanquam deorum, stabileis, fixas, & sempiternas fore sperant. Ita fit, vt secundis rebus elati, præ se contemnant alios, seſe alijs omnibus anteponant, sua profundant, alienis rebus manus afferant, leges negligant, sacra cum profanis misceant, omnia sua libidine metiantur: postremò suæ intemperantiæ ac temeritatis meritas pœnas luant. Contrà in rebus aduersis præcipua vis ineſt excitandorum ad virtutem animorum, acuendæ fortitudinis & industriæ, comprimendæ superbiæ, coërcendarum cupiditatum. Nam si quis, exempli gratia, sit inertior, ignauior, dissolutior, mollior natura, is rebus aduersis stimulatus, atque exsuscitatus, omnem continuò ex animo inertiam, ac mollitiam discutit, atque eijcit, totúmque se ad fortitudinis & patientiæ studium traducit: si quis elatior, ferocior, ac superbior: is à rebus aduersis correctus, & quodam modo eruditus, ad modestiam & facilitatem seſe dicto citius inflectit: ex quo Græci solẽt ita loqui, τὸς ἀνθρώπους ταῖς ἀτυχίαις σωφρονίζεσθαι: id est, homines rebus aduersis sapientiores fieri, atque erudiri: si quis luxuriosus, profusus, ac sumtuosus: is cõsilio mutato, frugalitatem, & parsimoniam amplectitur. Hanc sententiam confirmat Cornelius Tacitus, non optimus ille quidem latinitatis auctor, sed historiæ certè scriptor prudens, verus, atque acutus, lib. 17. his verbis: *fortunam adhuc tantũ aduersam tulisti. secundæ res acrioribus stimulis animũ explorant: quia miseria tolerantur, felicitate corrumpimur.* & item Sallust. coniur. Catil. *Quippe secundæ res sapientum animos fatigant: nedum illi (milites) corruptis moribus victoria temperarẽt.* Sic & Cato oratione pro Rhod. apud Gell. lib. 7. cap. 3. *Scio solere plerisque hominibus rebus secundis, atque prolixis, atque prosperis animum excellentem, atque superbiam, atque ferocitatem augescere, atque crescere: quod nũc mihi magnæ curæ est, quod hæc res tam secũdè processerit, nequid in consulendo aduersi eueniat, quod nostras secundas res confricet: néve hæc lætitia nimis luxuriosè eueniat. Aduersæ res se domant & docent quid opus sit facto: secundæ res lætitia trauorsum trudere solent à rectè consulendo, atque intelligẽdo.* Ad hunc locum pertinet illud epist. 8. lib. 1. in extr. *subinde Præceptum auriculis hoc instillare memento: Vt tu fortunam: sic nos te, Celse, feremus.* & illud Saty. 2. lib. 2. in extr. *quocirca viuite fortes, Fortiáq; aduersis opponite pectora rebus.*

C F

TVA SECT. ORB. &c.] id est, tertia pars orbis terrarum tuo nomine appellabitur, ad sempiternam tui memoriam.

## AD LYDEN.
### Ode 28.

Diem Neptuno sacrum hilariter exigendum esse.

*FESTO quid potius die*
*Neptuni faciam? prome reconditum,*
*Lyde strenua, Cæcubum:*
*Munitæq; adhibe vim sapientiæ.*
*Inclinare meridiem*
*Sentis: ac, veluti stet volucris dies,*

*Parcis*

Digitized by Google

A *Parcis deripere horreo*
*Cessantem Bibuli consulis amphoram.*
*Nos cantabimus inuicem*
*Neptunũ, & virideis Nereîdũ comas.*
*Tu curua recines lyra*
*Latonam, & celeris spicula Cinthiæ:*
*Summo carmine, quæ Cnidon*
*Fulgenteísq; tenet Cycladas, & Paphõ*
*Iunctis visit oloribus.*
*Dicetur merita Nox quoque nænia.*

FESTO QVID POTIVS DIE, &c.] ὕστερον πρότερον. Erat enim hic ordo. Prome Lyde reconditum Cæcubum, vt bibam. quid enim potius festo Neptuni die facere possum?

MVNITÆQVE ADHIBE VIM] id est, seueriorem istam sapientiam septam, & munitam aduersus voluptates, expugna liberaliore potu, vt det loci aliquid ioco, & ludo. non dissimile est illud, quod est suprà Od. 21. ad testam. *Tu lene tormentum ingenio admoues Plerumque duro.* nam qui ingenium durius, rebúsque seriis semper deditum, & sapientiam obfirmatam, atque in proposito cõsilio pertinacem, vini potu temperat, ac relaxat, videtur cùm dulcem quandam vim sapientiæ afferre, tùm lene quoddam tormentum ingenio duriori adhibere.

INCLINARE MERIDIEM SENTIS] vides, solem à meridie iam ad occasum vergere: & tamen proinde quasi stet in cælo fixus, neq; se commoueat, sicca manes, neque ea, quæ ad curandum corpus pertinent, comparari iubes. Eandem expressit sententiam aliis verbis, sub persona parasiti Plautus Menæch. *Dies quidem iam ad vmbilicum est dimidiatus mortuus.* sic M. Tull. lib. 3. Tuscul. quæst. princip. *Vt enim in Academiam nostram descendimus, inclinato iam in pomeridianum tempus die, &c.* Conuenienter autem & accommodatè ad naturam rerum ita loquebantur Latini. Nam veteres Græci diem ad meridiem vsque crescere dicebant, à meridie minui ac decrescere. Itaque manè sol surgere dicitur & oriri: vesperi occidere & cubare. Homer. ἰλ. λ. Ὥφρα μὲν ἠὼς ἦν, καὶ ἀέξετο ἱερὸν ἦμαρ. id est, Interea dum erat aurora, & dies sacer augescebat: & φθινάδα ὥραν appellant Græci tempus pomeridianum: quasi tempus decrescens.

AC VELVTI] sic quidem habent omnes, quos vidi, libri calamo scripti: mallem tamen *at veluti.*

PARCIS DERIP. HORR.] deripere scriptum reperi in quattuor libris Vatican. Don. Vrs. Torness. eámque scripturam puto esse rectam & germanam. condebant autem vini cados, & testas in horreis antiqui, id est, vini apothecis, vt Ode 12. lib. 4. *eliciet cadum, Qui nunc Sulpicius accubat horreis.* vide annot. ad Od. 21. huius libri. quo loco cum vtatur verbo descendendi, satis declarat, vini apothecas fuisse in locis editioribus collocatas, & in eis testas & amphoras seruari solitas, forte vt facilius fumum biberent, & ita vinum inueteraſceret, quemadmodum docet Columella lib. 1. cap. 9. & nos diximus suprà ad Oden 8. huius libri.

BIBVLI CONSVLIS AMPH.] ætatem huius vini notat. Fuit autem Bibulus C. Iulij Cæsaris collega, anno ab vrbe condita DCXCIV.

INVICEM] vicissim, vt sup. Od. 25. lib. 1. *Inuicem mœchos anus arroganteis Flebis.* quidam libri manuscr. habent, *Inuices.*

ET VIRIDEIS] talis color tribuitur diis & deabus marinis, seu glaucus, & cæruleus. idem valet *vitreus.* iccircò suprà Circen *vitream* dixit Oda 16. lib. 1.

TV CVRVÆ] sup. Od. 10. lib. 1. *curuaq; lyræ parentem.*

RECINES] iterum atque iterum canes, vt Od. 12. 1. libri. *cui recinet iocosa Nomen imago?*

CEL. SPIC. CYNTHIÆ] Dianæ. Cynthus mons Deli, à quo & Apollo, Cynthius: & Diana, Cynthia nominata est. cur celeris? quia taleis oportet esse venatores. Diana autem venatrix est. præterea Diana, luna est. at luna breuissimo tempore nempe 28. diebus orbem & cursum suum conficit. Quare ob hanc causam *lunas celereis* dixit Oda 1. lib. 4. & Oda 6. eiusdem, lunam celerem *pronos voluere menseis.* Spicula porrò Dianæ tribuuntur, quia est iaculatrix. iccircò & ab Homero, & à ceteris ἰοχέαιρα appellatur, id est, spiculis, seu iaculis gaudens. Postremò habet etiam luna suos radios. Virg. lib. 9. *Et galea Euryalum sublustri noctis in vmbra Prodidit immemorem, radiisque aduersa refulsit.* At radij, sunt spicula.

SVMMO] vltimo, vt epist. 1. ad Mæcen. 1. lib. 1. *summa dicende camœna.*

QVÆ CNIDON, &c.] Venerem designat, sup. Od. 30. lib. 1. *O Venus, regina Cnidi, Paphiq;.*

FVLGENTEÍSQVE] *nitenteis*: Oda 14. lib. 1. *Interfusa nitenteis Vites æquora Cycladas.*

IVNCTIS VISIT OLORIB.] cygnis: à quibus trahitur currus Veneris. Od. 1. lib. 4. *purpureis ales oloribus*, id est, vtens olorum pennis, & alis ad currum suum trahendum. Vtitur etiam Venus passeribus ad eandem rem. Sappho. πατρὸς δὲ δόμον λιποῖσα Χρύσιον ἦλθες Ἅρμ' ὑπασδεύξασα, καλοὶ δέ σ' ἆγον Ὠκέες στροῦθοι πέρυγας μελαίνας Πυκνὰ δινέοντες ἀπ' ὠράνω, αἰθέ-ρος διὰ μέσσω: id est, patris autem domo relicta, venisti curru aureo iuncto: Pulchri verò & celeres passeres te vehebant crebrò nigras alas agitantes à cælo per medium æthera. Eò fortasse spectans Catullus passerem, suæ puellæ delicias, & tam lepido carmine cecinit, & mortuum tam tristibus versibus luxit. Vtitur & columbis. Propertius lib. 3. in somnio suo. *Et Veneris domina volucres mea turba columbæ Tingunt Gorgoneo Punica rostra lacu.*

MERITA NÆNIA] carmine debito. aliàs næ nia carmen est funebre, vt suprà Od. 1. lib. 2. Putant quidam propriè hìc positam esse vocem *nenia*, pro carmine tristi & lugubri, quia (inquiunt) nox sit mortis & somni mater.



Digitized by Google

## AD MÆCENATEM. Ode 29.

Inuitat eum ad cenam.

TYrrhena regum progenies, tibi
Non ante verso lene merum cado
Cum flore, Mæcenas, rosarum, & D
Pressa tuis balanus capillis
Iamdudum apud me est. eripe te moræ,
Ne semper vdum Tibur, & Æsulæ
Decliue contempleris aruum, &
Telegoni iuga patricidæ.
Fastidiosam desere copiam, &
Molem propinquam nubibus arduis:
Omitte mirari beatæ
B Fumum, & opes, strepitumq; Romæ.
Plerumq; gratæ diuitibus vices,
Mundæq; paruo sub Lare, pauperum
Cenæ sine aulæis, & ostro
Sollicitam explicuere frontem.
Iam clarus occultum Andromedæ pater
Ostendit ignem. iam Procyon furit,
Et stella vesani leonis,
Sole dies referente siccos.
Iam pastor vmbras cum grege languido,
Riuumq; fessus quærit, & horridi
Dumeta Siluani: caretq;
Ripa vagis taciturna ventis.
Tu, ciuitatem quis deceat status,
C Curas, & vrbi sollicitus times:
Quid Seres, & regnata Cyro
Bactra parent, Tanaisq; discors.
Prudens, futuri temporis exitum
Caligino sa nocte premit Deus:
Ridetq;, si mortalis vltra
Fas trepidat. quod adest, memento
Componere æquus: cetera fluminis
Ritu feruntur, nunc medio alueo
Cum pace dilabentis Etrus-
Cum in mare, nunc lapides adesos,
Stirpesq; raptas, & pecus, & domos
Voluentis vnà, non sine montium
Clamore, vicinæq; siluæ,
Cùm fera diluuies quietos
Irritat amneis. ille potens sui,
Lætusq; deget: cui licet, in diem,
Dixisse, vixi: cras vel atra
Nube polum pater occupato,
Vel sole puro: non tamen irritum
Quodcumq; retro est, efficiet: neq;
Diffinget, infectumque reddet,
Quod fugiens semel hora vexit.
Fortuna sæuo læta negotio, &
Ludum insolentem ludere pertinax,
Transmutat incertos honores,
Nunc mihi, nunc alij benigna.
Laudo manentem: si celereis quatit
Pennas: resigno, quæ dedit: & mea
Virtute me inuoluo: probamque
Pauperiem sine dote quæro. E
Non est meum, si mugiat Africis
Malus procellis, ad miseras preces
Decurrere: & votis pacisci,
Ne Cypriæ, Tyriæq; merces
Addant auaro diuitias mari.
Tunc me biremis præsidio scaphæ
Tutum per Ægæos tumultus
Aura feret, geminusq; Pollux.

THYRRHENA REG. PROG.] Mæcenatem significat, ab Etruscis Regibus oriundum, vt diximus sup. Od. 1. lib. 1. *Macenas atauis edite Regibus.* & Propert. lib. 3. *Macenas eques Etrusco de sanguine Regum, Intra fortunã qui cupis esse tuã, &c.*

TIBI NON ANTE VERS. L. M. Ç. CVM FL. &c.] tria se præcipuè apparasse ostendit: vinum, rosas, vnguenta. sic sup. Od. 3. lib. 2. *Huc vina, & vnguenta, & nimium breueis Flores amœnæ ferre iube rosæ.* F

NON ANTE VERSO CADO] quid sit cadum vertere, & cadus versus, ex Plauto intelligere licet in Sticho. *Nolo ego nos pro summo bibere: nulli relerimus postea: Namq, adepol quamuis desubito vel cadus vorti potest.* & Virg. Æneid. 9. *Indulgent vino, & vertunt crateras aênos.* & Lucil. *Vertitur œnophoris fundus, sententia nobis.* Horat. sat. 8. lib. 2. *Inuertunt Alifanis vinaria tota.* Vinum igitur è cado promturi cadum vertebant: & ita exhauriebant, seu vinum depromebant.

PRESSA] id est, ex qua oleum expressum est, quod balaninum appellatur. per glandem igitur pressam, oleum balaninum ex glande vnguentaria expressum significat.

TVIS CAPILLIS] vteo vnguento tui capilli delibuti niteant.

BALANVS]

Digitized by Google

A BALANVS] balanus, glans vnguentaria. Plin. lib.12.cap.28.

ÆSVLÆ] Æsula oppidum in colle situm, Tiburi propinquum. Æsolanos commemorat. Plin. lib.3.cap.5. Quare malim hîc legi *Æsolæ*. quamquam ab eodem etiam Æsulani, seu Asulani eodem loco referuntur.

ET TELEGONI IVGA PATR.] id est, Tusculum item in colle situm. de quo multa Strabo lib. 5. De Telegono autem scribit Homeri interpres ὁδ.λ. recentiores poëtas ea, quæ de Telegono Vlyssis & Circes filio dicuntur, confinxisse, nempe ab eo, cùm in Ithacam patrem quærens venisset, imprudente patrem esse interfectum.

FASTIDIOSAM COPIAM] quæ fastidium parit. nã *Putet aper, rhombusq; recens, mala copia quando Ægrum sollicitat stomachum*, vt est Saty. 2.lib. 2.suprà Od.1.huius libri, dominum, *terræ fastidiosum* dixit, qui terræ fastidio afficiatur. Omnino copia satietatem, satietas fastidium parit.

MOLEM PROPINQ. NVBIB.] ædificia ad eam altitudinem perducta, vt nubeis attingere videantur; sup. Od.15.lib.2. *regias moles* B pellauit.

MVNDÆ] neque sordidæ, neque nimis opiparæ, & sumtuosæ, vt Saty.1.lib.2. *Mundus erit, qui nõ offendet sordibus, atq; In neutram partẽ cultus miser.*

SOLLICITAM EXPLIC. FR.] ademerunt curas, tristitiam discusserunt & animos exhilararunt. *explicare frontem* dicitur tùm id, quod lætitiæ causam affert, vt hoc loco: tùm is, qui re aliqua læta sibi oblata, vultu & fronte lætitiam declarat. sic Saty. 2. lib. 2. *Ac venerata Ceres vt culmo surgeret alto, Explicuit vino contracta seria frontis.* Terentius de eo, qui hilariter viuit, dixit *exporrigere frontem*, Adelph. *da te hodie mihi: Exporge frontem.* paullo pòst idem dicit alijs verbis, *hodie modò hilarum te face.*

IAM CLARVS OCCVLTVM] videtur hîc Alcæum esse imitatus: cuius extant hi versus apud Athen. lib.1.& 10. Τέγξε πνεύμονας οἴνῳ, τὸ γὰρ ἄστρον περιπλέται: Ἡ δ' ὥρη χαλεπὴ, πάντα δὲ δίψᾳ κἀπὸ καύματος. quibus verbis hæc ferè sententia exprimitur. Madefacito pulmones vino. Astrum enim oritur feC ruidum: anni tempus graue & molestum est, omnia præ æstu sitiunt. & alibi, Πίνωμεν: τὸ γὰρ ἄστρον περιπλεται. significatur autem æstatis aduentus.

ANDROMEDÆ PATER] Cepheus Andromedæ pater ex Cassiepéa vxore. de quo sic Aratus: Αὐτὰρ μὲν κατόπισθεν ἐὼν κυνοσούριος ἄρκτου Κηφεὺς ἀμφοτέρῃς χείρεσι πανύστη ἐοικώς. id est, *Ipse brevem patulis manibus stat post Cynosuram Cepheus. Andromedæ* autem reposui, secutus libros veteres.

IAM PROCYON FVRIT] anticanem Aratus sub geminis locat. καὶ μὴν καὶ προκύων δίδυμοις ὑπὸ καλὰ φαείνει. quem versum sic vertit M. Tull. *& hic Geminis est ille sub ipsis Anticanis, Graio procyon qui nomine fertur.* sic autem legendũ potius, quàm vt vulgò, *Antecanem.*

ET HORRIDA DVMETA SILVANI] ita scriptũ reperi in duobus lib. Vatic. & Iann. alij habẽt *horridi, &c.* vnus, *horrida Dumeta siluarũ.* ego probabiliorẽ, meo iudicio, scripturam secutus sum.

CARETQVE RIPA] cod. Achillis Statij *caret quà*, quam scripturam non memini me vsquam reperire. D

REGNATA CYRO BACTRA] Bactra, in quibus regnauit Cyrus. notauimus hoc genus loquendi suprà ad Od. 6.lib.1. *& regnata petam Laconi Rura Phalantho.* Strabo βάκτρα nominat numero singulari lib.2. εἶτα εἰς βάκτραν τὴν πόλιν, &c. Plinius Bactra numero multitudinis, vt Horat.

TANAÏSQVE DISCORS] cur discors? an quòd cum Mœotide palude Asiam ab Europa disterminat? an quòd desinens in duas se parteis findit, vnaque in Mœotidem paludem, altera in Cimmerium Bosporum influit? an quòd Scythæ & Sarmatæ, per quos fluit, continua inter se bella gerunt? an quòd Parthi, seu Medi, Tanaï vicini inter se discordant, & seditiones agitant? eoque minus Mæcenati de rep. laborandum est? quod postremum placet Passeratio: confirmatq; simili loco, qui est Oda 8. huius libri, *Mitte ciuileis super vrbe curas. Occidit Daci Cotisonis agmen. Medus infestus sibi luctuosis Dissidet armis.*

PRVD. FVT. TEMP. EXIT.] nihil est hac sententia tritius. eam sic complectitur Pindarus εἰδ. E 16. Olymp. σύμβολον δ' ὅπῳ τις ὀπιχθονίων πιζοὶ ἀμφιφράξιος ἐσσομένᾳς εὕρεν θεόθεν. τῶν δὲ μελλόντων πεδόφλωντι φράδαι, id est, nullus dum mortalium certam rei futuræ notam diuinitus consecutus est: & futurorum cognitio est obscura.

VLTRA FAS TREPIDAT] vltra id, quod ei licet, laborat, id est, se cura rerum futurarum macerat, vt Od.16.lib.2. *Lætus in præsens animus, quod vltrà est, Oderit curare.*

QVOD ADEST] id, quod præsens est. sic Pindar. εἰδ. η. ἰσθμ. τὸ δὲ πρὸς ποδὸς ἄρειον ἀεὶ χρῆμα πᾶν. δόλιος γὰρ αἰὼν ἐπ' αἰσυράισι κρέμαται ἑλίσσων βιότου πόρον, id est, res autem omnis, quæ ante pedes est, semper est melior. dolosa enim ætas hominibus impendet vitæ cursum voluens.

ÆQVVS] id est, æquo animo. annot. ad Od.3. lib.2.

CETERA FLVM. RITV FER.] ea tantùm, quæ præsentia sunt, in nostra potestate sunt sita, eaque nostro arbitratu componere, & moderari possumus, inquit. cetera autem vel Dei immortalis voluntate, ac prouidentia administrantur, & F horum causæ sunt æternæ ac necessariæ: vel temerè, arbitrioque fortunæ eueniunt, & horum causæ sunt fortuitæ. dico autem hæc de philosophorum sententia. Quemadmodum autem fluuij, qui nunc lenis & pacatus est: nunc rapidus & violentus, cursum moderari non possumus: sic neque rerum futurarum naturam, quę interdum tranquilla est, sedata, læta, optata: interdum concitata, & turbulenta, & mortalibus calamitosa, atq; aduersa, immutare fas est. Sæpe vtuntur poëtæ hac torrentis similitudine: sed variè. Virg. Æneam armorum sonitu & fragore è somno excitatum cum pastore confert, è montis vertice torrentem ingenti cum murmure præcipitantem, omniaque secum trahentem, exaudiente Æneid. 2. *Excutior somno, & summi fastigia tecti Ascensu supero, atq; arrectis auribus asto: In segetẽ veluti cum flamma-*

A *ma furentibus Austris Incidit, aut rapidus montano flumine torrens Sternit agros, sternit sata læta, boũq; labores, Præcipiteisq; trahit siluas. stupet inscius alto Accipiens sonitum saxi de vertice pastor.* Sic Lucret. lib. 1. vbi disputat de primis corporibus, docétque, ea cerni non posse: ventorum affert similitudinem, qui, cùm oculis non cernantur, arbores sternunt tamen, & mare turbant, & concitant: non aliter (inquit) *Quàm cum mollis aqua fertur natura repente Flumine abundanti, quod largis imbribus auget Montibus ex altis magnus decursus aquai, Fragmina conijciens siluarum, arbustaq; tota: Nec validi possunt pontes venientis aquai Vim subitã tolerare: ita magno turbidus imbri Molibus incurrẽs validis cum viribus amnis: Dat sonitu magno stragem, volutásq; sub vndis Grandia saxa: ruit, quà quicquam fluctibus obstat.* & Hom. ιλ. λ. Aiacem in prœlio viros, equosque sternentem cum fluuio torrente comparat. Ως δ' ὁπότε πλήθων ποταμὸς πεδίονδε κάπτησι χειμάρρους κατ' ὄρεσφιν ὀπαζόμενος Διὸς ὄμβρῳ· Πολλὰς δὲ δρῦς ἁλαλείας, πολλὰς δὲ πίτυας ἰσφέρεται, πολλὸν δὲ τ' ἀφύσγετον εἰς ἅλα βάλλει· Ως ἔφεπ' κλονέων πεδίον κατὰ φαίδιμος Αἰας. quorũ versuum hæc sententia est, Quem-

B admodum autem cùm fluuius torrens extra ripas suas effusus in campum delabitur è montibus præcipitans, cælestibus imbribus auctus, Multas autem quercus aridas, multasque piceas secum trahit, multum limum in mare conijcit: Sic clarus Aiax campũ turbans hosteis insequebatur. itémque Diomedem ιλ. ε. Θωῦ γὰρ ἀμπεδίον ποταμῷ πλήθοντι ἐοικὼς χειμάρρῳ, &c. id est, furebat autem per campum Diomedes flumini torrenti exundanti similis. quos versus adumbrasse videtur Virg. li. 2. Æneid. *Non sic aggeribus ruptis cum spumeus amnis Exijt, oppositasq; eluicit gurgite moles, Fertur in arua furens cumulo, camposq; per omneis. Cum stabulis armenta trahit.* Horatius quoque Od. 2. lib. 4. Pindarum cum tali fluuio comparat. *Monte decurrens velut amnis, imbres Quem super notas aluere ripas, Feruet, immensusq; ruit profundo Pindarus ore.* Idẽ Od. 14. eiusdem libri, Claudium Neronem eiusmodi fluuio similem facit, *Sic Tauriformis volutur Aufidus: Qui regna Dauni præfluit Appuli, Cum*

C *sæuit, horrendamq; cultis Diluuiem meditatur agris: Vt Barbarorum,* &c. Sic Homerus ιλ. γ. Vlyssis orationem cum niuibus hibernis confert. Ἀλλ' ὅτε δὴ ὅπα τε μεγάλῳ ἐκ βήθεος ἵεν, Καὶ ἔπια νιφάδεσσιν ἐοικότα χειμερίῃσιν, Οὐκ ἂν ἔπειτα βροτὸς ἄλλος.

NVNC MEDIO ALVEO] quidam libri veteres habent *nunc medio aquore.*

CVM PACE] ἠρέμα, ἡσύχως, seu ἡσυχῇ: leniter, quietè, placidè.

DELABENTIS] sic est legendum, non, *dilabentis.* & ita scriptum reperi in duob. codicib. Vaticanis, Don. Faër. Vrs. Torn. Russard. Nicot. Cleric. & nonnullis impressis.

IRRITAT] irritandi verbum vnico r. scribendum esse aliquando existimaui, tanquam à verbo *iraſcor*, seu ab *ira* ducatur. sed cùm in omnibus libris calamo scriptis reperiatur scriptum irritare, Faër. Vrs. Don. Torn. ceteris, hoc loco *Irritat* sine vlla litura: Plin. & Colum. vtantur verbo *proritandi*, à sententia desciſco. Est autem *irritare* propriè iram commouere, & concitare, fortasse à canibus D iratis ductum. ὀργίζειν dicunt Græci. ex quo excitare interdum significat. M. Tull. Philip. 7. *irritari Antonium non oportuit.* Brutus ad Att. *nescio, quid scribam tibi, nisi vnum, pueri & cupiditatem, & licentiam potius esse irritatam, quàm compressam.* Terent. Adelp. *ne si magis irritatus fiet, aliqua ad patrẽ hoc permánet, atq; ego tunc perpetuò perierim.* Plaut. Amphit. *Nam si me irritassis, hodie lumbi fragium hinc auferes.* Horat. in epist. ad Pisones, *Segnius irritant animos demissa per aureis,* &c. *Irritat amneis* autem translatè dictum est: cuius tralationis hæc ratio est. fluuius imbribus auctus dum arbores secum rapit, & ponteis disturbat, & sata læta boúmque labores diluit, iratus esse videtur, quia homo iratus potestatẽ & facultatẽ nactus, talia faceret. At qui irascendi causam dedit, irritasse dicitur. Ita diluuies ex imbribus orta, quæ fluuio torrenti tantam vim, tantumque impetum præbet, fluuium ab Horatio dicitur irritare.

ILLE POTENS SVI, LÆTVSQVE] ἐγκρατὴς ἑαυτοῦ: liber, & solutus omni cupiditate, & vacuus ab omnibus animi morbis: compos sui.

IN DIEM VIXI] crebrò monet Horat. vt in E diem viuamus, id est, vt bonis præsentibus, & paratis, atque in nostra potestate sitis fruamur: vt Od. 16. lib. 2.

CRAS VEL ATRA] respexit ad illud ἐμῷ θανόντος ἡ γῆ μιχθήτω πυρί. me mortuo terra misceatur incendio. quæ oratio est eorum, qui futura ad se nihil pertinere putant. nõ dissimile est illud ex Hymnide Cæcilij. *Mihi sex menses satis sunt vitæ: septimũ Orco spondeo.*

NON TAMEN IRRITVM] Aristot. lib. 6. de morib. ad Nicom. quo loco disputat περὶ προαιρέσεως, id est, de consilio, vt nos quidem vertimus: duos versus Agathonis profert in hanc sententiã, Μόνου γὰρ αὐτοῦ καὶ θεὸς στερίσκεται, Ἀγέννητα ποιεῖν, ἅσσ' ἂν ἡ πρόγμένα. quos versus sic vertimus. *Hoc namq; dun taxat negatum etiam Deo est, Quæ facta sunt, infecta posse reddere.* eandem sententiam sic complexus est Simonides, τὸ γὰρ γεγενημένον, οὐκ ἔστ' ἄρρεκτον ποιῆσαι. id est, quod enim factum est, non iam infectum esse poterit.

ATRA NVBE] Virg. lib. 10. Æneid. *nubi se* F *immiscuit atræ.* idem lib. 5. *Plaudentem nigra figit sub nube columbam.*

QVODCVMQVE RETRO EST] quodcumque præterijt.

DIFFINGET] ex hoc loco intelligi potest, quid sit diffingere, nempe contrarium esse verbo fingendi, quemadmodum suprà docuimus ad Od. 35. lib. 1. vbi locum illum in omnibus exemplarib. corruptum, *diffingas retusum,* &c. olim ita quidem emendaueramus coniectura ducti: *destringas recusum:* sed postea secuti scripturam veterem, quam se alij reperisse testantur, *defigas recusum*, reposuimus. quidam tamen hoc loco legunt *Diffringet.* quam scripturam neque vsquam reperi, neque probo.

LVDERE PERTINAX] de hoc genere loquendi dicemus ad Od. 8. lib. 4. Iam *ludum ludere, & gaudium gaudere,* & similia, Latinis sunt perusitata.

Digitized by Google

A tata. Terent. in Eunucho. *quia consimilem luserat iam olim ille ludum.*

TRANSMVTAT INCERT. HON. NVNC, &c.] sic sup. Od. 34. lib. 1. *valet ima summis Mutare, &c.* & *hinc apicem rapax Fortuna cum stridore acuto Sustulit, hic posuisse gaudet.*

BENIGNA] quid sit benignus, & benignitas, diximus ad Oden 17. lib. 1.

LAVDO MANENTEM] si fortuna manet, laudo: si à me discedit, æquo animo reddo quæ dedit. *fortuna manens* intelligitur secunda: *auolans, & fugiens*, aduersa. ita loquitur lib. de arte poët. *Vt rideat miseris, abeat fortuna superbis.* & Od. 35. lib. 1. *Vicumq; mutata potenteis Veste domos inimica linquis.* sic Eurip. Phœniss. Κρέων Μείνον· ἢ φεύγεις, Τειρεσ. ἢ πίχη σ', ἀλλ' ὐκ ἐγώ. id est, mane. quid fugis? Tir. fortuna te fugit, non ego.

SI CELE. QVAT. PENN.] id est, si auolat: si mutatur fortuna, si fugit, id est, si aduersa est, vt diximus.

RESIGNO, Q. D.] quæ obsignata habebã, aperio, & reddo. sic epist. ad Mæcen. 2. lib. 1. *Hac ego si compellor imagine, cuncta resigno,* id est, reddo.

B Nam propriè, resignare valet aperire. Idem ead. epist. princip. *Adducit febreis & testamenta resignat.* aliter Virg. lib. 4. Ænei. & *lumina morte resignat.* quamquam legendus ad illum locũ Seruius.

MEA VIRT. ME INVOLVO] bona externa non desidero: sed meis contentus viuo: in mea virtute meæ vitæ præsidium constituo, non in rebus externis: meis me viribus orno, tutor, ac defendo, non alienis. videtur esse translatio à vestimentis, quibus nos inuoluimus.

PROBAMQVE PAVP. S. D. Q.] id est, paupertatem cum virtute coniunctam expeto. ducta est similitudo ab ijs vxoribus, quæ indotatæ ducuntur domum. congruit cum his id, quod est Od. 9. lib. 4. *Non, possidentem multa vocaueris Recte beatum, &c.* quæ sequuntur.

NON EST MEVM, &c.] non est meum nauigare, nauigationisque me periculo committere, vt ditescam: seu non est meum, rem facere, & augere per mare, per saxa, per igneis. à consequentibus, intelligenda sunt antecedentia. nemo enim

C nauigat vt rem augeat, nisi cui quæsito opus est, & qui plus habendi studio ducitur. notat Seruius ad illum locum Virg. Pollione. *Pauca tamen suberũt priscæ vestigia fraudis: Quæ tentare Tethim ratibus, &c.* Solent autem homines in dubijs temporibus, & rebus aduersis, quemadmodum coorta in mari tempestate, ad deos confugere. sup. Od. 1. huius libri. *Desiderantem quod satis est, neq; Tumultuosum sollicitat mare: Nec sæuus, &c.*

ET VOTIS PACISCI] non est meum (inquit) votis, & precibus cum dijs quodammodo transigere, ac pacisci, ne naufragio facto merces meæ in mari pereant.

TVNC ME BIREMIS] significat, id nunquam futurum. Quis enim se in mari Ægæo, tempestate coorta, & ventis increbrescentibus scapha biremi tutò nauigaturum speret? Paruis nauibus scilicet, & orarijs, littus legere & secundum oram nauigare oportet: corbitis autem & onerarijs, & magnis pelagus medium tentandum est. D quamquam Catullus faselum laudans negat vlla vota *littoralibus Dei sibi esse facta, cùm veniret à mare Nouissimo vsq; ad Benacum lacum.* Melius igitur Eurip. Ναῦς ἡ μεγίστη κρεῖσσον, ἢ μικρὸν σκάφος. id est, nauis maxima melior est, quàm paruum nauigium.

GEMINVSQVE POLLVX] sic Catull. *Gemelle Castor, & Gemelle Castoris.* de Castore, & Pol luce diximus ad Od. 12. lib. 1.

## Ode 30.

Carminum suorum gloriam æternam fore.

*EXegi monumentum ære perennius.*
*Regaliq; situ pyramidum altius:*
*Quod nõ imber edax, nõ Aquilo impotẽs*
*Possit diruere, aut innumerabilis*
*Annorum series, & fuga temporum.*
*Non omnis moriar: multaq; pars mei* E
*Vitabit Libitinam. vsq; ego postera*
*Crescam laude recens, dum Capitolium*
*Scandet cum tacita virgine pontifex.*
*Dicar, quà violens obstrepit Aufidus:*
*Et, quà pauper aquæ Daunus agrestium*
*Regnauit populorum, ex humili potens*
*Princeps Æolium carmen ad Italos*
*Deduxisse modos sume superbiam*
*Quæsitam meritis: & mihi Delphica*
*Lauro cinge volens Melpomene comam.*

EXEGI] absolui, perfeci.

MONVMENTVM] monumentum est, quod mortui causa ædificatum est: & quicquid ob memoriam alicuius factum est, vt fama, porticus, scripta, & carmina: Festus.

ÆRE PEREMNIVS] æreis statuis du- F rabilius.

QVOD NON IMBER EDAX, &c.] hæc videntur è Pindaro expressa: qui Pyth. εἰδ' ἔκτῳ, ait laudum thesaurum Xenocrati, eiusq; maioribus in Apollinis fano opulentissimo repositum neque ab imbre hiberno, neque vi ventorum in altissimos maris recessus, ac latebras delatum iri. sic Pind. Τὸν (sub. θησαυρὸν) οὔτε χειμέριος ὄμβρος ἐπακτὸς ἐλθὼν ἐερόμυκι νεφέλας, σρατὸς ἀμείλιχος, οὔτ' ἄνεμος ἐς μυχὸς ἁλὸς ἄξει παμφόρῳ χειρὶ τυπτόμενος.

SITV] statu, positu, θέσιος, στάσιος.

PYRAMIDVM] de Pyramidibus lege Herodotum, Euterpe, & Plin. lib. 36. cap. 12.

IMPOTENS] vehementer sæuiens. tralatio ducta ab impotentibus, & incontinentibus hominibus, qui sibi temperare non possunt, quo minus, quod ira suadet, aut libido, exsequantur. vide annot. ad Od. 37. lib. 1.



Digitized by Google

A INNVMERABILIS ANNORVM SERIES] immensa temporis longinquitas. series, εἰρμὸς, id est, connexio. sic Stoici fatum, causarum seriem, & ordinem definiunt, cùm causa ex causa nexa rem gignit.

FVGA TEMPORVM] cursus temporum. sic sup. Od. 11. lib. 2. *fugit retrò Lauis iuuentas.* & Od. 14. eiusd. *fugaces anni* dixit. & Oda superiore, *horam fugientem.*

NON OMNIS MORIAR] non totus moriar. sic loquitur epist. 1. *Quid verum, atq; decens, curo, & rogo, & omnis in hoc sum.* Sic & Græci Homerus ἰλ. λ. πᾶς δ' ἀΰσαχαλκῷ Λάμφ', ὥστε στεροπὴ παπτὸς διὸς Αἰγιόχοιο: id est, Omnis autem ære fulgebat, vt fulgur Iouis ægida tenentis.

MVLTAQVE PARS MEI] mens, ingeniũ, consiliũ, maxima, & præstantissima hominis pars.

VITABIT LIBITINAM] erit immortalis, mortem effugiet. Libitina Dea funerum. epist. ad Aug. lib. 2. *Miraturq; nihil, nisi, quod Libitina sacrauit*, id est, nisi, quod sepultum, & munere viuendi defunctum est. & Sat. 6. lib. 2. *Auctumnusq; grauis Libitinæ quæstus acerbæ.* T. Liuius lib. 41. annalium, *Ne liberorum quidem funeri Libitina sufficiebat.* vide quæ annotata sunt ad illum locum *Libitinæ quæstus acerbæ.* Sed vtrùm hoc sentit Horatius, animum esse immortalem, quemadmodũ nos Christiani credimus: an id significat, se laude, & gloria libris suis parta perpetuò victurũ? quod sanè credibilius est. Nam Horatius quidem animorum immortalitatem nusquam probat: eam autem immortalitatẽ solam nouit, quæ sit in memoria viuorum posita, quemadmodum omnes fere veteres existimabant, præter Platonem, & paucos alios. Nam de Aristotele quidem, vtram sententiam sequatur, philosophi certant, *& adhuc sub iudice lis est.* Videtur tamen non obscurè, quid sentiat, significare, si quis eius verba attentè consideret.

RECENS] nunquam senescens, semper incolumis, incorruptus, atque integer.

DVM CAPITOLIVM SCAND.] Pontifices, & sacerdotes, viri & fœminæ Idualibus in Capitolium per sacram viam ad sacra facienda ascendere solebant.

CVM TAC. VIRG.] solitas esse virgines Vestalcis sacris publicis interesse, declarant hæc verba Diony sij Halicarn. lib. 3. ἔπειτα ταῖς ἱεραῖς παρθένοις, ὑφ' ὧν τὸ ἄσβεστον φυλάττεται πῦρ, πέτταρσιν οὔσαις δύο πρεσβυτέραις ἐπέλεξεν ἑπτάς. πλειόνων γὰρ ἤδη σωτελεσμένων ὑπὸ τῆς πόλεως ἱερουργιῶν, αἷς ἔδει τὰς τῆς ἑστίας παρεῖναι θυηπόλους, οὐκ ἐδόκουν αἱ τέτταρες ἀρκεῖν. id est, deinde sacris virginibus, à quibus ignis æternus custoditur, quæ quatuor erant numero, duas allêgit. Nam cùm plura iam à ciuitate sacrificia fierent, quibus oportebat Vestæ sacerdotes interesse, non videbantur ad id munus quattuor satis esse. Sed cur tacitam virginem dixit? an propterea quòd sacra, sunt ἀπόῤῥητα, id est, arcana, minimeque vulganda? ex quo illud à Virgilio dictum est lib. 3. Æneid. *hinc fida silentia sacris.* adde quę annotauimus ad illum locũ Od. 13. lib. 2. *Virũq; sacro digna silentio, &c.* an quòd fœminas cùm in reb. ac locis omnibus, tũ maximè in sacris tacere oportet? an quòd more & instituto Romano non solùm aliæ fœminæ, quæ à sacris arcebantur, sed etiam sacerdotes Vestales tacebant?

VIOLENS] violentus: epist. 10. lib. 1. *Sed postquàm victor violens discessit ab hoste.* acrem appellat Saty. 1. lib. 1. *Cum ripa simul auulsos ferat Aufidus acer.*

AVFIDVS] Apuliæ fluuius, de quo Strabo libro 5. commemorat & Horat. Od. 9. lib. 4. *Longè sonantem natus ad Aufidum.* & Saty. 1. lib. 1. *Cum ripa simul auulsos, &c.* & Od. 14. lib. 4. *Sic tauriformis voluitur Aufidus.*

ET QVA PAVPER AQVÆ DAVNVS] Od. 14. lib. 4. *Qui regna Dauni præfluit*, seu, *perfluit Appuli.* pauperem aquæ autem Daunum intellige fluuium eiusdem nominis. epod. Od. 3. *Nec tantus vmquam siderum insedit vapor Siticulosæ Apulliæ, &c.*

REGNAVIT POPVLORVM] ego sic hunc locum emendaui à Seruio admonitus in 11. lib. Æneid. idque duobus locis: vno, *Iustitiáne prius mirer, &c.* altero, *nec veterum memini, laterue malorum*: & item à Porphyrione. *regnauit* autem idem valet, quod rex fuit, ἐβασίλευσε, ἦρξε. solet enim Horat. structuram Græcam seruare etiam in sermone Latino, vt *desine mollium querelarum, abstineto irarum, & inuidit auenæ, &c.* Sententia igitur, & ordo horum verborum talis est, Dicar ego, qui ex humili, potens & clarus exstiti, qua parte labitur Aufidus, & quà regnauit Daunus, princeps, id est, omnium primus, deduxisse carmen Æolium ad modos, seu cantus Latinos.

PRINCEPS] primus. sup. lib. 1. Od. 16. *principi limo.* sic Lucret. lib. 1. de Iphianassa. *Nec miserè prodesse in tali tempore quibat, Quòd patrio princeps donarat nomine regẽ.* M. Tull. lib. 2. accus. *omnium nationum exterarum princeps Sicilia se ad amicitiam, fidemq; populi Rom. applicuit.*

SVME SVPERBIAM] sume spiritus iustos, & tibi iure debitos, nempe ingenio partos. Nam cùm Musam alloquitur, eamque laudat, sibi eodem tempore, eademque opera blanditur, & fauet.

CARMI-

Digitized by Google

# CARMINVM LIBER QVARTVS.

## Ode 1.

Se iam ea ætate esse, vt à rebus amatorijs & carminibus ludicris & Venereis alieno esse animo debeat: & tamen Ligurrini vesano amore torreri.

INTERMISSA Venus diu,
Rursus bella moues. parce, precor, precor.
Non sum qualis eram bonæ
Sub regno Cynaræ. desine dulcium
Mater sæua Cupidinum,
Circa lustra decem flectere mollibus
Iam durum imperijs. abi
Quò blandæ iuuenum te reuocant preces.
Tempestiuius in domo
Paulli, purpureis ales oloribus,
Comissabere Maximi,
Si torrere iecur quæris idoneum.
Namque & nobilis, & decens,
Et pro sollicitis non tacitus reis:
Et centum puer artium,
Latè signa feret militiæ tuæ:
Et, quandoque potentior
Largis muneribus riserit æmuli:
Albanos prope, te, lacus
Ponet marmoream sub trabe citream:
Illic plurima naribus
Duces tura: lyræq;, & Berecinthiæ
Delectabere tibiæ
Mistis carminibus non sine fistula.
Illic bis pueri die
Numen cum teneris virginibus tuum
Laudantes, pede candido
In morem Salium ter quatient humum:
Me nec fœmina, nec puer
Iam, nec spes animi credula mutui,
Nec certare iuuat mero:
Nec vincire nouis tempora floribus.
Sed cur, heu, Ligurine, cur
Manat rara meas lacryma per genas?
Cur facunda parum decoro
Inter verba cadit lingua silentio?
Nocturnis te ego somnijs
Iam captũ teneo: iam volucrem sequor
Te per gramina Martij
Campi, te per aquas, dure volubileis.

PRECOR, PRECOR] sic Sappho, apud quam crebræ sunt hæ repetitiones: Λίσσομαί σε, λίσσομαι. eadem: παρθενία, παρθενία, ποῖ με λιπποῦσα οἴχη, sic idem Horat. Od. 17. lib. 2. ibimus, ibimus. & Od. 3. lib. 3. *Ilion, Ilion.* Od. 4. epod. *Deus, Deus nam me vetat, &c.* Notauimus & suprà ad Od. 14. lib. 2. ibi, *Postume, Postume.*

NON SVM QVER.] nunc annos quinquaginta natus, & fortasse amplius: vt infrà, *Circa lustra decem, &c.*

BONÆ SVB REGNO CYNARÆ] bonam (opinor) appellat propterea, quòd liberaliter gratificabatur Horatio, neque vllam mercedem exigebat, vt fatetur ipse epist. ad villicum lib. 1. *Quem scis immunem Cynaræ placuisse rapaci.* neque obstat, quòd epistola ad Mæcen. 2. lib. 1. proteruam appellat. *Inter vina fugam Cynaræ mærere proterue.* Nam nihil pertinet hoc ad quæstum meretricium, neque quicquam prohibet, quominus eadem puella dici possit & liberalis, & proterua, vt sup. Od. 19. li. 1. *Vrit grata proteruitas.* & Od. 5. lib. 2. *iam proterua Fronte petet Lalage maritũ.* Mentionem huius Cynaræ facit etiam Od. 13. huius lib. *Felix post Cynaram.* sub regno autẽ dixit, quia qui amant, seruiunt. lege quæ annotata sunt ad illum locum, *Grata detinuit compede*

A *Myrtale.* Oda 33. lib. 1. & ibi, *ingo cogit aheneo,* Oda 9. huius lib.

MATER SÆVA CVPID.] hic idem versus positus est suprà Od. 19. lib. 1. in principio.

MOLLIB. IAM DVR. IMP.] antithesis. mollia autem appellat Cupidinis, seu amoris imperia, quia molliunt animos. sic Homer. χλωρὸν δέος. & idem Horat. *pallidam mortem* nominat, quod annot. ad Od. 4. lib. 1. sic Ouid. lib. 1. de re med. amor. *Lude. decent animos mollia regna tuos.*

TEMPESTIVIS] opportunius, & decentius: vt epist. 2. lib. 2. versu vlt. *Rideat & pulsèt lasciua decentius ætas.* Putant quidem hoc referendum ad ea conuiuia, quæ dicebantur tempestiua. M. Tull. in Catone. *Tempestiuis conuiuijs delector.*

PVRPVREIS ALES ORORIB.] id est, quæ celeriter vehi soles curru oloribus iuncto. sic suprà Od. 28. lib. 3. *quæ Cnidon Iunctis visit oloribus.* Sed quòd olim *marmoreis* reposueram, pro *purpureis:* fateor equidem me in omnibus veteribus libris, quos vidi, scriptum reperisse *purpureis.* Verùm cùm mihi videretur hæc vulgata scriptura inepta, & corrupta: (quis enim vidit vmquã cycnos
B purpureos, seu purpurei coloris? aut quid insolentius, & pæne dicam, ineptiùs, quàm *purpureis* interpretari, pulchris, & nitidis? Nam quamobrem dicat *purpureos tyrannos* Od. 34. primi li. *& auctũnum purpureo varium colore* Od. 5. lib. 2. *& purpureum, latè qui splendeat, pannum* de arte poët. ratio perspicua, & in promtu posita est) Cùm igitur hic locus mihi corruptus videretur: approbantibus quibusdam viris doctissimis hanc scripturam veram esse existimaueram. marmoreum enim pro candido, & candidi coloris, vsurpant optimi scriptores Lucret. lib. 2. *Quòd si cæruleis constarent æquora ponti Seminibus, nullo possent albescere pacto. Nam quocumque modo perturbes: cærula quæ sint, Numquam in marmoreum possunt migrare colorem.* ibid. sup. *Vt mare cum magni commorunt æquora ponti, Vertitur in canos candenti marmore fluctus.* Virg. Georg. 4. *Tum quoque marmorea caput à ceruice reuulsum Gurgite cum medio portans Oeagrius Ebrus Volueret, &c.* & Ouid. lib.
C 4. fast. *Aurea marmoreo redimicula demite collo.* Nunc autem retrorsum vela dare, atque iterare cursus cogor relictos, vt ait noster Horat. Mouet me, primùm omnium librorum manuscr. consensus, qui habent sine vlla varietate, *purpureis.* Neque dissentiunt vulgati. Deinde hanc scripturam agnoscunt veteres *grammatici:* in his Seruius: qui ad illum Virg. locum lib. 1. Æneid. *Iuménque iuuenta Purpureum,* notat: *purpureum:* id est, pulchrum. Sic Horat. *Purpureis ales oloribus.* Præterea Albinouanus ad Liuiam, niuem purpuream dixit, pro pulchram & candidam, vt docti interpretantur. Sic enim ille: *Purpurea sub niue terra latet.* Sic igitur interpretemur, *purpureis,* id est, nitidis, puris, pulcris. Quamquam purpureos olores etiam intelligere licet, qui sint purpureis stragulis instrati, vt apud Virg. lib. Æneid. 7. *Instratos ostro alipedes, pictisque tapetis.* Quin & habenæ equorum apud Homerum & ceteros poëtas Græcos purpureæ, & ornamenta, puniceo colore suffecta seu contacta finguntur. Simonides. μὴ βάλῃ φοινίκας ὀπὶ χειρῶν ἱμάντας: id est, ne amittat è manibus lora purpurea: & Hom. ἰλ. δ. ὡς δ' ὅτε τις ἐλέφαντα γυνὴ φοίνικι μίηνῃ, &c. id est, quemadmodum autem cùm ebur aliqua mulier puniceo colore infecerit, &c. Idem ἰλ. θ. Νέστωρ δ' ὀχέεσσι λάβ' ἡνία φοινικόεντα. Id est, Nestor autem manibus prehendit habenas purpureas. ex quibus locis hoc dici potest, purpureos cycnos ab Horatio dictos esse non pulchros, sed quorum habenæ & stragulæ vestes, quibus instrati erant, & cetera ornamenta, essent purpurea. Nam quemadmodum equi currui iuncti, hoc est bigæ, & quadrigæ, insternebãtur purpurea veste: ita & hos cycnos, qui currum Veneris trahunt, fortasse vult intelligi Horatius, purpura esse instratos & purpureis habenis aurigatos. Ad hunc locũ pertinet illa ex Oda 28. lib. 3. *Summo carmine: quæ Cnidon, Fulgentesque tenet Cycladas, & Paphum Iunctis visit oloribus.* Quare nihil hic mutandum: & ita sentiebant Memmius, Germanus Valens, Turnebus, Auratus, Passeratius, & Scaliger. Existimabat tamen Passeratius, purpureos olores etiam hac ratione dictos ab Horatio intelligi posse, quòd cycni, cùm currum Cupidinis trahant, qui purpureus à poëtis appellatur: E
verbi gratia, ab Ouidio, *Carmina, purpureus quæ mihi dictat amor:* propter vicinitatem & propinquitatem, similem colorem referant, quantumuis licet sint cãdidi: videlicet (libet enim mihi hominis ingenioſi, mihíque amici sententiam confirmare) quemadmodum russa, aut lutea, aut purpurea vela consimilem colorem aspergunt ijs locis, quibus intenta sunt: quod docet Lucret. lib. 4. non longè à principio, *Et vulgò faciunt id lutea, russáque vela, Et ferruginea cum magnis intenta theatris Per malos vulgata, trabéſque trementia pendent. Namque ibi conſeſſum caueai subter & omnem Scenai speciem patrum, matrúmque deorúmque Inficiunt, coguntque suo fluitare colore.* & Ouid. lib. 10. Metam. *Iná puellari mixtum candore ruborem Traxerat, haud aliter quàm cum super atria velum Candida purpureum, simílem dat, & inficit vmbram.* Ne quis autem (inquit Passeratius) *purpureis* positum
F esse putet pro pulchris, Catullus Cupidini tunicam crocinam attribuit his versibus: vnde similẽ colorem etiam cycni contrahere possunt. *Quam circumcursans hunc illunc sæpe Cupido Fulgebat crocina candidus in tunica.*

COMISSABERE] lasciuies, iocabere, delicate & voluptariè viues. Est autem ita legendum, *comissabere,* non, *comessabere,* vt putat vulgus, existimans à comedendo, aut comesse ductum esse: vel, vt emendauerat Fuluius Vrsinus vir doctiss. in cod. Raïn. Card. *comassabere.* Mutuati autem sunt Latini hoc verbum à Græcis, vt alia pleraque, apud quos κωμάζειν, est ebriorum, aut intemperantium more se gerere, lasciuire, scortatum ire, &c. Theocr. Amaryllide Κωμάσδω ποτὶ τὰν Ἀμαρυλλίδα, Ταί δ' Νύμφαι αἶγας Βόσκοντα κατ' ὄρος. &c. id est, eo lasciuiendo ad Amarillidem: capræ autem mihi pascũtur, &c. Omnino apud Festum legitur *comissatio.* sed eò errat Festus, quòd ἀπὸ τῶν κωμῶν. id est, à vicis dictum putat. melius Varro lib. 6. de lingua

Lat.

Digitized by Google

A Lat. qui ἀπὸ τῦ κώμυ dicit appellatam esse *comassationem*: seu, vt scriptum est in exemplarib. Varronis, *comissationem*. Omnino vel *comassatio*, & *comassari* dicendum, vel *comissari*, & *comissatio*. Nō celabo autem lectorem, quosdam libros scriptos habere, *Tempestiuius in domum, &c.* quæ scriptura fortasse recta est. Sic enim Theocr. Κωμάσδω ποτὶ τὰν Ἀμαρυλλίδα. quæ si doctis probabitur, *comissabere* interpretabor intemperanter, & lasciue, & libidinose ibis. atque ita vsurpat Plaut. Mostell. *Aliò credo comissatum abijsse.* nisi quis dicat apud Plautum, aduerbium significans motum esse positum propter verbum *abijsse*: quod verisimilius est. Qui autem hæc referenda esse putant ad sacrificij apparatum, & epulas, ad quas deos aduocabant, atque adhibebant veteres, errant. nō enim hîc agitur de epulis, aut dijs ad epulas adhibendis, sed hoc dicit Horatius, Venerem tempestiuius & opportunis suis artibus, suóque iure vsuram in domo Paulli, quàm in sua: id est, Horatij.

SI TORR. IECVR QVÆR.] iecur sedes est libidinis, & ita sentiunt etiam ipsi philosophi. Nā Plato quidem perspicuè, vt in corde τὸ θυμοειδὲς, καὶ τὸ ὀργιστικὸν, id est, irascendi vim locat: ita in hepate B τὸ ἐπιθυμητικὸν, id est, cupiditatem. & Aristoteles ita scribit topic. 4. καὶ ἡ μὲν λύπη ἐν τῷ ἐπιθυμητικῷ: ἡ τούτῳ γὰρ καὶ ἡδονή· ἡ δὲ ὀργὴ ἐν τῷ θυμοειδεῖ. Poëtę autem minus accuratè hanc distinctionem seruant. Horatius epist. ad Lollium 2. lib. 1. *Non ancilla tuum iecur vlceret vlla, puérve.* sup. Od. 25. lib. 1. *Cùm tibi flagrans amor, & Cupido Sauiet circa iecur vlcerosum.* & Od. 4. lib. 3. *Incontinentis nec Tityi iecur Relinquit ales.* quibus locis & hac Ode, perspicuè iecur, libidinis, & amoris sedem facit. at Od. 13. eiusdem primi libri, iræ: *ve, meum feruens difficili bile tumet iecur.* & Saty. 9. lib. 1. *meum iecur vrere bilis.* Sic Iuuen. Saty. 1. *Quid referam, quanta sic-* C *cum iecur ardeat ira?* Homerus declarat in corde iram efferuescere ὀδ. υ. κραδίη δέ οἱ ἔνδον ὑλάκτει. & ἰλ. ι. Ἀλλά μοι οἰδάνεται κραδίη χόλῳ. quem versum sic Latinè vertit M. Tull. *Córque meum penitus turgescit triſtibus iris.* Apud eundem libidinis tale exemplum est ἰλ. ξ. Οὐ γὰρ πώποτε μ' ὧδε θεᾶς ἔρος, ὧδε γυναικὸς Θυμὸν ἐνὶ στήθεσι πάρελυσε φυσιδίωσε. nusquam enim Homerus (quod sciam) hepar æstuare libidine dicit: sed pectus potius, aut aliquid simile. ceteri libidinem non obscurè in hepate locant. Theoc. Hyla ὁ δ' ἃ πόδες ἦγον, ἐχώρει Μαινόμενος. χαλεπὰς γὰρ ἔσω θεὸς ἦπαρ ἄμυσσεν. id est, ille autem quò pedes ducebant, ibat furens. sæuus porrò penitus ei deus iecur torrebat, ac laniabat. & Anacr. de Cupidine arcum tenente: Τανύει δὲ, καί μὲ τύπτει Μέσον ἦπαρ, ὥστερ οἶστρος. id est, arcum intendit, & sagittā mittit, & mihi medium iecur ferit, tam quam œstrum.

IDONEVM] id est, tibi & tuis rebus aptum, atque accommodatum.

ET DECENS] pulcher, vt sup. Od. 27. lib. 3. *malas decenteis.*

NON TACITVS] non mutus, immo facundus, & eloquens. ἐλαφίλωσις.

ET CENT. PVER ARTIVM] & quam plurimis laudabilibus artibus instructus iuuenis. numerus est finitus pro infinito.

QVANDOQVE, &c.] id est, quandocumque D superiore apud amicam loco fuerit, quàm æmuli quantumuis in eam largi, & profusi, &c. sic Od. proxima. *quandoque trahet feroceis Per sacrum clium merita decorus Fronde Sicambros.* & in epist. ad Pisones. *& idem Indignor, quandoque bonus dormitat Homerus.*

POTENTIOR LARGIS MVN.] plus valens apud amicam, quàm larga æmuli munera.

RISERIT] id est, hilaris & lætus fuerit: seu lætitia affectus fuerit, ex eo scilicet, quòd riualis, seu æmuli munera, quantumuis larga, nihil apud amicam valuerint, neque hoc effecerint, vt minoris ab amica fiat, quàm æmulus.

ALBANOS PROPE, TE, LACVS] te prope Albanos lacus, &c. totius huius loci hæc sententia est, quandocumque superior fuerit æmulis suis, qui primum locum apud amicam pretio emere conantur: te marmoream locabit prope lacus Albanos: vbi Paullus optima prædia habebat, inquiunt.

PONET MARMOREAM] tibi marmoreum signum statuet: & ita Porph. explicat. sic Virg. Georg. 3. *Et viridi in campo templum de marmore ponam.* Idem Melibœo: *lani de marmore tota a Puniceo stabis suras euincta cothurno.* E

SVB TRABE CITREA] sic reperi scriptum in codice Cleric. Nicot. Russard. nisi quòd in Nicotiano erat *ciptrea.* & ita habebant duo Vaticani, & nonnulli alij: quod tamen in priore editione aliud agens neglexeram. Atque hoc posteà obseruatum ab Iac. Cruquio Messinio, viro in primis docto reperi. Est autem citrus, arbor odorata, ex qua citrea mâla: & citreæ mensæ. Petronius Arbiter, *ecce Afris eruta terris Citrea mensa, greges seruorum, ostrúmque renidens Ponitur.*

PLVRIMA NARIB. DVCES TVRA.] plurimi tibi ex ture incendentur odores. *Duces naribus,* quasi diceret, bibes naribus, vt suprà Od. 13. *bibere aure.* lib. 2. *Densum humeris bibit aure vulgus.*

LYRÆQVE ET BEREC.] quidam libri manuscrip. habent, *lyráque & Berecinthia Delect. tibia, &c.*

BERECYNTHIÆ] Phrygiæ. suprà Od. 18. lib. 1. *cornu Berecynthium* dixit, quo vtebantur in F sacris Bacchi, & matris deorum. vide annot. ad Od. 16. lib. 1.

NON SINE FISTVLA] tria hîc organa musica enumerantur, lyra, tibia, fistula: quæ vt inter se differunt, ita ab alijs atque alijs inuenta sunt. lyra enim ab Apolline, seu, vt alij volunt, à Mercurio: tibia à Marsia: fistula à Pane.

PEDE CAND. IN MOR. SAL. TER QVAT.] Saliorum in morem ter saltabunt. Od. 36. lib. 1. *Nec morem in Salium sit requiés pedum.* pellere, aut pulsare, aut quatere terram, pro eo, quod est, saltare, apud hunc poëtam valdè sunt vsitata. vide Od. 4. lib. 1.

NEC SPES ANIMI CRED. &c.] nec spes cum persuasione coniuncta fore, vt mutuo amer ab ea, cuius impotenti amore captus sum.

NEC CERTARE IVVAT MERO] epist. ad

A ad Mæcen. 3. lib. 1. *Nocturno certare mero, putêre diurno.* Od. 12. lib. 2. *certare ioco.*

SED CVR HEV, LIG. CVR.] posteaquàm multis verbis ostendit, se iam ad amorem esse ineptum, atque (vt ita dicam) mancum, denique iudicio tandem, ac voluntate ab huiusmodi delicijs, ineptijs, ac nequitijs abhorrere: nunc vi amoris coactus fatetur se, quamuis ætate iam ingraueſcẽte à tali mollitie, ac nequitia remotissimus esse debeat, amore Ligurini pueri incensum tamen ad pristinas lasciuias reuocari.

MANAT RARA M. LACR.] lacrymarum raritas acrem quidem significat doloris vim esse, quæ lacrymas exprimat: veruntamen ita lentum, & tabificum morbum, vt non vniuersæ erumpãt, sed spatio interposito guttatim defluant.

INTER VERBA CADIT] titubat, hæsitat in medio sermone. Plutarchus in Demetrio ἐπίσχεσιν φωνῆς appellat. Seruius hunc locum profert ad versum illum Virg. Æneid. 4. *Incipit effari, mediáque in voce resistit.* Vide annot. ad Od. 13. lib. 1.

NOCTVRN. TE EGO SOMN.] quo quisque in studio diem conterit, & quibus in curis est
B occupatus, eas res plerumq; somniare solet: quod elegantissimis versibus docet Lucret. lib. 4. *Et, quo quisque fere studio deuinctus adhaeret, Aut quibus in rebus multum sumus antè morati, Atque in qua ratione fuit contenta magis mens, In somnis eadẽ plerumque videmur obire: Causidici causas agere, & componere leges: Induperatores pugnare, & prælia obire, Nauta cum ventis contractum cernere bellum.* sic autem hunc postremum Lucretij versum emẽdaui. Virg. pharm. *an qui amant ipsi sibi somnia fingunt?* sic Philippides ille apud Aristoph. ἐνυφίλαις equos somniat. huc pertinẽt ea, quæ notat Seru. ad illud Virg. Alexide. *Eheu, quid volui mis. m. &c. Quem fugis?* de gemina voluptate: vna, quæ re vera, & sensibus percipitur: altera, quæ cogitatione informatur. Vnde ita debemus accipere, hunc vsum, per cogitationem, opinata illa & depicta voluptate: qua cernere & alloqui videbatur absentem. Hæc fere Seruius.

C PER GRAMINA MART. CAMPI] quasi ludentem in campo Martio.

PER AQVAS VOLVB.] quasi in Tibiri denatantem.

DVRE] inexorabilis.

## AD ANTONIVM IVlum, M. Antonij triumviri fil. Ode 2.

Pindarum imitari periculosum esse.

*PIndarum quisquis studet æmulari, Iule, ceratis ope Dædaléa*
*Nititur pennis, vitreo daturus*
*Nomina ponto.*
*Monte decurrens velut amnis, imbres* D
*Quem super notas aluere ripas,*
*Feruet, immensúsque ruit profundo*
*Pindarus ore,*
*Laurea donandus Apollinari,*
*Seu per audaceis noua dithyrambos*
*Verba deuoluit, numerísque fertur*
*Lege solutis:*
*Seu deos, regésque canit, deorum*
*Sanguinem: per quos cecidere iusta*
*Morte Centauri: cécidit tremendæ*
*Flamma Chimæræ:*
*Siue, quos Eléa domum reducit*
*Palma cælesteis: pugilémve, equúmve*
*Dicit: & centum potiore signis*
*Munere donat:*
*Flebili sponsæ iuuenémve raptum* E
*Plorat: & vireis, animúmque, moréſ-*
*Que aureos educit in astra, nigró-*
*Que inuidet Orco.*
*Multa Dircæum leuat aura cycnum,*
*Tendit, Antoni, quoties in altos*
*Nubium tractus: ego apis Matinæ*
*More, modóque*
*Grata carpentis thyma per laborem*
*Plurimum circa nemus, uuidíque*
*Tiburis ripas, operosa paruus*
*Carmina fingo.*
*Concines maiore poëta plectro*
*Cæsarem, quandoque trahet feroceis* F
*Per sacrum cliuum, merita decorus*
*Fronde, Sicambros:*
*Quo nihil maius, meliúsve terris*
*Fata donauere, boníque diui,*
*Nec dabunt: quamuis redeant in aurum*
*Tempora priscum.*
*Concines lætósque dies, & urbis*
*Publicum ludum, super impetrato*
*Fortis Augusti reditu, forúmque*
*Litibus orbum.*
*Tum meæ, siquid loquar audiendum,*
*Vocis accedet bona pars: & ô Sol*
*Pulcher, ô laudande, canam recepto*
*Cæsare felix.* *Téque,*

Digitized by Google

A *Teque, dum procedis, Io triumphe,*
*Non semel dicemus, Io triumphe,*
*Ciuitas omnis: dabimúsque diuis*
*Tura benignis.*
*Te decem tauri, totidémque vaccæ,*
*Me tener soluet vitulus relicta*
*Matre, qui largis iuuenescit herbis*
*In mea vota,*
*Fronte curuatos imitatus igneis*
*Tertium Lunæ referentis ortum,*
*Quà notam duxit, niueus videri,*
*Cetera fuluus.*

PINDARVM] hæc Ode est ad laudandum cõparata, seu ἐγκωμιαστική. Laudat autem Pindarum poëtam lyricum, Thebanum.

ÆMVLARI] æmulari cum quarto casu iunctum, imitari significat.

B I-VLE] prima vocalis huius nominis pertinet ad pedem vltimum primi versus, hoc modo, *æmulari I-ule, &c.* vt rectè animaduertit Passeratius: quod & alibi. Od. 2. lib. 1. *Ioue non probante v-Xorius amnis.* &, vt in quibusdam libris legitur, Od. 27. lib. 3. *potes hac ab orno Pendulum zona bene te secuta e-Lidere collum.* & apud Catull. carmine de Iuliæ & Manlij nuptijs. *Flere desine: non tibi Au-Rũculeia periculũ est, Ne qua fœmina pulchrior, &c.*

CERATIS OPE DÆDALEA, &c.] *ceratis*, id est, cera iunctis. ope Dædaléa autem, id est, arte Dædali: quemadmodum Icarus scilicet. De Dædalo & Icaro, satis multa diximus ad Od. 1. & 3. lib. 1.

PENNIS] nonnulli libri veteres, habẽt *pinnis*.

VITREO] pellucido instar vitri: διαφανῆ, vt Od. 13. lib. 3. *ô fons Blandusiæ splendidior vitro.* & Od. 18. lib. 1. *Arcanique fides prodiga perlucidior vitro.* vel vitreum dixit quia aqua omnis vitrei, id est, viridis, aut cærulei coloris videtur, vt annot. C ad Odam 17. lib. 1.

MONTE DECVRR. VELVT AMN. &c.] Ordo verborum talis est. feruet Pindarus velut amnis monte decurrens, id est, torrens, quẽ imbres, &c. significat hoc simili, Pindarum verbis esse grandem & elatum, sententijs vberem & copiosum, ipso sermonis cursu celerem, & incitatum. de hoc autem genere ordinis aliquantũ perturbati dicemus ad illum locum Saty. 5. lib. 1. *aqua non ditior urna Qui locus à forti Diomede est conditus olim.* huc pertinent, quæ annotauimus ad illum locum, *cetera fluminis Ritu feruntur, &c.* Od. 29. lib. 3. Quòd autem quidam libri habent, *Cum super notas saliere ripas:* non placet, neq; ferri potest. Quid est enim *imbres saliere super ripas?* dixisset potius, cùm amnis salijt super ripas notas, seu potius extra ripas. Omnino inepta scriptura est, & primùm ab aliquo semidocto, & tamen cõfidente, excogitata, atque adscripta: deinde ab aliquo scriptore librario in texturam verborum D translata.

LAVREA DONANDVS APOLLINARI] Sup. Od. vlt. lib. 3. *laurum Delphicam* dixit. & infrà Oda prox. *Delijs Ornatum foliis ducem.*

SEV PER AVD. NOVA DITHYR.] M. Tull. lib. 3. de oratore, de numeris oratorijs disputans, *Namque ego* (inquit) *Theophrasto assentior, qui putat orationem, quæ quidem sit polita, atque facta quodammodo, non astrictè, sed remissius numerosam esse oportere. Etenim, sicut ille suspicatur, ex illis modis, quibus hic vsitatus versus efficitur, pòst anapæstus procerior quidam numerus efloruit: inde ille lecentior & diuitior fluxit dithyrambus, cuius membra, & pedes* (vt ait idem) *sunt in omni locuplete oratione diffusa: &, si numerosum est id in omnibus sonis atque vocibus, quod habet quasdam impressiones, & quod metiri possumus interuallis æqualibus, rectè genus hoc numerorum, dummodo ne continuum sit, in orationis laude ponetur.* quo ex loco colligi potest, dithyrambum, pedem non fuisse, sed vel chorum, vel carmen aliquod, ídque in Bacchum, qui præter alia, etiam hoc nomine appellatur, vt suprà diximus. Idem Tull. in eo libello, qui inscribitur de E optimo genere oratorum, dithyrambicum genus in poëmatis numerat. *Poëmatis enim* (inquit) *tragici, Comici, Epici, Melici etiam, ac Dithyrambici, quod minus est tractatum à Latinis, suum quoduis genus est diuersum à reliquis.* Iam Dithyrambũ Olymp. carm. 13. Pindarus significat Corinthi esse inuentum, eúmque βοηλάτῳ nominat, vel quòd victori bos erat præmium, vel quòd cum clamore recitabatur: quamuis idem Pindarus in primo dithyrambo (vt scribit eius interpres: Nam nihil nos quidem comperti habere possumus, cũ omnes Pindarici dithyrãbi interierint) dicat Thebis esse repertum. Tradunt nonnulli dithyrambum, chorum fuisse in orbem actum, ad honorẽ Bacchi, laudémque pertinentem: eúmque esse appellatum ἀπὸ τῆ Διονύσε τῆ ὀκ δύο θυρῶν ἐξελθόντος, id est, à Baccho binis foribus egresso, nempe ex vtero materno, & Iouis femore: Postremò illius inuentores fuisse Corinthios in Dionysiacis. hæc Pindari interpretes. Alij Bacchum ipsum διθύραμβον, & Θρίαμβον esse dictum scribunt. Fuisse autem dithyrambos planè Bacchicos, in eísque magnam vim ad animos concitandos & perturbandos fuisse, neque eos vllis, præterquàm furore quodam affectis, & lymphaticis conuenisse, declarat Plato in Phædro his verbis, Σιγῆ πίνων ἄκυε. τῷ ὄντι γὰρ θεῖος ἔοικεν ὁ τόπος εἶναι. ὥστε ἐὰν ἀρᾳ πολλάκις νυμφόληπτος ἐπιῤῥοῦντος τοῦ λόγου χάνωμαι μὴ θαυμάσῃς. τὰ γὰρ νῦν ἐγὼ πόῤῥω διθυράμβων φθέγξομαι: id est, tacitus ergo audi. Reuera enim diuinus hic locus videtur esse. Itaque si crebrò tibi progrediente oratione lymphatus fieri videar, ne mirare. Nunc enim, quæ loquor, nõ longè absunt à dithyrambis, audaceis autem appellat dithyrambos, vel propter inusitatam & audacem verborum iuncturam, vel propter pedes & numeros lege solutos, vt mox subijcit.

DEVOLVIT] deorsum voluit, id est, quasi è superiore loco verba fundit, verba grandia loquitur.

Digitized by Google

A quitur. permanſit autem in priore ſimilitudine fluminis magna vi delabentis, & præcipitantis.

LEGE SOLVTIS] non quod numeri Pindarici, etiam dithyrambici, lege ſint ſoluti, ſed quod numerorum dithyrambicorum maior ſit licentia, quàm aliorum.

SEV DEOS, REGESQVE] quidam libri habent, *regéſue*. Deos, vt Apollinem: reges: vt Hieronem Siciliæ regem.

DEORVM SANGVINEM] Homerus multis locis διογενέας, & διοτρεφέας βασιλῆας, id eſt, à Ioue natos, & à Ioue educatos, appellat: & Heſiod. Ex δὲ Διὸς βασιλῆες. id eſt, Ex Ioue reges.

CENTAVRI] Herculem, Pirithoum, & ceteros Lapithas ſignificat, qui centauros deuicerunt.

CECIDIT TREM. FLAM. CHIMÆ.] Bellerophontem ſignificat: de quo lege Pindar. carm. 13. Olymp. & vide annot. ad Od. 27. lib. 1.

ELEA DOM. RED. PALMA] Virg. Georg. 1. *Eliadum palmas Epiros equarum.* & 3. *Hic vel ad Eléi metas & maxima campi Sudabit ſpatia, & ſpumas aget ore cruentas.* & lib. 6. Æneid. *Quattuor hic inuectus equis, & lampada quaſſans, Per Graiûm populos, mediæq; per Elidis vrbẽ Ibat ouans, &c.*

B CÆLESTEIS] id eſt, quaſi cælum gloria attingenteis, vel cum alijs cæleſtibus ob gloriam cõparandos.

PVGILEMVE. EQVVMVE] ſiue eum laudat, qui pugilatu vicerit, ſiue eum, qui curſu, & certamine equeſtri ſuperior fuerit. epiſt. ad Piſones, *Et pugilem victorem, & equum certamine primum.* alij de Caſtore & Polluce dictum volunt, à quibus diſſentio.

ET CENT. POTIORE SIGN. MVNERE] videlicet carminibus donat, quæ quibuſlibet ſignis & operibus manu factis ſunt diuturniora. Pindarus Nem. quinto carmine ait ſe non eſſe ſtatuarum faciendarum artificem, neque ſigna fingere motu carentia, & quæ perpetuò inſiſtant in ſua baſi: ſed carmina condere, quæ terras & matia peragrent, eorúmque, qui certamine aliquo victores extiterint, laudes nuntient, & coronas. Verba Pindari ſunt hæc, ἐκ μὲν ἁρμοτὰ πνοὰς εἰμὶ ὥς τ' ἐλικιδόντι ἐργάζεσθαι ἀγάλματ' ἐπ' αὐτᾶς βαδιμίδος ἑσταότ', ἀλλ' ἐπὶ πᾶσαν
C ὁλκάδος σοῖχ' ἀπ' Αἰγίνας διαγγέλλοισ', ὅτι λάμπωνος υἱὸς πυθέας εὐρυσθενὴς νικᾷ νεμέοις παγκρατίῳ στέφανον.

FLEBILI SPONSÆ] flebilis hoc loco valet triſtis, mœſtus. Interdum ſignificationem habet patiendi, vt Ode 24. lib. 1. *Multis ille bonis flebilis óccidit.* ſiue (inquit) deplorat ſponſum ſuæ ſponſę immatura, atque acerba morte ereptum.

MORES AVREOS] id eſt, mores antiquos, & aureæ ætatis, atque ex eo probos, caſtos, & ſanctos. vt Od. 16. epod. *Vt inquinauit ære tempus aureum.* eôdem pertinet, quod ſtatim ſequitur: *quãnis redeant in aurum Tempora priſcum.* Nota eſt autem ex Heſiodo ætas aurea, argentea, ærea, ferrea. Χρύσεον μὲν πρώτιστα γένος μερόπων ἀνθρώπων Ἀθάνατοι ποίησαν, &c. id eſt, Aureũ quidẽ primum genꝰ homi num, diſtinctè & articulatè loquentium fecerunt dij immortales. &c.

EDVCIT IN ASTRA] i. vt Od. 25. lib. 3. loquitur, *ſtellis inſerit.* Catull. *vocare in calum.* Virg. Æneid. 3. *tollere in aſtra.* M. Tull. *ferre in calum.* idem ad Att. lib. 2. *laudes noſtras in aſtra ſuſtulit.* ſic idem Horat. Saty. 7. lib. 2. *abſentem ruſticus vrbem Tollis ad aſtra leuis.* Idem epiſt. ad Fuſc. Ariſt. *Quæ vos ad calum effertis rumore ſecundo.* corruptè autem legitur in alijs libris *deducit*, cùm libri ferè omnes veteres habeant, *educit.* ſic Virg. lib. 2. Æneid. *calóque educere iuſſit.* ibid. *ſummiſq; ſub aſtra Eductam tectis.* D

. NIGROQVE INVIDET ORCO] adimit Orco, id eſt, à morte vindicat. nam quæ alijs inuidemus, adimimus, aut certè adimere volumus.

DIRCÆVM] Pindarum poëtam Thebanum. Dirce fons Thebanus. cycnum autem, id eſt, vatem. ſup. Od. 20. lib. 2. *& album mutor in alitem.* de cycnis dicemus ad Od. proximam. horum autem verborum hæc ſententia eſt: Pindarus longè ſe ab humo tollit, quoties canit Deorum, aut regũ, aut victorum laudes. non ſerpit humi, ſed ſublimis, & longiſſimè remotus à terra volat.

EGO APIS MAT. M.] Pindarum quidem cum cycno, ſe autem cum ape Calabra comparat, arrogantiæ crimen fugiens. ſic Lucret. lib. 4. in E
princip. ſe cum apibus comparat. *Floriferis vt apes in ſaltibus omnia limant, Omnia nos itidem depaſcimur aurea dicta.* vſus eſt eadem comparatione & Simonides, vt refert Plutarchus πῶς ἂν τις αἰσθοιτο ἑαυτῶ, &c. his verbis, Ὡσπερ γὰρ αἴθεσιν ὁμιλεῖν ὁ Σιμωνίδης φησὶ τὴν μέλιτταν, ξανθὸν μέλι μηδομέναν, &c. id eſt, quemadmodũ. n. verſari circum flores apem ait Simonides, mel flauum molientem, &c.

MATINÆ] Calabræ. Nam Matinus mons in Calabria eſt. ſuprà Od. 28. lib. 1. *littus Matinum.* & Od. 16. epod. *Matina cacumina.*

CARPENTIS THYMA] ſic ſup. Od. 27. *carpere flores:* quod Græci vno verbo dicunt ἀνθολογεῖν. vide annot. ad Od. 11. lib. 1.

VVIDIQVE TIBVRIS] ſup. Od. 29. lib. 3. *vdum Tibur.* idque propter aquarum, quibus irrigatur, copiam, vt Od. proxima. *Sed quæ Tibur aquæ fertile perfluunt.* [al. *præfluunt.*]

OPEROSA] elaborata, laborioſa, multo labore perfecta. Od. 12. lib. 3. *Mineruam operoſam* dixit. & Od. 1. lib. 2. *diuitias operoſiores.* iam *operoſa parvus*, αἰνίθεσις eſt. F

CARMINA FINGO] facio, tamquam figulus, aut fictor. fictor cùm dicit fingo, figuram imponit, inquit Varro lib 5. de ling. Lat. Virgil. Georg. 3. *& dædala fingere tecta.* lib. 8. Æn. *& corpora fingere lingua.*

CONCINES] canes. vtitur eodem verbo & Catull. in nupt. Iuliæ & Manl. *Nuptialia cõcinens Voce carmina tinnula.* aliter M. Tull. de finibus 5. *vidéſne vt hæc concinant?* id eſt, concordent?

MAIORE POETA PL.] verſibus ſublimioribus, & carmine grauiore, & maiore ſcribendi ſpiritu.

QVANDOQVE] quandocumque, vt Od. ſuperiore.

PER SACRVM CLIVVM] per cliuum Capitolinum, qui forum Romanum ſpectat. Nam, qui triumphabant, per viam ſacram, & forum Romanum

Digitized by Google

manum in Capitolium vehebantur, vt intelligere licet ex M. Tull. orat. de supplicijs. *At etiam, qui triumphant, eóque diutius vinos hostium duces seruant, vt his per triumphum ductis, pulcherrimũ spectaculum, fructúmque victoriæ populus Ro. percipere possit, cùm de foro in Capitolium, currum flectere incipiunt, illos duci in carcerem iubent, idémque dies & victoribus imperij, & victis vitæ finem facit.* Alij putant per eum cliuum, triumphum agi solitum esse, qui Velabrum attingit, auctoritate Suetonij adducti, in Iulio Cæsare: cuius hæc verba sunt, *Gallici triumphi die Velabrum præteruehens pene currum excussus est, axe effracto, ascenditque Capitolium ad lumina quadraginta elephantis dextra, atque sinistra lychnuchos gestantibus.* Porphirio *per sacrum cliuũ* interpretatur, per sacram viam, qua in Capitoliũ ascendebatur per ascensum Capitolij.

SICAMBROS] Germaniæ populos, Menapijs finitimos, quos hodie Gheldrenseis appellam⁹. infrà Oda 15. *Te cade gaudentes Sicambri Compositis venerantur armis.* Non dissimulabo in aliquot libr. manuscr. scriptum esse *Sygambros.*

B BONIQVE DIVI] sic Od. 5. huius lib. *Diuis orte bonis optime Romulæ Custos gentis.* boni autem Dij appellantur, id est, benefici, largi, liberales.

IN AVRVM PRISCVM] in aureos mores: in mores illius ætatis, aureæ.

ET VRBIS PVBL. LVDVM] & publicam ciuitatis lætitiam, quam declarabit populus ferijs, & festis diebus, & ludo.

FORVMQVE LITIBVS ORBVM] Æschines in nobili illa oratione contra Ctesiphontem, reprehendens statim à principio orationis, suorũ temporum mores, querénsque veterum instituta esse corrupta, dicit, si hoc, & illud fiat, tũ & ciuitatem optimè administratum iri, & iudicia paucissima futura, quasi iudiciorum & accusationum frequentia, & multitudo sit vnum ex reip. malis non minimum. verba Æschinis hæc sunt: *ὅπου γὰρ αἰ̃ μυριάδας ἢ πόλις ἄριστα διοικεῖσθαι, αἵπερ κρίσεις ἐλαχίστας γίνεσθαι.* & Plato lib. 3. de rep. ostendit, in ea ciuitate, vbi increbruerit intemperantia, multa iudicia multásque liteis exsistere: quemadmodum, vbi est morC borum multitudo, ibi sunt crebræ medicorum, & pharmacopolarum officinæ. Videtur autem Horatius, vt putabat Ios. Scaliger, expressisse hoc Pindaricum Isthm. *εὐδ. δ. Κεκλαδεννᾶς τ' ὀρφανοὶ ὕβριος*, id est, contumeliæ magnum sonitum edentis expertes. sed hoc interest quod ὀρφανοὶ, apud Pind. significationem habet actiuam: orbum apud Horat. passiuam.

TVM MEÆ, SI QVID LOQVAR, &c.] bona & præcipua meæ vocis pars, constat è laudibus Cæsaris. ea igitur meæ vocis pars tum accedet ad tuos cantus, cùm Cæsar Sicambros deuictos & captiuos ducet in triumpho. & tum ego recepto Cæsare incolumi, felix & beatus, hæc canam: *ô sol candide, ô dies pulcher, & laudande.* Catull. ad seipsum. *Fulsere quondam candidi tibi soles.* contrà *solem nigrum* dicit Horat. Sat. 9. lib. 1. Quidam libri manuscr. habent, *siquid loquor audiendum, &c.* quæ lectio mihi non displicet. quin magnopere probatur.

RECEPTO CÆSARE] recuperato, qui videD batur amissus: vel de cuius salute laborabamus propter incertos belli euentus, & Sicambrorum, seu Sygambrorum, quibuscum bellum gerebat, ferocitatem, siue potius immanitatem. vtitur eodem vocabulo sup. Od. 7. lib. 2. *recepto Dulce mihi furere est amico.* & epist. 2. lib. 2. *Idem finitis studijs, & mente recepta.*

TEQVE D. PROCEDIS] Sic legendum videtur, & ita habent quidam libri manuscr. alij vt vulgati *Túque dum proc.* erítque hic ordo verborum, *dúmque tu procedis, &c.*

IO TRIVMPHE] Od. 9. epod. *Io triumphe, tu moraris aureos Currus, & intactas boues.* Varro lib. 5. de lingua Latina: *triumphare* (inquit) *appellatum, quòd cum imperatore milites redeuntes clamitant per vrbem in Capitolium eunti: io triumphe, io. idque à Θριάμβῳ Graco Liberi patris cognomento, potest ductum esse.*

BENIGNIS] liberalibus & beneficis erga nos, qui Cæsarem nobis saluum reddiderint. eodem sensu hîc deos *benignos*, quo paullo antè bonos dixit.

SOLVET] voto. damnantur votis ij, quibus E id, quod optarunt, contigit: & ita obligantur: soluuntur, cùm id, quod Dijs promiserant vel tacitè, vel diserte persoluunt.

RELICTA MATRE] vacca. sic infrà Sat. 3. lib. 2. de rana, *vnus vbi effugit, matri denarrat.*

IVVENESCIT] adolescit, fit iuuencus.

FR. CVRV. IMIT. IGN. TERT. LVNÆ, &c.] id est, qui cornibus imitatus est curuam tertiæ lunæ figuram, significat, huius vituli valde parua esse cornua, & ita vitulum admodum tenerum. varij sunt lunæ vultus, variæ figuræ, atque ex hac varietate, similitudines, & locutiones varias ducunt poëtæ. Hom. *ἰλ. ϕ.* Diomedis equum describens, ait eum toto corpore rufum fuisse, præterquàm quòd in fronte notam candidam, & rotundam instar lunæ habuerit. *Ος τὸ μὲν ἄλλο πᾶσαν φοινίξ ἐλῶ, ὃν δὲ μετώπῳ Λευκὸν σῆμ' ἐπέτυκτο σελήνῃ εἰδέλῳ ἔμμεν.* Horat. sup. Od. 12. lib. 1. *micat inter omneis Iulium sidus, velut inter igneis Luna minores.* Od. F xi. lib. 2. *neque vno Luna rubens nitet vultu.* eiusdem lib. Od. 18. *Nouæq; pergunt interire Lunæ.* Od. 7. huius lib. *Damna tamen celeres reparant cælestia Lunæ.* & Od. 6. *canentes Rite crescentem face noctilucam.* & carmine sæculari ad Deos, *Siderum regina bicornis.* Virgilius georgic. 1. *Luna reuertentes cum primùm colligit igneis.* Idem lib. 3. Æn. *quà se Plena per insertas fundebat luna fenestras.* ibidem, *Tertia iam Lunæ se cornua lumine complent.* Quidam libri habent, *Tertium lunæ referentis orbem:* quam scripturam minùs probo.

QVÀ NOTAM DVXIT] qua parte notam contraxit, candidus, cetero corpore fuluus.

NIVEVS VIDERI] Græca loquendi figura est. sic enim Græci *λευκὸς, ἢ φαιδρὸς ἰδέσθαι.* de qua plura dicemus ad Od. 8. huius lib. Sic describit equum Virgilius, quo puer Priamus vehebatur: *quem Thracius albis Portat equis bicolor maculis: vestigia primi Alba pedis, frontémque ostentans arduus albam.*

A CETERA] πᾶλλα. etiam hoc genus Græcum est. Eurip. in Oreste. ὦ, πᾶλιν γυναικὸς ἕνεκα στρατηλατεῖν, πᾶλλ' ἐδόκουν. id est, O præter quàm quòd strenuus es ad ducendum exercitum pro muliere, cetera nullius pretij homo. Horatius epist. ad Fuscum Aristium lib. 1. *Excepto, quòd non simul essẽs, cetera latus.* Plinius libro 36. cap. 6. *Luculleum marmor atrum alioqui, cum cetera maculis, aut coloribus commendetur.* Idem alibi, *Traduntin Mysia feram esse, quæ Bonasus vocatur, equina iuba, cetera tauro similem.* Virgil. Æneid. 3. *Consertum tegmẽ spinis: at cetera Graius.* Sallust. bello Iugurth. *Mauris omnibus rex Bocchus imperitabat, præter nomen, cetera populi Rom. ignarus.* Paterculus lib. poster. de Crasso, *qui vir cetera sanctissimus, immunisq; voluptatibus, &c.* M. Tull. aliter hanc sententiam efferret, vt in orat. perf. *subtilem hunc oratorem, nisi quòd solum, ceteroqui rectè quidam vocant Atticũ.* Idem ad Q. fratr. lib. 2. *Ego me in Cumano & Pompeiano, præter quàm quòd sine te, satis commodè oblectabam.* Idem tamen sic locutus est in Quinctiana, si, vbi vulgò legitur: *sanè ceterarum rerum paterfamilias & prudens & attentus: vna in re minus*

B *consideratus:* legendum est, *sanè cetera paterfamilias & prudens, & attentus, &c.* quemadmodum mihi aliquando visum est.

## AD MELPOMENEN
### Ode 3.

Se natum esse ad artem poëticam, eiúsq; beneficio nominis immortalitatem, & gloriam consecutum esse.

*QVem tu Melpomene semel*
*Nascẽtem placido lumine videris:*
*Illum non labor Isthmius*
*Clarabit pugilem: non equus impiger*
*Curru ducet Achaïco*
*Victorem: neque res bellica Delijs*
C *Ornatum folijs ducem,*
*Quòd regum tumidas cõtuderit minas,*
*Ostendet Capitolio:*
*Sed, quæ Tibur aquæ fertile præfluunt,*
*Et spissæ nemorum comæ,*
*Fingent Æolio carmine nobilem.*
*Romæ principis vrbium*
*Dignatur suboles inter amabileis*
*Vatum ponere me choros:*
*Et iam dente minus mordeor inuido.*
*O, testudinis aureæ*
*Dulcem quæ strepitum Pieri temperas:*
*O mutis quoque piscibus*
*Donatura cycni, si libeat, sonum,*
*Totum muneris hoc tui est,* D
*Quòd monstror digito prætereuntium,*
*Romanæ fidicen lyræ:*
*Quòd spiro, & placeo: si placeo: tuũ est.*

QVEM TV MELPOMENE, &c.] significat, eum, qui ad poëticam factus sit natura, neque clarum pugilem, neque ludis Olympicis equestri certamine victorem, neque præstantem imperatorem vmquam futurum: sed poetam nobilem.

PLACIDO LVMINE] oculis placidis, beneuolis, amicis, non obliquis, vt Callim. ὄμμασι λοξοῖς. Sappho. λοξὸν βλέψασα.

VIDERIS] aspexeris. vt suprà Od. 17. lib. 2, *Seu libra, seu me scorpius aspicit.* coniunctè autem sunt intelligenda *semel videris*, non *semel nascentẽ.*

ILLVM NON LAB. ISTHM.] i. certamen curule Isthmium. certamen autem Isthmium, seu Isthmicum à Sisypho fuisse institutum Melicertæ cadauere, quod à delphino in Isthmum, vbi sita Corinthus est, delatum fuerat, reperto, tradunt scriptores. certaminis præmium pinea corona erat: quæ prius ex apio fuerat. Isthmia ne Corin- E
tho quidem à Memmio euersa, fuisse intermissa: sed tantisper dum ciuibus infrequens, ac deserta fuit, à Sicyonijs fuisse procurata, atq; administrata scribit Pausan. Corinth.

ACHAICO] Eléo. Virg. lib. 1. Georg. *Eliadum palmas Epirus equarum.*

CLARABIT] clarum reddet. Vtitur hoc verbo M. Tull. in poemate illo de suis rebus gestis in secũdo consulatu: *Iuppiter excelsa clarabat sceptra columna*: & itẽ sæpe in Arato. & Lucr. li. 3. pro verbo declarãdi. *Hasce secundũ res animi natura videtur, Atque anima claranda meis iam versibus esse.*

NEQVE RES BELLICA, &c.] neque rebus benè gestis in bello, deuictísque ac subactis hostibus, laureatus, & aurato curru vectus triumphabit.

DELIIS] Delphicis & Apollinaribus folijs: i. laurea corona. Laurus enim Apollini sacra est.

OSTENDET CAPITOLIO.] hoc iccirco F
dicit, quia qui triumphabant, in Capitolium (vt suprà dixi) vehebantur.

PRÆFLVVNT] duo cod. Vatic. Torneſ. Russard. Nicot. habent *præfluunt*, quos secutus sum. nonnulli *perluunt*: alij, *perfluunt*, vt vulg. T. Liui quidem lib. 44. annal. ferè ita loquitur, vt habẽt libri illi, quos primo loco commemoraui. *Duo cingunt eam flumina: Clausula latere vrbis, quod in orientem patet, præfluens: Barbana ab regione, &c.*

COMÆ] frondes, vt infr. Od. 7. *redeunt iam gramina campis, Arboribúsque comæ.*

FINGENT] reddent, efficient. sic Virg. lib. Æneid. 2. *nec si miserum fortuna Sinonem Finxit, vanum etiam, mendacémque improba finget.* Sallust. bello Catil. *quæ natura, prona, & ventri obedientia finxit.* lege quæ annotata sunt sup. ad illum locũ, *Carmina fingo.* Oda 2. huius lib.

ÆOLIO] Sapphico, & Alcaïco. Od. 30. lib. 3. *Princeps Æolium carmẽ ad Italos Deduxisse modos.*

PRINCI-

Digitized by Google

A PRINCIPIS VRBIVM] Virg. in Tityro. *Verùm hæc tantũ alias inter caput extulit vrbeis, Quãtum lenta solent inter viburna cupressi.* Horat. Od. 14. huius lib. *o tutela præsens Italiæ, dominæq; Romæ.*

SVBOLES] sic habent tres Vatic. & aliquot alij libri manuscr. & ita apud Lucret. in emendatis codicib. lib. 5. *Siue virũm suboles, siue est muliebris origo.* & apud Virg. Pollione, *Cara Deũm suboles, magnum Iouis incrementum.* Festus, & Nonius. Per Romæ subolem populum Romanum significari puto.

ET IAM DENTE MIN. MORD. INVIDO] tamquam inuidia maior, vt sup. Od. 20. lib. 2. *inuidiaque maior Vrbeis relinquam.* Sic & Sallustius, *Gloria inuidiã vicisti.*

DVLCEM QVÆ STREPITVM] testudinis cantum, strepitum dixit, vt epist. 2. lib. 1. *At strepitum citharæ cessatum ducere curam.* & epist. 13. *nec meretrix tibicina, cuius Ad strepitum salias.* sed hoc loco addidit epithetum, *dulcem*: in illis duobus non item. Petrus Victorius in commentarijs suis in lib. 2. Aristot. de arte dicendi, scribit, fortasse Horatium in eandem culpam incidisse, cùm
B tibicinæ, seu tibiæ & citharæ cantum, strepitum nominauit, in quam Dionysius ille, qui Æneus dictus est, cùm Calliopæ vocem, κραυγὴν, id est, clamorem seu clangorem appellauit. Ego Horatium proprio nomine, non translato, vsum esse putarim. At Aristoteles diserte dicit nomen κραυγὴ translatè ab illo poëta esse positum, eamque trãslationem, vt vitiosam & ineptam, reprehendit. strepitum autem, quem ψόφον Græci vocant, propriè conuenire inanimis, docet idem Arist. lib. β. de anima, his verbis: *ἡ δὲ φωνὴ ψόφος τίς ἐστιν ἐμψύχου· τῶν γὰρ ἀψύχων οὐδὲν φωνεῖ, ἀλλὰ καθ' ὁμοιότητα λέγεται φωνεῖν, οἷον αὐλὸς, καὶ λύρα, καὶ ὅσα ἄλλα τῶν ἀψύχων.* id est, vox autem sonitus est quidam corporis animati. Inanimorum enim nihil vocem mittit: sed ex similitudine quadam vocem mittere dicuntur: exẽpli gratia, tibia, & lyra, & alia omnia inanima. Quòd si quis strepitum citharæ translatè dictum esse contendet: sic Horatium defendam, strepitũ
C ab eo esse positum, pro eo, quod Græci πρέπισμα, vel κρεσμὸν, vel quippiam simile, dicunt. πρεπίζειν autem translatum est ab hirundinis, aut cicadæ strepitu. κρέκειν verò verbum est fictum à re ipsa: significatque strepitum quendam edere: ex quo κρεγμὸν citharæ sonitum appellat Apollon. lib. 4. Argon. vbi de Orpheo loquitur, citharæ cantu Sirenum voces auertente. Idem ibid. φόρμιγγα εὔκρεγκτον nominat, id est, εὔηχον, suauiter sonantem, seu strepentem. eodem pertinet versiculus ille, quem testem producit Suidas, Ἀλλ' ὄκα δὴ πλάκτρῳ λοκρὶς ἔκρεξε χέλυς. id est, sed cum plectro Locra cithara strepuit. Ordo autem verborum hic est, O Pieri, id est, ô Musa, quæ testudinis, hoc est citharæ, aureæ dulcem strepitum temperas.

PIERI] vocandi casus, Græcus: qui breuis est, à recto in *is*. docet Seruius ad illum locum *Amarilli vocares*: in Tityro: & hunc versum profert.

TEMPERAS] moderaris, aptas, modularis, ad concentum concordem inflectis. vide annot. ad Od. 8. lib. 1.

O MVTIS QVOQVE PISCIBVS] Pisceis D omneis præter scarum, & fluuiatilem porcum, mutos esse, id est, vocem non mittere scribit Aristotel. sed Mnaseas Patrensis (vt scribit Athen. lib. 8.) ait pisceis, qui sunt in fluuio Clitore, vocaleis esse. Præterea Philostephanus pisceis quosdam πωμιλίας nomine; in Aorno vocem mittere tradit. Sed Pausanias Arcad. narrat se propterea, quòd acceperat πωμιλίας esse vocaleis, ad fluuium Aornum à prima luce vsque ad vesperam (quo tẽpore maximè vocem mittere dicebantur) commoratum esse: verùm ne tenuissimum quidem eorum sonum audiuisse. Vniuersè igitur piscium genus est ἄφωνον, id est, mutum, seu vocis expers. ex quo natus iocus ille Stratonici citharistæ in quendam Propin nomine, citharœdum, magna quidẽ corporis statura, sed imperitum artificem: μέγας ἰχθύς, id est, magnus piscis. piscem nominauit διὰ τὴν ἀφωνίαν, inquit Athenæus, propterea quòd nihil caneret, quod quidem esset ἀξιολόγον. significat autem Horatius, se beneficio musæ poëtam esse, non sua virtute, suóue ingenio, cùm ea possit etiã pisceis, qui sunt natura muti, vocaleis, atque adeò musicos efficere.

CYCNI.] Plato in Phædone cycnos vult esse cùm in omni reliqua vita, tùm maximè mortis tẽpore musicos, & canoros. sic enim apud illum loquitur Socrates, *ἀλλὰ φοβεῖσθε μὴ δυσκολώτερόν τι νῦν διάκειμαι, ἢ ἐν τῷ πρόσθεν βίῳ, καὶ, ὡς ἔοικε, τῶν κύκνων δοκῶ φαυλότερος ὑμῖν εἶναι τὴν μαντικὴν· οἱ ἐπειδὰν αἴσθωνται, ὅτι δεῖ αὐτοὺς ἀποθανεῖν, ἄδοντες καὶ ἐν τῷ πρόσθεν χρόνῳ, τότε δὴ πλεῖόν τε καὶ μάλιστα ἄδουσι χαιρόντες ὅτι μέλλουσι πρὸς τὸν θεὸν ἀπιέναι, οὗπερ εἰσὶ θεράποντες.* mox subijcit *ἔτι οἶμαι τῆ Ἀπόλλωνος ὄρνιθι*, id est, *sed veremini, ne amariore, atque iniquiore animo sim, quàm superiore vita fui: atque (vt apparet) ego vobis diuinandi scientia deterior cycnis esse videor: qui, vbi senserint sibi moriendum esse, cùm anteà canere soliti sint, tùm illo tempore plurimum, & maximè canunt, latantes se statim ad Deũ, cuius famuli sunt, abituros:* Lucianus autem in libello περὶ τῆ ἠλέκτρου, ἢ τῶν κύκνων, significat, totum illud esse fabulosum de electro, & de cycnorum cantu apud Eridanum. Nam irridentem eum nautæ, F qui putat quosdam homines canendi scientia, & facultate præditos, eo loco in aueis fuisse commutatos, atque iccircò etiam nunc canere, musicæ non oblitos. Ælianus lib. 1. ποικίλης ἱστορ. omnino nihil à Luciano dissidet. sic enim scribit de cycnis: *ὅτι δ' εἰσὶ φιλῳδοὶ, τῶτο μὲν ἤδη καὶ πεπύσμεθα. ἐγὼ δ' ἄδοντος κύκνου οὐκ ἤκουσα. ἴσως δ' ὑδ' ἄλλος. πεπίστευται οὖν ὅτι ᾄδει· καὶ λέγουσί γε αὐτὸν μάλιστα ἐκείνου εἶναι τὸν χρόνον εὐφωνότατον, καὶ ᾠδικώτατον, ὅταν ἢ περὶ τὴν καταφορὰν τοῦ βίου*, id est, *Cycnos autem canendi studio teneri; hoc quidem iam etiam omnium sermone vulgatum est. Ego autẽ canentem cycnum audiui numquam, & fortasse neque alius quisquam. sibi igitur omnes persuaserunt cycnum canere, aiúntque eum illo maxime tempore, maximè vocalem, & maximè canorum esse, cùm agit supremum vitæ diem.* & Plinius cap. 23. lib. 10. *Olorum morte narratur flebilis cantus, falsò, vt arbitror, aliquot experimentis.* Secutus igitur est Horatius opinionem vulgi, præsertim veterum poëtarum testimonio confirmatam. Lucretius lib. 3.

A proœm. *quid enim contendat hirundo Cygnis?* Idem lib. 4. *Paruus vt est cycni melior canor, ille gruum quàm Clamor in etheris dispersus nubibus Austri.* ibidem, *Nec simili penetrant aureis primordia forma, Cùm tuba depresso graviter sub murmure mugit: Vallibus, & gelidis orti cycni ex Heliconis Cùm liquidam tollunt lugubri voce querelam.* Virg. Mœr. *Vare tuum nomen, (superet modo, &c.) Cantantes sublimè ferent ad sidera cycni.* Idem lib. 7. Æneid. *Ceu quondam niuei liquida inter nubila cycni Cùm sese è pastu referunt, & longa canoros Dant per colla modos:* ad quem locum Seruius notat: *Secundum Plinium, qui ait in naturali historia, cycnos ideò suauius canere, quia colla longa & inflexa habent: & necesse est eluctantem vocem per longum & flexuosum iter varias reddere modulationes.* Ex quo δουλιχόδειροι dicuntur ab Homero, id est, δολιχαύχενες. Postremò Plutarchus lib. εἰ πρεσ. πολιτ. ex eadem opinione scripsit illa: Οὕτως ἐπὶ τὸ πραέπειν καὶ λέγειν μᾶλλον αἰθρώποις, ἢ κύκνοις τὸ ᾄδειν μέχρι πλευτῆς ζῷ φύσιν ἐσὶν, ὡς ἀφετέον τὴν πρᾶξιν, ὥσπερ πινὰ λύραν σύντονον: id est, Itaque quoniam agere, & dicere hominibus magis, quã cycnis canere vsque ad exitum vitæ consentaneum naturæ est, non est ea res omittenda, tanquã lyra quædam contenta. Quem Plutarchi locum mihi Germ. Valens indicauit.

B QVÒD MONSTR. DIG. PRÆTERE] notum illud est de Demosthene, *qui illo susurro* (vt ait M. Tull. Tuscul. 5.) *aquam ferentis mulierculæ vt mos in Græcia est, insusurrantisque alteri, hic est ille Demosth.* ὗτος ἐκεῖνος ὁ μισοβάρβαρος, *delectari se dicebat.*

ROMANÆ FIDICEN LYRÆ] epist. lib. 1. ad Mæcen. 3. *Libera per vacuum posui vestigia princeps, Non aliena meo pressi pede, &c.* Idem Oda 30. lib. 3. *Dicar quà violens obstrepit Aufidus, Et quà pauper aquæ Daunus agrestium Regnauit populorum, ex humili potens, Princeps Æolium carmen ad Italos Deduxisse modos.*

## DRVSI LAVDES.
### Ode 4.

C QValem ministrum fulminis alitem,
Cui rex deorum regnum in aueis vagas
Permisit expertus fidelem
Iupiter in Ganymede flauo,
Olim iuuentas, & patrius vigor
Nido laborum propulit insciũm:
Vernique, iam nimbis remotis,
Insolitos docuere nisus
Venti pauentem: mox in ouilia
Demisit hostem vividus impetus:
Nunc in reluctanteis dracones
Egit amor dapis, atque pugnæ:
Qualémve lætis caprea pascuis
Intenta, fuluæ matris ab vbere D.
Iam lacte depulsum leonem,
Dente nouo peritura, vidit:
Videre Rhæti bella sub Alpibus
Drusum gerentem, Vindelici: (quibus
Mos vnde deductus per omne
Tempus Amazonia securi
Dextras obarmet, quærere distuli:
Nec scire fas est omnia) Sed diu,
Latéque victrices cateruæ
Consiliis iuuenis reuictæ
Sensere, quid mens rite, quid indoles
Nutrita faustis sub penetralibus
Posset, quid Augusti paternus
In pueros animus Nerones.
Fortes creantur fortibus, & bonis:
Est in iuuencis, est in equis patrum E
Virtus: nec imbellem feroces
Progenerant aquilæ columbam.
Doctrina sed vim promouet insitam:
Rectique cultus pectora roborant:
Vtcumque defecere mores,
Dedecorant bene nata culpæ.
Quid debeas, ô Roma, Neronibus
Testis Metaurum flumen, & Asdrubal
Deuictus, & pulcher fugatis
Ille dies Latio tenebris:
Qui primus alma risit adorea,
Dirus per vrbeis Afer vt Italas,
Ceu flamma per tedas, vel Eurus F
Per Siculas equitauit vndas.
Post hoc secundis vsque laboribus
Romana pubes creuit: & impio
Vastata Pœnorum tumultu
Fana deos habuere rectos:
Dixítque tandem perfidus Annibal,
Cerui luporum præda rapacium
Sectamur vltro quos opimus
Fallere, & effugere est triumphus.
Gens, quæ cremato fortis ab Ilio
Iactata Tuscis æquoribus sacra,
Natósque, maturósque patres
Pertulit Ausonias ad vrbeis,

Duris

A *Duris vt ilex tonſa bipennibus*
*Nigræ feraci frondis in Algido,*
*Per damna, per cædeis ab ipſo*
*Ducit opes, animúmque ferro.*
*Non Hydra ſecto corpore firmior*
*Vinci dolentem creuit in Herculem:*
*Monſtrúmve ſummiſere Colchi*
*Maius, Echioniæúe Thebæ.*
*Merſes profundo: pulchrior éuenit.*
*Luctere: multa proruet integrum*
*Cum laude victorem: gerétque*
*Prœlia coniugibus loquenda.*
*Karthagini iam non ego nuntios*
*Mittam ſuperbos: óccidit, óccidit*
*Spes omnis, & fortuna noſtri*
*Nominis, Aſdrubale interemto.*
B *Nil Claudiæ non perficient manus:*
*Quas & benigno numine Iupiter*
*Defendit, & curæ ſagaces*
*Expediunt per acuta belli.*

QVALEM MINISTRVM FVLMINIS,&c.] Quo tempore in lucem editus eſt Iupiter, eodem natam eſſe aquilam, & ad id prælium, quod aduer ſus gigantes commiſſum eſt, aduolaſſe, quaſi victoriæ Deorum nuntiam, tradunt fabularum ſcriptores. Itaque in auium partitione, Iupiter aquilam ſibi adoptauit: qua miniſtra, & nuntia vti ſolet ad eos, quibus læti aliquid ſignificare, quoſq; inſigneis, & claros efficere in animo habet. Propterea αἰετὸν à Græcis appellatum eſſe volunt non ἀπὸ τῆ αἴσσειν, ſed ἀπὸ τὸ ἐπὶ τὸν ἀληθῆ, id eſt, quia verum patefaciat, ac declaret. Qualis igitur (inquit) aquila eſt, quam iuuenta volandi ſeu potius pugnandi, & prædandi imperitam è nido primùm foras extruſit, ventíque verni docuerunt inſolitos volandi conatus, mox in ouium greges, & ſepta vigor à natura inſitus deorſum immiſit, tùm edendi, pugnandíque cupiditas in dracones incitauit, atque impulit: aut qualis eſt catulus leonis, quem caprea paſcuis intenta eius dentibus iamiam dilaceranda, ac peritura vidit, talem Druſum Rhœti, & Vindelici vidére, lege hac de re Strabonem lib. 4. & Paterculum lib. poſter.

REGNVM IN AV. VAG.] quamobrem auium rex eſt aquila? an quòd omnium auium celerrimè volat? an quia ſola ex auibus ſolem irretortis oculis intuetur, & ſpectat? an propter eius officia & fidem erga Iouem?

EXPERTVS FIDELEM] immo Iuppiter ipſe (vt eſt in fabulis) aquilæ ſpecie Ganymedem rapuit.

PATRIVS] paternus: nempe aquilæ. Itaque ſtatim ſequitur, *neque imbellem feroces Progenerãt aquila columbam.*

NIDO PROPVLIT] nido foras expulit nondum volatui aſſuefactam. in alijs lib. eſt *protulit:* ſed *propulit* malo: & ita habent libri aliquot manuſcripti: in quibus eſt Faërn. Vrſ. Vatic. 2. & quattuor, quibus hîc nuper in mea Gallia vſus ſum. D

LABORVM INSCIVM] vel volandi inſcium, ſeu inſuetum, ſequitur enim mox, *Inſolitos docuere niſus venti, &c.* vel prædandi, & pugnandi inſolentem, & neſcium, ſeu imperitum.

INSOL. NISVS] vel non vſitatos prædandi conatus, vel non vſitatos volatus.

MOX IN RELVCT. DR.] ſic apud Hom. *in.μ.* aquila ſerpentem correptum vnguibus, deferre in nidum ſuum parat. ſed à reluctante dracone acriter morſa, prædam ex vnguibus dimittere cogitur. quo auſpicio Polydamas Hectorem murum Græcorum oppugnare, & perrumpere cogitantem, reuocare ac deterrere conatur, ſed fruſtrà.

AMOR DAPIS] cibi cupiditas, & fames.

LACTE DEPVLSVM LEONEM] catulum leonis, modò ab vbere matris ſeiunctum, ſeu à lacte remotum. Virg. Tityro, *quòſ ſepe ſolemus Paſtores, ouium teneros depellere fetus.* ad quem locum Seruius, *depellere*, id eſt, à lacte remouere. ſic idem Virg. Melib. *Depulſos à lacte domi quæ clauderet agnos.* idem Pãlæmone, *Dulce ſatis humor, depulſis arbutus hædis.* E

DENTE NOVO PERITVRA] peritura dente leonis iuuenis nouo, id eſt, nondum prædæ aſſuefacto, ſeu nondum in pugna exercitato.

RHOETI] Strabo lib. 4. Rhœtos, & Vindelicos in ijs Alpium partibus collocat, quæ ad orientem, & Auſtrũ ſpectant, vt ſint Heluetijs, & Boijs finitimi: vbi & de Druſo eadem ſcribit, quæ hîc laudat Horatius. de Vindelicis etiam Ode 14. huius libri: *Vindelici didicêre nuper, Quid Marte poſſes. Rhœti, Vindelici* autem, eſt ἀσύνδετον, vel addenda copulatio, &, quæ tamen abeſt à codicibus Donati, Faërn. Torn. & duob. Vatic.

DRVSVM.] Claud. Druſum, qui in Germania diem ſuum obijt.

(QVIBVS MOS VNDE DED. &c.] id eſt, qui Vindelici quamobrem vtantur ſecuribus in prœlio Amazonum more, non nimis diligenter hoc quidem tempore exquiſiui, atque in aliud tẽpus diſtuli. Strabo lib. 2. quæ de Amazonibus tradita ſunt, monſtri ſimilia, fabuloſa, incredibilia denique eſſe exiſtimat, his verbis: Περὶ δὲ τῶν Ἀμαζόνων τὰ αὐτὰ λέγεται καὶ νῦν καὶ πάλαι πραττόμενα, καὶ πίστεως πόρρω. Τίς γὰρ ἂν πιστεύσειεν ὡς γυναικῶν στρατὸς, ἢ πόλις, ἢ ἔθνος συσταίη ἂν χωρὶς ἀνδρῶν, καὶ ὑμόνον γε συσταίη, ἀλλὰ καὶ ἐφόδους ποιήσαι ἐπὶ τὴν ἀλλοτρίαν χώραν, id eſt; *De Amazonibus eadem nunc dicuntur quæ & olim, nempe monſtri ſimilia, & longè à fide remota. Quis enim credat, mulierem exercitum, aut ciuitatem, aut nationem ſine viris conſiſtere, neque verò ſolùm conſiſtere, ſed etiam in alienos fineis incurrere atque inuadere potuiſſe?* Similem ἀπορίαν, ſeu εὐλάβειαν eſſe dicebat Ioſ. Scaliger apud Pindarum quodam loco, καὶ πῶς ἄνδρας ἀλκίμους δαίμων ἀπονώσας ἔλασεν. &c. Præclarè autẽ Horatius, id, quod ſciebat, aut certè accipere, atque audire potuerat, nempe Vindelicos,



Digitized by Google

A quos Liburnos esse putat Seruius, ab Amazonibus originem duxisse, se vel nescire, vel non quæsiuisse dicit, quasi in alia re magis occupatum, & aliud agentem. lege Seruium ad illum Virgil. locũ Æn. 1. *atque intima tutus Regna Liburnorum, &c.* Vbi hunc Horatij locum profert.

NEC SCIRE FAS EST OMNIA)] fas, id est, pote, δυατὸν, vt diximus sup. ad Od. 11. lib. 1. vel ita interpretare. nec scire licet omnia vt alij malunt: quibuscum pugnare nolo. Tibullus quidem fas pro eo, quod δυατὸν dicunt Græci, vsurpauit eleg. 9. lib. 1. *Nec tibi celanti fas sit peccare:* fortasse & eleg. 5. *proprios ego tecum, Sit modò fas, annos contribuisse velim.* & Propert. lib. 1. *Mi neque amare aliam, neque ab hac discedere fas est.* & Virg. lib. 7. Æn. *Quem neque fas igni cuiquam, nec sternere ferro.* & Cæs. lib. 1. de bell. Gall. *Eas ita dicere, non esse fas Germanos superare, si ante nonã Lunam prælio contendissent.*

SED DIV, LATÉQVE, &c.] superiora illa, *quibus mos vnde, &c.* vsque ad hunc locum, includenda sunt interpositionis nota: vel potius ita sunt legenda, vt à proposito sermone aberrantia: quod genus appellant Græci hyperbatum. iccircò hac particula, *sed,* vtitur Horatius. quam adhibere solent scriptores in hyperbatis, cùm ad id, vnde aberrarunt, regredi volunt. adhibent & has: verumtamen, igitur, & similes. cuius rei passim occurrunt exempla apud M. Tull.

CONSILIIS IVVENIS REVICTÆ] sic puto legendum, non, vt alij volunt, reuinctæ: & ita habet liber Faër. Don. Vrs. Torn. Vatic. 2. & alij quidam. Est autem hæc sententia: Rhœti (inquit) & Vindelici, qui olim victores latissimas excursiones etiam vsque ad agros Italiæ finitimos fecere, nunc consilijs Drusi vicissim victi, ac domiti, sensere quid mens, &c. hæc enim vis est verbi, *reuinco.* sic Lucr. lib. 5. *Ignis enim superare potest, vbi materiai Ex infinito sunt corpora plura coorta: Indè cadunt vires aliqua ratione reuicta.* non displicet tamen altera scriptura, *repressæ,* quæ reperitur in nonnullis emendatis codicibus. vide autem hac de re Strabonem lib. 4.

C INDOLES] indoles dicta ab *inolesco,* quod est increscо: & incrementum significat. ex eo pro ingenio puerili vsurpatur: quoniam vnà cum corpore ex sententia philosophorum mens crescit, & decrescit. NERONES] Tiberium & Drusum.

FORTES CREANTVR FORTIBVS] primo loco ponit naturam, & genus: deinde doctrinam, & educationem. sic Plato in oratione funebri: ἀγαθοὶ δ' ἐγένοντο διὰ τὴν φῦσιν ἐξ ἀγαθῶν. πολὺ εὐγένειαν οὖν πρῶτον ἐπικομιάζωμεν. δεύτερον δὲ προφῶτη, καὶ παιδείαν. id est, boni autem fuerunt, quia ex bonis nati sunt: generis igitur præstantiam primùm laudemus: deinde educationem, & doctrinam. sic Aristoteles politicorum tertio scribit esse probabile, viros præstantiores esse eos, qui è præstantiorib⁹ nati sint: nobilitas enim, generis præstantia, & perfectio est. verba Aristot. hæc sunt: ἡ δ' εὐγένεια παρ' ἑκάστοις οἶκοι τιμιος. ἔτι διότι βελτίους εἰκὸς τοὺς ὁκ βελτόνων. εὐγένεια γάρ ἐστιν ἀρετὴ γένους. Quantum valeant ad ingenium, hoc, vel illo habitu imbuendum, morésque conformandos, atque etiam inferendos D stirps generis, & educatio, declarant poetæ, qui, quem significare volunt sæuo, immiti, inhumano esse ingenio, eum dicere solent è saxis, ac rupibus, è mari natum, à leonibus educatũ, vt Hom. ἰλ. π. γλαύκη δὲ σ' ἔπεπτα θάλασσα, Πέτραι τ' ἠλίβατοι, ὅτι τοι νόος ἐστὶν ἀπλωής. id est, cæruleum autem te mare peperit, Rupésque præruptæ, quoniam tibi mẽs est infrenis atque indomita. Theocrit. εἰδ. γ. Νωῦ ἔγων τὸν ἔρωτα· βαρὺς θεός. ἢ ῥα λεαίνας Μασδὸν ἐβύλαξε, δρυμῷ τί μιν ἔτρεφε μήτηρ: quos versus Virg. expressit Pharmaceut. *Nunc scio, quid sit amor, duris in cotibus illum Ismarus, aut Rhodope, aut extremi Garamantes Nec nostri generis puerum, nec sanguinis edunt.* Idem Æneid. 4. *Nec tibi Diua parens, generis nec Dardanus auctor, Perfide, sed duris genuit te cautibus horrens Caucasus.* Catull. de nuptijs Pelei, *Quænam te genuit sola sub rupe leæna? Quod mare conceptũ spumantibus expuit vndis? Quæ Syrtis, qua Scylla vorax, qua vasta Charybdis?*

PROMOVET] prouehit, προάγει. amplificat virtutem à natura insitam.

FEROCES AQVILÆ] ferox, plerumque in laude ponitur, & siquando in vitio, non crudelẽ, sed elatum, aut animosum significat, vt sup. Od. E 5. lib. 2. *ferox ætas.* & infrà Od. 9. huius libri *ferox Hector.* annotatum ad Od. 15. lib. 1.

RECTÍQVE CVLTVS] nihil equidem muto, cùm hæc lectio ab omnibus codicibus, quos quidem viderim, confirmetur: sed putaui aliquãdo, Porphyrionis verbis motus, scriptum esse ab Horatio, *Rectique cultus pectora roborat:* vt, *cultus* sit numeri singularis. *recti* autem patrij casus à nomine neutro rectum, cti. quod est τὸ ὀρθόν. Nam hoc modo explicat Porph. nisi quòd *cultus* vult esse numeri multitudinis: nisi fortè Porphyrio corruptus est. Iam nomen *rectum* vsurpat Horat. & Saty. 8. lib. 2. *Rectum animi seruas?* id est, τὴν ὀρθότητα. rectitudinem redderemus Latinè, si pateretur Latini sermonis vsus. colere rectum autem, honestum, virtutem, veritatem: & cultus, id est, amor & studium recti, honesti, virtutis, veritatis, bonis scriptoribus sunt vsitata loquendi genera. Iam si *recti cultus* vtrumque numero multitudi F nis esse intelligetur, idem valebit, quod, rectæ institutiones, seu potius recta viuendi instituta: quẽ admodum primorum illorum hominum feram, & agrestem viuendi consuetudinem *feros cultus hominum recentum* dixit Od. 10. lib. 1. quam interpretationem multo malim, quàm illam Pseudoporphyrionis, nisi vna opera legamus *roborat,* & nomen *cultus* ita accipiamus, vt sit numeri singularis, vt dixi.

ROBORANT] si *cultus* sit numeri multitud. vt accipit Porph. legendum *roborant*: si singul. *roborat.* Verumtamen nihil muto.

VTCVMQVE DEFECERE MORES,] id est, vbicumque, seu quandocumque naturæ bonitas, quam εὐφυίαν Græci nominant, à bonis moribus, qui studium, exercitationémque desiderãt (vt docet Aristotel. lib. 2. de moribus ad Nicom.) destituta est: vitæ turpitudo bonum illud generis, & naturæ dedecore, maculáq; afficit. de particula,

Digitized by Google

A ticula, *vtcunq;*, diximus sup. ad Od. 17. lib. 1. licet & *benè nata* interpretari εὐγένειαν, id est, generis præstantiam, ac nobilitatem.

DEDECORANT] sic habet lib. Donati, & omnes vulgati. Faërni autem, & 2. Vat. *Indecorant.*

CVLPÆ] corrupti mores, seu facta improba ex corruptis moribus nata, & ideò culpanda, & vituperanda. *Culpa* numeri est multitudinis.

NERONIBVS] Claudio Neroni. de quo sic Sueton. *Claudius Nero aduenientem ex Hispania cum ingentibus copijs Asdrubalem, prius quam Annibali fratri coniungeretur, oppressit.*

TESTIS METAVR. FLVM.] sic Virg. Daph. *vos Coryli testes, & flumina nymphis.* & Propert. lib. eleg. *testes sunt sidera nobis.* quæ mihi indicauit Germa. Valens. & sunt notata à Seruio ad eum, quem commemoraui locum, in Daphn.

METAVRVM FLVMEN] sic sup. Od. 9. lib. 2. *Medum flumen.* & in epist. ad Pison. *Rhenum flumen.* fluuius est in Vmbria, ex Picenis finibus oriens, qui nomen retinet, nisi quòd aliquantum corruptum est. Nam hodie, *il Metro*, appellant Itali. Apud hunc fluuium cæsus est Asdrubal Annibalis frater.

B ET ASDRVBAL] Narrat T. Liuius lib. 27. Asdrubalē, qui cum recente exercitu Alpeis transcenderat eo consilio, vt sese cum fratre Annibale coniungeret, à M. Liuio Salinatore victum, ac cæsum esse, cùm haberet in suo exercitu quinquaginta sex hominum millia: eamque victoriam non minore opera Claudij Neronis, alterius consulis, esse partam, propterea quòd, cùm Annibali oppositus esset, relictis ita castris, vt hostem latêret, lecta manu profectus Asdrubalem circumuenit.

ET PVLCHER FVGATIS ILLE DIES, &c.] pulcher dies, id est, felix & fortunatus dies. sic loquitur. M. Tull. lib. 4. epist. ad familiar. *Noli querere, ita mihi pulcher hic dies visus est, vt speciē aliquā videre videre quasi reuiuiscentis reip.* Hora. infrà Oda prox. *Instar veris enim vultus vbi tuus Affulsit populo, gratior it dies, Et soles melius nitent.* Est autem hîc translatio, seu potius allegoria. Nam

C per diem pulchrum, diei illius lætitiam significat, quo die victus ac cæsus est Hasdrubal: per tenebras fucatas: metum ex omnium animis atque ex Italia depulsum, Karthaginiensibus, & Afris ex Italia pulsis.

RISIT] lætus, & hilaritatis plenus fuit, ἐγέλασε. vt infrà Ode 11. *Ridet argento domus.* & Lucretius lib. 5. *ridenteis vndas* dixit. vide annot. ad Oden 18. lib. 2.

ADOREA] victoria, & gloria. Plinius lib. 18. cap. 3. *Gloriam ipsam à farris honore adoream appellabant.* Pompeius Festus. *Adoream, laudem, seu gloriam dicebant, quia glorioſum eum putabant, qui farris copia abundaret.* Plaut. in Amphitr. *Quipręda, atq; agro, adoreaq; affecit populareis suos.* Propriè tamen adorea frugum copiam, & vbertatem significat. Varro lib. 4. de lingua Lat. *Plebi rura largiuntur adoream.*

DIRVS PER VRBEIS AFER VT] horum verborum hæc sententia est: pendentque à superioribus: *vt*, id est, posteaquàm Italiam peruasit, & percursauit Annibal, veluti flamma tedas, vel Eurus vndas peragrare solet, hic primus dies parta victoria lætitiam attulit populo Rom. Errant autem qui hîc legi posse putant, *Afer it Italas.* Iam *dirus Afer* consuetudine Horatiana dictū est. sic enim Oda 12. lib. 2. *Nec dirum Annibalem, nec Sicul. mare* & Oda 6. lib. 3. *Antiochum, Annibalemq; dirum.*

EQVITAVIT] sic Eurip. in Phœniss. Zephyrum equitasse in cælo dicit, Ἰόνιον κῦμ' πόντου ἐλάτᾳ πλεύσασα, πεζεύοντων ἵππων ἀκαρπίστων πεδίων Σικελίας ζεφύρῳ πτοαῖς ἱππεύσασα ἐν ἀέρωῖ. id est, Cùm in mari Ionio remis nauigasset super circumfluos, & fructus experteis Siciliæ campos, flatibus Zephyri in cælo equitantis. notauit Muretus lib. 1. Var. lect. cap. decimo.

POST HOC] post Asdrubalis cædem, victoriamque populi Rom.

SECVNDIS LABORIBVS] secundis prœlijs.

IMPIO] impio tumultu dixit, quoniā impiorum, & barbarorum est templa deorum, aras, statuas vastare, incendere, euertere, quod fecerunt

E Persæ, quo tempore Xerxe duce toti Græciæ bellum intulerunt. quam eorum immanitatem, atq; impietatem barbaram Æschylus his versibus describit in Persis: Οἱ γὰρ μολόντες ἑλλάδ', οὐ θεῶν βρέτη Ἁδῆτο συλᾶν, ὑ δὲ πιμπρᾶναι νεώς, Βωμοὶ δ' ἄϊστοι, δεμόνων θ' ἱδρύματα Πρόῤῥιζα φύρδην ἐξανέστραπται βάθρων. id est, Qui cùm in Græciam venissent, neque deorum simulacra diripere, neque templa incendere veriti sunt: aræ autem deletæ, deorumque statuæ funditus è sedibus suis euersæ sunt.

VAST. POEN. TVM. FANA DEOS HAB. RECT.] horum verborum hæc sententia est. fana à Karthaginiensibus anteà vastata, post hanc victoriam, Deorum statuas habuere rectas, seu erectas, quæ fuerant videlicet de suis sedibus deturbatæ. sic hunc locum explico, non, vt inepti quidam homines somniant, deos propitios. Deos autem pro Deorum statuis poni non est nouum, neque inusitatum. M. Tull. accus. Verr. procem. F *Deum deniq; nullum Siculis, qui ei paulo magis affabrè, atq; antiquo artificio factus videretur, reliquit.* Idem frumentar. *Deum verò nullum violauit, nullū attigit.* Idem de signis. *Dij ablati, fana vexata.* ibidē. *Tum imperator populi Rom. vir clarissimus Deos patrios reportabat Segestanis ex vrbe hostium recuperatos.* T. Liuius lib. 27. *Sed maiore generis eius prędā abstinuit Fabius, quàm Marcellus, qui interrogati scriba, quid fieri de signis vellet, (ingentis magnitudinis Dij sunt, suo quisq; habitu in modum pugnantium formati) Deos iratos Tarentinis relinqui iussit.* Iam verò quòd rectos hoc loco pro iustis, ac propitijs accipi volunt, in eo non satis mihi videntur Latini sermonis vsum tenere. rectum enim appellant propriè Latini, quod est directum, quod obliquo, prauoque contrarium, quod erectum est, quod stat: quorū reperiuntur exempla apud hunc poëtam. Catull. M. Tull. Horat. Saty. 2. lib. 1. *Candida, rectaq; sit.* epist. ad August. lib. 1. *Securus cadat, an recto stet fabula talo.* Catull. *Quinctia formosa est multis, mihi candida, longa, Recta est.* Idē rectos homines appellat, seruos lecticarios. M. Tull. A-

A cadem. lib. 2. *interesse oportet, vt inter rectum, & pra uum: sic inter verum, & falsum.* pro Murena, *homines, cùm rectè, & in loco constitissent, iuberi abire. & recti anguli* (εὐθεῖς nominant Græci) qui neque sunt acuti, neque obtusi, sed pares. Idem valet apud Græcos ὀρθός. Hom. ἰλιάδ. ω, ὀρθαὶ πεῖχες. Pausan. in Att. τὸ δ' ἄγαλμα τῆς Ἀθηνᾶς, ὀρθόν ἐστιν ἐν χιτῶνι ποδήρει. id est, simulacrum autem Palladis, rectum est cum tunica talari. & Eurip. in Hecuba, Ἕως μὲν οὖν ἦν γῆς ὀρθὰ ἔκειθ' ὁρίσματα. id est, Tantisper dum recti terræ siti erant termini, &c. & Athen. lib. 4. scribit Atheniensis templũ Dionysi rectum condidisse ab Amphictyone vini, & aquæ temperationem edoctos. tunc enim (inquit) rectus Bacchus est, & non ad prolapsionem procliuis, cùm vinum dilutum est, & cùm modicè bibitur: vt fortasse locus ille, qui est Od. 18. lib. 1. *non ego te candide Bassareu, Inuitum quatiam*, sic explicari possit. egò te inuito neque vinum immodicum, neq; aqua minus, quàm oporteat, temperatum bibam. *inuitum* autem dixit, quia quicquid fit dijs inuitis, atque iratis, infeliciter cadit, vt alibi dicemus. sed verba Athe. sunt

B hæc: διὰ τῦτο ἱερὸν Διονύσου ὀρθὸν ἱδρύσασθαι. πότε γὰρ ὀρθός ὅτι τῷ ὕπτι, καὶ ὁ σφαλερὸς, ὅταν συμμέτρως, καὶ κεκερασμένως πίνηται. Plato Lachete: ὀρθὴ ἂν ἡμῶν ἡ πόλις ἦν, καὶ οὐκ ἂν ἔπεσε ποιοῦντε τἄμα. id est, recta esset vrbs nostra, neque talem casum cecidisset. Per translationem autem sermonis, rectum pro eo, quod est cum virtute coniunctum, & pro bono ponitur, & rectè pro benè. M. Tullius pro Murena, *Negat fuisse rectum Catonem tam seuerè gesto consulatu pro Murena dicere.* & *rectè facta*, quæ Græci κατορθώματα dicunt: & *recta studia* in Topicis. & Horatius Oda 9. huius libri, *rectum animum secundis, dubijsq; rebus* appellat eum, qui neque secunda fortuna effertur, neque aduersa deprimitur, qui semper erectus est, nunquam aut nimium elatus, aut nimium demissus: & saty. 3. lib. 2. *rectum animi*, constantiam, æquabilitatem, tranquillitatem. Quod ita esse, vt dico, declarat eadem sententia alijs verbis expressa eadem satyr. *stare animo.* sic Horat. *Cum prudens*

C *scelus ob titulos admittis inaneis, Stas animo? stare animo* enim valet, animum habere à vitio purum, & incorruptum, minimeq; deprauatum. Et Plautus in Bacchid. *rectum ac ingenium bonum* dicit, qui non est deprauatus, qui non est procliuis ad nequitiam, aut libidinem. & Ennius. *Quò vobis mentes, recta quæ stare solebant. Ante hac, dementes sese flexere viai?* rectus autem pro eo, quem propitium, aut placatum, aut beneuolum dicimus, mihi non videtur esse vsitatum in tota lingua Latina.

CERVI LVPORVM PRÆDA] hæc dicuntur, ab Annibale. nos Karthaginenses, tamquam cerui, Romanos tanquam lupos, insequimur.

QVOS OPIM. FALLERE, ET EFFVG.] quos si effugere possimus, magnam Dijs habere gratiam, magnique triumphi loco ducere debeamus. tale est illud Terent. in Heauton. *triumpho, si licet me látere tecto abscedere*, id est, triumphi loco habeo, si mihi licet latus tegere, periculumque in quo versor, declinare. Græcè dicerem οὐ ὑπικκλίνειν καὶ ἐκφεύγειν πάνυ ἡμῖν ἀγαπητὸν ἔιη.

OPIMVS] amplus, magnificus. sic spolia opima dicuntur, quæ dux populi Rom. duci hostium detraxit. quod alibi annotauimus. D

FALLERE] id est, latêre. vide annot. ad Od. 10. lib. 1.

GENS, QVÆ CREMATO, &c.] hæc sunt vel ex secundo lib. Æn. notissima. ad hunc autem locum pertinent illa ex carm. sæcul. ad Deos: *Cui per ardentem sine fraude Troiam Castus Æneas patriæ superstes Liberum muniuit iter.*

NATOSQVE] & filium Ascanium, Æneas scilicet: item q3 suos liberos alij Troiani, qui Æneam secuti sunt.

MATVROSQVE PATRES] vt Anchisen Æneas. Virg. Æneid. 5. *aui maturus Acestes.* in lib. de art. poët. *Maturúsne senex, an adhuc florente iuuenta.* DVRIS VT ILEX, &c.] à similitudine ducta ab ilice, quæ bipennibus & securibus tonsa, id est, ramis spoliata, eo magis crescit, ostendit, Romanos incommodis, damnis, aduersis præ lijs & cædibus magis ac magis inualescere & vigere. ALGIDO] Algidum nomen montis est hoc loco, in agro Tusculano. vt Ode 21. lib. 1. *aut gelido prominet Algido*, oppidum etiam eodem nomine appellatur. E

PER DAMNA, PER CÆDEIS] Virg. lib. 11. Æn. *Bellum importunum ciues cum gente deorum, Inuictisq; viris gerimus: quos nulla fatigant Prælia, nec victi possunt absistere ferro.*

DVCIT] acquirit, sumit, comparat. vt de arte poët. *& veras hinc ducere voces.* & Sat. 1. lib. 2. *aut, qui Duxit ab oppressa meritum Karthagine nomen.*

NON HYD. SECTO CORP.] Hydram Alcæus ἐννεακέφαλον. id est, nouem capitum: Simonides πεντηκοντακέφαλον, id est, quinquaginta capitum facit. hanc in Lerna delitescentem (Lernam autem alij fontem, alij locum densa silua obsitum fuisse volunt) interfecit Hercules. Pausanias Corinth. narrat hydram sub platano quadã, quæ fonti Amymonæ fluuij propinqua erat, vixisse, eamque ceteris hydris magnitudine præstitisse. caput vnum ei, non plura fuisse: (quod postremum abhorret ab inueterata, & peruulgata omnium opinione) hy- F dræ vno capite ab Hercule abscisso, nescio quot alia renasci confictum esse: quam opinionem hoc loco sequitur Horatius. Idem Pausanias ibidem tradit, Herculem Hydræ cruore, & veneno, telorum suorum cuspides tinxisse. multa alia de hydra scribunt poëtæ, quæ, ne sim longior, prætermitto. Horat. epist. 1. ad Aug. lib. 2. *Dirum qui contudit hydram. Notaq; fatali portenta labore subegit, Comperit, inuidiam, supremo fine domari.*

FIRMIOR CREVIT IN H.] subintell. quàm hæc gens in nos.

MONSTRVMVE SVMMISERE COLCHI] vel tauros ignem spiranteis, quos tamen à Medéa edoctus Iason iunxit aratro, & agrum sulcauit: vel potius draconem illum ingentem, insomnem, velleris aurei custodem: vel armatos homines ex huius Draconis dentibus disseminatis natos: qui tandem Medéæ carminibus concitati, mutuis vulneribus confossi conciderunt, atque interierunt. vide annot. ad Od. 3. epod.

ECHIO-

Digitized by Google

A ECHIONIÆVE THEBÆ] Thebæ dicuntur Echioniæ ab Echione Cadmi genero. significatur autem hoc loco draco ille Martis sacer Aretiani fontis custos, quem Cadmus propterea, quòd eos, qui ex illo fonte aquabantur, necabat, iratus interfecit: ex cuius dentibus Palladis monitu satis, nati sunt quinque homines armati, Vdæus, Chthonius, Pelor, Hyperenor, Echion (Pherecydes autem, & Apollonius multo plureis natos esse volunt) qui omnes, præter vnum Echionem, mutuis similiter vulneribus saucij perierunt. Virg. Georg. 4. hanc vtramque fabulam tangit: *Hæc loca non tauri spirantes naribus ignem Inuertêre, satis immanis dentibus hydri: Nec galeis, densisq; virûm seges horruit hastis, Sed grauidæ fruges, &c.* Hanc fabulam persequitur item Eurip. in Phœniss. & Apollon. lib. 3. Argon.

MERSES PROFVNDO, &c.] si merses in mare, pulchrior emergit: si luctere, &c. non dissimulabo in vno atq; altero libro manuscripto me scriptum reperisse, *Mersus profundo, &c.*

PRORVET] prosternet. proruendi verbo etiam suprà vsus est Od. 35. lib. 1. *Iniurioso ne pede proruas Stantem columnam.* & Lucre. lib. 3. *neq; autem corpora desunt, Ex infinito quæ possint forte coorta Prorruere hanc rerũ violento turbine molẽ.* & 5. *Proruere, hanc rerum violento turbine summã.* sic enim vtrobique est legendum, non *corruere:* vt in scholijs Lucretianis pluribus verbis ostendimus.

INTEGRVM] hostem etiam integrum, & incolumem. & paullo antè victorem, profligabit ac subiget. nam minus esset mirum, si saucium percelleret, ac peruerteret.

CONIVGIBVS LOQVENDA] id est, à coniugibus commemoranda. Sed ab vtrorum coniugibus? eorúmne, qui vicerint, virorum suorum virtutem, ac victoriam prædicantibus: an eorum, qui prostrati, ac subacti sint, viros suos interemtos desiderantibus, ac lugentibus?

KARTHAGINI IAM NON EGO] verisimile est Annibalem toties iam in Italia victorem, quamplurimos Karthaginem misisse suarum victoriarum nuntios. Nunc igitur ait, Annibalem, C tanta clade accepta, & Asdrubale occiso desiturum de se posthac tam glorioſè & scribere, & prædicare: vel tam superbos de suis victorijs nuntios mittere.

OCCIDIT, OCCIDIT SPES OMNIS] spes omnis præcisa est, spes omnis interijt. Sic Plautus Mostell. *occidit spes nostra.* Hoc ad historiam referendum est. Narrant enim historici, Annibalem Asdrubalis capite aspecto, res Karthaginiensium desperasse, sic locutum, *agnosco te Karthaginis fortuna.*

PERFICIENT] sic habent codices 2. Vatic. Iann. Faër. Vrs. Torn. vulg. *efficient:* nonnulli etiã manuscr. *perficiunt*, quod se reperisse in alijs libris item manuscr. testatur & vir doctus Iaco. Gruquius Messinius.

CVRÆ SAGACES] diligentia, & cura cum ingenio, & consilio coniuncta.

EXPEDIVNT] expeditum reddunt. dant ei facultatem euadendi, & vincendi. sic Virg. lib. 2. Æneid. *Descendo, ac ducente Deo flammam inter & hostes Expedior.* D

PER ACVTA BELLI] Cùm Hugolinus Martellius Florentinus vir doctissimus Laurentij Strozzij Cardinalis familiaris, me admonuisset ita scriptum esse in codice quodam manu scripto, non vt in vulgatis, *acuta bella*, ego eos libros, quos domi habebam à Iann. Faër. Vrsino mihi commodatos statim consului: in eisque eandem scripturam sine vlla litura expressam reperi. quam confirmarunt duo Vatic. à me posteà aditi. accessit omnium postremus Torn. & alij, quos in Gallia quinque pòst annis nactus sum: vt omittam vnum & alterum impressum, cum antiquissimo & manuscr. comparatum. Itaque de lectionis quidem veritate minimè dubitandum est. quid autẽ significet per acuta belli, videndum. Ego existimabam per *acuta belli* intelligi posse, discrimina, & pericula belli, seu prœlij potius, in quibus celeritate, & ingenio, & sagacitate, & vsu opus est: consilio autem nullus locus. Sed Hugolinus dicebat per acuta belli, Achilli Statio Lusitano vi- E deri significari acumina, & sollertias, & (vt ita dicam) subtilitates belli: quæ à Græcis στρατήματα nominantur. Cuius sententiam si probemus, erit hæc huius loci sententia, Eam curam in re militari adhibet Claudius, eaq; sagacitate est, vt hostium arteis, & stratagemata facile declinet, aut propulset. Sex. Iulius Frontinus quidem in præfatione lib. 1. stratagematicôn, stratagematica interpretatur *belli sollertias, & sollertia ducum facta.* Iam verò hoc loquendi genus *acuta belli* & Horatio vsitatũ est, & illis simile, *subita belli, obliqua tumuli*, &c. quæ extant apud T. Liuium. sic ille lib. 6. annal. *treis exercitus scriberent, vnum ad præsidium vrbis: alterum, qui, siqui alicubi motus extitissent, ad subita belli mitti posset: tertium longè validissimum, &c.* Idẽ 27. *obliqua tumuli.* idem lib. 30. *incerta belli.* eodem lib. *incerta fortunæ, & incerta casuum.* idem lib. 33. *quassata muri.* eodem libro, *auersa insulæ.* Catull. de coma Beren. *condita pectoris.* Lucret. lib. 1. *Ardua dum metuunt, amittunt vera viai.* ibid. *non tibi cæca Nox iter eripiet, quin vltima naturai Peruideas.* F sic Cæsar lib. 3. de bello ciuili, *Pergamiq; in occultis, ac remotis templi, quò præter sacerdotes adire fas non est, quæ Græci ἄδυτα appellant, tympana sonuerunt.* Nam sic hunc locum emendamus, cùm in omnibus exemplis vulgatis legatur *templis.*

## AD AVGVSTVM.
### Ode 5.

Vt tandem in vrbem redeat.

*DIuis orte bonis, optime Romulæ*
*Custos gentis, abes iam nimiùm diu:*
*Maturum reditum pollicitus patrum*
*Sancto concilio, redi.*

*Lucem*

Digitized by Google

A *Lucem redde tuæ, dux, bone patriæ.*
*Instar veris enim vultus vbi tuus*
*Affulsit populo, gratior it dies,*
*Et soles melius nitent.*
*Vt mater iuuenem, quem Notus inuido*
*Flatu Carpathij trans maris æquora*
*Cunctantem spatio longius annuo*
*Dulci distinet à domo:*
*Votis, ominibusq;, & precibus vocat:*
*Curuo nec faciem littore demouet:*
*Sic desiderijs icta fidelibus*
*Quærit patria Cæsarem.*
*Tutus bos etenim rura perambulat:*
*Nutrit rura Ceres, almaq; Faustitas:*
*Pacatum volitant per mare nauitæ:*
B *Culpari metuit fides:*
*Nullis polluitur casta domus stupris:*
*Mos, & lex maculosum edomuit nefas:*
*Laudantur simili prole puerperæ:*
*Culpam pœna premit comes.*
*Quis Parthũ paueat? quis gelidũ Scythẽ?*
*Quis, Germania quos horrida parturit*
*Fœtus, incolumi Cæsare? quis feræ*
*Bellum curet Iberiæ?*
*Condit quisq; diem collibus in suis:*
*Et vitem viduas ducit ad arbores:*
*Hinc ad vina redit lætus, & alteris*
*Te mensis adhibet deum.*
C *Te multa prece, te prosequitur mero*
*Defuso pateris: & Laribus tuum*
*Miscet numen, vti Græcia Castoris,*
*Et magni memor Herculis.*
*Longas ô vtinam, dux bone, ferias*
*Præstes Hesperiæ, dicimus integro*
*Sicci manè die: dicimus vuidi,*
*Cum sol oceano subest.*

BONIS] beneficis. deorum est epithetũ. Deorum enim est benefacere.

ABES IAM NIMIVM DIV] sic loquitur Liuius lib. 29. *vt mos est ijs, qui diu absunt.*

PATRVM SANCTO CONC.] senatui, seu potius senatorum conuentui, vt loquitur M. Tull. epist. ad Seru. Sulpic. lib. 4. Est enim concilium cœtus, congregatio, conuentus, frequentia quædam, à concalando, id est, conuocando dictum, inquit Festus. Plaut. Milite glorioso, *sed si ambas videre in vno miles concilio volet.* Lucre. lib. 2. *Multaq; præterea magnum per inane vagantur, Concilijs rerum quæ sunt reiecta*: id est, quæ non potuerunt congregari, & cohærere. Idem lib. 3. *Quam, mortale quod est, immortali, atq; perenni Iunctum, in concilio sæuas tolerare procellas?* iterum lib. 2. *Quod tamen vt possint, ab cœtu, concilioq; Nil facient præter vulgum, turbamq; animantum.* Virg. Æneid. 3. de Cyclopibus, *Concilium horrendum.* itaque *concilio* per *c* non per *ſ* scribendum est hoc loco.

LVCEM REDDE TVÆ] redde te patriæ, cui lux es. redi in patriam.

INSTAR VERIS ENIM, &c.] horum verborũ hæc, sententia est: Cùm vultus tuus, qui instar veris est, affulsit populo, dies sunt lætiores, & sol quodammodo nitidius, ac purius lucere videtur, id est, maior est dierum serenitas. sic infrà in carmine sæculari ad Deos, solis currum, nitidum dixit: *Alme sol, curru nitido diem qui Promis, & celas.* Sol maculosus. atque in nubem cónditus, imbreis, Notosque denuntiat: pallidus grandinem: cæruleus pluuiam: ruber & igneus Euros: at nitidus ac lucidus, serenitatem. Virg. Georg. 1. Scaliger indicauit mihi hæc ex Æschylo videri esse imitata, in Agamem. Σὺ γὰρ, μολόντος δωμαῖα πιθόιας Θάλπος μὲν ἐν χειμῶνι σημαίνεις μολών, &c. id est, domum cùm venis, calorem in bruma significas & nuntias. E

VT MATER IVVENEM, &c.] vt mater (inquit) votis, & ominibus, id est, bonis verbis, & precibus vocat filium iuuenem, quem Auster aduerso flatu longius anno morantem à domo materna distinet: nec curuo, &c. Sic, &c. iuuenẽ pro filio vsurpauit, vt Od. 12. lib. 2. *Telluris iuuenes:* & epist. ad Pison. *Pater & iuuenes patre digni.*

INVIDO] qui inuidet matri reditum filij: aduerso.

DISTINET] sic habent libri manuscripti: *detinet* libri vulgati. sed nescio quomodo mihi magis placet ea scriptura, quam sequitur Porphyr. *Distinet*: confirmaturque auctoritate librorum 2. Vatic. Faërn. Vrs. Torn. Nicotiani.

DEMOVET] sic legendum potius, quàm *dimouet*, vt sit ἀναστροφή, pro de littore mouet. sic loquitur Terentius Adelph. *Caue nunc iam oculos à meis oculis quoquam demoueas tuos.* Tali fere similitudine vtitur Oppian. lib. 4. de piscib. vbi de sargis loquitur. Ὡς δ' ὅτε τηλύγετον μήτηρ γόνον, ἢ καὶ ἀκοίτιν Εὐνέτιν ἀλλοδαπὴν πλεῖ χθόνα γαῖαν ἰόντα Ἀχνυμένη στέλλησι, νόος δέ οἱ ἔνδον ἀλύει, Ὅσσον οἱ μεσσηγὺ ἁλὸς Χύσις, ὅσσα τε κύκλα Μιλῶν, ἀκροτάτοισι δ' ἐπιβαίνουσα θαλάσσης Κύμασι, δακρυόεσσαν ὀπὴ τόμα γῆρυν ἵησι, Σπεύδειν λιαζομένη, καί μιν πόδες οὐκ ἔτ' ὀπίσσω Ἰεμένῃσι φορέουσιν, ἔχει δ' ὀπὴ πόντον ὀπωπαί, id est, Quemadmodũ autem cùm mater filiũ vnicũ, aut nupta virũ in oras longinquas profectũ mærens dimiserit, mens ei domi languet cogitanti quantũ mare sit interiectũ, & quot menseis absit: accedens autẽ ad vltimos maris fluctus vocem lugubrem, & lacrymosam mittit, orans vt properet: nec eam pedes desiderio exanimatam domum reducunt, habet autem oculos in mari defixos. F

SIC DESIDERIIS ICTA FIDELIBVS] sic pio desiderio affecta.

TVTVS

A TVTVS BOS ETENIM RVRA] βοῦς ἀρότηρ: bos arator. hoc igitur dicit, tuti sunt agricolæ, & aratores.

PERAMBVLAT] peragrat. Od. 17. epod. *Perambulabis astra sidus aureum.*

VOLITANT] nauigant. non est infestum mare prædonibus. tralatio. sic sup. Od. 37. lib. 1. *ab Italia volantem Remis adurgens.*

CVLPARI METVIT FIDES] non culpatur cuiusquam fides, quia nemo est, qui fidem datam non seruet: nemo, qui eam violet, aut labefactet *metuit* valet hoc loco φυλάττεται, cauet, non vult, vt annot. ad Od. 2. lib. 2. fides igitur culpari metuit, id est, commisisse cauet quamobrem culpetur: quod est, fides non fallitur, sed inuiolata, & sancta seruatur.

MOS, ET LEX MACVLOSVM] boni mores, & lex Iulia de adulterijs, cõpræsserũt adulteria.

LAVD. SIM. PR.] Hesiod. ἔργ. καὶ ἡμέρ. in ceteris bonis, ac præmijs, quæ ait eos homines, qui iustitiam colant, consecuturos esse, hoc numerat, filios parentibus similes, his verbis, Τίκτουσιν δὲ γυναῖκες ἐοικότα τέκνα γονεῦσι & Theocritus ἐγκωμ. Πτολεμ. eius mulieris, quæ virum suum nõ amat, mentem dicit in alio vito semper esse occupatam, eámque liberos patri dissimileis parere. sic Theocr. Ἀσύφρων δὲ γυναικὸς ἐπ' ἀλλοτρίῳ νόος αἰεί· Πηδίαι δὲ γονᾶι, τέκνα δ' ὅπατ' ἐοικότα πατρί. id est, mulieris virum suũ ex animo non amantis, semper in alieno mens est: faciles fœtus: liberi nunquam patri similes. Politissimus autẽ poëta Catull. in eo carmine, quod scripsit, in Iuliæ nuptias, precatur, vt Torquatus filius nasciturus suo sit similis patri Manlio, *& facilè inscijs Noscitetur ab omnibus, Et pudicitiã suæ Matris indicet ore.* Aristot. lib. 2. politicorũ, scribit, populis quibusdam Libyę superioris (quos Garamantes esse ex Pomponio Mela suspicor) commmuneis esse inter ipsos vxores: liberos aũt natos diuidi ex parentũ similitudine in eis expressa. sic Aristot. τὰ μὲν γιγνόμενα τέκνα διαιρεῖσθαι κατὰ τὰς ὁμοιότητας.

CVLP. POENA PREM. COM.] id est, culpam continuò sequitur pœna. culpam ita celeriter sequitur pœna, vt pede pedem premat. sic Od. 2. lib. 2. *Rarò antecedentem scelestum Deseruit pede pœna claudo.* Quamquam in illa Oda 2. sententia generalis est, quę significat, rarò impia & scelerata facta manere impunita, etiam si dij non statim ea puniant: & ita explicat Seruius ad illum Virg. versum lib. 1. Æneid. *At sperate deos memores fandi, atq; nefandi.* hîc autem significat Horatius, beneficio Cæsaris leges esse validas, & ratas: statim, vt aliqua mulier peccauit, & in adulterio deprehensa est, eã supplicio affici. sic sup. Od. 23. lib. 3. *Et peccare nefas, aut pretium est mori.* Idemque de viris sentiendum, qui in legem Iuliam commiserint.

QVIS PARTHVM PAVEAT] Quis Parthos extimescat, viuo & saluo Cæsare? Augusto Cæsare imperium obtinente, Parthi signa, quæ Crasso, & Antonio ademerant, Romam vltrò remiserunt. vide Od. 15. huius libri.

CONDIT QVISQVE DIEM, &c.] diem totum vsque ad vesperum traducit in vinetis suis, occupatus in vitis cultu, verbi gratia in administrorum ordinibus, capitum coniugatione, & religatione, & similibus: neque metu incursionum hostilium ab opere rustico deterretur. cõditur dies, cum sol occidit, aut certè paullo post solis occasum. Non admodum dissimile est Plautinum illud, *comburere diem.* Menæch. *Clam vxorem vbi sepulcrum habeamus, & hunc comburamus diem.* Simillimum & planè geminum est, componere diem. Virg. lib. 1. Æneid. *Antè diem clauso componet vesper Olympo, &c.*

ET VITEM VIDVAS, &c.] *quæ natura ducta est,* (inquit M. Tull.) *& nisi fulta sit, ad terram fertur, eademq; vt se erigat, clauiculis suis, quasi manibus, quicquid est nacta, complectitur.* Vitem igitur iungit cum viduis arboribus: quales sunt vlmi, populi, & similes, quæ viduæ sunt, antequàm iungantur viti: iunctæ autẽ, maritæ dicuntur, vt sup. Od. 15. lib. 2. *platanusq; caelebs Euincet vlmos.* & Od. 2. epod. *Altas maritat populos.* ad quem locũ aliquot ex Catullo exempla annotauimus.

HINC AD VINA REDIT] quidam libri veteres habent, *Hinc ad vina venit, &c.*

ALTERIS] secundis. Saty. 2. lib. 2. *tum pensilis vna secundas, Et nux ornabat mensas tum duplice ficu.* Athenæus lib. 14. docet etiam apud veteres fuisse secundas mensas eleganter, & accuratè apparatas, idque confirmat Pindari testimonio. Athenæi verba sunt hæc: ὅτι γὰρ ἦσαν καὶ παλαιοῖς αἱ δεύτεραι τράπεζαι πολυτελῶς μεμεμιμημέναι, παρίστησι Πίνδαρος ἐν ὀλυμπονίκαις περὶ τῆς Πέλοπος κρεωργίας διηγούμενος. τραπέζαις δὲ ἀμφὶ δεύτατα κρεῶν σίτου δεδόασιν, καὶ φάσγανα. ἐμοὶ δ' ἄπορον γαστρίμαργον μακάρων τιν' εἰπεῖν. id est, fuisse autem etiam apud antiquos secundas mensas sumptuosè apparatas, & accuratas, ostendit Pindarus in Olympionicis de carnibus à Pelope concisis ita narrans: In mensis autem secundis carneis tuas diuiserunt, & comederunt. mihi verò difficile est quemquam deorum, lurconem & voracem dicere.

TE PROSEQVITVR MERO] tibi libat.

DEFVSO PATERIS] id est, de pateris fuso. quod faciunt libantes Dijs immortalibus, vt annotauimus sup. Od. 31. lib. 1. ad illum locum, *quid orat de patera nouum Fundens liquorem?* Idque docet Festus in voce, calpar. *Calpar* (inquit) *vinum nouum, quod ex dolio demitur sacrificij causa antequàm gustetur. Iouis enim prius sua vina libabãt, quæ appellabantur Vinalia.* Iam *Defuso pateris,* pro *Fuso de pateris,* ἀναφορὴ est, & genus loquendi Horatio, ceterisque poëtis vsitatum, & familiare, vt annotatũ est ad Od. 7. lib. 2. Virg. lib. Æn. 5. sine præpositione, & cum verbo simplici, dixit, *Vinaq; fundebat pateris.* cui simile est illud Georg. 2. *hic fertilis vuæ, Hic laticis, qualem pateris libamus, & auro.* Cùm haberent autem omnes cod. vulgati *Diffuso,* ego auctoritatem cod. duor. Vatic. & Iann. Faër. Torneſ. secutus *Defuso* reposui.

HESPERIÆ] Italiæ, vt sup. Od. 1. lib. 2. *Hesperiæ sonitum ruinæ.*

INTEG. SICCI MANE DIE] quid sit integro die, declarat vox interiecta *sicci,* id est, non poti. vt sup. Od. 18. lib. 1. Est enim dies integer is, quo quis nihil dum gustauit, neque bibit. *solidum* appellat

Digitized by Google

A appellat Od. 1. lib. 1. *Nec partem solido demere de die Spernit.* ex quo *frangere diem* Od. 7. lib. 2. vide quæ sunt annotata hac de re ad Odam illam primam lib. 1.

VVIDI] contrarium est hoc nomen nomini *sicci*. idem enim valet *vuidi*, quod madidi, poti. Græci dicunt βεβρεγμένοι, à verbo βρέχειν, ὅ ἐστι πεπιεῖν, (inquit Athenæus) id est, madefacere vsurpatur pro eo, quod est, bibere. Profert ille eo loco versiculum Antiphanis δεῖ γὰρ φαγόντας, δεῦρο λῶς βρέχειν. id est, oportet enim eos, qui comederunt, largè bibere. sic Virgil. Gallo. *Vuidus hiberna vênit de glande Menalcas.*

CVM SOL OCEANO SVBEST] id est, vesperi. Et ita omnia hîc inter se contrariè respondent *sicci, vuidi: manè, cum sol Oceano subest*, id est, vt dixi, vespeti. subest Oceano autem, est ἀνατροφὴ, pro eo, quod est, cùm sol est sub Oceano, quod etiam à Gruquio notatum est.

## IN APPOLLINEM ET Dianam. Ode 6.

B

### Carmen sæculare.

*Dlue, quem proles Niobæa magnæ*
*Vindicem linguæ, Tityosq; raptor*
*Sensit, & Troiæ propè victor altæ*
*Phthius Achilles,*
*Ceteris maior, tibi miles impar:*
*Filius quamuis Thetidis marinæ*
*Dardanas turreis quateret tremenda*
*Cuspide pugnax.*
*Ille, mordaci velut icta ferro*
*Pinus, aut impulsa cupressus Euro,*
*Procidit latè: posuitq; collum in*
C *Puluere Teucro.*
*Ille non inclusus equo Mineruæ*
*Sacra mentito, malè feriatos*
*Troas, & lætam Priami choreis*
*Falleret aulam:*
*Sed palàm captis grauis, heu nefas, heu,*
*Nescios fari pueros Achiuis*
*Vreret flammis, etiam latenteis*
*Matris in aluo:*
*Ni tuis victus, Veneriq; gratæ*
*Vocibus diuûm pater annuisset*
*Rebus Æneæ potiore ductos*
*Alite muros.*
*Doctor argutæ fidicen Thaliæ*
*Phœbe, qui Xantho lauis amne crineis:* D
*Dauniæ defende decus camœnæ*
*Læuis Agyieu.*
*Spiritum Phœbus mihi, Phœbus artem*
*Carminis, nomenq; dedit poëtæ.*
*Virginum primæ, puerique claris*
*Patribus orti,*
*Deliæ tutela deæ, fugaceis*
*Lyncas, & ceruos cohibentis arcu,*
*Lesbium seruate pedem, meiq;*
*Pollicis ictum,*
*Ritè Latonæ puerum canentes,*
*Ritè crescentem face noctilucam,*
*Prosperam frugum, celeremq; pronos*
*Voluere menseis.*
*Nupta iam dices, ego Dijs amicum,* E
*Sæculo festas referente luces,*
*Reddidi carmen docilis modorum*
*Vatis Horati.*

PROLES NIOBÆA] Niobe Tantali filia Amphionis vxor, filios ex eo suscepit duodecim, sex mares, totidemque fœminas. Hæc liberorum multitudine, & pulchritudine ferox Latonam præ se contemnere ausa est, cùm diceret, illam duos solùm peperisse. Apollinem, & Dianam: se duodecim. Iccircò Dij hac cõtumelia offensi, Niobę filios ad vnum interemerunt: Apollo masculos in Cithærone venanteis, Diana fœminas intra parietes domesticos, & propemodum in complexu, & gremio matris sagittis confixit. Iupiter autem Nioben suas miserias deflentem, ac deplorantem miseratus, eam in saxum vertit: quod vsque ad hoc tempus (vt aiunt) in Sipylo monte Phrygiæ lacrymarum fonteis profundens ab omnibus cernitur. Hæc interpres Hom. ιλ. ω. quo loco hanc fabulam sic persequitur poëta, Καὶ γὰρ τ' ἠύκομος Νιόβη ἐμνήσατο σίτου, Τὴν περ δώδεκα παῖδες ἐνὶ μεγάροισιν ὄλοντο, Ἓξ μὲν θυγατέρες, ἓξ δ' υἱέες ἡβώοντες. Τοὺς μὲν Ἀπόλλων πέφνε σὺν ἀργυρέοιο βίοιο Χωόμενος, &c. id est, Nam & formosa Niobe cibi memor tandem fuit, Cui duodecim filij domi interierunt, sex filiæ, & sex filij puberes. Hos quidem Apollo interemit suo arcu argenteo, Iratus, &c. Pausanias autem Atticis narrat, si propius spectes, saxum illud nullam mulieris speciem præ se ferre: sin longius abstis, videberis (inquit) tibi mulierem mœrore, & lacrymis contabescentem intueri. sic Pausan. Ταύτην τὴν Νιόβην καὶ αὐτὸς εἶδον ἀνελθὼν εἰς τὸν Σίπυλον τὸ ὄρος. ἡ δὲ πλησίον μὲν, πέτρα καὶ κρημνός ἐστιν, οὐδὲν παρὸν πρᾶγμα παρεχόμενος γυναικὸς, ὅτι ἄλλης, ὅτῳ πενθούσης. εἰ δὲ γε πορρωτέρω γένοιο, δακρυούσῃ δόξεις ὁρᾶν, καὶ κατηφῆ γυναῖκα. Huc pertinet illud Ciceronis ex lib. 3. quæst. Tusc. *Et Niobe fingitur lapidea propter æternum, crêdo, in luctu silentium.* Aristoteles lib. 7. de moribus ad Nicomach. vbi de

continen-

A continentia, & incontinentia disputat, volens ostendere, vtramque versari in ijsdem rebus, in quibus temperantia, atque intemperantia, non in ijs, quæ natura bonæ, aut honestæ sunt, quales sunt victoria, honos, liberi, parentes, neque in earum nimio: ita loquitur, καὶ ἐπαινοῦσιν οἱ περὶ ταῦτα σοφιζόμενοι, ἀλλ' ὅμως ἐστί τις ὑπερβολὴ καὶ οὐ τύπος, εἷς ὥσπερ ἡ Νιόβη, μάχοιτο θεοῖς πυκ θεύς, &c. id est, & qui in hæc studium suum conferunt, laudantur: veruntamen etiam in his aliquod est nimium, si quis, vt Niobe, cum dijs pugnet. Callimachus in hymno εἰς Δῆλον, Nioben κακόγλωσσον nominat, id est, malę linguæ, propterea quòd se liberorum numero, & pulchritudine Latonæ præstare dixerat.

MAGNÆ VIND. LING.] *magnæ linguæ vindicem*, hoc est, μεγαλησηγορίας, seu μεγαλορρημοσύνης: id est, iactantiæ, & glorioſæ de se, suisque rebus prædicationis: quam Græci magnam locutionem, seu magnam dictionem nominant, vltorem. *magnæ* igitur rectè interpretatur Porphir. *superbæ*. Atque hoc obseruatum est à Cruquio.

TITYOSQVE RAPT.] de Tityo Latonam rapere conato diximus sup. ad Odam 5. lib. 3.

B TROIÆ PROPÈ VICTOR.] cur propè victor? quia Hectorem interfecit, quo facto facilius Troia capi potuit, vt Od. 4. lib. 2. *& ademtus Hector Tradidit fessis leuiora tolli Pergama Graijs.* Victorem autem non dixit ἁπλῶς, quia ante Troiam captam à Paride interemtus est, idque Apollinis impulsu. Virg. lib. 6. Æn. princip. *Phœbe graueis Troiæ semper miserate labores, Dardana qui Paridis direxisti tela, manúsque Corpus in Æacidæ.* Sed quid locutus est Achilles, quod Apollinem offenderit? id fortasse, quod est apud Homer. ἰλ. χ. in princip. Nam eo loco Achilles minatur Apollini se de eo pœnas sumturum, si potestas detur. Troianis autem sui recipiendi facultatem, spatiúmque dederat Apollo Agenori similatus. sic Homer. Ἦ οὐ ποσίμως, εἴ μοι δώσαμίς γε παρείη.

ALTÆ] ἰλιάδ. ο. αἰπεινὸν πολίεθρον. & alibi sæpius Τροίης αἰπὺ πολίεθρον. & ὀδυσσ. γ. αὐτὰρ ἐπεὶ περιάμοιο πόλιν διεπέρσαμεν αἰπὴν. Virg. lib. 2. Æneid. *ruit alto à culmine Troia.*

PHTHIVS] Phthia Achillis patria: quod quidem notum est vel ex illo vulgatiss. Homeri versu ἰλ. ι. Ἡμαὶ καὶ πεπάτῳ φθίλω ἐρίβωλον ἰκοίμην. quem sic Latinè reddidit M. Tull. lib. de diuin. 1. *Tertia me Phthiæ tempestas læta locabit.*

THETIDOS MARINÆ.] Nerei filiæ. Nereus autem Deus marinus.

MORD. VELVT ICTA FERRO, &c.] sic Homer. ἰλ. δ. Simoisium Anthemionis filium, ab Aiace Telamonio interfectum, & lethali vulnere accepto cadentem, cum vlmo comparat, quam curruum opifex ferro abscidit. Hom. ὅδ' ὑπὸ κονίῃσι χαμαὶ πέσεν αἰγείρος ὡς, &c. Et ἰλ. ν. Imbrium Mentoris filium ab eodem Aiace cæsum cum fraxino, ὁ δ' αὖ τ' ἔπεσεν μελίη ὡς Ἠ τ' ὄρεος κορυφῇ ἑκάδεν πεφαιγομένοιο Χαλκῷ τμηνομένη πέρενα χθονὶ φύλλα πέλασσε. id est, ille autem cecidit, vt fraxinus, quæ in vertice montis longè vndique apparentis ferro cæsa teneras frondeis terræ admouit. & ἰλ. π. Sarpedonem à Patroclo interfectum cum quercu, aut populo, aut pinu. Ἡριπε δ' ὡς, ὅτε τις δρῦς ἤριπεν, ἢ ἀχερωὶς, ἢ πίτυς βλωθρὴ, τὴν τ' ὄρεσι τέκτονες ἄνδρες ἐξέταμον πελέκεσσι νηυπήγησι νήϊον εἶναι. id est, Concidit autem vt cùm quercus aliquia corruit, aut populus, aut pinus alta, seu frondosa, quam fabri securibus recens acutis exciderunt, vt esset nauale, seu pars nauis. quos Homeri versus exprimere voluit Virg. Æneid. 2. vbi de Troia cadente loquitur, *Ac veluti summis antiquam in montibus ornũ, Cùm ferro accisam, crebrisq; bipennibus instant Eruere agricolæ certatim: illa vsque minatur, Et tremefacta comam concusso vertice nutat, Vulneribus donec paullatim euicta supremum Congemuit, traxitque iugis auulsa ruinam.*

POSVITQVE COLL. IN PVL. TEVCRO.] id est, occubuit. similia sunt illa. *Turpe solum tetigere mento. & humum ore momordit.* de quibus diximus Od. 7. lib. 2. Verùm Achillis mortẽ non narrat Hom. in Iliade, vt antè diximus. Tantùm ὀδυσσ. γ. fit de ea mentio. lib. autem vltimo ὀδυσσ. facit animas Achillis, & Agamemnonis apud inferos vnà colloquenteis, hoc modo. Τὸν δ' αὖτε ψυχὴ ποδώκεος Αἰακίδαο, Οἴχεθ' ὑπὲλ θ' ὑιὲ θεοῖς ἐπιείκελ' Ἀχιλλεῦ, Οἵ θάνες ὐ περὶ νεκυὸς Ἄργος· ἀμφὶ δὲ σ' ἄλλοι Κήδιονται πρώων καὶ Ἀχαιῶν ὖιες ἄριστοι Μαρνάμενοι περὶ σείο, σὺ δὲ προφάλινθι κονίης Κεῖσο μέγας μεγαλωστὶ λελασμένος ἱπποσυάων. quorum versuum si quis postremũ, & partem eius, qui antecedit, cum hoc loco Horatiano conferet, videbitur Horatius Homeri verba Latinè exprimere voluisse. hanc autem scripturam *posuitq; collũ in Pul. Teuc.* reperi in duob. Vat. & Faër. Iannoct. eámque puto veram, & germanam.

ILLE NON INCLVS. EQVO. MIN. SACR.] id est, si Achilles vitam vsque ad Troiam captam perduxisset, neque à Paride Apollinis hortatu, atque impulsu interfectus esset: non per dolos, neque per insidias Troianos inopinanteis, & securos oppressisset: sed primùm eos aperto Marte cepisset, deinde omnem in eos immanitatem effudisset.

EQVO] In hoc equo totius Græciæ principes inclusi, Menelaus, Vlysses, Diomedes, Pyrrhus, Mnestheus, Teucer, aliique complures Troiam igni, ferrôque vastarunt. de quo sic Hom. ὀδυσσ. δ. Ἵππῳ ἐνὶ ξεστῷ, ἵν' ἐνήμεθα πάντες ἄριστοι Ἀργείων, Τρώεσσι φόνον, καὶ κῆρα φέροντες. id est, in equo ligneo, in quo insidebamus Græcorum principes, Troianis cædem, & interitum inferentes. & θ. τοὶ δ' ἤδη ἀγάκλυτον ἀμφ' ὀδυσῆα Εἵατ' ἐνὶ πρώων ἀγορῇ κεκαλυμμένοι ἵππῳ· id est, Vlysses autem, & qui cum eo erant, sedebant in Troianorum contione, seu conuentu, seu senatu, equo tecti. & δ. Αὐτὰρ ὅτ' εἰς ἵππον κατεβαίνομεν. ὃν κάμε Ἐπειὸς, Ἀργείων οἱ ἄριστοι. id est, verùm cùm in equum descendimus, quem Epeus fabricatus est, nos Græcorum optimates, &c. Virg. Æneid. 2. *Instar montis equum diuina Palladis arte Ædificant, &c.* sequitur mox, *Huc delecta virûm sortitè corpora furtim Includunt cæco lateri.* M. Tull. lib. 2. de oratore scribit *ex Isocratis ludo, tamquam ex equo Troiano, meros principes exisse.* idem pro Murena, de Catilina, eiúsque copijs, ac socijs loquẽs, ostendénsque coniurationis Catilinariæ contagionem ad plureis pertinere, neque omneis illius

A sceleris participes cum Catilina ex vrbe exijsse: sed intra mœnia restitisse: magnopere denique me tuendas esse insidias, *Latius patet* (inquit) *illius sceleris contagio, quàm quisquã putat, atque ad plureis pertinet: Intus, intus, inquam, est equus Troianus.* & in oratione pro M. Cœlio, eo loco, quo loco de amatoribus Clodiæ verba facit, quos illa in qui busdam latebris delitescere: deinde, cùm venisset Licinius, qui venenum, quo ipsa necaretur, tradi turus erat, prosilire, & hominem comprehendere iusserat: quærit, *quónam modo latuerint, aut vbi: alueúsne ille, an equus Troianus fuerit, qui tot inuictos viros muliebre bellum gerenteis tulerit, ac texerit.* Plautus Bacchid. totam hanc equi Troiani fabulam sub Chrysali serui persona, multis verbis persequitur: eámque ad rem, quæ agitur, facetissime accommodat. Lucretius hunc equum, durateum appellat lib. 1. his verbis. *Nec clam durateus Troianis Pergama partu Inflammasset equus nocturno Graiugenarum.* Idem autem valet durateus apud Lucretium, quod apud Plautum ligneus. Eundem Pausanias durium nominatum esse tradit eodem fere nomine: Epeíque fuisse machinã bellicam ad verberandos, ac perfringendos muros

B comparatam. Pausaniæ verba sunt hæc Atticis: ἵππος ὁ καλούμενος δούρειος ἀράχειται χαλκῆς. καὶ ὅτι μὲν τὸ τέκμαρ τοῦτο Ἐπειῷ μηχάνημα ἦν εἰς δήλωσιν τοῦ πέλας, οἶδεν ὅστις μὴ πᾶσαι ἐπιφέρῃ τῆς Φρυξὶν αὐήθειαν. Λέγεται δὲ ἐς τὸν ἐκεῖνον τὸν ἵππον, ὡς τῶν Ἑλλήνων ἔνδον ἔχοι τοὺς ἀρίστους. καὶ δὴ καὶ τῷ χαλκῷ τὸ χῶμα εἶναι λέγουσι, καὶ Μενεσθέως, καὶ Τεύκρου ὑποφηνήσειν ἐξ αὐτῶν. πεποίηται δὲ καὶ οἱ παῖδες οἱ Θησέως. id est, equus durius qui appellatur, æreus, dedicatus est. Hoc autem opus, Epei machinam fuisse ad muri Troiani euersionem comparatam intelligit is, qui non putat Troianos prorsus stolidos ac stultos fuisse. Aiunt autem, in illo equo Græcorum præstãtissimos & fortissimos inclusos fuisse. Et verò æris figura, planè ita se habet. Tum Mnestheus & Teucer caput ex eo proferunt: & præterea Thesei filij. Appellatur eodem quoque nomine apud

C Eurip. Troad. sed alia ratione: ὅθεν πρὸς ἀνδρῶν ὑσίπυρον κληθήσεται δούρειος ἵππος κρυπτὸν ἀμπίσχων δόρυ. id est, vnde à posteris durius equus appellabitur, quòd lignũ seu hastam ligneã absconditam contineat.

Minier. Sac. ment.] id est, quem simulabant Græci à se fabricatum esse, vt Palladem offensam placarent. Virg. Æn. 2. *Votum pro reditu simulant.* ibidem. *Hanc pro Palladio moniti, pro nmine laso Effigiem statuêre, nefas quæ triste piaret.*

Malè feriatos] intempestiuè, & magno suo malo otianteis, quia tum non debuerunt ferias agitare, nec otiosi esse. M. Tull. ferè semper *feriatum* pro otioso ponit. de natura deorum 1. *deum sic feriatum volumus cessatione torpere, vt si sibi commouerit, vereamur, ne beatus esse non possit.* & de orat. 3. *sic illi à negotijs publicis aut temporibus exclusi, aut voluntate sua feriati, &c.* Plaut. in Milite glorioso. *tibi ego dico, feriatus nesis.*

Fallere t] lateret, ἔλαθεν ἄν.

Avlam] αὐλὴν, Hom. ἰλ. θ. senatum. vel dic aulam Priami, id est, domum regiam Priami, & ita totam vrbem.

Palàm captis] aperto Marte, non insidioſè captis. libri aliquot veteres habent *Sed palàm victor grauis, &c.* D

Gravis] acerbus, sæuus, immitis, δεινὸς αἰνολεύς.

Nescios fari] nescios fandi, infanteis. νήπια τέκνα, ἰλιάδ. β. & δ.

Etiam latenteis Matr. in al.] sic Agamemnon apud Hom. ἰλιάδ. ζῆπα Menelaũ hortatur, ne quemquam Troianum pretio accepto suis incolumẽ reddat, ac ne puetis quidẽ parcat adhuc custodia ventris materni septis. Homeri verba sunt hæc, τὸν μήτε ὑπεκφύγοι αἶσαν ὀλέθρου, Χὴ ράδ' ἵμεν πάσας, μηδ', ὅττινα γαστέρι μήτηρ Κύρσει ἑοῦσα φέρῃ, μηδ' ὃς φύγοι, ἀλλ' ἅμα πάντες Ἰλίου ἐξαπολοίατ' ἀκήδεστοι, καὶ ἄφαντοι.

Potiore alite] melioribus auibus, melioribus auspicijs. vide Od. 15. lib. 1.

Myros] Romanos. ductos autem muros ita dixit, vt Græci ἱλαμέα πύργα.

Argvtæ] argutè canentis, canoræ, sonoræ.

Lavis] lauas. sic loquebantur veteres, & ita semper Horatius, vt annotat. ad Od. 3. lib. 2.

Qvi Xantho lav. amne] tale est illud. sup. Od. 2. lib. 3. *Qui rore puro Castalia lauit Crineis solutos, qui Licia tenet Dumeta, &c.* Xanthus Troiæ fluuius. Virg. lib. 1. Æn. *prius quàm Pabula gustassent Troes, Xanthúmque bibissent.* E

Davniæ] Latinæ. vt sup. Od. 1. lib. 2. *Daunia cædes.* Lævis] imberbis. vt sup. ad Od. 2. lib. 1. annotauimus.

Agyiev] Apollo, Ἀγυιεὺς dictus est παρὰ τὰς ἀγυιάς: id est, vias, seu plateas. appellant autẽ ἀγυιὰς Elei τὰς ὑπ' ἀθρωαίων καλυμένας στενωπούς. id est, appellant Elei ἀγυιὰς, ea angiporta, quæ dicuntur ab Athenien sibus στενωποί. Hæc Pausanias Eliacorum lib. 1. commemorat idem Pausanias Apollinem Ἀγυιέα in Corinthiacis. Docet Suidas, esse etiam ἀγυιέα columnam in acumen desinentem, quam pro foribus collocant: taleis autem columnas à nonnullis Apollini sacras dici: ab alijs Baccho, ab alijs vtrique. Idem mox scribit, Ἀγυιέας apud Atticos fortasse esse aras, quæ ante ædeis priuatas poni solent: Et ἀγυιέα esse etiam columnam ante ædi F um atrium & vestibulum, coni formam in extremo præ se ferentem. Hunc locum in libris vulgatis, qui habebant *Agylen*, iam olim corruptum esse viderat P. Bembus, vir clariss.

Spiritvm Phoeb. mihi] sup. Od. 16. lib. 2. *mihi parua rura, & Spiritum Graiæ tenuem camœnæ Parca non mendax dedit.*

Virginvm prymæ] Iulia Augusti filia, Marcellæ Marcelli, & Octauiæ sororis Augusti, filiæ: vel Iulia, & Agrippina neptes, ex Agrippa, & Iulia.

Pvehiqve claris Patrib. orti] C. & L. nepotes Augusti.

Deliæ tvtela deæ] qui estis sub tutela Dianæ, venatricis, & iaculatricis: seu quos Diana tuetur. idem sensit Catullus alijs verbis, carm. sæcul. ad Dianam, *Diana sumus in fide Puellæ, & pueri integri.* Iurisconsulti eos ad suam tutelam peruenisse dicũt, quibus desijt esse tutor, & qui ipsi per se res suas administrare, & tueri possunt: sed Horatius

Digitized by Google

A tius hos principes pueros, & virgines Dianæ tutelam appellat, quia sub eius sunt tutela. aliter Od. 14. *Augustum Italiæ. Romæq; tutelam*: & epist. 1. lib. 1. Mæcenatem *rerum tutelam suarum* appellat.

COHIBENTIS] id est, percutientis, & vulnerantis, seu configentis lyncas & cervos fugientes, & ita cohibentis, ac reprimentis.

LESBIVM] Sapphicum. Sappho enim Lesbia fuit.

LATONÆ PVERVM] Apollinem Latonæ filium. Ex quo Latoum appellat Oda 31. lib. 1. Puerum autem pro filio ab Horatio Græcorum more pro filio vsurpari interdum solere, alibi obseruauimus, lectorémque admonuimus.

NOCTILVCAM] lunam nocte lucentem. Varro lib. 4. de lingua Latina, *itaque ea dicta Noctiluca in palatio. nam ibi noctu lucet templum*. Fortasse expressit epithetum νυκτιλαμπῆ, quod vsurparat antè Simonides, vt intelligere licet ex quibusdam eius versibus, qui reperiuntur apud Dionys. Halicarn. quod annotauit Muretus, ab Achille Statio admonitus.

B PROSPERAM FRVGVM] inest in nomine *prosper* interdum vis quædam agendi, vt hoc loco: & apud M. Tull. lib. 6. de repub. *Deinde est hominum generi prosper, & salutaris ille fulgor, qui dicitur Iouis. prosperam frugum* igitur interpretor, *frugeis proserantem*. suo more autem iunxit hoc nomen patrio casui.

CELEREMQVE PRON. VOLV.] *celerem volueres* gen⁹ est loquendi Horatio familiare, quod Ode Octaua annotabimus: id est, celerem in voluendis mensibus, vel celeriter voluentẽ menseis. hoc eò pertinet, quòd Luna 28. circiter diebus orbem suum conficit: quod est spatium menstruum: ex quo lunam Græci μῆνα, & μῆνας menseis appellant. Vide quæ annotata sunt ad Odam 28. li. 3. ibi *celeris spic. Cynthiæ*.

PRONOS] epist. de arte poet. *Vt silvæ foliis pronos mutantur in annos*.

SÆC. FEST. REF. LVCES] anno centesimo, aut centesimo decimo, vt infra dicemus.

DIIS AMICVM] φίλον, id est, gratum, atque
C acceptum. sup. Oda 17. li. 2. *Nec dijs amicum, nec mihi te prius Obire, Mæcenas, mearum Grande decus, &c.*

REDDIDI] quod accepi, reddidi, id est, cecini, recitaui. vide annot. ad Od. 11. huius lib.

DOCILIS MODORVM] ego, quæ studiosè, & facilè didici versus, seu cantus Horatianos.

## AD L. MANLIVM. Torquatum. Ode 7.

Veris aduentu, & æqua omnibus hominibus moriendi condicione sine spe reuiuiscendi, omniúmque rerum mutatione & vicissitudine proposita inuitat ad hilariter, iucundéque viuendum.

DIFFVGERE nives: redeunt iam D
gramina campis,
Arboribúsque comæ.
Mutat terra vices: & decrescentia ripas
Flumina prætereunt.
Gratia cum Nymphis, geminísque sororibus audet
Ducere nuda choros.
Immortalia ne speres, monet annus, & almum
Quæ rapit hora diem.
Frigora mitescunt zephyris: ver proterit æstas,
Interitura, simul
Pomifer auctunnus fruges effuderit: & mox
Bruma recurret iners. E
Dãna tamẽ celeres reparãt cælestia Lunæ
Nos vbi decidimus
Quò pius Æneas, quò Tullus dives, & Ancus:
Puluis, & vmbra sumus.
Quis scit, an adjciant hodiernæ crastinæ summæ
Tempora Dij superi?
Cũcta manus auidas fugiẽt heredis, amico
Quæ dederis animo.
Cùm semel occideris, & de te splendida Minos
Fecerit arbitria, F
Nõ, Torquate, genus, nõ te facũdia, nõ te
Restituet pietas:
Infernis neque enim tenebris Diana pudicum
Liberat Hippolytum:
Nec lethæa valet Theseus abrũpere caro
Vincula Pirithoo.

DIFFVGÊRE NIVES] Verni temporis descriptio. Est & altera lib. 1. Oda 4. *Solvitur acris hiems, &c.*

COMÆ] frondes, vt suprà Od. 3. huius lib. *Et spissa nemorum coma*. & Od. 21. lib. 1. *Vos lætam fluvijs, & nemorum coma, &c.* honorem appellat Od. 11. epodon. *Hic tertius december, ex quo destitit Inachia furere, Silvis honorem decutit.*



Digitized by Google

A MVTAT TERRA VICES.] id est, mutatur anni tempus. fit in terris temporis commutatio, & vicissitudo.

ET DECRESCENTIA, RIPAS, &c.] id est, flumina, quæ niuibus, & pluuijs hibernis creuerant, nunc decrescentia, intra alueos suos, & intra ripas suas labuntur, & fluunt. hæc enim vis est verbi *præterire* hoc loco, vt & Od. 11. lib. 2. *quis puer ocyus Restinguet ardentis Falerni Pocula prætereunte lympha?* & Tibull. *Sed canis æstiuos ortus vitare sub vmbra Arboris, ad riuos prætereuntis aquæ.* Contrà Od. 2. huius lib. *Monte decurrens velut amnis, imbres, Quem super notas aluere ripas.*

GRATIA CVM NYMPH. &c.] Pausanias Bœoticis, complureis enumerat Gratiarum imagines, & statuas à veteribus pictoribus, ac fictoribus pictas, & fictas. sua autē ætate miratur, cur fin gantur, & pingātur nudæ. nos sup. Ode 30. lib. 1. rationes aliquot probabileis attulimus. Cum hoc loco cōgruit id, quod est Od. 19. li. 3. *Gratia Nudis iuncta sororibus.* & Oda 4. lib. 1. *Iunctæq; nymphis Gratia decentes Alterno terram quatiunt pede.*

DVCERE NVDA CHOROS] Gratiæ nudæ
B fingebantur. vt suptà diximus: sed hîc ideò fortasse nudæ choros audent exercere, quia *frigora mitescunt zephyris*, vt ait tribus pòst versibus.

IMMORTALIA NE SPERES] sæpe nos deterret Pindarus à spe, & cogitatione immortalitatis, iubétque ea & sperare, & optare, quæ in nobis sita sunt. vt Pyth. εἰδ. γ. μὴ φίλα ψυχὰ βίον ἀθάνατον αἰτῆσδε· πὰν δ' ἔμπρακτον αἴτει μαχανάν. id est, ne, care anime, vitam immortalem expete, sed facilem & in potestate tua positam hauri & experire machinam. & item εἰδ. ἕκτῳ Ισθμ. quem locum testem producemus infrà Od. 11. huius lib. Annus (inquit Horat.) in quo magnæ exsistunt varietates, & qui certo dierum numero aliquando clauditur, ac terminatur: menses, dies, hora, monent nos ne immortalia speremus.

MITESCVNT ZEPHYRIS] mitigantur à vere, cuius nuntij sunt, & prodromi Zephyri, seu Fauonij.

C VER. PROT. ÆST.] id est, ver sequitur æstas, atque ita sequitur, vt pedem pede premat, & tandem proterat, & consumat.

INTERITVRA] quæ interitura est, simul atque auctunnus fruges & fructus pepererit.

SIMVL] simulatque, simul vt. vide annot. ad Od. 4. lib. 1.

POMIFER AVCTVNNVS] sup. Od. 23. lib. 3. *Pomifero graue tempus anno.* Scribit Festus, quosdam existimare auctumnum ex eo dictum, quòd tum maximè augeantur opes hominum coactis agrorum fructibus: quod si verum est, scribi debet *auctunus*, seu *auctunnus*, non *auctumnus*.

BRVMA REC. INERS] Virg. Georg. 1. *hiems ignaua colono.* suprà Od. 9. lib. 2. *glacies iners.* Nonnulli libri manuscr. habent, *recurret:* quos sequor.

DAMNA TAMEN CELERES, &c.] attamen hæc damna temporum reparant, & resarciunt lunæ, sol, & ceteri planetæ (Lunam autem posuit, quia nobis est omnium proxima, & quia eius vim maximè sentimus.) tempora igitur redeD unt: sed nos semel exstincti numquam renascimur. aliter M. Tul. in Catone maiore de temporibus: *hora quidem cedunt, & dies, & menses, & anni, nec præteritum tempus vmquam reuertitur.* Catullus hanc Horatij sententiam sic complectitur. *Soles occidere: & redire possunt: nobis cùm semel occidit breuis lux, Nox est perpetua una dormienda.* Theocr. epitaph. Bionis, eandem pastorali quidē sermone & more, sed in primis eleganter, & venustè expressit, Αἰ, αἰ· ταὶ μαλάχαι μὲν ἐπὰν κρ' κἄπιον ὄλωνται, Ἠ πὰ χλωρὰ σέλινα, πὸτ' εὐθαλὲς ἕλκος ἀνῆθον Ὕστερον αὖ ζώοντι, καὶ εἰς ἔτος ἄλλο φύοντι· Ἄμμες δ' οἱ μεγάλοι, καὶ καρπροὶ, ἢ σοφοὶ ἄνδρες, Ὁππότε πρῶτα θάνωμες, ἀνάκοοι ὠ χθονὶ κοίλᾳ Εὕδομες εὖ μάλα μακρὸν, ἀπίρμονα, νήγρετον ὕπνον. quos versus sic Latinè reddidi ludibundus. *Eheu: cum semel in culto malua arūit horto, Aut viuax apium, foliúmque virentis anethi: Vere reuiuiscunt, alium & nascuntur in annum: Nos autem magni, & sapientes, atque potentes, Vt semel occidimus: sub terra lumine cassi Dormimus longum, immensum, æternúmque soporem.* Homerus omnium antiquissimus, vt facilius, qui volet, disputare, ac defendere queat, nihil hodie dici, quin prius sit dictum, esseque in omnium nostrûm animis innatas, atque insitas communeis quasdam, & generaleis sententias: *il. ι.* sub Achillis persona ait, pecudes, boues, equos, tripodes quæri, comparari, & redimi posse: animum autem hominis, posteaquàm semel è corpore euolarit, numquam emissum retrahi, nūquam recuperari, numquam reprehendi posse, id est, numquam eum, qui mortuus sit, ab inferis posse excitari. Versus Homeri sunt hi: Δητοὶ μὲν γάρ τε βόες, καὶ ἴφια μῆλα, Κτητοὶ δὲ τρίποδές τε, καὶ ἵππων ξανθὰ κάρηνα. Ανδρὸς δὲ ψυχὴ πάλιν ἐλθεῖν οὔτε πρασσὴ, Οὐδ' ἁλετὴ, ἐπὶ ἄρ κεν ἁμείψεται ἕρκος ὀδόντων. Non dissimili admodum ratione queritur Tibullus lib. 1. pueritiam, & florem ætatis reuerti numquam, vbi semel defloruerit. *Crudeles diui: serpens nouus exuit annos: Formæ non vllam fata dedere morā. Solis æterna est Phœbo, Bacchóque iuuenta. Nam decet intonsus crinis vtrumque Deum.* Lunas autem celereis dixit, quia breuissimo tempore orbem suum metiuntur. suprà Oda 28. lib. 3. *& celeris spiculæ Cynthiæ.* F

QVÒ PIVS ÆNEAS, QVÒ TVL. &c.] In eum locum, quò, &c. ad inferos voluit dicere: sed vel extenuandæ rei tam formidolosæ: vel consolandæ condicionis humanæ gratia, ita locutus est. Nam, qui dicit eundum esse, quò Æneas, quò Romulus, quò Themistocles, quò Socrates, quò Plato, molliore oratione vtitur, quàm si disertè diceret, moriendum esse: simúlque magnum affert tali oratione solatium ei, quicum loquitur, cùm ille eodem tempore cum animo suo considerat, sibi non esse recusandum, quo minùs eadem, atque illi clarissimi, & præstantissimi viri, condicione vtatur. sic loquitur epist. ad Numicium lib. 1. *Ire tamen restat, Numa quò deuēnit, & Ancus.* lege annot. ad Od. 28. lib. 1. lectorem non celabo in cod. Faër. & aliquot alijs, quos in Gallia nactus sum, legi, *Quò pater Æneas.* ego tamen scripturam receptam sequor. Sic Virg. lib. 1. Æneid. *Sum pius Æneas, raptos qui ex hoste penateis, &c.*

Neque

Digitized by Google

A Neque tamen alteram damno. Nam etiam hoc epithetum Æneæ tribuit idem Virgil. eodem lib. *Iam pater Æneas, & iam Troiana iuuentus.* Castũ appellat Horatius carmine sæculari post epod. *Castus Æneas patriæ superstes.*

PVLVIS ET VMBRA SVM.] Pleni sunt veterum scriptorum libri huius sententiæ. Soph. in Aiace, Ὁρῶ γὰρ ἡμᾶς ὄντας οὐδὲν ἄλλο, πλὴν Εἴδωλα, ὅσοιπερ ζῶμεν, ἢ κοῦφον σκιάν. id est, Video enim, nos, qui viuimus, nihil aliud esse, præterquàm imagines, aut vmbram leuem. Pindarus duo inanissima coniunxit inter se: vmbram, & somnium. Ait enim, homines esse vmbræ somnium, εἴδ. π. Πυθ. ἐπ. μερομ. τί δέ τις, τί δ' οὔτις, σκιᾶς ὄναρ ἄνθρωποι. id est, diurni sumus. quid refert simus, an non simus? vmbræ somnium sunt homines. Athenæus lib. octauo versus nescio cuius poëtæ profert: quorum hæc sententia est: suadere omnibus mortalibus, vt in diem viuant, volo. nam hominem mortuum, esse nihil, & vmbram sub terra. verba illius poëtæ non nominati sunt hæc, Πᾶσιν θνητοῖσι βούλομαι παραινέσαι, Τὴμ φήμερον ζῆν ἡδέως· ὁ γὰρ θανὼν Τὸ μηδὲν ἐστι, καὶ σκιὰ κοὐδὲν πλέον. Theognis item animum suum hortatur, vt se

B tantisper dum viuit, oblectet, quando ætas succedat ætati, aliíque homines citò orituri sint: ipse autem puluis, & cinis futurus sit. Τέρπού μοι φίλε θυμέ, πάλαι αὖ πνες ἄλλοι ἔσονται Ἀνδρες· ἐγὼ δὲ θανὼν γαῖα μέλαιν' ἔσομαι. Anacreon similiter, Ὀλίγη δὲ κεισόμεθα Κόνις ὀστέων λυθέντων. id est, Exiguus autem puluis iacebimus ossibus solutis. & in epigr. Græcis, ἐν δ' Ἀχέροντι Ὀστέα καὶ σποδιὴ παρθένε κεισόμεθα. id est, in inferis autem ossa & cinis, ô virgo, iacebimus. Eurip. in Protesilao apud Stob. ὦ θαῦμ' ἑλέξας θνητὸν ὄντα δυσευχῆν, Ἀνθρώπου ἐστὶ πνεῦμα, καὶ σκιὰ μόνον. id est, nihil mirum dixisti, homini nato fortunam aduersari, ac reflare. homo enim ventus est, & vmbra solùm.

QVIS SCIT, AN ADIICIANT, &c.] Quis scire potest, an Dij immortales diem crastinum vitæ nostræ adiecturi sint, quando ne id quidem exploratum habemus, an vsque ad vesperũ victuri simus? Quia autem dies crastinus hodierno est proximus, iccircò Horatius significans, vitæ nostræ spatium esse incertissimum: ait incertũ

C nobis esse etiam vtrùm die crastino simus victuri, nécne. sic Theocr. in Hyla. Οἱ θνατοὶ πελόμεθα, τὸ δ' αὔριον οὐκ ἐσορῶμες. id est, nos, qui mortales sumus, quíque diem crastinum non cernimus. Eurip. in Alcestide, Βροτοῖς ἅπασι κατθανεῖν ὀφείλεται· Κοὐκ ἔστιν αὐτῶν ὅστις ἐξεπίσταται, Τὴν αὔριον μέλλουσαν εἰ βιώσεται. Τὸ τῆς τύχης γὰρ ἀφανὲς ὄπποι βήσεται. id est, Mortali[b] omnibus moriendum est: neque quisquam eorum est, qui sciat, vtrùm diem crastinum sit victurus, nécne. Nam fortunæ arbitrium quò sit euasurum, obscurum est. Sophocl. in Trach. ὡς εἶπε δύο, Η καὶ πλείους ἡμέρας λογίζεται, Μάταιός ἐστιν. οὐ γὰρ ἐς ἔγ' αὔριον Πρὶν εὖ παθῇ τις τὴν παροῦσαν ἡμέραν. id est, si quis duos, aut plureis dies secum reputet, suósque numeret, inanis est. non est enim dies crastinus prius, quã quis hodie sibi fecerit benè.

HODIERNÆ SVMMÆ] id est, ad numerum, aut multitudinem dierum, quos vsque ad hodiernum diem viximus. cod. Faër. Iann. Tornes. Raïnut. Card. & duo Vaticani habent *vitæ*, non *summæ*, alij, tum ij, quibus in Italia vsus sum, tum ij terè omnes, quos in Gallia nactus sum, quibuscum omnes vulgati consentiunt, *summæ*, eósque secutus sum: non quòd alteram illam scripturam improbem: sed quòd hæc vulgata videatur mihi quo dammodo venustior, & magis Horatiana. Est enim tralatio vel à nummis, vel ab aceruis frugum, & similium rerum. Saty. 4. lib. 1. *quin per mala præceps Fertur, vti puluis collectus turbine, ne quid Summa deperdat, metuens.* & 3. lib. 2. *Quantulum enim summæ curtabit quisque dierum? &c.* M. Tull. de offic. 1. *Addendo, deducendóque videre quæ reliqui summa fiat.* Idem pro Roscio comœdo. *Non refert parua nomina in codicem? Immò omneis summas.* & ita ferè locutus est Od 4. lib. 1. *Vitæ summa breuis spem nos vetat inchoare longam.*

CVNCTA MANVS AVIDAS, &c.] id est, ea omnia, quæ tu in curando corpore, & explenda libidine consumseris, tua erunt, neque ad heredem peruenient, qui tuis bonis auidè imminet, atque (vt ita dicam) inhiat. Planè hæc sententia cum ijs, quæ Sardanapali sepulcro litteris Chaldaïcis fuisse inscripta tradit Athenæus lib. 12. consenta-

D nea est. ea autem sunt huiusmodi, ἐγὼ ἐβασίλευσα, καὶ ἄχρις ἑώρων φῶς τῶ ἡλίω, ἔφαγον, ἔπιον, ἡφρόδισιασα εἰδὼς πόντα χρόνον ὄντα βραχύν, ὃν ζῶσιν οἱ αὖ Ἕλληνοι, καὶ πόνον πολλὰς ἔχοντα μεταβολάς, καὶ κακοπαθείας· καὶ ὅτι, ὧν αὖ καταλίπω ἀγαθῶν, ἄλλοι ἔξουσι τὰς ὑπολαύσεις. διὸ κἀγὼ ἡμέραν ἡδεμίαν παρέλιπον τῶν ποιῶν. id est, *ego regnaui, & quãdiu mihi lucis vsura data est, edi, bibi, rei Venereæ operam dedi, cùm scirem & perbreue esse vitæ humanæ curriculum, & in hoc multas rerum commutationes, & calamitates incidere: & qua bona reliquero, eorum bonorum fructum alios percepturos. Quocircà nullum diem intermisi, quin hoc agerem.* Verborum autem illorum *amico animo*, eam, quam dixi

E sententiam esse, Græcorum testimonio vincam, à quibus Latini hoc genus mutuati sunt. sic enim loquuntur illi, φίλην ψυχῇ χαρίζεσθαι, id est, caro animo obsequi, aut gratificari, pro, *libidini suæ seruire.* Simonides apud Stobæum, Νήπιοι, οἷς τοῦτη κεῖται νόος, οὐδέ τ' ἴασιν, Ὡς χρόνος ἐξ ὀλίγης ἥβης, καὶ βιότου ὀλίγος θνητοῖς ἀλλά σὺ τῶν μακάρων βιότου πόντου πέρμα Ψυχῇ τῇ ἀγαθῶν τλῆθι χαριζόμενος, id est, vt nos quidem vertimus, *Stulti, mens quibus est talis, nec, quanta iuuenta, Et vitæ humana quàm breuis hora, tenent. Tu verò hac doctus*

F *bona, donec viuere perges, Obdura caro gratificans animo.* Theocr. Hierone, οὐκ ἄδε πλοῦτ τῶν φρονέουσιν ὄνασις· Ἀλλὰ τὸ μὲν ψυχᾷ, τὸ δὲ καί τινι δῶναι ἀοιδῶν. i. non est hic diuitiarum vsus, seu fructus, aurum domi cõditum seruare: sed alteram partem animo, alterã poetæ alicui donare. & apud Athenæum, Bacchida illes, qui consimilem, & geminam Sardanapali vitæ vitam egit, ita loquitur in ea inscriptione, quã in sepulcro suo incîdi iussit: Πῖεν, φάγεν, καὶ πάντα τὰ ψυχᾶ δόμεν, id est, ede, bibe, & omnia animo largire. Atque ita Latini Græcorũ exemplo *animũ* vsurparũt. Plautus Aulular. *egomet me fraudaui, Animúmq; meũ, Geniúmq; meũ.* Idẽ Bacchid. *Paullisper, Lyde, lubido est homini animo obsequi. Tũ aderit tempus, cũ sese etiã ipse oderit.* Idẽ Mil. glor. *meo animo morem gero.* idem in Trinummo, *si animus hominẽ*

A *perculit, actum est*, id est, si libido à ratione auersa: quem locũ aliàs explicabimus. Terent. Adelp. *Vxor. si cesses, aut te amare cogitat, Aut tete amari, aut potare, aut animo obsequi.* MANVS AVID. HER.] sat. 3. lib. 2. *auidus iam hæc auferet heres.*

CÙM SEMEL OCCIDERIS, &c.] vbi semel mortuus fueris, reuiuisces numquam, cùm θάνατος sit ἀθάνατος, vt inquit ille apud Athen.

ET DE TE SPLEND. MINOS FECERIT] & cùm de te Minos splendide & præclarè iudicarit, sententiámque æquissimam tulerit. Homerus Minoa iudicem facit apud inferos ὀδυσσ. λ. Narrat enim Vlysses Alcinoo inter cetera, se illum vidisse iudicantẽ cũ sceptro, his verbis. Εν δ' ἦτοι Μίνωα εἶδον Διὸς ἀγλαὸν υἱὸν Χρύσεον σκῆπτρον ἔχοντα, θεμιστεύοντα νέκυσσι Ημενον, οἱ δέ μιν ἀμφὶ δίκαις εἴροντο ἄνακτα. id est, hîc autem Minoa vidi Iouis filium, aureum sceptrum tenentem, Mortuis ius dicentem, ac sedentem: illi autem de iure dominum consulebant. Plato quoque in Gorgia, in ea fabula, quam narrat de iudicijs morientium, quæ anteà penes viuos erant, ad mortuos translatis: Iouem inducit duos ex Asia iudices dantem, Minoëm & Radamanthum: vnum ex Europa, Æacum, quia cùm

B ipsi quoque mortui sint, verisimile sit eos integrè & incorruptè de mortuis iudicaturos. Primæ autem, & præcipuæ iudicandi partes Minoi dantur, vt ex his Platonis verbis intelligere licet. *Μίνωϊ δὲ πρεσβεῖα δώσω ὅπως διακρίνειν ἐὰν ἢ ἀπορρήτων τι ἑτέρῳ, ἵνα ὡς δικαιότατη ἡ κρίσις ἢ τῶν τῆς πορείας τοῖς ἀνθρώποις.* vide an not. ad Od. 13. lib. 2.

NON TE RESTITVET PIETAS] sic suprà Od. 14. lib. 2. *Eheu, fugaces, Postume, Postume, Labuntur anni, nec pietas moram Rugis, & instanti senectæ Afferet, indomitæq; morti.* habet autem hęc repetitio, *Non genus, non te facundia, non te, &c.* quam Græci αἰκαδίπλωσιν vocant, multum venustatis. Sic Sappho. οὐκ ἔτι ἥξω πρὸς σε, οὐκ ἔτι ἥξω. id est, nõ amplius ad te veniam, non amplius veniam. lege quæ annotata sunt suprà ad illum locum, *Ibimus, Ibimus, &c.* Od. 17. lib. 2.

INFERNIS NEQ. ENIM TENEBR. &c.]

C Pallas apud Hom. ὀδυσσ. γ. ait ne deos quidem immortaleis ab eo, quem carum habeant, mortem arcere, aut propulsare posse, his versibus, Αλλ' ἦτοι θάνατον μὲν ὁμοίιον οὐδὲ θεοίπερ Καὶ φίλῳ ἀνδρὶ δυώσαντα ἀλαλκέμεν, &c. quos suprà testeis produximus ad Od. 24. lib. 3.

PVDICVM] pudicus est propriè, qui alterius libidinem in suo corpore non est passus, vt epist. ad Quinct. lib. 1. *neget esse pudicum.* quæ significatio huic loco fortasse conuenire non potest. Itaq; putabam hîc pudicum accipiendum, pro eo, qui alterius pudicitiam non violet: & qui alterum nõ efficiat impudicum. qualis fuit Hippolytus, qui nouercæ stuprum inferre noluit. Sed dic etiã hoc loco pudicum propriè poni. Nam pudicus eò dicitur Hippolytus, quòd nouercæ libidinẽ in suo corpore non pertulit, quin eam depulit; ac discussit. Non enim ipse, sed ei' nouerca Phœdra libidine ardebat, quã sua tẽperãtia cõpressit, ac retudit.

LIBERAT HIPPOLYT.] Theseus Ægæi filius Hippolyto ex Antiopa Amazone suscepto, Phædram Minois filiam duxit vxorem. Illæ vxoris in filium insidias veritus, Hippolytum Trœzenem amandauit, vt illic regnaret. Phædra autem illius amore incensa, primùm Veneri templum consecrauit Athenis, vt eam sibi placatam, propitiámque haberet, quod posteà Hippolytéum appellatum est: Deinde Trœzenem profecta, sperans se iuueni parsuasuram, vt secum rem haberet: ab eóque malè accepta, ac repudiata, dicitur crimen, quod erat ipsius proprium, in illum transtulisse, Theseóque renuntiasse se ab illo de stupro esse appellatam. Theseus re credita, Hippolyto iratus, cùm treis ei optiones dedisset Neptunus, filij sui interitum optauit. Neptunus autem Hippolyto sese quadrigarum curriculo exercente, repente belluam marinam in equos immisit: cuius aspectu territi, Hippolytum distraxerũt. lege Euripidis Hippolytum coronatum. Sed quòd hîc negat Horatius Hippolytum à Diana liberatum esse, nihil videtur ad rem attinere, cum Pindarus Πυθ. εἰδ. γ. eum ab Æsculapio ad lucem, vitámque ab inferis reuocatum esse auro accepto tradat: atque ob id Iouem iratum fulmen in vtrumque misisse: alij autem in Æsculapium solum: quod confirmat Pausan. Corinth. his verbis: *παύτης τῆς στηλῆς τῷ ὀπισθογράμματι ὁμολογοῦντα λέγουσιν Αρκιεῖς, ὡς πεθνεῶτα Ιππόλυτον ὑπ. τῶν θησίως ἀρῶν ἀνέστησεν Ασκληπιός.* id est, huius columnæ inscriptioni consentanea dicunt Arcienses: nempe mortuum Hippolytum Thesei diris precibus ab Æsculapio esse ab inferis excitatum. & Plato lib. 3. de legibus, *Ἀπόλλωνος μέν φασιν Ασκληπιὸν εἶναι· χρυσοῦ δὲ χρυσῷ πειθόμενον πλέσιον ἄνδρα θανάσιμον ὄντα ἰάσασθαι· ὅθεν δὴ κεραυνωθῆναι αὐτόν.* id est, Apollinis quidem filium aiunt esse Æsculapium, Sed eum auro adductum esse, vt hominem diuitem moribundum ab interitu vindicaret: quocirca eum fulmine percussum esse. Virgil. lib. 7. Æneid. *Namque ferunt fama Hippolytũ, post quàm arte nouerca Occiderit, patriásque explerit sanguine pœnas, Turbatis distractus equis: ad sidera rursus Ætheria, & superas cæli venisse sub auras, Pæonijs, reuocatum herbis, & amore Diana.* Hæc igitur non pugnarent inter se, Hippolytum nõ esse à Diana liberatum, quod dicit Horat. & eundẽ excitatum esse ab inferis beneficio Æsculapij: nisi adderet Virgil. *& amore Diana.* Profert hunc locum Seruius ad illum Virgilij.

NEC LETHÉA VALET THESEVS ABRVMP. &c.] de Pirithoo diximus sup. ad Od. 4. lib. 3. ibi, *amatorem trecenta Pirithoum cohibent catenæ.* de Theseo vide Plutarchum in Theseo.

## AD MARCIVM CENsorinum Ode 8.

Nihil esse carminibus potentius ad sempiternam sui nominis memoriam posteris prodendam, atque ab obliuione hominum vindicandam.

*DOnarẽ pateras, grataq; commodus, Censorine, meis æra sodalibus:*

*Dona-*

A *Donarem tripodas, præmia fortium*
*Graiorum: neq; tu pessima munerum*
*Ferres: diuite me scilicet artium, (pas,*
*Quas aut Parrhasius protulit, aut Sco-*
*Hic saxo, liquidis ille coloribus*
*Sollers nunc hominem ponere, nunc deum.*
*Sed non hæc mihi vis: non tibi talium*
*Res est, aut animus deliciarum egens.*
*Gaudes carminibus: carmina possumus*
*Donare: & pretium dicere muneris.*
*Non inciſa notis marmora publicis,*
*Per quæ spiritus & vita redit bonis*
*Post mortem ducibus: non celeres fugæ,*
*Reiectæq; retrorsum Annibalis minæ,*
*Non incendia Karthaginis impiæ,*
B *Eius, qui domita nomen ab Africa*
*Lucratus rediit, clarius indicant*
*Laudes, quàm Calabræ Pierides: neq;*
*Si chartæ sileant quod bene feceris,*
*Mercedem tuleris. quid foret Iliæ,*
*Mauortisq; puer, si taciturnitas*
*Obstaret meritis inuida Romuli?*
*Ereptum Stygijs fluctibus Æacum*
*Virtus, & fauor, & lingua potentium*
*Vatum diuitibus consecrat insulis.*
*Dignum laude virum Musa vetat mori:*
*Cælo Musa beat. sic Iouis interest*
*Optatis epulis impiger Hercules.*
C *Clarum Tyndaridæ sidus ab infimis*
*Quassas eripiunt æquoribus rateis.*
*Ornatus viridi tempora pampino*
*Liber vota bonos ducit ad exitus.*

PATERAS] pateræ in poculis erant (inquit Varro lib. 4. de lingua Lat.) à patendo dictæ.

COMMODVS] Sic reperi scriptum in duobus cod. Vatic. longè optimis, & Ian noct. & vno Nicotiano, & Danielis, & vno Russardino, & præterea meo. alij cum vulgatis consentiunt, qui omnes (præter Aldinos) habent *commodis*. Ego ita priorem scripturam amplexus sum, vt tamen vulgatã, præsertim à veteribus codicibus confirmatã, non damnem. sed hæc certè mihi videtur elegantior, Horatioque familiarior: quam sic explico, *Donarem commodus*, id est, in eo me commodum præberem, & in eo commodus essem, quòd donarem pateras meis sodalibus, &c. Iam verò commodi dicuntur ij, qui sese ad aliorum mores vel suo iudicio accommodant, vel sunt accommodati natura, & qui alijs facilè, & libenter obsequuntur, & pro D
sunt. Cice. pro Murena, *Nemo Catone proauo tuo commodior, comior, moderatior fuit ad omnem rationem humanitatis*. Idem de amicit. *Qui autem commodis fuerint moribus, eos prosperis rebus immutari*. Idem frumentar. *tantamq; habebat morum similitudo coniunctionem, atq; concordiam, vt Apronius, qui alijs inhumanus, ac barbarus, isti vnus commodus ac diserus videretur*. Horat. in epist. ad Pisones, *Sponsor stabileis in iura paterna recepit Commodus, & patiens*. & in epist. ad August. *Commodus vltro Arcessas*. Terent. Heautont. *mulier commoda & facetа hæc est meretrix*. Plaut. Pœnulo, *commodos conuiuas*. ἀρθμίους appellant Græci. *Donarem commodus* autem ex illo genere est, cuius illa sunt, *ne parce malignus, Parce negligens, Si veneror stultus*, & similia, quæ annotata sunt ad Od. 8. lib. 3.

ÆRA] signa ærea, statuas æreas: vel vasa ærea affabrè facta, & antiqua. epist. ad Numic. *I nunc; argentum, & marmor vetus, araq;, & arteis Suspice*. & Saty. 4. lib. 1. *stupet Albius ære*. & Saty. 3. lib. 2. *Quo vafer ille pedes lauisset Sisyphus ære*.

TRIPODAS, PRÆMIA FORTIVM] exemplum est apud Hom. ιλ. ψ. Δῶκε δ' ἄγειτ' ἐπάροισιν ὑφ' ὑμοισι γυναῖκα, Καὶ τείποδ' ὠτώεντα φέρειν. id est, dedit autem socijs magnanimis fæminam agere, & tripoda ferre. ita Hesiod. ἐργ. καὶ ἡμερ. cuius vers. mox proferemus. Iterum Hom. ιλ. ι. ὑμῖν δ' ἐν πάντεσσι θεὸς κλυτὰ δῶρ' ὀνομήνω: Επτ' ἀπύρους τείποδας, δέκα δὲ χρύσοιο τάλαντα, &c. quos Homeri versus sic videtur adumbrasse Virg. Æn. 9. *Bina dabo argento perfecta atq; aspera signis Pocula, deuicta genitor quæ cepit Arisba: Et tripodas geminos, auri duo magna talenta*. Iterum Hom. ὀδ. ο. δώσει δέ π ἔνγε φέρεσθαι, Ηέ πνα τειπόδων εὐχάλκων, ηὲ λεβήτων: Ηὲ δύ' ἡμιόνους, ηὲ χρύσειον ἄλεισον: dabit autem tibi vnum quidem ferre, Aut aliquem tripodem ex ære, aut lebetem, Aut duos asinos, aut aureum poculum. E

FERRES] auferres, acciperes, vt sup. Od. 16. lib. 3. *à Dijs plura feret*. & epist. ad Iulium Florum lib. 2. *nõ temerè à me Quinctius ferret idem*. ead. epist. *Grandia laturus meritorum præmia*. & epist. ad August. eod. lib. *Munera, quæ multa dantis cum laude tulerunt*. & Saty. 1. lib. 2. *multa laborum Præmia laturus*. & epist. 3. lib. 1. *Prima feres hederæ victricis præmia*. & epist. 17. eiusd. lib. *Coram rege suo de paupertate tacentes Plus poscente ferent*. sic loquuntur & Græci. Hesiod. ἐργ. καὶ ἡμέρ. ἔνθα με φημὶ Τμῶλον νικήσαντα φέρειν τείποδ' ὠτώεντα. id est, hîc me dico cùm hymno victor discessissem, tulisse tripodẽ auritũ, seu ansatum: sic Virg. Æn. 4. *magnum dat ferre talentum*. F

DIVITE ME SCILICET ARTIVM, &c.] id est, si abundarem signis & tabulis pictis.

PARRHASIVS] pictor clarus, Athenien sis: vel, vt alij volunt, Ephesius. de quo Xenoph. ἀπομνημονευμ. γ. εἰσελθὼν μὲν γὰρ ποτε πρὸς παρράσιον τὸν ζωγράφον, καὶ διαλεγόμενος αὐτῷ, &c. & Plin. lib. 35. cap. 6. & cap. 10. statim à principio capitis.

SCOPAS] statuarum fictor: cuius opus commemorat Pausanias Corinth. Herculem è saxo. Idem Atticis opera omnium præstantissima vel ipsius artificis iudicio, Satyrum, & Cupidinem. De eodem Tullius lib. 1. de Diuinatione, *Finge-*



Digitized by Google

A *bat Carneades, in Chiorum lapicidinis ſaxo diſſiſſo caput extitiſſe Paniſci. Credo, aliquam non diſſimilem figuram, ſed certè non talem, vt eam factam à Scopa diceres.*

HIC] Scopas. refertur enim ad id, quod propius abeſt.

LIQVIDIS ILLE COLORIBVS] ille, Parrhaſius.

SOLLERS] ſollers dictus, quaſi ὅλος ἀρετή. id eſt, totus ars, ſeu virtus. Itaque prior ſyllaba rectè ſcribitur duobus ll, vt producatur: vel à voce Oſca ſollo, id eſt, toto, & arte, inquit Feſtus.

SOLLERS NVNC HOMI. PONERE] id eſt, ſollers in ponendo, hoc eſt, in fingendo, ſeu faciendo homine. frequens eſt Horatius hoc loquendi genere: quod à Græcis ſine dubio manauit. ſolent enim ita loqui, δεινὸς λέγειν, ἱκανὸς ποιεῖν. Æſchylus in Prometh. Δεινὸς γὰρ εὑρεῖν κἀξ ἀμηχάνων, πόρον. id eſt, ſollers & callidus ad inueniendam viã, & facultatem etiam in rebus impeditis, & pæne inexplicabilibus. Plutarchus de Catone maiore, ἡδὺς συγγενέσθαι, id eſt, ſuauis in congreſſibus. Hom. ἰλ. μ. Τάφρος ὕπ' ἀρ' ἐπέρρεεν ἀχέων, ὅτε πᾶσαι Pniδίη.

B id eſt, foſſa neque ad tranſiliendum, neq; ad tranſeundum facilis. Libet autem mihi hoc loco Horatiana omnia, quæ ad hoc genus pertinent, colligere, ac ſub vno veluti aſpectu ponere. Od. 12. lib. 1. *Blandum & auritas fidibus canoris Ducere quercus.* ibidem, *ſuperare pugnis Nobilem.* Od. 10. eiuſdem, *Callidum, quicquid placuit, iocoſo Condere furto.* Ode vndecima eiuſdem, *ſcire nefas*, niſi quis malit illud *ſcire*, pertinere ad verbum *quæſieris.* Od. 35. *Præſens vel imo tollere de gradu.* ibid. *Ferre iugum pariter doloſi.* Od. 37. eiuſd. *quidlibet impotens Sperare.* Od. 11. lib. 3. *Tuq; teſtudo reſonare ſeptem Callida neruis.* Od. 12. eiuſd. *catus iaculari.* ibi. *celer excipere.* Od. 3. eiuſd. *Aurum irrepertum ſpernere fortior, Quàm cogere humanos in vſus.* Od. 21. eiuſd. *Segnesq; nodum ſoluere Gratis.* Od. 29. eiuſd. *Ludum inſolentem ludere pertinax.* Od. 3. lib. 1. *Audax omnia perpeti Gens humana.* in carmine ſæculari ad Deos, poſt epod. *maturos aperire partus Lenis Ilithyia.* ibid. *veraces cecinisse Parcæ.* Od. 6. huius lib. *celeremq; pronos Voluere menſeis.* Od. 14. eiuſd. *impiger hoſtium Vexare turmas.* Od. 4. lib. 2. *leuiora tolli Pergama Graijs.* Od. 2. hoc lib. *niueus videri.* Od. 12. eiuſd. lib. *curas eluere efficax.* ibi. *Spes donare nouas largus.* epiſt. ad librũ ſuũ lib. 1. *Iraſci celerẽ.* & epiſt. ad Scæuã eod. lib. *fundus nec paſcere firmus.* Sat. 4. lib. 1. *durus componere verſus.* ibid. *piger ſcribendi ferre laborem.* Saty. 8. lib. 2. *Ridiculus totas ſimul obſorbere placentas.* Saty. 7. eiuſd. libri, *Reſponſare cupidinibus, contemnere honores Fortis.* & Od. 16. epod. *Nefas videre.* & epiſt. ad Quinctium, *Fons etiam riuo dare nomen idoneus.* de arte poët. *amata relinquere pernix.* ibid. *foramine pauco Aſpirare, & adeſſe choris erat vtilis.* ibid. *Cereus in vitium flecti.*

C PONERE] fingere, facere, ποιεῖν, πθέναι. Sic enim Græci ſæpe πθέναι, quod valet ponere, pro facere vſurpant.

SED NON HÆC MIHI VIS] ſed non eſt mihi hæc facultas, ſeu poteſtas, δύναμις: ſeu copia.

RES] res familiaris: aut quia abundas, aut quia non deſideras, vt declarat id, quod ſequitur. D

ET PRETIVM DICERE MVNERIS] æſtimare munus, & indicare quanti ſit, non, vt vendamus tamen: ſed vt ſcias, quanti pretij rem accipias à nobis, nempe carmina. *muneris* autem, non *muneri* legendum videtur: & ita Acron & Porph. Accedit vnius codicis antiqu. Vatic. auctoritas, & Torneſ. & aliquot aliorum. Iam per munus perſpicuè carmina ſignificat, quæ ſe donare poſſe dicit. *muneri* tamen non damno: ſi quis forte malit: cùm in pluribus codicibus antiquis reperiatur.

NON INCISA NOTIS MARMORA, &c.] horum verborum ſententia hæc eſt, Non ſtatuæ marmoreæ, literis & inſcriptionibus honorificis notatæ, ceteraq; monumenta à ſenatu P. Scipioni Africano decreta, neque retractus Annibal ab Italia in Africam conſilio & virtute P. Scipionis, non domita ab eo Karthago, clariorem illum reddiderunt, quàm Ennij poema. Non enim omnes, qui res præclaras ac laudabileis geſſerunt, ijdem ſui nominis memoriam poſteritati prodere potuerunt: ſed ij demum, qui præconem aliquem E ſuarum virtutum, rerumque geſtarum nacti ſunt, vt dicemus ex Pindaro Od. proxima. non diſſimile eſt id, quod ait epiſt. ad Aug. lib. 2. *Nec magis expreſſi vultus per aënea ſigna, Quàm per vatis opus mores, animiq; virorum Clarorum appãrent.*

INCISA NOTIS PVBLICIS] verbi gratia his litteris, S. P. Q. R. AD ÆTERNAM P. CORNELII SCIP. AFRICANI MEMORIAM.

PER QVÆ SPIR. ETV. R. B.] id eſt, quæ efficiunt & præſtant, vt boni & fortes imperatores mortui quodammodo renaſcantur, & reuiuiſcant. BONIS] fortibus, ἀγαθοῖς. ἐσθλοῖς.

REIECTÆQVE RETRORSVM] reuocatæ, ac retractæ in Africam. vide T. Liuium lib. 28. 29. 30. annal.

IMPIÆ] fœdifragæ, & contra fœdera bellum renouantis.

EIVS, QVI, &c.] P. Cornelius Scipio Africanus deſcribitur. Coniunge autem, *eius* cum voce *laudes.* F

LVCRATVS] nam ob deuictam Karthaginem ei cognomen Africano ex virtute fuit. Sat. 1. lib. 2. *num Lælius, aut qui Duxit ab oppreſſa meritum Karthagine nomen, &c.*

QVAM CALABRÆ PIERIDES] quàm Ennij ſcripta, qui Calaber fuit, nempe Rudius. Sic Pindarus Olymp. εἰδ' ἰῶπα. ἔχοντι δ' εὐρὺ κλέος ὑδέγες Πιερίδες Διός. id eſt, habent enim amplam laudem Iouis filiæ Pierides.

NEQVE, SI CHARTÆ SILEANT, QVOD, &c.] ſi litteris (inquit Horat.) non mandentur rectè facta, præclaraque facinora: nulla erit eorum merces, nullum præmium: erunt autem tenebris ſepulta ſempiternis. Hanc ſententiam ſplendidè ſanè, atque ornatè perſequitur Pindarus Nem. carm. ſeptimo, hoc modo. *Magnæ corporis vires, magnæq; animi virtutes, ab hymnis & laudationibus derelicta denſis tenebris circumfundũtur.*

*Vnicum*

Digitized by Google

A *Vnicum est autem rerum fortiter gestarum speculum, quo videlicet illa posteritati prodantur, atq; immortalitati commendentur, & consecrentur, carmen à docto aliquo poëta conscriptum, quod illarum rerum laudes, tanquam laborum præmia, complectatur.* Verba Pindari sunt hæc, ταὶ μεγάλαι γὰρ ἀλκαὶ σκοτεῖν οὐ δύνανται θνατὸν ἀμαυρωθέντα λήθᾳ· ἔργοις δὲ καλοῖς ἔσσυρον ἴσαμεν ἐπὶ σωτῆρα πρόπαν, εἰ μνημοσύνας ἔκαπ λυπᾶν ἐξεύρωμεν ὑμνήσαντες ἔμπαν μόχθων κλυταῖς ἐπέων ἀοιδαῖς.

QVOD BENE FECERIS] tua in remp. benè merita: tuas res gestas, reipublicæ vtileis ac salutareis.

MERCEDEM] ἄπονα μόχθων vocat Pind. carmine illo 7. quod suprà protuli. & alibi. μισθόν. sic ille, πολύφορος δ' ἀγαθοῖσι μισθὸς ὕπνος. TVLERIS] abstuleris, acceperis, vt sup. annot.

QVID FOR. ILIÆ, MAV. QVE PVER] Romulus. hanc sententiam videtur ex Theocrito, nominibus dumtaxat immutatis, expressisse. sic autem ille ex Hierone, Τίς δ' αὖ ἀείσῃας Λυκίων πότι, πῖς κομόωντας Πελασγίδας, ἢ θῆλυν ἀπὸ χροιᾶς Κυκνὸν ἔγνω, Εἰ μὴ φυλόπιδας, ἀστέρων ὕμνησαν ἀοιδοί, Οὐδ' Ὀδυσῆς ἔκαπόν τε καὶ ἔκαπ μῆνας ἀλαθεὶς Παίπας ἐπ' ἀίθρα πους ἀίδηλ' ἐς ἔκαπον ἐλθὼν Ζωὸς, καὶ καπήλυσε φιλᾶν ὁλοῖο Κύκλωπος, Δίωπον κλέος ἔχων· ἐσιχάθη δ' αὖ ὑφορβὸς Εὔμαιος, καὶ βουσὶ Φιλοίπιος ἀμφ' ἀγελαίαις Ἔργον ἔχων, αὐπός τε ἀμέμπλεγχὴς Λαέρπης, Εἰ μὴ σφᾶς ἄνασσεν Ἰάονος αἰδρὸς ἀοιδαί. id est, Quis vmquam optimateis Lyciorum, quis Priami filios, aut Cycnum nouisset, nisi superiora bella cecinissent poëtæ? Neque verò Vlysses post errores decem annorum, per omnium ferè hominum vrbeis vagatus, etiam ad inferos profectus viuus, tot denique periculis perfunctus, atque ex antro Cyclopis saluus reuersus, diuturnam laudem consecutus esset: tùm subulcus Eumæus silentio præteritus esset, & Philœtius, & Laërtes: nisi eos Homeri cantus ab obliuione vindicassent. sic Tibull. lib. 1. *Carmine purpurea est. Nisi coma, carmina ni sint, Ex humero Pelopis non nituisset ebur.*

DIVITIBVS CONSECRAT INSVLIS] consecrat immortalitati. sic & Od. 16. epod. *arua, beata Petamus arua, diuiteis & insulas.* μακάρων νήσους vocant Græci.

CÆLO MVSA BEAT] in cælo colloeans beatum efficit. annotatum ad Od. 3. lib. 2.

SIC IOVIS INT. OPTATIS, &c.] Vlysses apud Hom. ὀδ. λ. Alcinoo narrat, se Herculis idolum quidem apud inferos vidisse: ipsum Herculem autem cum ceteris dijs immortalibus suauissimis epulis oblectari, Iouisque & Iunonis filiam Heben in matrimonio habere. Verba Homeri sunt hæc: Τὸν δὲ μετ' εἰσενόησα βίλν Ηρακληείλν, Εἴδωλον· Αὐτὸς δὲ μετ' ἀθανάτοισι θεοῖσι Τέρπεται ἐν θαλίης, καὶ ἔχει καλλίσφυρον Ἥβλν, Παῖδα Διὸς μεγάλοιο καὶ Ἥρης χρυσοπεδίλν. Hoc idem scribit Hesiod. in Theogon. his verbis, Ἥβλν δ' Ἀλκμήνης καλλισφύρν ἄλκιμος υἱὸς Ἰς Ηρακλῆος τελέσας συνόεντας ἀέθλνς, Παῖδα δὲ μεγάλοιο, καὶ Ἥρης χρυσοπεδίλν, Αἰδοίλν λάχ' ἄκοιτιν ἐν Οὐλύμπν τερόεντι, Ὀλβίος, ὃς μέγα ἔργον ἐν ἀθανάτοισι τελέσσας Ναίει ἀπήμαντος, καὶ ἀγήραος ἤματα πάντα. id est, Heben autem Iouis & Iunonis filiam vxorem in cælo nactus est Alcmenæ filius, duris laboribus perfunctus: Fortunatus, qui magna regesta inter immortaleis habitat, malorum, & senectutis semper expers. Pindarus item Nem. εἰδ. α. Tiresiam facit cùm alia; tùm hæc de Hercule vaticinantem, ac prædicentem, multis eum exhaustis laboribus, omni reliquo tempore otiosum, quietumque victurum, & in domicilio Deorum immortalium commorantem & epulantem Hebes nuptijs potiturum. & ἰσθμ. εἰδ. δ. de eodem sic, Νῦν δὲ παρ' Αἰγιόχῳ κάλλιστον ὅλβον ἀμφέπων ναίει, πήματά τε πρὸς ἀθανάτων φίλος· Ἥβαν τ' ὀπυίει χρυσέαν εὔκηρον ἄναξ καὶ γαμβρὸς πέας.

IMPIGER HERCVLES] sup. Od. 3. lib. 3. *vbi gus Hercules.* infrà efficacem dixit Od. 3. epod.

TINDARIDÆ] Castor, & Pollux, quamuis Castor, Tyndari: Pollux, Iouis esset filius. *clarum sidus* autem κατ' ἐξοχήν. *lucida sidera* dixit numero multitudinis Oda 3. lib. 1. *Sic fratres Helene lucida sidera.* Eodem pertinent illa ex Oda 12. eiusd. lib. *puerosq; Ledæ, Hunc equis, illum superare pugnis Nobilem: quorum simul alba nautis Stella refulsit: defluit saxis agitatus humor, &c.*

ORNATVS VIRIDI TEMP. PAMP.] Liber, cui tempora sunt ornata pampino, carminibus poëtarum in cælum sublatus, & deus factus, ab hominibus imploratus, & precibus fatigatus, eorum preces ad bonos & secundos exitus perducit. Ex eo quòd Baccho vota faciunt homines, intelligimus deum esse factum: deus autem factus est carminibus poëtarum, vt extrema cum primis consentiant. suprà Od. 25. lib. 3. *dulce periculum est, O Lenæe sequi deum Cingentem viridi tempora pampino.*

## AD LOLLIVM. Ode 9.

Scripta sua nunquam interitura. sine poëtarum ope, virtutem obliuione sempiterna deleri. se suis versibus res à Lollio gestas memoriæ proditurum. Laus constantiæ, abstinentiæ, & ceterarum virtutum.

*NE forte credas interitura, quæ*
*Longè sonantem natus ad Aufidũ,*
*Non ante vulgatas per artes*
*Verba loquor socianda chordis:*
*Non, si priores Mæonius tenet*
*Sedes Homerus: Pindaricæ latent,*
*Ceæq;, & Alcaei minaces,*
*Stesichoriq; graues camœnæ.*
*Nec, si quid olim lusit Anacreon,*
*Deleuit ætas. spirat adhuc amor:*
*Viuunt q; commissi calores*
*Æoliæ fidibus puellæ.*
*Non sola comtos arsit adulteri*

*Crineis,*

Digitized by Google

A *Crineis, & aurum vestibus illitum*
*Mirata, regaleisq; cultus,*
*Et comites, Helene Lacæna:*
*Primúsue Teucer tela Cydonio*
*Direxit arcu: non semel Ilios*
*Vexata: non pugnauit ingens*
*Idomeneus, Sthenelúsue solus*
*Dicenda Musis prælia: non ferox*
*Hector, vel acer Deiphobus graueis*
*Excepit ictus pro pudicis*
*Coniugibus, puerisq; primus.*
*Vixere fortes ante Agamemnona*
*Multi: sed omnes illacrymabiles*
*Vrgentur, ignotiq; longa*
*Nocte: carent quia vate sacro.*
*Paullùm sepultæ distat inertiæ*
B *Celata virtus. non ego te meis*
*Chartis inornatum silebo,*
*Tótue tuos patiar labores*
*Impune Lolli carpere liuidas*
*Obliuiones. est animus tibi*
*Rerumq; prudens, & secundis*
*Temporibus, dubijsq; rectus,*
*Vindex auaræ fraudis, & abstinens*
*Ducentis ad se cuncta pecuniæ,*
*Consulq; non vnius anni,*
*Sed quoties bonus, atq; fidus*
*Iudex honestum prætulit vtili: &*
*Reiecit alto dona nocentium*
C *Vultu: & per obstanteis caterua*
*Explicuit sua victor arma.*
*Non, possidentem multa, vocaueris*
*Rectè beatum: rectius occupat*
*Nomen beati, qui deorum*
*Muneribus sapienter vti,*
*Duramq; callet pauperiem pati:*
*Peiusq; letho flagitium timet*
*Non ille pro caris amicis,*
*Aut patria timidus perire.*

NE FORTE CREDAS] vt ne forte credas, &c. *Non, si priores, &c.* hæc enim pendent ex ijs, quæ sequuntur, vt statim dicemus.

LONGE SONANTEM NATVS] ego Hor. de Ausido sup. Od. vlt. lib. 3. & sat. 1. lib. 1. *Ausidius acer.* Significat, sua carmina immortalia futura, quamuis alios ante se poëtas præstantiores fuisse fateatur: quemadmodum poëtarum, qui post Homerum scripserunt, multo illo inferiorum scripta manent, & viuunt. D

NON ANTE VVLGATAS PER ARTEIS] nouis, & inusitatis artibus, qa primus sum poëta Lyricus Latinus. vt sup. Od. vlt. lib. 3. *Dicar, &c. ex humili potens Princeps Æolium carmen ad Italos Deduxisse modos.* & epist. ad Mæcen. 3. lib. 1. *Liber a per vacuum posui vestigia princeps.* & Oda 3. huius lib. *Romana fidicen lyræ.*

VERBA LOQVOR] quidam libri vet. habent *Verba loquar:* quos non sequor.

SOCIANDA CHORDIS] Lyrica, ad lyram canenda. in cod. Rain. Card. scriptum est, *neruis.* non clauditur autem hîc sententia, sed cohærent hæc verba cum ijs, quæ deinceps sequuntur, hoc modo. vt ne forte existimes, versus meos propterea, quòd non sum poëta Latinorum primus, nec Epicus, sed Lyricus, interituros: non continuò si Homerus primum in poëtis locum meruit, Pindarus, Simonides, Alcæus, Stesichorus, Anacreon, Sappho sunt obscuri: ita non, si principem inter E poëtas Latinos locum nõ obtineo, quem Ennius occupauit, existimare debes, nullum mihi, in quo consistam, esse reliquum. Non enim accipiendũ est illud *ne* quasi sit prohibentis particula, vt diximus, sed vt valeat *vt non.* sic Od. 1. lib. 2. *Sed ne relictis Musa procax iocis, Cea retractes munera Nenia, Quare modos, &c.* & epist. de arte poët. *ne forte seniles Mandentur iuueni partes.* ibid. *ne forte pudori. Sit tibi Musa Lyræ sollers.* & Od. 3. lib. 2. *Ne sit ancillæ tibi amor pudori, &c.* & Od. 3 3. lib. 1. *Albi, ne doleas plus nimio memor, &c.*

MEONIVS.] Lydius sup. Od. 6. lib. 1. *Meonij carminis alite.*

LATENT] obscuræ sunt.

CEÆQVE] Simonideæ. sup. Od. 1. lib. 2. *Cea retractes munera nenia.* quo loco notauimus, Simonidis præcipuam virtutem fuisse in commouenda miseratione, Quinctiliano teste citato. accedat, si voles, Dionysij Halicarn. de eodem testimonium. Σιμωνίδης δὲ ἁρμόττει τὴν ἐκλογὴν τῶν ὀνομάτων τῇ συνθέσεως τῷ ἀκριβείαν. ποιός τέ τις (καθ' ὃ βελτίων ἐνεδείκνυτο καὶ πινδάρου) τὸ οἰκτίζεσθαι μὴ μεγαλοπρεπῶς, ὡς ἐκεῖνος, ἀλλὰ παθητικῶς: id est, *Simonidis autem delectũ verborum obserua, compositionis concinnitatem accuratam. præterea (in quo etiam Pindaro præstat) rationem miserationis commouendæ non magnificè, vt ille, sed dolenter, & miserabiliter.* Iam, quòd ad huius loci sententiam pertinet, sic M. Tull. in perfecto orat. *Prima enim sequentem honestum est in secundis, tertijsq; consistere. Nam in poëtis non Homero soli locus est (vt de Græcis loquar) aut Archilocho, aut Sophocli, aut Pindaro: sed horum vel secundis, vel etiam infra secundos.* F

ALCÆI MINACES] minaceis Alcæi camœnas vocat, quia Alcæus non modo armis & ferro tyrannos persecutus est, verum etiã amaris & acribus versibus lacerauit, atque infectatus est. suprà Od. 13. lib. 2. *sed magis Pugnas & exactos tyrannos Densum humeris bibit aure vulgus.*

STESI-

Digitized by Google

A STESICHORÍQVE GR. CA.] Steſichorus, Tiſias prius dictus eſt, vt ſcribit Suidas: Steſichorus poſtea appellatus, ὅτι κιθαρῳδίαν πρῶτος χορὸν ἔστησεν, id eſt, quia primus citharæ cantu chorum ſtatuit, & ſtabiliuit. fuit autē Himeræus: quæ eſt vrbs Siciliæ. M. Tull. Verr. de iure dicundo. *Erat etiam Steſichori poëtæ ſtatua ſenilis, incurua: ſummo, vt putant, artificio facta ab eo, qui fuit Himeræ: ſed eſt, & fuit tota in Græcia ſummo propter ingenium honore, & nomine.*

LVSIT ANACREON.] Teïus ſup. Od. 17. lib. 1. *& fide Teia Dices laborantеis in vno*, &c. luſit autem, quia res leueis, & amatorias ſcripſit. ſic Virgil. in Tityro. *Ludere, quæ vellem.* Horat. ſaty. 4. lib. 1. *vbi quid datur oti, illudo chartis.*

DELEVIT ÆTAS] Anacreontis odas aliquot, maiorum noſtrorum negligentia, & ſuperiorum temporum culpa ſepultas, ac demerſas, in lucem reuocauit non ita dudum Erricus Stephanus Roberti F.

SPIRAT ADHVC AMOR, &c.] amor (inquit) quem Leſbia puella Sappho ſuis politiſſimis, & eruditiſſimis verſibus lyricis mandauit, & com
B miſit, nondum obliuione hominum ſepultus eſt. Quamquam huius quidem poëtriæ verſus nobis eripuit vetuſtas. Extant tantùm quædam eorum fragmenta pauca, ac minuta: & de ea Græcorum, Latinorumque ſcriptorum teſtimonia, quibus illius memoria ab hominum obliuione vindicatur.

CALORES] amores. Od. 11. huius lib. *Nonenim poſthac alia calebo Femina.*

NON SOLA COMTOS, &c.] Poſteaquàm oſtendit, ſibi locum aliquem eſſe inter poëtas relictum, docet nunc idem ferè, quod oda ſuperiore, quæcumque vmquam fortiter, & præclarè geſta ſunt, eorum memoriam ad poſteros non fuiſſe peruenturam, ſi litteris mandata, atque ab aliquo vel poëta, vel quouis alio ſcriptore probato, ab obliuione vindicata non eſſent: indicat præterea, multa olim, magnaque bella eſſe geſta, in quibus viri fortiſſimi interfuerint, quorum nomen tamen, & memoria eò deleta ſit, quia ſuarum laudum ſcriptore, ac præcone caruerint. Athen. lib.
C 13. plurima bella enumerat præter Troianū, propter mulieres conflata: cum quo concinit illud, Sat. 3. lib. 1. *Nam fuit ante Helenam cunnus teterrima belli Cauſa.* Non ſola igitur Helena Paridis formam, capillos accuratè pexos, & comtos, veſteis auro pictas, ſeu limbis aureis prætextas, cultum & ornatum regium, comitatum denique tali duce dignum mirata, arſit amore. Nam verbum *arſit* malim ita accipi, vt ſit abſolutum, nec actionem ſignificet. Non ſola (inquam) Helena alterius viri amore capta belli cauſam præbuit.

ET AVRVM VESTIB. ILLITVM] ſic deſcribit Paridis cultum Eurip. Iphigen. in Aulide, Ἁρπᾶσ μὲν εἱμάτων σολὴ Χρυσῷ πεπαμένος, βαρβάρῳ χλιδήματι. id eſt, floridus quidem veſtimentorū cultu, & auro lucidus ac ſplendidus, barbaris delicijs. per aurum igitur veſtibus illitum, veſteis aureas, aut certè auro prætextas & ornatas ſignificat.

PRIMVSVE TEVCER, &c.] aut non primus Teucer bonus fuit iaculator. Homerus de D
Teucro *ił. 8.* Τεῦκρόν θ', ὃς ἄριστος Ἀχαιῶν τοξοσύνῃ, ἀγαθὸς δὲ καὶ ἐν παλάμῃσιν ἰαύων. id eſt, Teucerque, qui optimus erat Græcorum iaculator: & bonus miles etiam in pugna ſtataria. Menelaus autem apud Sophoclem in Aiace, Teucrum maledicti loco ſagittarium appellat. Menel. ὁ τοξότης ἔοικεν ἐμπρὰ φρενῶν.

CYDONIO] Cretenſi. Virg. Gallo. *Iubet Parthо torquere Cydonia cornu Spicula.*

NON SEMEL ILIOS VEX.] Ilios vrbs ipſa: Ilium arx vrbis: quamquam interdum Ilium pro Troia vſurpatur: vt fortaſſe ſup. Od. 19. lib. 3. *Et pugnata ſacro bella ſub Ilio.* & apud Virgilium principio libri 3. Æneidos, *cecidit, ſuperbum Iliū.* vbi Seruius hunc Horatij locum profert. Troiam ter obſeſſam eſſe traditum eſt: ſemel ab Hercule: iterum ab Amazonibus: tertiùm à Menelao, & ijs, qui eum ſecuti ſunt.

IDOMENEVS] cùm alibi, tùm *ił. 5.* licet præclara, & glorioſa Idomenei congnoſcere facinora.

STHENELVSVE] de Sthenelo diximus ſup. ad Od. 15. lib. 1. Iam hoc loquendi genus *pugnauit prælia*, annotauimus ad Od. 6. lib. 2.

HECTOR] Aiax Hectorem grauiter vulne- E
rauit. *ił. 7.* adeò vt ille ingenti ſapide ictus ex prælio ablatus, atque ad ripas Xanthi fluuij collocatus, animo pæne deficeret: etiam præ dolore humi ſupinus iacêre cogeretur, ſanguinem vomeret, vſum oculorum immenſæ offuſæ tenebræ adimerent.

VEL ACER DEÏPH.] Deïphobus *ił. 5.* à Merione vulneratur in brachio. Itaq; à Polita germano ſuo tectus, ac defenſus, & in curru collocatus in vrbem reuehitur.

VIXERE FORTES ANTE AGAM.] *ił. 12. Λ.* ſuæ virtutis ſpecimen edit certiſſimum, argumentumq; præbet luculentiſſimum Agamemnon, ab illo loco, Ἔασπ τῶν μοι μοῦσα πολύμπια δώματ' ἔχουσα Ὅττις δὴ πρῶτος Ἀγαμέμνονος αἰτιος ἦλθεν, &c. id eſt, dicite nunc mihi muſæ, quæ domos Olympicas incolitis, Quis primus Agamemnoni obuius venerit, &c. Itaq; quàm diu hic pugnat inter primos ordines, atque in prima acie, Iouis monitu F
hortatur ſuos Hector vt ſtrenuè repugnent ac reſiſtant: ipſe recedit, & à prœliando abſtinet, donec in brachio dextero à Coone vulneretur Agamemnon. Quo facto cùm paullo pòſt dolore coactus, quamuis vulnus letale nō eſſet, è prœlio, & ex acie ad naueis curru reuectus eſſet, Hector eius diſceſſu cognito init prœlium incredibili fiducia, maximoque animo & ſpiritu elatus.

SED OMNES ILLACRYM. VRG.] ſed omnes iacent æternis demerſi tenebris, propterea quòd nullum poëtam nacti ſunt, à quo ſua facta memoriæ proderentur.

ILLACRYMABILES] ἄκλαυστοι, quos nemo lacrymis décorat (vt loquitur Ennius) propter quos nemo lacrymatur, auditis ſcilicet aut lectis eorum rebus geſtis, & caſibus aduerſis, ab aliquo ſcriptore memoriæ mandatis. vel *illacrymabiles* accipe, qui nullis lacrymis ab inferis reuocari poſſunt. Suprà Od. 14. lib. 2. *illacrymabilem Plutona*

Digitized by Google

A *Plutona* nominauit, id est, inexorabilē, lacrymis inflexibilem, qui lacrymis non commouetur.

VRGENTVR LONGA NOCTE] æternis tenebris obruuntur: obliuione sui nominis sempiterna mergun tur. vel longam noctem, mortem intellige, vt sup. Od. 28. lib. 1. *sed omneis una manet nox*. & Od. 11. lib. 3. *ne longus tibi somnus, unde Non times, detur*. vbi notauimus θάνατον ab Homero appellari παμμεγέα, id est longum somnum, longasq; ad dormiendum tenebras præbentem.

SACRO] poëtas Græci ἱερωιδοὺς appellant, id est, sacros cantores. sunt enim Musis sacri, earúmque sacris initiati res sacras, & diuinas, & humano sensu maiores plerumq; nuntiant. Virgil. Georg. 2. *Me verò primum dulces ante omnia Musæ, Quarum sacra fero ingenti perculsus amore, Accipiant*. Horat. de arte poët. *Siluestres homines sacer, interpresq; deorum Cædibus, & victu fœdo deterruit Orpheus*. Itaque fortasse propter hanc causam suprà idem Horat. Od. 13. lib. 2. de Alcæo & Sapph. dixit illud, *Vtrumque sacro digna silentio Mirantur umbræ dicere*.

PAVLLVM SEPVLTÆ DISTAT, &c.] B id est, virtus non laudata, nullisque litteris illustrata, & incognita, parum differt ab ignaua, & otiosa vita. parum interest, vtrùm quis totam vitam otio, & desidia traduxerit, nulla sui nominis memoria posteris prodita, an rebus præclarissimè gestis nemo exstiterit, qui eas scriptis eruditis ac politis, memoriæ sempiternæ consecret, & commendet. Nam (vt ait Pindarus) Pyth. ὐδ. γ. γίγνεται δ' ἀοιδὰ τὰ μὲν κλεηταῖς ἀοιδαῖς, χρονία πλέθει. id est, virtus carminibus eruditis illustrata, & celebrata, diuturna est. tùm verba lecta, & ornata, quæ lingua ex alto animi recessu depromserit, diutius viuūt, quàm facta, vt idem Pindarus ait Nem. carm. 4. verba Pindari sunt hæc, ῥῆμα δ' ἐργμάτων χρονιώτερον βιοτεύει, ὅ, τι μὴ σοφὰ χαλκότευκτα πύλαι γλῶσσα φρενὸς ἐξέλοι βαθείας. & ὐδ. Ζῆνα Νεμ. ait hymnos, & carmina, esse quædam rerum fortiter, & præclarè gestarum specula. Verbum *dsstat* autem cum dandi casu coniunxit, vt discrepandi, & differēdi verba in epist. de arte poët. *nisi quòd pede certo Differt sermoni, sermo merus*. & Saty. 4. lib. 1. *& tamen idem Scire volam, quantum* C *simplex, hilarisq; nepos Discrepet*.

NON EGO TE M. CHART. INORN. SIL. TÔTVE TVOS, &c.] non committam, vt tu silentio à me prætermissus meis scriptis non illustreris, ac celebreris: vel nō te ita silebo, vt meis chartis sis inornatus: nec sinam, tot tuas res gestas vetustate paullatim obscurari, posteritatisq; obliuione deleri. Vetus est dictum (inquit Pindarus Nem. ὐδ. θ.) nō oportere id, quod fortiter, & cum virtute gestum est, silentio tegere. verba Pindari sunt hæc, Θεὸς δέ τις λόγος ἀνθρώπων πεπλεσμένον ἐσθλὸν μὴ χαμαὶ σιγᾷ καλύπτειν. Cùm in aliquot libris manuscr. Russard. Nicotiano, Clericano, nonnullis alijs, reperissem scriptum *inornatum silebo*: eandemque scripturam expressam fuisse meminissem in duobus Vaticanis, & Iannoctiano, & Faërn. Gulielmusq; Canterus, homo doctus admonuisset nos se itē in vno perantiquo codice reperisse, ego damnata vulgata scriptura *sileri, silebo* edendum curaui.

CARPERE] id est, paullatim obscurare, atque imminuere. translatio est. vide annot. ad Od. 11. lib. 1. D

RERVMQVE PRVDENS, &c.] id est, rerum cognitione præstans, vel rerum futurarum prouidus.

ET SECVNDIS TEMP. &c.] & in secunda, atque aduersa fortuna constans, & æquabilis: & in neutram partem propensus, id est, neque insolens, & elatus, neque fractus, ac demissus. Est autem elegans metaphora à corpore ad animum. nam quemadmodum corpus rectum esse dicitur, quod non est inflexum, aut incuruatum, vt ann. suprà ad Od. 4. sic animus dicitur esse rectus, qui non est perturbatus, neque concitatus, neque anxius: sed sedatus, tranquillus, & pacatus. eadem translatione vtitur saty. 3. lib. 2. *Rectum animi sernas?* cui par est illud, quod est ibidem, *Stas animo?* vt suprà diximus.

DVBIIS] *dubia tempora, res dubia, casus dubij* dicuntur à Latinis non admodum secundi, & propemodum aduersi. Cœlius Cice. lib. 8. epist. *nunc te contra victore facere, quem dubijs rebus ledere noluisti*. Horat. saty. 2. lib. 2. *vter nam*, vel, vt habent E libri manuscr. *vtérne Ad casus dubios fidet sibi certius, &c.* Plautus in Mostellar. *Qui homo timidus erit in dubijs rebus, is nauci non erit*. Sallust. coniur. Catil. *qui labores, pericula, dubias, atq; asperas res facile toleraverant, ijs otium, diuitiæq; optanda alijs, onerj, miseriæq; fuere*. Catull. de Pel. & Thet. nupt. *Nate, ego quem in dubios cogor dimittere casus*. T. Liuius lib. 30. annalium. *In bonis tuis rebus, nostris dubijs, tibi ampla, ac speciosa danti est, pax: nobis petentibus, magis necessaria, quam honesta*.

VINDEX AVARÆ FRAVDIS] qui pœna coërcet auaritiam, & animaduertit in auaros. vindex (inquit Festus) *ab eo dictus, quòd vindicat, quo minus is, qui prensus est ab aliquo teneatur*. sed hîc *vindex* vltorem, & quasi punitorem significat. CONSVLQVE NON VNIVS ANNI] consul est vnius anni, qui comitijs centuriatis, populi beneficio, & suffragijs consulatum adeptus est. magistratus enim Romæ erant annui: consul autem perpetuus est ille, atq; etiam Rex, qui suas cupiditates comprimere, suisque appetitionibus imperare potest, qui honestum vtili anteponit, qui muneribus non capitur, vt sup. Od. 2. lib. 2. *regnum & diadema tutum Deferens vni, propriamq; laurum, Quisquis ingenteis oculo irretorto Spectat aceruos*. Atque hæc sunt dicta ex Stoicorum sententia: qui sapientem volunt esse solum liberum, solum diuitem, pulchrum, honoratum, consulem, regem. M. Tull. Lucullo. & Tuscul. 4. & lib. 1. de finib. & parad. 5. F

SED QVOTIES BON. ATQVE FID. IVD. HON.] Quæritur hîc cur quem consulem fecerit, eundem statim iudicem faciat. ego Horatium hoc significare puto, eum, quem pecunia ab officio non deducat, esse verè consulem, neque vnius anni consulem, vt sunt ceteri consules, sed perpetuum, & tandiu quandiu pecunia non corrumpitur in perniciem alterius, siue sit iudex, siue aliqua alia potestate præditus, in qua integritas & abstinentia

Digitized by Google

A nentia eius alteri salutatis: δωροδοκία, & auaritia pernicioſa eſſe poſſit. Paſſeratius ad ea, quæ de cõ ſule ſcribit Liuius lib. 3. annalium referebat. Sic autem Liuius. *Fuere qui interpretarentur, eadem hac Horatia lege conſulibus quoque & prætoribus, quia ijſdem auſpicijs, quibus conſules, crearẽtur, cautum eſſe. Iudicem enim conſulem appellari.* Cicero 3. de legibus, de conſulari poteſtate loquens, *Regio imperio duo ſunto, iique præeundo, iudicando, cõſulendo prætores, iudices, conſules appellantor.*

RĒIEC. ALTO D. NOC. VVLTV.] erecto vultu, excelſóque animo munera hominũ nocentium à ſe repulit: nõ accepit pecuniam, vt nocentem abſoluat. quod erat animi, ad vultum tranſtulit. alti enim animi eſt pecuniam aſpernari ac reijcere. licet etiam dicere *alto vultu* dictum eſſe ab Horatio, quia animi affectiones ſæpe declarantur atque exprimuntur conſimili corporis geſtu.

ET PER OBSTANTEIS CATERVAS. &c.] & ſibi per mediam hoſtium aciem armis iter patefecit: vel per obſtanteis cateruas: id eſt, per munera, & pecuniam, quibus ſæpe expugnatur religio & fides iudicis, & magiſtratus, expromſit ſua
B arma: id eſt, ſuam integritatem & abſtinentiam, & magnitudinem animi ab omni corruptela tutam, ac munitam: quam explicationem magis probo, vt ſit allegoria. & ita Paſſeratius noſter: neque longe aliter Porphyrio, qui *per obſtanteis cateru.* interpretatur, per vitia obſiſtentia rationi.

SVA ARMA] vel propriè, vel ἀλληγορικῶς ſuam integritatem, abſtinentiam, magnitudinem animi, &c.

NON, POSSIDENTEM MVLTA, &c.] ordo eſt, non rectè vocaueris eum beatum, qui multa poſſidet, vel non eum, qui multa poſſidet, rectè beatum vocaueris: ſequitur deinceps, *rectius occupat, &c. rectè* aũt, id eſt, meritò: vt epiſt. 17. lib. 1. *Aut decus & pretium recte petit experiens vir.*

DVRAM QVE CALL. PAVP.] ſup. Od. 2. lib. 3. *Anguſtam, amici, pauperiem pati Robuſtus*
C *acri militia puer Condiſcat.* paupertatem non eſſe alteri maledicti loco obijciendam, collectis aliquot exemplis diximus ad Odam 24. eiuſd. libri, ibi, *Magnum pauperies opprobrium, &c.*

PEIVSQVE L. FL. TIM.] *peius timet*, .i. peius odit, ſeu accuratius vitat, vt epiſt. 17. lib. 1. *cane peius & angue Vitabit chlamidem.*

FLAGITIVM] turpitudinem, vt ſuprà Od. 5. lib. 3. *flagitio additis Damnum.*

NON ILLE PRO CAR. A. AVT PATR. TIM. P.] ſup. Od. 2 lib. 3. *Dulce & decorum eſt pro patria mori. timidus perire* autem ſic dictum hac Oda, vt illud lib. 3. Od. 19. *Codrus pro patria non timidus mori.*

## AD LIGVRINVM.
### Ode 10.

Vt, dum per ætatem licet, fruatur formæ ſuæ bono: alioqui fore, vt ipſum pœniteat, cùm flos ille ætatis exaruerit.

O Crudelis adhuc, & Veneris muneribus potens: D
Inſperata tuæ cùm veniet pluma ſuperbiæ:
Et, quæ nunc humeris inuolitant, deciderint comæ:
Nunc & qui color eſt Puniceæ flore prior roſæ,
Mutatus Ligurinum in faciem verterit hiſpidam,
Dices, heu (quoties te in ſpeculo videris alterum)
Quæ mens eſt hodie, cur eadem nõ puero fuit?
Vel cur his animis incolumes non redeũt genæ?

O CRVDELIS] Sic Virg. Alex. *O Crudelis* E *Alexi, nihil mea carmina curas.*

VENERIS MVNER. POT.] formoſus, venuſtus. lepidus, candidus, comatus, & florens ætate hũc Ligurinũ credibile eſt amatum fuiſſe ab Hor. ſup. Od. 1. huius lib. *Sed cur, heu, Ligurine, cur Manat rara meas lacryma per genas?* vt & Lyciſcum Od. 11. epod. *Nũc gloriantis quamlibet mulierculam Vincere mollitia Amor Lyciſci me tenet.*

INSPERATA TVÆ CÙM VENIET, &c.] cùm tibi pili, & barba os, parteiſq3 corporis nũc læueis, & politas occupabunt. ſuperbiam Ligurini appellat, oris, & totius corporis læuitatem: comam humeris inuolitantem, id eſt, diſperſam, & diffuſam, florem ætatis denique. per plumam autem pilos & barbam ſignificat.

ET, QVÆ NVNC HVMERIS INVOLIT. DEC. CO.] comæ non collectæ in nodum, ſed diffuſæ, & paſſæ. Pueri concubini alebant comã F puellarum in morem: vt Od. 11. epod. *Aut te retis pueri longam renodantis comam.* & ſuprà de Gyge puero Od. 5. lib. 2. *Quem ſi puellarum inſereres choro, Mire ſagaceis falleret hoſpites Diſcrimen obſcurum ſolutis Crinibus, ambiguóque vultu.* Detõ debantur autem, cùm vel domini vxorem ducebant, vel pueri ipſi ætate adulta, & corroborata eſſe cœperant. Catull. in nuptias Iuliæ, *Nunc tuũ cinerarius Tondet os, miſer, ah, miſer Cõcubine nuces da.* hæc verba igitur *cum deciderint comæ*, licet ita accipere: cùm exoletus fueris, cùm ad vſum illum puerilem, & impudicum, quem nunc præbes, ineptus fueris, nempe adultus, & vir factus, & detonſa coma. Cùm in Italia eſſem, quendam adoleſcentem vidi Siculum, hoc nomine malè audientem, & impudicitiæ nota aſperſum, quòd mẽtum & genas tum primùm floreſcenteis, vitro leuigaret, ac poliret. Dicebatur etiam murium, & ſoricum vrina parteis illas oris, quas commemoraui, manè defricare, & madefacere, vt lanugi-



Digitized by Google

A nem, & barbam naſcentem funditus exſtirparet ac deleret: atque hoc pacto glaber, læuis & imberbus permaneret. quod ei benè proceſſit. nam cũ eum adoleſcentem annorum decem & octo Venetijs vidiſſem, in eundem poſtea Romæ annos triginta natum anno duodecimo pòſt fortè incidi, æquè imberbum, vt erat adoleſcentulus.

PVNICEÆ] purpureæ. Od. 9. *Punico Lugubre mutauit ſagum.* Virgil. lib. 12. Æn. *cùm primũ craſtina cælo Puniceis inuecta roſis aurora rubebit.*

HISPIDAM] hirſutam, horridam, barbatam, piloſam, aſperam. Theocritus Ερασῆ, formæ puerilis breuitatem cum roſa, viola, lilio, nive confert his verſibus, Καὶ τὸ ῥόδον καλόν ὄξι, καὶ ὁ χέονος αὐτὸ μαραίνει. Καὶ τὸ ἴον καλόν ὄξιν ὐ ἔαρι, καὶ παχὺ γηρᾷ. Λευκὸν τὸ κρινόν ὄξι, μαραίνεται ἐνίκα πίπλει. Α δὲ χὼν λευκά, καὶ πάκεται ἐνίκα παχθῆ. Καὶ κάλλος καλόν ὄξι τὸ παιδικόν, ἀλλ' ὀλίγον ζῆ. id eſt, *Pulchra roſa eſt, ſed eam tempus corrumpit & vrit: Pulchra quidem viola eſt Zephyris ſpirantibus, illam Sed nimium feſtina vrget, præcépſque ſenectus. Lilia candida ſunt, ſed tempore victa fatiſcunt. Candida nix etiam eſt, ſed ſole aut igne liqueſcit. Sic puer facies, pulcra, & iucunda, decenſque eſt: Sed cito marceſcit; neque longos permanet annos.*

B TE IN SPECVLO] ſic habent ſeptem libri veteres: cùm vulgati præpoſitionem *in* non habeant.

ALTERVM] differentem, diſſimilem, mutatum ab hoc, qui nunc es. Græci ἕτερον dicunt, id eſt, alterum. Ariſt. ῥητορ. β. τὸ γὰρ δεινὸν, ἕτερον τῦ ἐλεεινῦ. & νικηφ. κ. ὁ φίλος ἕτερος ὢν τοῦ κόλακος. nam quod horribile eſt, differt à miſerabili. & de moribus ad Nicom. lib. 10. amicus, qui alter eſt ab aſſentatore. Sed hac de re plura alibi.

QVÆ MENS EST HODIE, CVR EADEM, &c.] Non diſſimile eſt illud Tibulli lib. 1. *At te pœna manet, niſi deſinis eſſe ſuperba. Quàm cupies votis hunc reuocare diem?* & Terent in Hecyra, *Eheu me miſeram. cur non aut iſtæc mihi Ætas & forma eſt, aut tibi hæc ſententia?* & Auſon. *Nunc piget & quereris, quòd non aut iſta voluntas Tunc fuit, aut*
C *non eſt nunc ea forma tibi.* & Homer. ὀδ. π. Αὐτὰρ ἐγὼν ὄφρα νέος ἔιλω πρὸ ἐνὶ θυμῷ. id eſt, Porrò autẽ [vtinam] ego ita iuuenis eſſem hac mente.

INCOLVMES] læues, & imberbes, quamdiu enim tales manent impudici pueri genæ, ſaluæ ſunt, & integræ: barbatæ autem, & piloſæ atque hirſutæ, corruptæ ſunt, & quodammodo mortuæ, neque iam integræ, neque incolumes: quia ineptæ ad quæſtum meretricium, & amores puerileis.

## AD PHYLLIDEM.
### Ode II.

Inuitat eam ad epulas die natali Mæcenatis.

*EST mihi nonum ſuperantis annum*
*Plenus Albani cadus: eſt in horto,*
*Phylli, nectendis apium coronis,* D
*Eſt ederæ vis*
*Multa, qua crineis religata fulges:*
*Ridet argento domus: ara caſtis*
*Vincta verbenis auet immolato*
*Spargier agno:*
*Cuncta feſtinat manus: huc, & illuc*
*Curſitant miſtæ pueris puellæ:*
*Sordidum flammæ trepidant rotantes*
*Vertice fumum.*
*Vt tamen noris, quibus aduoceris*
*Gaudijs: idus tibi ſunt agendæ,*
*Qui dies menſem Veneris marinæ*
*Findit Aprilem,*
*Iure ſollennis mihi, ſanctiórque*
*Pæne natali proprio, quòd ex hac*
*Luce Mæcenas meus affluenteis* E
*Ordinat annos.*
*Telephum, quem tu petis, occupauit*
*Non tuæ ſortis iuuenem puella*
*Diues, & laſciua: tenétque grata*
*Compede vinctum.*
*Terret ambuſtus Phaëton auaras*
*Spes: & exemplum graue præbet ales*
*Pegaſus, terrenum equitem grauatus*
*Bellerophontem:*
*Semper vt te digna ſequare: & vltrà,*
*Quàm licet. ſperare nefas putando,*
*Diſparem vites. age, iam meorum*
*Finis amorum,* F
*(Non enim poſthac alia calebo*
*Fœmina) condiſce modos, amanda*
*Voce quos reddas. minuentur atræ*
*Carmine curæ.*

EST MIHI NONVM S. A.] Eſt mihi Albani vini cadus, quod vinum nouem & amplius, annorum eſt.

PLENVS ALBANI CADVS] Albanum vinum commemorat Athenæus lib. 2.

NECTENDIS APIVM CORONIS] vtebantur veteres illi coronis in conuiuijs, obſcurè ſignificantes rerum abundantiam, & copiam. στέφω enim, quod valet coronare Latinè, implere eſt: vt apud Hom. ὀδυσ. α. Κῦροι δὲ κρητῆρας ἐπιστέψαντο ποτοῖο, quẽ verſum propemodum ad verbum expreſſit Virg. lib. 1. Æn. *Crateras magnos ſtatuũt, & vina coronant.* quamquam nonnulli arbitrantur, ſolitos

Digitized by Google

A solitos esse poculis imponere coronas, & ita Virgilij versum intelligendum: quæ sententia Tibulli auctoritate confirmari potest lib. 2. *Aut è veste sacris tendent umbracula sertis Vincta: coronatus stabit & ipse calix.* Iterum Virg. Æn. 3. *Tum pater Anchises magnum cratera corona Induit, implenitque mero.* conficiebant autem ex edera, vel apio coronas ad significandam eam, quæ in conuiuio versari debet, hilaritatem, & iucunditatē. Theocr. in Amaryllide. Τὸν σίφανον πλαι μὲ καζωτίκα λεπὶὰ πιπισῖς, Τὸν τοι ἐγὼν Ἀμαρυλλὶ φίλα, ποσσὸν φυλάσσω. id est, coges me tua sæuitia coronam statim discerpere: quam ego tibi Amarylli ex edera connexā seruo. Anacr. ὅτι δ' ὀφρῦσι σελίνων στεφανίσκους θέμενοι, θάλειαν ἑορτὶὼ ἀγάγομεν Διονύσῳ. id est, supercilijs autem coronas ex apio imponentes diem festum & epulas Dionyso celebremus. Æneas, & socijs eius, cùm primùm in Italiam aduenissent, humi discūbentibus, ac prandentibus, solum apio fuisse substratum, idque illis mensæ loco fuisse scribit Dionysius Halycarn. lib. 1. ἀρχαιολ. ῥωμ. vide suprà annot. ad Od. 17. lib. 1. Linus apud Virgilium in Sileno, apio coronatus est. *Vt Linus hæc illi diuino carmine pastor Floribus, atque apio crineis ornatus amaro Dixerit.* Sed cur hîc ex apio coronas conficere cogitat, cùm apium sit herba lugubris, & funebris, si Suidæ credimus? sic enim ille, σελίνου στέφανος, πένθιμός ἐστι. τὸ γὰρ σέλινον πένθεσι πρέπει: id est, corona ex apio, lugubris est. apium enim luctibus cónuenit. cum quo congruit & Plinius li. 20. cap. 11. *Chrysippus & Dionysius dicunt neutrum appium ad cibos admittendum: immo omnino nefas. nam id defunctorum epulis dicatum esse.* An apium Græcis lugubre, Romanis non item? an cibo quidem ex apio, funebris est: corona verò ex apio nequaquam? Nam & alibi in rebus lætis, & secundis coronæ ex apio ab Horatio adhibentur: vt Oda 36. lib. 1. *Neu desint epulis rosæ, Neu viuax apium, neu breue lilium.* Huc pertinet illud Arnobij lib 5. aduersus gentes, *Obliuioni etiam Corybantia sacra donentur: in quibus sanctum illud mysterium traditur, frater trucidatur à fratribus: interemti ex sanguine apium natum, prohibitum mensis olus illud apponi, ne à manibus mortuii inexpiabilis contraheretur offensio.* Sed ὦ παρόδιε, quòd doctus quidam ad ostendendum, hanc herbam esse tristem & funebrem, affert verba illa Ciceronis ex epist. quadam ad M. Cœlium lib. 2. epist. non longè ab extr. *Vtor ætatis vitio, inquit. velim ita sit. sed tamen togam prætextam texi Appio, puto te audisse, &c.* vbi ille legit *apio*, cùm sit scriptum in omnibus libris emendatis Appio, & sit nomen proprium gētile Appiorum: vehementer errat. conficiebantur etiam ex philyra coronæ. sed hæ erāt sumtuosiores, vt Od. vlt. lib. 1. *Displicent nexæ philyra coronæ.* ad quem locum lege, si tibi commodum est, quæ annotauimus. commemorat coronas etiam lib. 2. Sat. 3. *potus vt ille Dicitur ex collo furtim carpsisse coronas, Postquā est imprāsi correptus voce magistri.* ad quem locum quædam alia annotata sunt similia.

B

C

Crineis religata] sup. Od. 11. lib. 2. *comam religata.* & Od. 5. lib. 1. *cui flauam religas comam.* & Od. 11. epod. *Flauam renodantis comā.* *fulges* autem pro eo, quod est, fulgere soles, vt recte Porph. D

Ridet argento domvs.] γελᾷ. renidet. hilaritatem quandam præ se fert. vide annot. ad Od. 18. lib. 2.

Ara cast. Vincta verb.] aræ ex cæ spitibus, & rerra exstructæ, verbenis reuinciebā-tur. Est autem verbena (vt scribit Plin. li. 22. cap. 11.) gramen ex ara; seu ex arce cum sua terra euulsum. Hac vtebantur legati cùm ad hostes clarigatum, id est, res repetitum mittebantur: hac Iouis mensa verrebatur, domus purgabantur, ac lustrabantur, vt idem scribit lib. 25. cap. 9. Quāquam verbenæ in sacris non herbam certam, sed quamlibet frondem, & quemuis ramum, modò felicem, significant: verbi gratia frondem pineā, myrteam, lauream, oleaginam. Festus. *Sagmina vocantur verbenæ*, id est, *herbæ puræ, quia ex loco sancto arciebantur.* [sic autem legendum, non, *arcebantur*] *a consule, prætoréne legatis proficiscentibus, ad fœdus faciendum, belliúmque indicendum, &c.* Porphir. *Verbenæ dictæ quasi herbenæ.*

Avet immolato, &c.] videtur cupere inficī, seu imbui sanguine agni mactati. E

Cvncta festin: man.] omnes diligentiam adhibent, manúsq3 admouent ad eā rē, quāparo. festinat σπεύδει, studium adhibet. sic Theoc. Ἡρακλίσκῳ ἐπεπλήδη δὲ δόμος σπεύδοντος ἑκάστου. significat quantus sit apparatus. Sordidvm] ab effectu, quia quicquid fumus contingit, sordescit.

Trepidant] cum trepido, seu tremulo motu sursum feruntur. vide annot. ad Od. 4. lib. 2.

Rotantes] torquentes, glomerantes, rotarum in morem voluentes. sic Virg. Georg. 1. & Æn. 3. *globos flammarum* appellat, flammas Ætnę globorum in modum erumpenteis.

Vt tamen nor. q. adv.] Vt tamen scias ad quem diem festum omni lætitia celebrandum voceris, *idus*, &c.

Qvibvs gavdiis] Oda proxima infrà, *Ad quæ si properas gaudia*, &c.

Idvs] Idus Apriles, vt statim declarat. *eidus* malim scribi per ei, vt docet Plut. & vetera mat- F
mora admonent.

Marinæ] sup. Od. 26. lib. 3. *Læuum marinæ qui Veneris latus Custodit.* Aprilem autem à Venere, quam Ἀφροδίτην Græci appellant, nomen traxisse docet Plutarch. in Numa, vel, vt alij volunt, ab aperiendo, quod idem auctor scribit.

Findit] videtur voluisse declarare iduū etymon. Nam Plutarchus ῥωμαϊκοῖς, idus deriuat vel ἀπὸ τῦ εἴδους δῆλα τὸ κέλλος. quia idibus dimidiata luna est, vel ἀπὸ τῦ δίειν; vel ἀπὸ τῦ ἰδυάρε: iduare, quod est μερίζειν. id est, diuidere. idus enim δηλοπαμοῦσι τὸν μῆνα. id est, idus enim mensem in duas partes diuidunt. Sed admonendus est lector, hęc postrema verba Plutarchi, ne quis frustra quærat, non reperiri in vulgatis codicibus. Ivre] propter amicitiam, quæ mihi cum Mæcenate intercedit.

Sollennis] dies festus status, & fixus: vt dicimus sacrificium sollenne, quod & certo anni tempore, & omnibus annis præstari debet à sol-



Digitized by Google

A so, id est, toto. Festus. M. Tull. Tuscul. 1. *cùm enim illam ad solenne, & statum sacrificium curru vehi ius esset satis longè ab oppido ad fanum, &c.* de hac voce vide annot. ad epist. 1. lib. 1. ibid. *Insanire putas sollennia me.*

QVÒD EX HAC LVCE, &c.] id est, quia ab hoc die annos ætatis suæ ordine numerat ab hoc die annorum ætatis suæ numerandorum initium ducit. hic dies est eius natalis. significat, Mæcenatem idibus Aprilibus esse natum, & idus Aprileis, esse diem eius natalem.

AFFLVENTEIS] accedenteis, seu accrescenteis. tralatio est à fluminibus. Virg. Æneid. 2. *leni fluit agmine Tibris.* Sic iterum Horat. epist. 1. li. 1. *Sed mihi tarda fluunt, ingratáque tempora.*

ORDINAT] ordine numerat. alij sic, *affluenteis ordinat annos*, id est, à singulis diebus natalibus constituit quid quoque anno sit acturus. non placet.

TELEPH. QVEM TV PET. OCCVP. &c.] Telephus, quem tu amas, & expetis, in puella tibi valde dissimili, loco, re, genere, amorem suum collocauit, eiúsque amore irretitus est.

B NON TVÆ SORTIS] non tui generis, loci, rei, fortunæ. TENETQVE GRATA COMP. VINCT.] tenétque grata seruitute deuinctum. sic Oda 33. lib. 1. *Ipsum me melior cùm peteret Venus, Grata detinuit compede Myrtale Libertina, fretis acrior Adriæ, Curuantis Calabros sinus.*

TERRET AMBVST. PHAËTHON] Notissimum est, Phaëtontem, cùm ætate iam adulta se Solis esse filium ex matre Rhoda, seu, vt alij volunt, Clymena, cognouisset, currúmque patris moderari illo diu, multúmque negante voluisset, cælúmque, & terras ob augurandi inscientiam incendio miscuisset, ambustum ipsum, fulminéq; percussum in Eridanum fluuium decidisse. Plato in Timæo sic interpretatur Phaëtontis fabulam: Τὸ γὰρ ὂν καὶ παρ' ἡμῖν λεγόμενον, ὡς ποτε Φαέθων ἡλίου παῖς τὸ τοῦ πατρὸς ἅρμα ζεύξας διὰ τὸ μὴ δυνατὸς εἶναι κατὰ τὸν τοῦ πατρὸς ὁδὸν ἐλαύνειν, τά τ' ὀπὶ γῆς ξυνέκαυσε, καὶ αὐτὸς κεραυνωθεὶς ἀνῃρέθη, τῷ μὲν μύθῳ σχῆμα ἔχον λέγεται. τὸ δὲ ἀληθὲς ὅτι τῶν περὶ γῆν, καὶ κατ' οὐρανὸν ἰόντων δι' ὀλίγα μακρῶν χρόνων γινομένη τοῦ ὀπὶ γῆς, πυρὶ πολλῷ φθορά. C Quæ verba (vt summatim perstringam) hanc sententiam continent: per illam Phaëtontis fabulã, omnium, quæ circum terram, & sub cælo feruntur ac mouentur, mutationem, eorúmque, quæ sunt in terra, longo temporis spatio interitum, & deflagrationem multò igni erumpente significari. Lucretius libro 5. Platoni assentiens idem cõplectitur his pulcherrimis versibus, *Ignis enim superauit, & ambiens multa perussit, Auia cùm Phaëtonta rapax vis Solis equorum Æthere raptauit toto, terrásque per omneis. At pater omnipotens ira tum percitus acri Magnanimum Phaetonta repenti fulminis ictu Deturbauit equis in terram, Sólque cadenti Obuius æternam susceptit lampada mundi, Disiectósque redegit equos, iunxitque trementeis. Inde suum per iter recreauit cuncta gubernans, Scilicet, vt veteres Graiúm cecinere poëtæ. Quod procul à vera'st animi ratione repulsum.* Horatius autem hoc Phaëtontis exemplo Phyllidem deterret, ne maiora, quam, quæ sibi conueniunt, expetat, & cõ- D cupiscat.

AVARAS SPES] id est, spes cupidas & auidas. hoc totum autem *terret auaras spes*, hoc est, vetat auidè sperare, seu vetat cupere & sperare, quę nefas est cupere & sperare scilicet.

ET EXEMPL. GR. PRÆB. ALES PEGAS.] poëticè id attribuit Pegaso Horatius, quod à Iouis ira natum est. Nam Bellerophon Anteæ calumnia liberatus, grauissimíque periculis perfunctus, denique gener Prœti, regníque socius ac particeps factus, his rebus omnibus elatus, & Pegaso fretus, dicitur, quid in cælo esset, quídq; ibi fieret, explorare voluisse. Qua audacia offensus Iupiter, œstrum in Pegasum immisit. Ita excussus equo Bellephoron in Lyciæ campum decidit, qui Aleïus κατὰ τὸ ἀλᾶσθαι, quod est errare, dictus est, quia in eo campo, debilitato corpore errarit. hæc Homeri interpretes ἰλ. ζ. Vtitur eodem exemplo Pindarus Isthm. εἰδ. ζ. monens, nequis sibi immortalitatis spem proponat, cùm simus mortales, vitæque multo breuioris, quàm vt Deorum sedem attingere possimus. Verba Pindari sunt hæc, τὰ μακρὰ δ' εἰ τις πεπάλαγεν, βραχὺς ἐξπέδαι χαλκόποδα θεῶν ἕδραν· ὅ, τι πτερόεις ἔππος Πάγασος δύναται ἑτέρους ὑπὲρ ἕρκος ἑταίρους ἐλθεῖν μετ' ὀμαίμονα Βελλεροφόνταν ζηνός, id est, longa autem siquis circumspicit, cùm sit breuior & imbecillior, quam vt ad deorum sedem aheneo pauimento constratam peruenire possit: primùm Pegasus pennatus dominum Bellerophontem Iouis familiarem, & confabulatorem ad cæli stationes transire cupientem excussit, &c. E

ALES] alatus, pennatus, penniger, πτερόεις, Pindarus. alitem posuit Oda 1. huius libri pro eo, qui alatis iumentis vehitur: *Tempestiuius in domo Paulli purpureis ales oloribus, &c.* De Pegaso sup. Od. 27. lib. 1.

TERRENVM EQVITEM GRAVATVS] *grauatus equitem*, pro eo, quod est, grauatus ferre equitem, Horatianum est. Nam sic loquuntur & Græci, βαρυόμαι τὸν πενίαν, τὸν ἀπορίαν, id est, graviter fero paupertatem, infamiam, &c. Plutarchus in Cæsare, τοῖς βασκαίνουσι, καὶ βαρυομένοις τὸν δύναμιν. Sic & Suetonius in Tiberio, *matrem Liuiam grauatus.* idem in Augusto, *ampla & operosa prætoria grauabatur.* F

TE DIGNA] tibi apta, tibi conuenientia.

ET VLTRÀ QVÀM LICET, SPER. NEF. P. DISP. V.] ordo est, & disparem vites, putando nefas esse, sperare vltrà quàm licet.

DISPAREM VITES] Prouerbium est vulgatum apud Græcos, quod monet, vt sibi quisq; æqualem vxorem ducat, τὴν καθ' αὑτὸν ἔλα: subintellige βέμβικα. hoc est, turbinem tibi conuenientem & propinquum age. natum à luso puerorum turbines flagellis circumagentium ac versantium. lege in libris epigrammatum Græcorum, pulcherrimum Callimachi epigramma ad Dionem. Ita igitur & Horat. Phyllidi suadet, vt amicum sibi parem deligat: ab amore Telephi animum auertat.

FINIS AMORVM] ô Phylli, quam omnium postre-

Digitized by Google

A postremam amare constitui. sic Propert. libro 1. *Cinthia prima fuit, Cinthia finis erit.*

CALEBO] incendar, ardebo, vt Od. 9. lib. 3. *Donec non alia magis Arsisti.*

MODOS] cantus, carmina modulata.

REDDAS] reddere interdum est id, quod ab aliquo acceperis, ac didiceris vel recitare, vel cantare, vt hîc, & suprà Od. 6. huius libri, *Reddidi carmen docilis modorũ Vatis Horati.* & epist. ad Loll. 2. li. 1. *Vt puerum sæuo credas dictata magistro Reddere.* idem ad Pisones de arte poët. *Reddere qui voces iam scit puer.* & Lucret. li. 4. *reddere dicta. Et sonitus audire (seuera* [al. *sonora*] *silentia noctis Vndique cum constent) & reddere dicta tacentes.*

ATRÆ] id est, tristes, vel quia tenebræ nigræ sunt, quæ viuis inuisæ, & tristes sunt: vel quia nigra omnia per se tristia & horribilia sunt. centies notauimus. vsitatum est Horatio hoc epithetum. sup. Od. 14. li. 3. *Hic dies verè mihi festus atras Eximet curas.* & Od. 1. eiusd. *Post equitem sedet atra cura.* & Saty. 7. lib. 2. *nam comes atra premit, sequiturque fugacem.*

B

# AD VIRGILIVM. Ode 12.

Describit veris aduentum: tùm eum inuitat ad epulas, ea condicione, vt secum pro symbola, vnguenti nardini onychem afferat.

*IAm veris comites, quæ mare tẽperant,*
*Impellunt animæ lintea Thraciæ:*
*Iam nec prata rigent, nec fluuij strepunt*
*Hyberna niue turgidi.*
*Nidum ponit, Ityn flebiliter gemens,*
*Infelix auis, & Cecropiæ domus*
*Æternũ opprobriũ, quòd malè barbaras*
*Regum est vlta libidines.*

C *Dicunt in tenero gramine, pinguium*
*Custodes ouium, carmina fistula:*
*Delectántque deum, cui pecus, & nigri*
*Colles Arcadiæ placent.*
*Adduxere sitim tempora Virgili:*
*Sed, pressum Calibus ducere Liberum*
*Si gestis, iuuenum nobilium cliens,*
*Nardo vina merebere.*
*Nardi paruus onyx eliciet cadum,*
*Qui nunc Sulpitijs accubat horreis,*
*Spes donare nouas largus, amaráque*
*Curarum eluere efficax.*
*Ad quæ si properas gaudia, cum tua*
*Velox merce veni. non ego te meis*
*Immunem meditor tinguere poculis,* D
*Plena diues vt in domo.*
*Verùm pone moras, & studium lucri.*
*Nigrorúmq; memor, dum licet, ignium*
*Misce stultitiam consilijs breuem.*
*Dulce est desipere in loco.*

IAM VERIS COMITES] hæc Ode eiusdem fere est argumenti, atque septima.

IMPELLVNT LINTEA] impellunt vela.

ANIMÆ THRACIÆ] id est, venti Thracij, nempe Fauonij. Quidam putant Etesias significari, à quibus valde dissentio. nam Etesiæ æstate spirant: Fauonij vere ineunte. Quòd autem Fauonios, qui dicuntur à Græcis Zephyri, aiunt quidam non esse Thracios, quia Aquilones, qui sunt Septentrionales, Thracij appellantur à poëtis, respondeo, Homerum ἰᾶ. ἰῶπα facere etiam Zephyrum à Thracia vnà cum Borea spirantem. Sic enim ille, Βορέης, καὶ Ζέφυρος, πῶτε Θρήικηθεν ἄητον: ad quem versum notat Eustathius, Zephyrum dici E vnà cum Borea spirare ex Thracia, vel quòd Thracia sit communis omnium ventorum quasi officina, seu commune domicilium: vel quòd Zephyrus per Thraciam in mare Græcum incidat: vel quòd Thracia falcis figuram præ se ferat: vel, vt alij volunt, sigma litteræ: quare cùm ita latè pateat, non esse mirum si ab vtraque eius parte hi venti spirare dicantur, Boreas à septentrionali, Zephyrus ab Occidentali. vide quæ sunt annotata sup. ad Odam 25. lib. 1. ibi, *Thracio vento.* Iam verò quòd alij dicunt, hîc æstatem perspicuè describi vel ex hoc versu intelligi posse, *Adduxere sitim tempora Virgili:* dico eum referendũ esse nõ ad anni, sed ad diei tempus: nempe ad horam diei septimam aut octauam, seu potius nonam, ac decimam: quo tempore Romani cenare solebant. Quòd si quis cõtendat pertinaciter ad anni tempus esse referendum, respondebo, in Italia Vernum tempus multo calidius, & siticulosius esse F quàm in Gallia. Quocirca non debere esse mirum si dicat, *Adduxere sitim.* Præterea versus illi superiores, *Nidũ ponit, Ityn, &c.* declarãt, hîc ver describi, non æstatem. hirundo enim Veris est nũtia, vt sciunt omnes: vnde prouerbium, *Vna hirundo ver non efficit.* Itaque Horatius vernum tẽpus significat per Zephyros & hirundinem primam; epist. 7. lib. 1. ad Mæcen. 2. *te dulcis amicere uiset Cum Zephyris, si concedes, & hirundine prima.* adde quòd epithetum illud *veris comites*; argumẽto est significari Fauonios, qui vna cum vere ineunte spirant, neque probo quòd illi, *veris comites,* interpretantur, *ver sequenteis.* quemadmodum (inquiunt) Od. 7. huius libri, dixit *ver proterit æstas.* Longè enim hoc illi dissimile est. Nam ver quidem sequitur æstas: & cónuenit ita loqui. sed *etesiæ sequuntur ver,* non item cónuenit. Multo autem minus cónuenit ita describere etesias: *ventos ver sequenteis, mare temperãteis, &c.* Postremò vocem *comes* non significare eum, qui subsequa-



Digitized by Google

A tur, & qui pòst eat: sed qui vnà & eodem ordine ingrediatur, argumento est locus ille Od. 2 8. lib. 1. *Me quoque deuexi rapidus comes Orionis Illyricis notus obruit vndis.* Sed nimis multa de nugis. Vtatur suo quisq; iudicio. Iam ex Lucretio. M. Tullio, Plauto, Terentio intelligere licet, quid inter sit inter animum, & animam. Lucret. lib. 3. *Nūc animum, atque animam dico coniunctā teneri Inter se, atque vnam naturam conficere ex se: Sed caput est quasi, & dominari in corpore toto Consilium, quod nos animum, mentémque vocamus.* Idem lib. 5. *ac prece quasit Ventorum pauidus paces, animásque secundas.* Idem lib. 3. *Et magis est animus vitai claustra coercens, Et dominātior ad vitam, quàm vis animai. Nam sine mēte, animóque nequit residêre per artus Temporis exiguā partem pars vlla animai, Sed comes insequitur facile, & discedit in auras, Et gelidos artus in lethi frigore linquit, &c.* & M. Tull. Tusc. lib. 1. *Animum autem animam nostri declarant nominari. Nam & agere animam, & efflare dicim⁹.* animam, id est, ventum. ibid. *Ipse aūt animus ab anima dictus est.* Idem ibid. *quam regionem cū superauit animus, naturamq; sui similem cōtigit, & agnouit: tunctus ex anima tenui, & ex ardore solis temperato, ignibus insistit, &c.* Idem ibid. *anima sit animus, ignisne, nescio.* Plaut. Asinar. *DE. Animā ade pol suauiorē, quam vxoris meæ. PHILAEN. Dic, amabo, an fœtet anima vxoris tuæ?* Idē Aulular. *sed me animam recipere sinas, te rogo.* idē ibid. *S. Quin cū it dormitum, follem obstringit ob gulam. A. cur? S. nequid animæ fortè amittat dormiens.* Terent. Adelph. *quid festinas, mi Geta? animam recipe.* Idem in Phorm. *Animam compressi, aurem admoui.* Iterum M. Tull. frumentaria, de Apronio, *qui non modò animum integrum, sed ne animam quidem puram conseruare potuisset.* idem in Timæo, *ita contigit, vt inter ignem, & terram, aquam Deus, animāque poneret, eáque inter se cōpararet, & proportione cōiungeret, vt, quemadmodum ignis anima, sic anima aquæ: quodq; anima aquæ, id aqua terræ proportione redderet.* Virg. in Sileno, *Semina terrarū que, animæq;, marisq; fuissent, Et liquidi simul ignis.* B C Idē Georg. 2. *animasq; & olentia Medi Ora fouēt illo, & senibus medicantur anhelis.* Idem lib. 8. Æneid. *Quantum ignes, animæq; valent.*

RIGENT] horrent, squallent: frigore, glacie, gelu.

NEC FL. STR. HIB. N. T.] nec fluuij niuibus & imbribus hibernis aucti, horribilē strepitum edūt. sup. Od. 2. eiusd. lib. *Monte decurrens velut amnis, imbres Quem super notas aluere ripas.*

NID. PON. ITYN FLEB. GEM.] hirundo (inquit) veris nuntia Ityn filium gemens à se interfectum in odium Terei viri sui, nidum ponit. Hesiodus ἔργ. καὶ ἡμ. hirundinem ὀρθρογόλω appellat, id est, manè gementē. Τὸν δὲ μετ' ὀρθρογόην Πανδιονὶς ὦρτο χελιδὼν Ἐς φάος ἀνθρώπους ἔαρος νέον ἱσταμένοιο. id est, post hunc autem hirundo Pandionis filia surrexit, & in lucem prodijt hominibus vere ineunte. apud Homerum item ὀδυσσ. τ. Penelopa Vlyssem virum suum nondum agnoscens, & tamē cū eo loquens, sese cum luscinia comparat Itylum filium suū lugente, his verbis: Ὡς δ' ὅτε Πανδαρέου κόρη Χλωρὶς ἀηδὼν Καλὸν ἀείδησιν ἔαρος νέον ἱσταμένοιο Δενδρέου ἐν πυκάλοισι καθεζομένη πυκινοῖσιν, Ἣ τε θαμὰ τρωπῶσα χέει πολυηχέα φωνὴν, Παῖδ' ὀλοφυρομένη Ἴτυλον φίλον. id est, Quemadmodum autem cùm Pandarei filia Chloreis luscinia suauiter canit vere ineunte ramis densis arborum insidens: Quæ se crebrò conuoluens vocem variam, & flexibilem mittit? filium Itylū optatum lugens, &c. Plato autem in Phædone, negat hirundinem, luscinian, vpupam, cycnos doloris, gemitúsve causa canere, his verbis, οὐδ' ὡς τὴν ἀηδόνα, καὶ χελιδόνα, καὶ ἔποπα, ὃν δὴ φασι δι' ἀλύπλω θρωῦντα ᾄδειν, ἀλλ' οὐδὲ ζῶντα φαίνεταί μοι λυπούμενα ᾄδειν, ὕπερ οἱ κύκνοι. D

CECR. DOM. ÆTERN. OPPR. &c.] Etysichthon Cecropis filius non regnauit Athenis. nam patre viuo mortuus est. Cecropi successit Cranaus, quē Amphictyon eius gener regno spoliauit. Hic rursus ab Erichthonio eiectus est. Erichthonij aūt patrem mortalem fuisse negant, natumq; eum dicūt alij ex Marte & Terra, alij ex Vulcano & Terra, cùm Vulcanus Mineruæ coniugio à Ioue impetrato, illa reluctante effectum libidinis in terram profudisset. Huius filius fuit Pandion: cuius filiæ Procne & Philomela. Itaque, quòd hanc auem æternum Cecropiæ domus opprobrium dicit esse, non est ita intelligendum, eam ex stirpe & sanguine Cecropis ortam esse: sed Cecropia domus intelligenda est, regum Atheniensium familia, tametsi non sit vna. Fabula autem notissima est de Procne in hirundinem, Philomela in luscinian mutata: quam cū Tereus rex Thraciæ, qui Procnen in matrimonio habebat, constuprasset, ei ipsi, quam constuprarat, linguam præcîdit, ne vxori suæ rem enuntiaret. quamquā alij putant Philomelam in hirundinem, Procnen in luscinian esse versas: vt Gorgias, qui, cùm hirundinis volantis stercore inquinatus esset, αἰσχρόν με (inquit) ὦ φιλομῆλα. refert Aristotel. lib. 3. Rhetoricor. Sic Virg. in Sileno: *Quas illi Philomela dapes.* Sic & Varro lib. 4. de lingua Latina. E

QVÒD MALÈ BARBARAS, &c.] quia barbaram illam Terei viri sui libidinem immaniter, & crudeliter vlta fuerat, nempe filio communi Iti interfecto. Propert. lib. 3. *Increpet absumtum ne sua mater Ityn.* F

DELECTANTQVE DEVM] Pana. fuit autem Pan (vt scribit Theocriti interpres) Penelopæ, & procorum filius: ideóque Pan vocatus est, quia ὁι πάντων ἐσπάρη, id est, omnium semine satus est. alij Mercurium eius patrem fuisse, in hircum mutatum. De Pane scribit Plutarchus mirabile quiddam lib. περὶ τῶν ἐκλελοιπότων χρησμ. Epitherses quendam sibi narrasse, cùm ille in Italiā nauigaret, & ad insulas Echinadas peruenisset, vesperi, mari placido, & tranquillo vocem esse auditam cuiusdam Thamum appellantis. Erat autem is Thamus gubernator nauis Ægyptius non omnibus vectoribus notus. Qui cùm bis appellatus tacuisset, atque ad tertiam appellationem respondisset: eum, cuius erat illa vox, summa vocis contentione ita locutum esse: Vbi ad Palodes delatus fueris, nuntiato, Pana magnum diem suum obijsse. qua voce audita, primùm omnes,

Digitized by Google

A nes, qui in naui erant, metu perterritos esse: deinde consultasse vtrùm præstaret, eine voci obtemperare, an totam rem negligere, re inter eos communicata, & consultando agitata, ad extremum placuisse, vt Thamus, quod iussus esset, faceret, maximè si tum, cùm ad illum locum peruenissent, malacia esset. itaque fecit: & quàm clarissima voce potuit, proclamauit, magnum Pana obijsse. Vixdum clamandi finem fecerat, cùm ingens factum est non vnius, sed veluti complurium hominum gemitus. Id cùm Romam perlatum esset, Tiberium, qui tum imperium obtinebat, ita ei nuntio fidem habuisse, vt doctissimis quibusque hominibus conuocatis, & coactis, quærere instituerit de Panis ortu, genere, & natura. Illos autem re multum, diuque disputata, ad extremum sine vlla dissensione ac varietate pronuntiasse, Pana, de quo quæreretur, & qui diem suum obijsse diceretur, Mercurij, & Penelopæ filium fuisse. Non defuerunt Christiani homines, qui hunc Pana,
B Christum fuisse putarint, magnum omnium mortalium pastorem, & seruatorem: tempora certè conueniunt. conueniunt & ea, quę ab antiquis de Pane tradita sunt: Pana, deum esse rusticum in naturæ similitudinem conformatum: vnde & πᾶν dictus est, id est, omne, quasi naturæ vniuersæ deus. habet enim cornua, quæ radios solis, & cornua lunæ significant. rubet eius facies, quæ significat naturam ætheris igneam. ad pectus pellem ceruinã habet stellatam, qua cælum stelliferum, seu stellis distinctum significatur. pars eius inferior, hirsuta est, qua designantur arbores, virgulta, herbæ, fruges, feræ, & ceteræ animantes in terra sedem habentes. pedes sunt ei caprini, vt declaretur terræ stabilitas, firmitas, ac soliditas. fistulam tenet septem calamis compactam, vt ostendatur cæli harmonia ex vno cæli, & altero septem siderum motu contrario, vnde septem soni efficiuntur, constans. virgam incuruam, seu pedum gestat, propter annum, qui in se recurrit. Idem cum Amore deo, seu Cupidine luctatus est, ab eoque superatus. Sic Deum huius mundi opificem, amor
C generis humani vicit, & (pæne dicam) coëgit, vt forma humana sumta terras incoleret: oueis pasceret, hoc est, homines veritatis & simplicitatis amanteis eruditet, eosque ex Orci faucibus morte sua vindicatos ac redemtos seruaret, & (vt Arnobij verbo vtar) sospitaret. Herodotus in Euterpe Pana scribit à Mendesijs in octo dijs numerari. hos aũt deos octo, duodecim dijs priores haberi. Addit præterea Pana à pictorib. & fictoribus Græcis ac Latinis αἰγοπρόσωπον, καὶ βαρσκελία. i. facie caprina, & cruribus hircinis pingi, & sculpi solere.

NIGRI COLLES ARCAD.] Virg. Gallo, *Pan deus Arcadiæ.* Arcadia, frumenti ferax. Nigra autem terra, frumentis optima. iccirco nigros Arcadiæ colleis dixit. Virg. Georg. 2. *Nigra ferè, & presso pinguis sub vomere terra, Et cui putre solum (namq; hoc imitamur arando) Optima frumentis. nõ vllo ex æquore cernes Plura domum tardis decedere plaustra iuuencis.*

ADDVX. SITIM TEMP. VIRGILI] Alcæus, πάντα δὲ δίψᾳ ἴσα τὸ καύματος. id est, omnia præ calore & æstu sitiunt. Virg. li. 3. Georg. *Inde vbi quarta sitim veniens collegerit hora.* D

SED PRESSVM CALIB.] sed si vinum Calenum haurire & bibere cupis. sup. Od. 11. lib. 1. *Cæcubum, & prælo domitam Caleno Tu bibes vuam. ducere* interdũ est spiritu attrahere, vt hîc, & sup. Od. 17. lib. 1. *Hic innocentis pocula Lesbij Duces sub vmbra.* & apud M. Tull. lib. 2. de nat. deorum *ab aëre eo, quem spiritu ducimus.*

GESTIS] id est, vehementer cupis. *Gestit* (inquit Festus) *qui subita felicitate exhilaratus, nimio corporis motu præter consuetudinem exsultat.*

IVVENVM NOBILIVM] Claudij, & Drusi.

NARDO VINA MEREBERE] vnguento nardino dato, vinum Calenum accipies, id est, si vnguentum nardinum afferes, ego vinum Calenum tibi depromam. In quibusdam libris scriptũ reperi, *mereberis.*

NARDI PARVVS ONYX] idem dicit, quod paullo antè dixerat. nam Virgilium ad cenam ea condicione inuitat, si nardi conchã, aut onychem afferat. Contrà Catull. cenaturum esse apud se Fabullum dicit paucis pòst diebus, si modò ille cenam lautam, & copiosam attulerit cum vino & sale: se autem nihil præter vnguentum fragrantissimum præbiturum. sic Catull. *Cenabis bene mi Fabulle apud me Paucis, si tibi Dij fauent, diebus, Si tecum attuleris bonam, atq; magnam Cenam, non sine candida puella, Et vino, & sale, & omnibus cachinnis.* deinde paucis versibus interpositis, *Nam vnguentum dabo, quod meæ puellæ Donarunt Veneres, Cupidinesq;.* ὄνυξ autem (vt ait Dioscorides lib. 2. πῶμά ἐστι κογχυλίου ὅμοιον τῷ τῆς πορφύρας, ἁλισκόμενον ἐν τῇ Ἰνδίᾳ ἐν ταῖς ταρσοφόροις λίμναις. διὸ καὶ ἀρωματίζει τὸ μεμολυσμένον τῶν κογχυλίων τῷ ταρσῷ. id est, onyx, conchylij est operculum, purpuræ operculo simile, quod reperitur in India in paludibus ijs, quæ nardum ferunt. Itaq; & odores suauissimos afflat, quoniam conchylia nardo vescuntur. Ex his igitur siue testis, siue conchis, fieri poterant vasa ad vnguentum seruandum aptissima, quippe quæ nardi odore iam essent penitus imbuta. alij dicunt Onychem esse
F marmoris genus, & onychem hîc interpretantur, ampullam marmoream. Est etiam ὄνυξ lapis idem, qui alabastrites, ex quo ὀνυξ vnguentarius, id est, vas ad diuturnam vnguenti custodiam probatissimum. vide Hermolaum Barbarũ. Duxerunt autem appellationẽ & hic lapis, & hæc concha à similitudine vnguis humani, quia nihil sit in eis rugosum, nihil asperum: sed omnia, vt in vngue, lænia ac polita. Propertius li. 3. *Sic mensæ ratio, noxq; inter pocula currat: Et crocino nareis myrrheus vngat onyx.* & Catull. de coma Berenices, *Nunc vos, optato quas iunxit lumine teda, Non prius vnanimis corpora coniugibus Tradite nudantes reiecta veste pa pillas, Quam iucunda mihi munera libet onyx.* Est etiam onyx gemma coloris candidi, ex qua vas vnguentarium fieri solitum esse constat.

QVI NVNC SVLP. ACCVB. HORR.] Od. 28. lib. 3. *Parcis deripere horreo Cessantem Bibulo consulis amphoram.* in verbo *accubat* autem tralatio est à rebus animatis: positumque est pro acclinatur, seu acclinatum est.

A SPES DONARE NOVAS LARGVS] largus & liberalis in afferenda & donanda noua spe: vt epist. ad Torqu. lib. 1. *Spes iubet esse ratas. largus donare*, id est, largus ad donandum.

AMARAQVE CVRARVM] id est, amaras curas, seu potius amarores curarum. sic loquitur Od. 1. lib. 2. *Et cuncta terrarum subacta.* & Saty. secunda libri secundi, *Corruptus vanis rerum.* & vltima eiusdem, *dumq; Ridetur fictis rerum Balatrone secundo.* & epist. ad Pisones *Indicijs monstrare recentibus abdita rerum.* & epist. ad Scęuam, *tu poscis vilia rerum.* sic Liu. *subita rerum* lib. 9. *incerta casuum*, lib. 30. & alibi, *diuersa montium.* & Lucret. lib. 1. *Inter septa meant voces: & clausa domorum Transuolitant.* idem lib. 2. *Nunc hîc, nunc illic superant vitalia rerum, Et superantur item.* ibid. *Contemplator enim, cùm solis lumina cumq; Insertim fundunt radios per opaca domorum.* & lib. 6. *penetrat per rara viarum.* Virg. lib. 6. Æn. *per opaca viarum Corripiunt spatium medium, foribusq; propinquant.*

B idem lib. 2. *Obsedere alij telis angusta viarum.* Paterculus *auersa viarum*, & *avia itinerum.* sic etiam Græci. Aristoph. Pluto. ὁ Ζεὺς μὲν οὖν εἰδὼς τὰ τούτων μωρ. id est, Iupiter igitur sciens horum stulta, id est, stultitias.

ELVERE EFFICAX] ad eluendas curas efficax. suprà annot. ad Od. 8. Iam, quòd hoc vinum ad curas eluendas efficax esse dicit, id omnium vinorum commune ferè est: atque hanc laudem omnibus propemodum vinis tribuunt poëtę. itaque vinum λαθικηδέα, id est, obliuionem mærorum afferens: & παυσίλυπον, id est, molestijs modum & finem imponens, & νηπενθὲς, id est, luctū adimens, seu luctu liberans. & κακῶν ἐπίληθον ἁπάντων, id est, malorum omnium obliuionem inducens, appellant Græci: obliuiosum Latini, vt Horat. sup. Od. 7. lib. 2. *Obliuioso pocula Massico Ciboria exple.* eodem pertinet illud Od. 9. epod. *Curam, metumq; Cæsaris rerũ iuuat Dulci Lyæo soluere.* & illud Od. 13. eod. lib. *Illic omne malum vino, cantuq; leuato Deformis ægrimoniæ Dulcibus alloquijs.* & illud Saty. 7. li. 2. *Nunc vino quærens, nunc somno fallere curam.* & hi Alcæi versus apud Athenæum. Οὐ χρὴ κακοῖσιν θυμὸν ὀδυπτέπιν. Προκόψομεν γὰρ οὐδὲν ἀσάμενοι, Ω Βακχὶ. φάρμακον δ' ἄριστον Οἶνον ἐνεικαμένης μεθυσθῆ-Nai. quos sic vertimus, *Stultum est malis cor dedere languidum, O Bacchi: assequemur prorsus enim nihil Merendo. pharmacum optimum autem est, Feruidiore madere vino.*

CVM TVA MERCE] cum onyche nardi.

IMMVNEM] inanem, nihil afferentem, vt annotatum est ad Od. 23. lib. 3. sic apud Virg. Geor. 4. *Immunisq; sedens aliena ad pabula fucus.* Sed Græcum verbum exprimere voluit, *asymbolum*: quo vtitur Terent. Phorm. *tene asymbolum venire vnctum, atq; lautum è balneis?* Non vult igitur Horatius, Virgilium venire ἀσύμβολον, id est, sine symbola. Animaduertendum est autem tùm apud Græcos, tùm apud Latinos, quemadmodum & apud nos, cenas alias fuisse conuiuatoris sumtu apparatas, atque instructas: alias, in quas suam quisque partem conferebat. has ἐρανους, illas εἰλαπίνας appellant Græci, ab eo, quòd quasi gregatim, seu turmatim, aut turbatim compotarent, ἅμα τὸ κατ' ἴλας πίνειν: vel ab eo, quòd vniuersim, & quasi in gyrum, ἅμα τὸ εἰλαδὸν, seu εἰληδὸν, seu εἰλεῦσθαι. Homer. ὀδυσσ. α. Τίς δαὶς, τίς δὲ ὅμιλος ὅδ' ἔπλετο, πόσσε δέ σε χρεὼ, Εἰλαπίνη, ἦε γάμος, ἐπεὶ οὐκ ἔρανος τά γ' ὀΐω. id est, Quod epulum, quis cœtus hic est? quæ tandem te cogit necessitas? vtrùm conuiuium publicum, an nuptialis cena? Nam non est conuiuium ex collecta. & ὀδυσσ. λ. Ἡ γάμῳ, ἢ ἐράνῳ, ἢ εἰλαπίνῃ πεθαλείῃ. id est, Aut nuptiali conuiuio, aut ex collecta, aut cena publica & vniuersa omni epularum copia referta. in ἐράνῳ autem, id, quod confertur à conuiuis, συμβολὴν Græci, & symbolam Latini vsucapto vocabulo nominant: *collectam* Latino & proprio. itaque quòd apud Terent. Andr. vulgò legitur *symbolum dedit*, corrupta scriptura est. nam, vt aliàs admonui, symbolam legendum, quod item dudum docuit Adrianus Turnebus, vir doctiss. & ita scriptum est apud Plautum in Sticho, *eadem nocte symbolam dabo.* Præterea interpretes Homeri sic docent, ἔρανος λέγεται τὸ ὁπ συμβολῆς γινόμενον δεῖπνον. & in- E terpres Theocriti ad εἰδ. ζ. ὅθεν δὲ τῶν βεβρωκότων παροιμία, ὅσις ὅθεν δεῖπνον κληθεὶς ὁ ψὲ ἔρχεται, ἢ χωλὸς ὅθεν, ἢ ὁ δι- δοὺς συμβολάς. qui ad cenā vocat⁹ tardius venit, aut claud⁹ est, aut nō dat symbolas. & Procul⁹ in hūc locum Hesiodi, Μηδὲ πολυξείνῃ δαιτὸς δυσεμφελος εἶναι. Ταῦτα, φησὶ, χώρεσον δίδουσι ταῖς καλυμέναις συμβολαῖς. αὗται γὰρ πολύξενοι ἂν εἶεν, ὁπ τῷ κοινῇ πολλοῖς συνεισιτεῖν εἶναι, παρεξευκοῦσαι μὴ ὑπ εἶναι δυσπαρόσιτον τὸν παύτας, καὶ δύσκολον, ἐλάσσας δαπάνῳ μὲν ἐλαχίστῳ, χάριτι δὲ πλείστῳ διὰ τὴν κοινωνίαν. ὅταν γὰρ πάλαι συνεισίτων ἀλλήλοις συνεισφέροντες εἰς τὸ κοινὸν ἕκαστοι, καὶ μετ' ἀλλήλων ἑστιάμενοι. id est, hæc, inquit, locum dant symbolis, quæ appellantur. hæ enim valde hospitales, & multorum hospitū fuerint, multos inter se conciliantes, vt vnà cibum capiant, & efficientes ne quis in eis se aditu difficilem, & morosum præbeat, quia sumtum quidem exiguum habeant, iucunditatem autem & gratiam plurimam proprer communionem. Sic enim olim vnà inter se cibum capiebant, conferentes singuli in commune, & vnà inter se epulantes. sic Alexis apud Athen. lib. 6. ὑ γὰρ μὴ πίθηται συμβολὰς, Πρυτανεῖα παῦτα προσαγορεύεται. vbi enim non conferuntur symbolæ, ea prytanea appellantur. Hegesander apud eundem lib. 8. τὴν συμβολὴν, τὴν εἰς τὰ συμπόσια ὑπὸ τῶν συμπινόντων εἰσφερομένην Ἀργεῖοι χῶν καλοῦσι, τὴν δὲ μερίδα, αἶσαν. id est, symbolā, quæ à compotantibus in conuiuia confertur, Argiui χῶν appellant, portionem autem αἶσαν. Erat & tertiū genus, γάμος, id est, conuiuium nuptiale, vt intelligere licet ex illis versibus Homeri, quos suprà protulimus. quod quamobrem præberetur, nomen ipsum declarat. Erat autem hoc quoque, quod nuptiale dicitur conuiuium, magnificum, & sumtuosum, & liberale, vt perspicuum est tùm ex ijsdem versibus, tùm ex Aristot. lib. 4. de moribus ad Nicom. vbi loquitur de eo, quem βάναυσον Græcè nominat, ego operariorum more insolentem in sumtu faciēdo Latinè reddidi. verba Aristot. sunt hęc, καὶ λαμπρύνεται περὶ μέλος, οἷον ἑστιάσεις γαμικὰς ἑστῶν, id est, & splendorē ac magnificentiā ostentat in conciunnè, atq; inuenustè, verbi gratia, nuptiali apparatu eos accipit, qui symbolā in cenā dederunt.

TINGERE]

Digitized by Google

A TINGERE] πίγγειν, quo verbo vtitur Alcæus: vel dicendum positum esse tingere, pro madefacere: cui respondet Græcum βρέχειν. Sed non dissimulabo me reperisse in vno cod. Vatican. & Iannoct. aliquotque alijs, *tinguere*.

NIGRORVMQVE MEMOR] id est, rogi, busti, mortis memor.

DVM LICET] dum vita manet, & dum fert ætas. sic Sat. 6. lib. 2. *quo, bone, circà, Dum licet in rebus iucundis viue beatus: Viue memor, quàm sis aui breuis.* vide annot. ad Od. 9. lib. 1.

MISCE STVLTIT. CONSIL. BREV.] misce serijs iocosa. Nam animus humanus perpetuã contentionẽ ferre non potest. & nisi interdũ ioco ac ludo remittatur & relaxetur, obtunditur, atq3 (vt verbo Lucretiano vtar) obbrutescit. Rectè igitur poëta noster ita monet, Od. 11. li. 2. *quid æternis minorem Consilijs animum fatigas?*

IN LOCO] opportunè: cùm tempus, & locus ferunt, aut etiam postulant. ὁ καιρός.

B

## IN LICEN.
### Ode 13.

Insultat ei, quòd iam anus fiat, & libidine flagrans, contemnatur à iuuenibus.

*AVdiuere, Lyce, dij mea vota: dij*
*Audiuere, Lyce: fis anus: & tamen*
*Vis formosa videri:*
*Ludisq3, & bibis impudens:*
*Et cantu tremulo pota Cupidinem*
*Lentum sollicitas, ille virentis, &*
*Doctæ psallere Chiæ*
*Pulchris excubat in genis.*
*Importunus enim transuolat aridas*
C *Quercus: & refugit, te quia luridi*
*Dentes, te quia rugæ*
*Turpant, & capitis niues.*
*Nec Coæ referunt iam tibi purpuræ,*
*Nec clari lapides tempora, quæ semel*
*Notis condita fastis*
*Inclusit volucris dies.* (cens?
*Quò fugit Venus? heu: quóue color de-*
*Quò motus? quid habes illius, illius,*
*Quæ spirabat amores:*
*Quæ mę surpuerat mihi,*
*Felix post Cynaram, notaq3, & artium*
*Gratarum facies? sed Cynaræ breueis*
*Annos fata dederunt,*
*Seruatura diu parem*
*Cornicis vetulæ temporibus Lycen:* D
*Possent vt iuuenes visere feruidi*
*Multo non sine risu,*
*Dilapsam in cineres facem.*

AVDIVERE LYCE] Lycæ merettrici nunc tandem senescenti, insultat, cuius ferociam ac superbiam queritur Oda. 10. lib. 3. *Extremum Tanaim si biberes Lyce, &c.*

LVDISQVE] & ludis ludos amatorios, & Venereos. hoc enim significat *ludere* interdũ. vt *Lusisti satis, edisti satis, atq3 bibisti.* epist. 2. li. 2. Terent. Eunucho, *quia consimilem luserat ille ludum.*

ET BIBIS IMPVDENS] in eo declaras, quàm sis impudens, quòd ludas, & bibas proinde ac si puella esses. puellas autem hoc loco accipio pro scortis. nam neque puellæ virgines, & pudicæ, neque matronæ Romanæ vinum bibebant, vt annotauimus sup. ad Od. 15. lib. 3. quem locũ huc ascribere libet, quia cum hoc congruit. *Te lanæ prope nobilem Tonsæ Luceriam, non citharæ decent: Nec flos purpureus rosæ, Nec pots vetulam face tenus cadi.* vbi quidam non rectè censuerunt legendum *Sed poti vetulam, &c.* E

CANTV TREMVLO] qualis est senum, & vetularum.

CVPID. LENTVM SOLLIC.] amoris flammam in te iam exstinctam, & pæne emortuam, cantu prouocas, & excitas.

ILLE VIRENTIS ET DOCT.] Ille autem, nempe Cupido, vigil cubat in genis Chiæ puellæ ætate florentis, & psallendi peritæ.

EXCVBAT] vigil cubat, cùm in te sit sopitus, ac, pæne dicam, sepultus.

IMPORTVNVS] qui nec quiescit, nec alios conquiescere sinit. diximus suprà ad Odam 16. lib. 3.

ARIDAS QVERCVS] δρῦς ἀζαλέας, γεφύδρυας. vetulas significat, quæ ætate defloruerunt, atque exaruerunt.

LVRIDI DENTES] illuuie squallidi, & crocei coloris: liuidi. suprà *Orcum luridum* dixit Od. 4. lib. 3. & infrà Od. 17. epod. *ossa pelle amicta lurida.* γεγαλέως ὀδόντας eodem sensu dixit Anacr. Luridum dictum est à lura, vtre, seu culleo, seu pelle: quæ prius quàm sit aliquo colore suffusa, pallida & crocei, vel lutei coloris est. F

CAPITIS NIVES] canities, cani. sic loquitur Antipater in epigram. illo, quod scripsit in Biantem lib. 3. epigr. Τὸν δὲ Βίαντα κέκευθα, τὸν ἀτρέμας ἤγαγε ἑρμῆς Εἰς ἀΐδαν πολιῷ γήραϊ πιφόμενον. id est, hîc Biantem texi, quem tacitè, seu quietè ad Orcum duxit Mercurius canæ senectæ niuibus perfusum. Iam Græci γῆρας πολιοκρόταφον solent appellare.

NEC COÆ REFERENT] nec Coæ vestes (inquit) id est, tenues, subtiliqué, & bombycino filo contextæ: nec gemmæ ætatem illam florentem, quæ iam abijt, tibi reducent. Significat nec vestitus elegantia ac nitore, nec gemmarum pretio, ac fulgore formam amissam, & tempore ac vetustate consumtam atque exstinctam reuocari. Coas vesteis fuisse admodũ tenueis, & pæne pellucidas

A pellucidas declarat locus Saty. 2. lib. 1. *Altera nil obſtat Coïs tibi, pæne videre eſt, Vt nudam.* quamquã quidam libri veteres illic habent, *Altera nil obſtat. Chlorim tibi pæne videre eſt, Vt nudam.* Hermolaus Barbatus autem conatus eſt oſtendere, in omnibus libris, vbi Coæ veſtes appellantur, mendum ineſſe, & Céas veſtes, ab inſula Céo, nõ Coas eſſe nominatas. ego tamen non ſum auſus ſcripturam inueteratam immutare.

NEC CLARI LAPIDE] nihil muto. Nam quamuis mihi valde placeat altera ſcriptura, quæ reperitur in duobus codicibus Vaticanis, & in Ian noct. Vrſ. Torneſ. vno Ruſſard. *Nec cari lapides*, mouet me tamen locus ille apud M. Tull. lib. 4. accuſ. *Candelabrum è gemmis clariſſimis opere mirabili perfectum.* niſi quis etiam locum illum corruptum eſſe dicet, & legendum eſſe contendet, *è gemmis cariſſimis.* Omnino & hæc recepta tolerabilis, & illa altera probabilis eſt.

TEMPORA, QVÆ SEMEL NOTIS, &c.] B id eſt, tempora præterita, ætatem exactam, præteritos annos: vt Virg. Æn. 5. *O, mihi præteritos referat ſi Iupiter annos.* ſolebant autem Romani (vt ſciunt omnes) cùm res foris geſtas, tùm acta vrbana ſingulorum annorum, & COSS. nomina in faſtis, memoriæ publicæ cauſa, perſcribere. ideircò ſuprà *memores faſtos* appellat Od. 17. lib. 3. & Saty. 3. lib. 1. *faſtos mundi. Tempora ſi, faſtoſq; voles euoluere mundi.* Quæ ſunt igitur in faſtis perſcripta, aut inciſa, ea ſunt præterita: & quæ præterita, ſi modò ſunt alicuius momenti, faſtis includuntur. Porphyrion *incluſit* interpretatur *ſignauit, depoſuit, ſepeliuit. Incluſi enim tumulo, vita defuncti intelliguntur.*

QVÓVE COLOR DECENS?] colorem decentem eadem ratione, eodemq; ferè ſenſu dixit, quo ſup. Od. 27. lib. 3. *malas deceteis. Antequàm turpis macies decenteis Occupet malas.* in quibuſdã lib. ſcriptum eſt *calor decens.*

SPIRABAT AMORES] ἔρωτας ἔπνει. ſic enim loquuntur Græci. Anacron ἀπαλὴν παῖδα κατέχων, C Κύπριν ὅλῳ πνέουσαν. id eſt, teneram puellam tenens, quæ totam Venerem ſpirat. M. Tull. ad Q. Fratr. lib. 3. *ſed minatur tamen, in primisq;* Ἄρη πνέων. *Q. Scæuula*, id eſt, Martem ſpirans. ſic epiſtola ad Auguſtum lib. 2. *Et ſpirat tragicum ſatis.* & Virgil. Georg. 2. *ſpirantes naribus ignem.*

QVÆ ME SVRPVERAT MIHI] id eſt, quę optimam mei partem mihi furtim ademerat. *ſurpuerat* autem συγκοπὴ, pro ſubripuerat: quod eſt admodum vſitatum & huic, & ceteris poëtis. vt Sat. 3. lib. 2. *vnum me ſurpite morti*, pro ſubripite. Lucret. 2. *quapropter vbi ipſam Cernere iam nequeas, motus quoq; ſurpere debet.* Virg. Æn. 8. *Cingite fronde comas, & pocula porgite dextris.*

FELIX POST CYNARAM] de Cynara ſic epiſt. ad Villicum lib. 1. *Quem ſcis immunem Cynaræ placuiſſe rapaci.* & epiſt. ad. Mæcen. 2. lib. 1. *Inter vina fugam Cynaræ mærere proterua.* poſt Cynaram autem, vel quia ſoli Cynaræ cedebat: vel quia Cynara mortua eſt.

ARTIVM GRAT. FAC.] facies lepõris, & venuſtatis plena: facies inſtructa atque ornata ijs rebus omnibus, quæ homines ad amandum allicere & poſſunt, & ſolent, vt oculorum ſplendor & flagrantia, frontis læuor, oris nitor, vultus ad riſum & hilaritatem compoſitus, & quaſi natura factus, labrorum natiuus rubor, & arte adiutus, genarum candor puniceo colore temperatus. & ſimil. D

PAREM CORN. VETVLÆ TEMP.] ſup. Od. 17. lib. 3. *Annoſa cornix.* cornicum viuacitas prouerbij locum obtinuit. Heſiodus Ἐννέα τοι ζώει γενεὰς λαῖφεσυζα κορώνη Ἀνδρῶν ἡβώντων. id eſt, *Treis iuuenum ætates, & bis ſex garrula cornix Metitur viuendo diu.* Lucret. lib. 1. *cornicum vt ſæcla vetuſta.*

DILAPSAM IN CI-N. FACEM] vel te, quæ olim oris tui ſuauitate, & flagrantia oculorum iuuenes incendebas, nunc conſumtam, aridam, exſanguem: vel formam tuam olim eximiã, nunc corruptam. *dilapſam* autem legendum eſt, non *delapſam*, vt habent nonnulli mendoſi codices, etiam veteres. ſic Virgil. Georg. 4. *dilapſus in aquas* dixit, vbi de Proteo loquitur. *aut in aquas tenueis dilapſus abibit.* idem lib. 4. Æneid. *dilapſus calor*, abſolutè. *& vnà Dilapſus calor, atq; in ventos vita receſſit.* E

## AD AVGVSTVM.
### Ode 14.

A ſenatu, populoq; R. dignos ei honores tribui non poſſe.

*QVæ cura patrum, quæue Quiritiũ,*
*Plenis honorum muneribus tuas,*
*Auguſte, virtutes in æuum*
*Per titulos, memoreſq; faſtos*
*Æternet? ô, quà ſol habitabileis*
*Illuſtrat oras, maxime principum,*
*Quem legis expertes Latinæ* F
*Vindelici didicere nuper,*
*Quid Marte poſſes: milite nam tuo*
*Druſus Genaunos, implacidum genus,*
*Brencoſq; veloceis, & arceis*
*Alpibus impoſitas tremendis,*
*Deiecit acer plus vice ſimplici*
*Maior Neronum: mox graue prælium*
*Commiſit: immaneisq; Rhætos*
*Auſpicijs pepulit ſecundis,*
*Spectandus in certamine Martio,*
*Deuota morti pectora liberæ*
*Quantis fatigaret ruinis:*
*Indomitas propè qualis vndas*
*Exercet Auſter Pleiadum choro*

*Scindente*

Digitized by Google

A *Scindente nubeis: impiger hostium*
*Vexare turmas: & frementem*
*Mittere equum medios per igneis.*
*Sic tauriformis voluitur Ausidus:*
*Qui regna Dauni præfluit Appuli,*
*Cum sæuit: horrendamq; cultis*
*Diluuiem meditatur agris:*
*Vt barbarorum Claudius agmina*
*Ferrata vasto diruit impetu:*
*Primosq;, & extremos metendo*
*Strauit humum sine clade victor,*
*Te copias, te consilium, & tuos*
*Præbente diuos. nam tibi, quo die*
B *Portus Alexandréa supplex,*
*Et vacuam patefecit aulam,*
*Fortuna lustro prospera tertio*
*Belli secundos reddidit exitus:*
*Laudemq;, & optatum peractis*
*Imperijs decus arrogauit.*
*Te Cantaber non antè domabilis,*
*Medusq;, & Indus: te profugus Scythes*
*Miratur, ô tutela præsens*
*Italiæ, dominæq; Romæ:*
*Te, fontium qui celat origines*
*Nilusq;, & Ister: te rapidus Tigris,*
*Te belluosus, qui remotis*
*Obstrepit Oceanus Britannis:*
*Te non pauentis funera Galliæ,*
C *Duræq; tellus audit Iberiæ:*
*Te cæde gaudentes Sicambri,*
*Compositis venerantur armis.*

QVÆ CVRA] significat, senatum, populúmque. Rom. quantumuis studij, curæque conferat ad iustos, & meritos Augusto honores decernendos, nullos tamen eius in patriam meritis dignos decernere vllo modo posse.

PATRVM] senatorum. Sallust. de bello Catil. *Delecti, quibus corpus annis infirmum, ingenium sapientia validum erat. Reip. consulebant. hinc vel ætate, vel curæ similitudine patres appellabantur.*

QVIRITIVM] populi Rom. sup. Od. 1. lib. 1. *Hunc si mobilium turba Quiritium, &c.*

PLENIS HONOR. MVNERIB.] honorificis muneribus, vt statuis, triumphis, monumentis publicis.

PER TITVLOS] per inscriptiones tuæ virtutis, tuorumq; in remp. meritorum indices.

MEMORESQVE FASTOS] qui continent memoriam rerum foris, & domi gestarum, actorumque publicorum: sup. Od. 17. lib. 3. & Ode superiore. D

ÆTERNET] perpetuet, æternas reddat. Varro lib. 2. rerum humanar. *litteris ac laudibus aeternare*, ex Nonio.

O, QVA SOL HABITABILES] ô omnium principũ, qui terrarum parteis habitabiles incolunt, maxime. non enim omnes terrarum partes sunt habitabiles, vt sup. Od. 22. lib. 1. *qua*, id est, qua parte, seu quibus partibus. cod. Raïn. Card. habet *O, quà lux, &c.*

QVEM LEGIS EXPERT. LAT. VINDEL.] de Vindelicis sup. Od. 4. huius libri. *Videre Rhæti bella sub Alpibus Drusum gerentem, Vindelici.* Iam hoc genus loquendi, *Quem*, nempe te, *Vindelici didicere, Quid Marte posses*, Græcorum est proprium, quo sæpe vtuntur Comici, & Tragici, & alij. Aristoph. in Pluto. ἄγε δὴ· πρὸς πρότερον σαυτὸν, ὅστις εἶ, φράσον: age igitur, prius te ipsum, qui sis, dicito. Sophocl. in Thracin. πρὸς θεῶν, φράσον, φίλη Δέσποινα, τόνδε, τίς ποτ' ἐστὶν ὁ ξένος. id est, per deos, dicito hunc, cara domina, seu hera, quis tandem sit hospes. Plato in Phædro. καὶ εἰδέναι χρὴ τοῦτο ἐκεῖνόν γε φιλίαν, ὅπῃ μάτ' ἐωσίας γίνεται, id est, & scire oportet amatoris amicitiam, quòd non est cum benevolentia coniuncta. Terent. in Eunucho. *Ego illum nescio, qui fuerit. hoc quod fecit, res ipsa indicat.* M. Tull. epist. ad Q. Frat. lib. 2. *Hæc me, vt confidam, faciunt.* Plautus Asinar. *Verùm meam vxorem nescis, qualis siet.* Idem Aulular. *Ego te faciam, miserrimus mortalium vti sies.* Idem in Menæchmis, *Solem vides, vt stat atim occæcatus est? præ huius corporis candoribus?* B

LEGIS EXP. LAT.] id est, qui suis legibus viuunt, neque Romanis, aut vllis alijs astricti sunt.

GENAVNOS, &c.] Magna est in his nominibus librorum antiquorũ varietas. alij habent *Geraunos, Breunosq;*. alij *Genauuos, Breunosq;*: sed plures *Genaunos, Breucosq;*. Strabo li. 4. si locus emendatus est, hos populos Tenauos, & Brencos appellat his verbis, οἱ δὲ Οὐινδελικοί, καὶ Νωρικοὶ τὴν ἐκτὸς παρωρείαν κατέχουσι τὸ πλέον μετὰ Βρέγκων καὶ Τεναύων. id est, Vindelici autem & Norici eam, quæ extrà est, partem montibus vicinam ferè totam incolunt, cum Brencis & Tenauis. Itaq;, vel ex illo Strabonis loco Horatius est emendandus, & legendum hîc Tenauos, seu Tenaunos, & Brencos: vel ex Horatio, Strabo est corrigendus. omnino vel *Tenaunos, & Brencos*, vel *Genaunos:* vel *Geraunos, & Brennos*, seu Breunos potius: non *Gelonos* legendum puto. F

IMPLACIDVM GENVS] horum populorum immanitatem ex paucis verbis Strabonis cognoscere licet. ὑ μόνον ἀνδροφονοῦσιν, ἀλλὰ καὶ μαχεῖ νηπίων ἀρρένων προέρχονται· καὶ μηδ' ὑπαυθα παυόμενοι καὶ τὰς ἐγκύους γυναῖκας κτείνουσιν, ὅσας φασὶν οἱ μάντεις ἀρρενογονεῖν, id est, non solùm viros interficiunt, verùm etiam vsque ad infanteis masculos progrediuntur: & ne hîc quidem desinentes, etiam prægnanteis mulieres trucidant eas, quas vates dixerint in vtero masculos gerere.

DEIECIT] aptissimo verbo vsus est, & pæne dicam,

Digitized by Google

A ne dicam, militari: vtitur eo sæpissime & Cæsar. *Deiecit* autem *plus vice simplici*, id est, plus quàm semel: semel atque iterum deiecit.

MAIOR NERONVM] Claudius Tiberius Nero. de quo sic Sueton. *Exhinc Rhœticum, Vindelicumq; bellum, inde Pannonicum, inde Germanicum gessit. Rhœtico, ac Vindelico genteis Alpinas, Pannonico Brencos & Dalmatas subegit.* epist. ad Iul. Florum lib. 1. *Iuli Flore, quibus terrarum militet oris Claudius Augusti priuignus, scire laboro. Maior Neronum* autem sic dixit hoc loco, vt in lib. de arte poët. *O maior iuuenum.* & saty. 6. lib. 1. *qui se Vultum ferre negat Nouiorum posse minoris.*

MOX GR. PROEL. GOMM.] mox, Genaunis, & Brencis, seu Breunis præsidio deiectis, pugnam cum hostibus commisit, & signa contulit.

SPECTANDVS IN CERT. MART.] dignus, qui spectaretur in prœlio, quantis ruinis & cladibus vexaret Rhoetorum animos, mortem liberam non extimescenteis. certamen Martium
B dixit, quia sunt quædã certamina ludicra, vt prœlia campestria, vt epist. 18. lib. 1. sunt *& certamina diuitiarum*, vt epist. 4. eiusd. & certant interdum inter se homines ingenio, contendunt nobilitate, vt ait Lucret. lib. 3. *Certare ingenio, contendere nobilitate.*

DEVOTA MORTI PECT. LIB.] Rhœtorum pectora ita mortem nõ horrentia, vt se morti deuouisse viderentur. *morti liberæ* autẽ, vel quia sponte sua, & nulla necessitate coacti mortem oppetebant: vel quia qui pugnantes in acie cadunt, liberi moriuntur: & ita *liberæ* epithetum est perpetuum mortis, quæ in acie oppetitur.

INDOMITAS PROPE QVAL. VND.] Drusum Rhœtorum turmas prœlijs secundis vexantem, ac profligantem comparat cum Austro Virgilijs exortis, quæ tempestates excitant, vndas maris agitante. Ordo autem verborum hic est, Drusus impiger hostium vexare turmas, & mitt. frem. eq. p. m. ign. qualis propemodum est Auster cùm vndas exercet, Pleïadum choro scin-
C dente nubeis.

EXERCET] fatigat, agitat. vt apud Virgil. Georg. 3. *exercita cursu Flumina.*

PLEÏADVM CHORO] Pleïadas Atlantis fuisse filias, nunc stellas in Tauri cauda locatas, (Virgilias nominant Latini) quarum sex duntaxat cernantur, septima sit obscurior: earumq; ortum, atque obitum, pluuium esse: præterea eas ortu matutino, qui est à Kal. Maijs vsq; ad decimum Kalend. Quinctileis, æstatem: vespertino, qui est à Kal. Octobribus vsque ad v. Idus Decemb. hiemem præsignificare, ac nuntiare, notum est vel pueris. Hesiod. ἔργ. ἡμ. Πληϊάδων Ἀτλαγενέων ὄρνυσθαι μεναόων Ἀρχομένου θερέος· ἀμήτου δὲ δύεσθαι. id est, *Pleiades Atlantigenæ cælo exorientes Messis tempora significant, eædemq; cadentes Venisse agricolis ostendunt tempus arandi.* & Aratus. Ἐπλάποροι δὴ ταῖγε μετ' ἀνθρώποις καλέονται, Ἑξ οἷαι περ ἐοῦσαι· ἑπὸ ψιαν ὀφθαλμοῖσιν· Ἀλκυόνη, Μερόπη τε, Κελαινώ τ', Ηλέκτρη τε, Καὶ Στερόπη, καὶ Τηϋγέτη, καὶ πότνια Μαῖα. quos versus sic Latinè reddidit Cicero, *Hæ septem vulgò perhibentur more vetusto Stellæ: cernuntur verò sex vndiq; parvæ. At non interijsse putari cónuenit vnam, Sed frustrà ac temerè à vulgo ratione sine vlla Septem dicier, vt veteres statuêre poëtæ, Æterno cunctas ævo qui nomine dignant, Alcyone, & Merope, atq; Celeno, Taygeteq;, Electra, Steropeq;, simul sanctissima Maia.* & Theocrit. in Hyla. Ἅμος δ' ἀντέλλοντι πελειάδες, ἐκ δὲ παὶ ἄρα νέον βόσκοντι τετραμένᾳ εἴαρος ὥδε, Τῆμος ναυτίλλεσθαι μεμάσκετο θεῖος ἄωτος Ηρώων. id est, Cùm autẽ oriuntur Virgiliæ, prata autem remota agnum nouellũ pascunt, conuerso iá vere: Tũ nauigationis memor erat flos heroüm diuinus. Ostẽdit aũt his versib. Aratus, eas æstatis, & brumæ nũtias esse. Ζεύς σφισι καὶ θέρεος, καὶ χείματος ἀρχομένοιο Σημαίνειν ἐπέτευσεν, ἐπερχομένης τ' ἀρότοιο. Athen. li. 2. docet Pleïadas ab Æschylo, Pindaro, Simonide peleïadas, & valet πελειὰς. id est, columbas, nominari. Vnius Simonidis verba ascribam ea, quæ ad hunc locum pertinent. Ἔπειτα δ' Ατλας ἑπτὰ ἰοπλοκάμων φίλαν θυγατέρων πὰν (Μαῖαν) ἔξοχον εἶδος, αἳ καλέονται πελειάδες ἐσσίναι. Sed de his qui plura scire volet, legat Athenæũ eo, quem dixi, libro.

SCINDENTE NVB.] id est, imbreis profundente nubibus à vento scissis.

IMPIGER HOST. VEX. TVRM.] impiger in vexandis hostium turmis.

ET FREMENTEM] Virgil. Georg. 1. princ. *tuq; ô, cui prima frementem Fudit equum, &c.* & Horat. Oda 9. epod. *Ad hunc frementeis verterunt bis mille equos, &c.*

MEDIOS PER IGNEIS] id est, per medias prœlij flammas, per media, eaq; acerrima pericula. sic epist. 1. lib. 1. *Per mare pauperiem fugiens, per saxa, per igneis.* sic Hom. ιλ. κ. Τὼ τὰ δ' ἐσσομένοιο, καὶ ὀπ πυρὸς αἰθομένοιο Αμφω νοησαμεν, ἐπεὶ πολὺ οἶδε νοῆσαι: id est, *Hoc comitante vel ex ardentibus ignibus ambo Salui euadamus, quoniam egregiè sapit vnus.*

SIC TAVRIFORMIS VOLVITVR, &c.] Hercules ab inferis reuersus, in Ætoliam profectus est ad OEneum, filiam suam Deianiram vxorem sibi vt ille daret. quam cùm offendisset Achelooo fluuio vicino iam desponsam, cum eo luctatus est, tauri speciem præ se ferente: cuius altero
F cornu auulso puella potitus est. Est autem Achelous omnium, qui sunt in Græcia, fluuiorum maximus, videturq; tauriformis habitus vel propter eius multas flexiones, vel potius propterea, quòd multis locis relicto suo alueo exundabat. Ab eo ceteri fluuij maximè ij, qui imbribus augentur, non solùm tauriformes, sed etiam Acheloi solent appellari. Quin etiam tam Græci, quàm Latini Acheloum pro aqua vsurpare solent. Eurip. Bacch. ὁ δ' ὡς ἐσῖδε, δώματ' αἰθεσθαι δοκῶν, Ηὶσσ' ἐκεῖσε, κἄτ' ἐκεῖσε δμωσὶν Αχελῶον φέρειν Ενέπων, &c. id est, ille autem, vt vidit, ædeis conflagrare putans, eò se properè contulit: deinde iubens illuc famulos Acheloum ferre, &c. Virg. Georg. 1. *Poculaq; inuentis Acheloia miscuit vndis.* Homerus ιλ. φ. Xanthum Achilli irà tum, quòd alueum suum cadaueribus impediret, facit erumpentem, atque exæstuantem, corpora denique in terram cijcientem cum mugitu instar tauri: ex quo fortasse, qui Homerum secuti sunt, poëtæ, fluuijs omnibus tauri speciem tribuerunt. verba Homer. sunt hæc: Τὸς ἔχολλε θύραζε μεμυκὼς ἤϋτε

Digitized by Google

A ἤυτε ταῦρος Χέρσονδε. his consentanea scribit interpres Sophoclis in Trach. οἱ ποτάμοι ταυρόκρανοι διεπλάσθησαν, ἢ ὅτι μυκηθμῷ ὑσὶ ταύροις ὡμοίωνται τὰς ὀκλολὰς, ἢ ὅτι ῥήγνυσι τὴν γῆν, ὡς βόες, ἢ διὰ τὸ τὰς κατατομὰς ὡς διὰ τῶν ποταμῶν εἶναι, id est, fluuij taurinis cornibus fingebantur, vel quòd mugitu ad ostia, taurorum sunt similes, vel quòd terram scindunt, vt boues: vel quia pascua sunt propter fluuios. sic Ælianus ποικιλ. ἱστορ. 6. τὴν τῶν ποταμῶν φύσιν, καὶ τὰ ῥεῖθρα αὐτῶν ὁρῶμεν. ὅμοιος δ' οἱ ἀμφοτῆς αὐτὸς, καὶ τὰ ἀγάλματα αὐτῶν ἐργαζόμενοι, οἱ μὲν ἀνθρωπομόρφους αὐτὸς ἱδρύσαντο, οἱ δὲ βοῶν εἴδος αὐτῆς ἀπεδείξαντο. sic enim emendandus Ælianus, vt hoc notem ὡς παρόδῳ. quorum verborum hæc sententia est, Fluuiorum autem naturam & eorum alueos videmus. Verumtamen qui eos colunt, & qui eorum simulacra fingunt, alij in humanam figuram eos conformant, alij eis boum formam affingunt. licet etiam dicere, ostia & ora fluuiorum per cornua significari. Itaq; Virgilius lib. 8. Æn. in extr. Rhenum bicornem appellat, vel quia duo-
B bus alueis fluit, vt vult Seruius, vel quia duobus ostijs in Oceanum influit. Idem de Tiberi lib. 8. *Corniger Hesperidum fluuius regnator aquarum.*

AVFIDVS] suprà *longè sonantem* appellat Od. 9. de quo plura ad Od. vlt. lib. 3.

PERFLVIT] reclamantibus ferè omnibus cod. veteribus, in quibus scriptum est *prefluit*, aut *præfluit*, vulgatos secutus sum, non pugnaturus, si quis malit, *præfluit*. sic suprà Od. 3. huius libri, vbi vulgati habent *perfluunt*, veteres pleriq; omnes habebant, *præfluunt*. Et verò ita Liuius locutus est lib. 54. *Duo cingunt Scodram flumina: Clausula latere vrbis, quod in orientem patet, præfluens: Barbana palude oriens.* Quare quamuis & olim & nũc editum sit me assentiente, perfluit, antiquam tamen censeo restituendam.

CVM SÆVIT] cum auctus imbribus *sternit satà læta, boumq; labores*, vt ait Virgil. vide supr. annot. ad Od. 29. lib. 3. sic Homer. de Diomede ιλ. ε. Θοῶς γὰρ ἀμπεδίον ποταμῷ πλήθοντι ἐοικὼς Χειμάῤῥῳ, ὅς' ὧκα ῥέων ἐκέδασσε γεφύρας. Τὸν δ' οὔτ' ἄρτι γεφύραι ἐέργμεναι ἴσαν ὀνόωσι, Οὔτ' ἄρα ἔρκια ἴσχε περικλαῖα ἀλλάων ἐλθόντ' ἐξαπίνης, ὅτ' ὄμβρος Διὸς ὄμορος, Πολλὰ δ' ὑπ' αὐτῷ ἔργα κατέπτηξε καὶ αἴζηων. id est, Ruebat autem per campum fluuio torrenti exundanti similis: qui celeriter fluens ponteis disturbat. Eum autem neque pontes continent, neque septa agrorum virentium comprimunt repente labentem, cùm eum auxerit cælestis imber: multa autem ædificia, & opera manu hominum facta eius impetu labefactata cóncidunt.

MEDITATVR] secutus sum scripturam trium veterum codicum, quos in Italia vidi, & totidem, quos in Gallia, in his Torneſ. quam & viri docti valde probant: agnoscit Porphyr. Nam vulgati habent *minitatur*, quam tamen nõ aspernor. nam ita legit Non. Marcell. testem citans hunc locum. inest autem in verbo *meditatur* mirabilis, & longè audacior, quàm in illo altero *minitatur*, tralatio à re animata ad inanimam.

PRIMOSQVE ET EXTR. MET.] sic Virg. lib. 10. *Proxima quæq; metit gladio.* quem locum producunt testem Acron & Porphyr.

STRAVIT HVMVM] sic scriptum reperi in D
pleriſque libris calamo exaratis, tribus Vatic. & Iannoct. Faër. Vrſ. Torne. Nicot. Russard. *Strauit humum* autem, id est, operuit, & compleuit humum. vulgati habent; *Strauit humi*, quod minus probo. sic enim locutus est sup. Od. 17. lib. 3. *& alga littus inutile Demissa tempestas ab Euro Sternet, aqua nisi fallit augur, &c.*

SINE CLADE VICTOR] victor sine vlla suorum iactura. longè huic dissimilis est ea, quam victoriam Cadmeam nominant.

PRÆBENTE] sufficiente, suppeditante, μείζοντος, ἐπαρκοῦντος.

TVOS DIVOS] qui tibi fauent, qui tua omnia incœpta fortunant. hoc ideò dictum (inquit Porphyrio) quòd Augusti auspicijs hæc à Druso gesta sunt.

NAM TIBI, QVO DIE PORT. &c.] sententia huius loci hæc est. Quo die Alexandria, in quam Antonius, & Cleopatra confugerant, po
titus es, anno scilicet, post initium belli Mutinen- E
sis, decimo tertio: eo ipso die omnium bellorum præteritorum felicem exitũ habuisti. Nam bellis omnibus compositis, & victoria parta, remp. con stituisti, imperium populi Rom. stabiliuisti, laudem, & gloriã tibi sempiternam tot victorijs partis comparasti, tertium deniq; consulatum, domi natumq; perpetuum consecutus es. Prisc. lib. 2. docet, vtrumq; esse vsitatũ, *Alexandréa*, & *Alexandria*: vt Antiochía & Antiochéa.

LVSTRO TERTIO] nondum finito, id est, anno decimo tertio nondum exacto. Errant autem, qui duo lustra nouem annis duntaxat putant constare, quasi quintus annus finis sit vnius, & principium alterius.

ARROGAVIT] peperit, vendicauit.

TE CANTABER] sup. Od. 8. lib. 3. *Cantaber sera domitus catena.* & Od. 6. lib. 2. *Cantabrum indoctum iuga ferre nostra.*

PROFVGVS] Od. 24. lib. 3. *Campestres melius Scythæ.* & Od. 35. lib. 1. *te profugi Scythæ.*

O TVTELA PRÆSENS ITAL. DOMI- F
NÆQVE] qui tanquam Deus præsens Italiam, Romamque tutaris. alia ratione dixit sup. Od. 6. *Virginum primæ puerique, &c. Deliæ tutela deæ*, id est, quos Diana tuetur. magna autem vis est in nomine *præsens*. dicimus enim *Deum præsentem*, cuius numinis vim, auxiliumq; quasi præsentis, sentimus. vide annot. ad Od. 35. lib. 1.

DOMINÆQVE ROMÆ] Od. 3. huius lib. *Romæ principis vrbium Dignatur suboles, &c.*

TE, FONT. QVI CEL. ORIGINES] Herodotus in Euterpe scribit neminem vnquam neque Græcum, neq; Afrum, neq; Ægyptium ausum esse sibi profiteri se scire Nili fonteis, seu origines, præterquàm quendam tabularum, & ædis Mineruæ, pecuniæq; custodem in vrbe Saï: atque eum tamen sibi ludere, & nugari visum esse: quippe qui dixerit Nilum ex quodam lacu infinitæ altitudinis inter duos monteis interiecto manare. Scriptores recentiores, quibus hæc exquirere fuit curę, aiunt Nilum ex montibus Lunę oriri. Tibul. lib. 1. *Nile pater, quánam possum te dicere causa, Aut*



Digitized by Google

A *quibus in terris occuluisse caput? originem* autem habent cod. Faër. & Iann. ceteri omnes, quibuscum vulgati congruunt, *origines:* quos sequor: quia per spicue Herodotus eo, quem dixi libro, πηγὰς Νείλου dicit, nō πηγὴν. de Nilo plura in commentar. Lucr.

ISTER] quem eundem esse, atq; Danubium nonnulli volunt, sed alijs atque alijs gentibus. Apollonius lib. 4. argon. scribit Istrum ex hyperboreis montibus oriri, & cùm ad eum locum, qui interiectus est inter Scythiam, & Thraciam peruenerit, in duas parteis secari: quarum altera in Pontum Euxinum, altera in mare Tyrrhenum influit: eademq; tradit interpres ad eum locum. de eodē lege Strabon. lib. 4.

TE RAPID. TIGR.] Tigris, Armeniæ fluuius, à celeritate nomen traxit. Itaque meritò rapidus ab Horatio appellatur: quamquam quidam legi volunt, trepidus, id est, celer.

TE BELLVOSVS] Oceanum belluosum vocat propter ingenteis belluas in eo nascenteis, &
B viuenteis: in quibus est physeter, *ingentis columnæ modo* (vt narrat Plin. li. 9. ca. 4.) *se attollens, altiorq; nauium velis, diluuiem quandam eructans.*

TE NON PAV. FVN.] Aristot. lib. 3. de moribus ad Nicom. scribit, Celtas neque terræ motus, neque fluctus extimescere. Ælianus autem lib. 12. Var. hist. etiam amplius, nempe illos pugnare coronatos: argumentumq; eis suarum cantilenarum constare ex hominibus ijs, qui fortiter in bello pugnantes ceciderint: eosdem partim rebus præclarè gestis glorianteis, partim suæ ipsorum virtutis monumenta Græcorum more relinquenteis, tropæa victoriæ excitare: fugere autem, apud eos vsque adeò turpe esse, vt ne ex domibus ruinosis quidem, ac labantibus sese auferant: quin ne his quidem incendio deflagrantibus saluti suæ fuga consulere, à flamma iam occupatos: nonnullos autem maris æstum accedentem exspectare, ac subire: alios vltrò fluctibus arma inferre, eorumq; impetum excipere nudis gladijs, hastisque destrictis, quasi eos possint vel exterre-
C re, vel sauciare.

CÆDE GAVDENTES SICAMBRI] suprà Od. 2. eiusd. lib. *quandoq; trahet feroceis Per sacrum cliuum merita decorus Fronde Sicambros.* Cæde gaudentes autem, vel quia bellicosi, & belli studio dediti sunt, vnde cædes oriuntur: vel simplicius, quia cædibus delectantur: quod argumentum est immanitatis.

COMPOSITIS] vno consensu, vnoq; tempore de manu positis: vel cónditis, & suo loco positis, vt Od. 7. epod. *cur dexteris Aptantur enses cónditi?* eadem fortasse significatione dixit Satyra 3. lib. 2. *Audire atq; togam iubeo componere, quisquis Ambitione mala, aut argenti pallet amore.*

## AVGVSTI LAVDES.
### Ode 15.

PHœbus volentem prœlia me loqui,
Victas & vrbeis, increpuit lyra:
Ne parua Tyrrhenum per æquor
Vela darem. tua, Cæsar, ætas
Fruges & agris rettulit vberes,
Et signa nostro restituit Ioui,
Derepta Parthorum superbis
Postibus: & vacuum duellis
Ianum Quirini clausit: & ordinem
Rectum euaganti frena licentiæ
Iniecit: emouitq; culpas:
Et veteres reuocauit artes:
Per quas Latinum nomen, & Italæ
Creuere vires: famaq;, & imperI
Porrecta maiestas ad ortum
Solis ab Hesperio cubili.
Custode rerum Cæsare non furor
Ciuilis, aut vis exiget otium:
Non ira, quæ procudit enseis,
Et miseras inimicat vrbeis.
Non, qui profundum Danubiū bibunt,
Edicta rumpent Iulia: non Getæ,
Non Seres, infidiúe Persæ,
Non Tanain prope flumen orti.
Nosq; & profestis lucibus, & sacris
Inter iocosi munera Liberi
Cum prole, matronisq; nostris,
Rite deos prius apprecati,
Virtute functos more patrum duces,
Lydis remisto carmine tibijs,
Troiamq;, & Anchisen, & almæ
Progeniem Veneris canemus.

PHOEBVS VOLENTEM PROELIA, &c.] sic Virgil. in Sileno, *Cùm canerem reges & prœlia, Cynthius aurem Vellit, & admonuit, pastorem Tityre pingues Pascere oportet oueis, &c.* Idem in Copa. *Mors aurem vellens, viuite, ait: venio.*

NE PARVA TYRRH. PER ÆQVOR] allegoria est. nam alijs verbis aliud significat. nempe vetuisse Phœbum, ne humilibus versibus, & imbelli Musa, res grandeis, amplas, & bellicas canat. quod sup. Od. 3. lib. 3. dixit, *Magna modis tenuare paruis.* Quemadmodum enim periculosum est paruo nauigio in mari Tyrrheno nauigare, sic non est tutum tenuibus, & humilibus versibus res magnas & graueis persequi.

ET SIGNA NOSTRO REST. IOVI] Parthi Phraate regnum obtinente signa, quæ Crassus amiserat, Romam ad Augustum vltrò remiserunt. scribunt Strabo, Sueton. Paterculus, & alij. *nostro Ioui* autem, id est, Ioui Capitolino.

Horat.

Digitized by Google

A Horat. epist. ad Lollium 2. lib. 1. *& Cantabrica bella tulisti Sub duce, qui templis Parthorum signa refixit.* Idem ad August. *Et formidatam Parthis te principe Romam.* & Saty. 5. lib. 2. *Tempore, quo iuuenis Parthus horrendus ab alto Demissum genus Æneæ, &c.* sic & Virg. lib. 7. Æneid. *Auroramq; sequi, Parthosq; reposcere signa.*

DEREPTA] id est, detracta. Sic autem legendum vel inuitis codicibus omnibus & antiquis, & recentioribus, non *Direpta*: quamquam in duobus non obscura exstant huius germanæ scripturæ vestigia.

ET VACVVM DVELLIS IANVM QVIRINI, &c.] Hac de re sic Sueton. in Augusto, *Ianum Quirinum semel atq; iterum à condita vrbe ante memoriam suã clausum, in multo breuiore temporis spatio, terra, mariq; pace parta, tertiò clausit.* & Varro lib. 4. de lingua Latina, *Tertia est Ianualis porta ab Iano: & ideo ibi positum Iani signum; & institutum à Numa Pompilio rege, vt scribit in annali*
B *lib. L. Piso, vt sit semper clausa, nisi cùm bellum sit. Nusquam traditum est memoriæ Pompilio rege fuisse apertam. sed pòst T. Manlio consule bello Karthaginensi primo confecto, & eodem anno apertam.* Hactenus Varro. Plutarch. de fortuna populi R. δίπυλον Ιανὸν, id est, portam Iani biforem appellat: quã (inquit ille) πολέμου πύλας καλοῦσιν, id est, belli portam nominant. Idem in Numa. Ἔστι δὲ καὶ αὐτῆς τοῦ Ρώμου δίθυρος, ὃν πολέμου πύλας καλοῦσιν. id est, est aũt & eius templũ Romæ cuius duæ sunt ianuæ: quod belli portam appellant. Virgil. lib. 7. Æneid. geminas belli portas appellat. *Sunt geminæ belli portæ (sic nomine dicunt) Religione sacræ, & sæui formidine Martis, &c.* Porrò autem, *Fanum Quirini* edendum putarim M. Antonio Mureto, & I. Passeratio assensus: quorum alter coniectura ductus sic reponit, alter mihi asseuerauit se scriptum vidisse Romæ in vno libro manuscr. *Eanum Quirini.* vnde quàm sit facile facere *Fanum Quir.* neminem esse puto, qui non videat. Putabat tamen Passeratius etiam legi posse *Ianum Quirinum.* quę lectio
C nec mihi displicet.

EVAG. FRE. LICEN. INIE.] hanc scriptũram in vno Vatic. repertam, cum quo tamen consentiunt cod. Iannoct. Faër. & Torness. Russard. Nicot. Cleric. sic probo, vt contendam, eam esse veram & germanam. dicimus enim Latinè frenos, aut frena inijcere, vt M. Tull. Philip. 13. *namq; illi exsultanti tanquam frenos furoris iniecit. Ordinem inijcere*, nemo, qui Latinè loqueretur, meo quidem iudicio, dixit vmquam. Significat autem, Augusti Cæsaris ætate immoderatam, & ordine carentem peccandi licentiam veluti quibusdam frenis esse repressam. sup. Od. 24. lib. 3. *indomitam audeat Refrenare licentiam.* ordo autem est, Iniecit frena licentiæ euaganti ord. rect. id est, extra ordinem rectum vaganti: ordinem non seruanti. Atque hæc ipsa lectio in nonnullis libris vulg. reperitur.

EMOVITQVE CVLPAS] nempe supplicio in improbos constituto. sic suprà Oda, quam modò commemoraui, *Quid tristes querimoniæ, Si non supplicio culpa reciditur? Quid leges sine moribus, etc.*

secutus sum autem hoc loco cod. Iannoct. Torness. 2. Vatic. & Clericanum, & Nicotianum, qui ita habent, non *amouit.* neq; verò dubitabit quisquam Latinè doctus, quin hæc scriptura sit vera. vtitur eodem verbo Saty. 3. lib. 2. *Emouit veterem mirè nouus.* & epist. 2. lib. 2. *Dura sed emouere loco me tempora grato.* & Virg. lib. 2. Æneid. *Neptunus, magnoq; emota tridenti Fundamenta quatit.* Idem lib. 6. *His dictis curæ emotæ, pulsusq; parumper Corde dolor tristi.* ibidem; *Egregia interea coniux arma omnia tectis Emouet.* D

ET VETERES REVOC. ART.] id est, virtutes: vt frugalitatem, patientiam paupertatis, contemtum pecuniæ & diuitiarum, studium laudis & gloriæ, continentiam, &c.

PORRECTA] prolata, amplificata, propagata.

AD ORTVM SOLIS] quidam libri veteres habent *ad ortus*, in his Torn. Nicotiani duo, Clericanus, Danielis.

AB HESPERIO CVBILI] à solis occasu. ἕσπερος Græcis, vesper est Latinis. E

FVROR CIVILIS] bellum ciuile: quod ciues furore concitati inter se gerunt. Virgil. lib. 1. Æneid. *Iamq; faces & saxa volant: furor arma ministrat.*

EXIGET OTIVM] secutus sum meliorum codicum, Iannoctij, & Vaticanorum 2. & Clericani, & vnius Nicotiani scripturam, quam Porphyr. comprobat. nam vulgati habent *eximet.* exigere autem hoc loco valet, eijcere, expellere: vt dicimus, *Regibus exactis.* vel, vt Nonius interpretatur apud Lucilium, excludere. Lucill. *Vestimentis frigus atq; horrorem exacturum putet. Exacturum pro excluſurum*, inquit Nonius: quod minus probo. Nam etiam apud Lucilium exigere frigus valet, expellere, meo quidẽ iudicio. sic apud Næuium, seu Nouium potius, *Indignè exigor patria innocens.*

PROCVDIT ENSEIS] ad procudendos & fabricandos enseis impellit.

INIMICAT] inimicas inter se reddit. συγκρούει, διαιρεῖ. verbum non admodum vsitatum. non dissimile est id, quo vtitur Laberius, *iniquare.* sic ille apud Nonium, *Æquum animum indignanti iniquat contumelia.* F

NON QVI PROFVND. DANVB. BIB.] Thraces, Pannones, Taurici, Germani.

EDICTA RVMP. IVL.] leges Iulias infirmabunt, vel de adulterijs, vel quaslibet alias.

INFIDIVE PERSÆ] Duo cod. Vatic. Rain. Card. Torness. *infidiq;.* sic infrà Allobrogem nouis rebus infidelem dicet Od. 16. epod. *Nouisq; rebus infidelis Allobrox.*

TAN. PR. FLV. ORTI] Scythæ, & Sarmatæ.

PROFESTIS] dies profesti hominibus concessi sunt ad rem priuatam, ac publicã administrandam. vtitur hoc nomine Saty. 3. lib. 2. *Qui Veientanũ festis potare diebus Campana solitus trulla, vappamq; profestis.* & Saty. 2. lib. 2. *luce profesta.*

VIRTVTE FVNCT. MORE PATR.] apud Hom. *ιλ.* Aiax, Vlysses, Phœnix ad Achillem missi, vt eius animum placarent, atque ad le-



Digitized by Google

A nitatem inflecterent, offendunt eum citharæ cantu animum oblectantem, priscorumq3 virorum laudes canentem, his verbis, Τῆ δ' ἐμὸν θυμὸν ἔπρηνε, ἄειδε δ' ἄεσκε κλέα ἀνδρῶν, &c.

LYDIS TIBIIS] siue Phrygijs, nihil refert. Tibiæ enim in Barbaria primùm repertæ sunt, in quas cùm aliquando incidisset Minerua, easq3 semel inflasset, continuò reiecit, vt omnium organorum musicorum deterrimas. Quamquam Porphyrio Phrygijs tibijs res tristeis: Lydijs lætas D cani solitas scribit.

REMISTO] in libro de arte poët. *sic veris falsa remiscet.*

ET ALMÆ PROGEN. VEN.] Iulium Cæsarem, Augustum, Tiberium, Drusos: vel, si quis malet, Iuliam gentem ab Iulo nominatam. sic Lucretius princip. lib. 1. *Æneadûm genitrix, hominum, diuûmq3 voluptas, Alma Venus.*

# EPODON LIBER.

## LAMBINVS LECTORI.

Diu, multumque dubitaui, & quæsiui: neque dum dubitandi finem feci, lector etudite, quamobrem hic liber vel epodôn, vel epodos nominetur. Nam quid sit στροφὴ, ἀντιστροφὴ, ἐπῳδὸς apud Pindarum, docent eius interpretes. Apud Horatium autẽ vbi locus est ἐπῳδῷ si neq3 στροφαὶ, neq3 ἀντιστροφαὶ reB periuntur? an dicemus ἐπῳδῶν librum dici propter adiunctos breuiores versiculos: quos, qui canebant, in neutram partem mouebantur: sed in vno loco in sistebant? atque in his Odis esse strophen, siue antistrophen cum epodo, vt in chorea mouerentur à sinistra parte in dexteram, deinde quiescerent, vnoq3 in loco insisterent? an epodôn liber dictus propterea, quòd duo essent, qui canerent: vnus, qui longiores versus pronuntiaret: alter, qui breuiores subijceret, qui dicebatur ἐπῳδὸς, quasi accentor, aut succentor quidam, respondendi munere fungens? an, quod vir quidam doctissimus Florentinus mihi dixit in sermone, cùm eius hac de re sententiam exquirerem, in superioribus libris fuisse στροφὴν, & ἀντιστροφὴν, in hoc esse ἐπῳδὸν, an placebit, huius libri Odas appellatas esse ἐπῳδὰς, quasi odas posteriores, non ἐπῳδὰς: quemadmodum liber posterior Platonis de legibus ὕστερος inscribitur? an ἐπῳδοὶ appellati versiculi breuiores, eò quòd accinuntur longioribus. vt, *Beatus ille qui procul negotijs, Vt prisca gens mortalium?* an, quod quidam testantur se vidisse in quodam codice vetere, hunc librum ita inscriptum, *Quinctus Odarum liber*, id sequemur, vt nullus iam dubitandi locus sit relictus, nihilq3 causæ, quamobrem hac de re plura quæramus? ego quidem neque vnius codicis auctoritate standum esse censeo, neque vllam earum, quas exposui, causarum, satis certam, aut necessariam esse puto. Itaq3 vetus illud Academicum verbum hîc vsurpans, ἐπέχω, ne rei falsæ assentiens, temeritatis culpam sustineam. Intereà tamen placet Diomedis, & Marij Victorini, & aliorum Grammaticorum veterum sententiam probare, qui propterea hunc librum ita inscriptum esse dicunt, quia singulis longioribus versibus, singuli breuiores accinuntur, qui ἐπῳδοὶ appellantur. Docent enim illi carminis genus vnum esse, in quo versus ita inter se connexi sunt, vt alter sine altero audiri non possit: quorum prior μεῳδικὸς, id est, præcinens, posterior ἐπῳδικὸς, id est, quasi succinens, nominatur, vt in elegis, longus & hexameter, est μεῳδικὸς: breuior, & pentameter, ἐπῳδικός. Eadem igitur ratione hic trimeter *Ibis Liburnis inter alta* C *nauium,* μεῳδικὸς erit, quasi præcinens. alter autem, dimeter, ἐπῳδικὸς, quasi succinens. *Amice propugnacula.* Sed lubet mihi Marij Victorini verba hîc subscribere ex lib. 3. *Archilochus fuit singularis artificij in excogitandis ac formandis nouis metris, primusq3 epodos excogitauit, alios breuiores, alios longiores, detrahens vnum pedem, seu colum metro, vt illi subijceret id quod ex ipso detractum esse videbatur, vt in heroo, à quo primùm cœpit,* Diffugêre niues: redeunt iam gramina campis: *Dehinc epodus sui generis,* Arboribusque comæ. Idem paullo pòst. *Idem Archilochus penultimis heroi hexametri partibus adiecta syllaba huiusmodi versum induxit, qui metro Phalacio: id est, tribus trocheis vltimis clauderetur: vt est,* At tuba terribilẽ sonitum dedit ære canoro. *Adiecta enim ante vltimos pedes,* sed *syllaba fiet* ære sed canoro. *quod est carmen Phalacium. Iuncto omni fiet versus huiusmodi:* At tuba terribilem sonitum dedit ære sed canoro. *Quod quidam hexametrum heroum* ἀκεφαλοσυλλαβὸς *dixerunt. Huic idem epodum subdidit trimetrũ versum Iambicum catalecticum:* id est, *vltima parte imminutum. Cuius exemplum noster Horatius secutus est illa Oda, Soluitur acris hiems grata vice veris & Fauoni. Dehinc trimeter catalecticus vice epodi Trahuntq3 siccas machinæ carinas, &c.* Ex quibus Marini verbis intelligere licet & qui sint, & quare dicantur epodi. Sed quærat aliquis, cùm etiam in superioribus libris reperiantur minores versiculi longioribus subtexti: cur non etiam libri epodôn appellentur, & cur hic solus appelletur, respondeo, quia totus hic liber, & omnes odæ, quæ in hoc libro sunt, habent taleis versiculos, qui epodi dicuntur: non item odæ librorum superiorum, sed paucæ. hæc mea de huius libri inscriptione sententia est, quæ sicui minus probetur, afferat probabiliorem: & ego manus dabo.

AD

Digitized by Google

# AD MÆCENATEM.
## Ode 1.

Ait se cum eo ad bellum Actiacum proficiscente, ire velle.

*BIS Liburnis inter alta nauium,*
*Amice, propugnacula,*
*Paratus omne Cæsaris periculum*
*Subire, Mæcenas, tuo.*
*Quid nos? quibus te vita sit superstite*
*Iucunda: si contrà grauis?*
*Vtrúmne iussi persequemur otium*
*Non dulce, ni tecum simul?*
*An hunc laborem mente laturi, decet*
*Qua ferre non molleis viros?*
*Feremus: & te vel per Alpium iuga,*
*Inhospitalem & Caucasum,*
*Vel Occidentis vsq; ad vltimum sinum,*
*Forti sequemur pectore.*
*Roges, tuum labore quid iuuem meo,*
*Imbellis, ac firmus parum.*
*Comes minore sum futurus in metu:*
*Qui maior absenteis habet.*
*Vt áſsidens implumibus pullis auis*
*Serpentium allapsus timet:*
*Magis, relictis: non, vt adsit, auxilI*
*Latura plus præsentibus.*
*Libenter hoc & omne militabitur*
*Bellum in tuæ spem gratiæ:*
*Non vt iuuencis illigata pluribus*
*Aratra nitantur meis:*
*Pecúsue Calabris ante sidus feruidum*
*Lucana mutet pascua:*
*Nec, vt superni villa candens Tusculi*
*Circæa tangat mœnia.*
*Satis, superq; me bengnitas tua*
*Ditauit. haud parauero, (mam:*
*Quod aut, auarus vt Chremes, terra pre*
*Discinctus aut perdam vt nepos.*

LIBVRNIS] nauibus sic dictis à Liburnorum gente: de qua Veget. lib. 4. cap. 28. & tribus deinceps sequentibus cap. vide Od. 3 2. lib. 1. Nauibus igitur Liburnis, quę sunt aliquanto triremibus humiliores, ibis inter altas & magnas triremeis, ac naueis rostratas. fortasse Antonianas significat. Nã Cęsarianę humiliores erant, vt narrat Plutarch. in Anton. & Dion. lib. 30. sed alij per alta nauiũ propugnacula, turreis, quæ erant in nauibus Cæsaris, aut etiam ipsas Cæsaris naueis, quæ turritæ erant, significari volunt: quorum sententiam confirmat Seruius ad hunc Virg. locũ li. 8. Æn. extr. *Vna omnes ruere, ac totũ spumare reductis Conuulsum remis, rostrisq; tridentibus æquor. Alta petunt pelago. credas innare reuulsas Cycladas, aut montеis concurrere mõtib. altis. Tanta mole viri turritis puppibus instant.* ad quæ verba notat: *hoc de historia traxit. Nã Agrippa primus hoc genus turriũ inuênit, vt de tabulatis subitò erigerentur, simul ac ventũ esset in prœliũ, turres hostibus improuisa.* Accedit Prudentius, cuius sunt hi versus. *Fluctibus Actiacis signũ symphonia belli Ægypto dederat: clangebat buccina contrà. Institerãt tenues cymbæ, fragilesq; phaseli Inter turritas Memphiticas rostra Liburnas.* Ego suum cuiq; iudiciũ liberũ relinquo: sed tamen mouet me Plutarchus, qui naueis Antonianas longè Cæsarianis altiores fuisse narrat: mouet & Dion: apud quem sic Antonius ad milites. ὁρᾶτε γάρ που καὶ αὐτοὶ καὶ τὸ μέγεθος, καὶ τὸ πάχος τῶν ἡμετέρων σκαφῶν. ὥστε εἰ καὶ τὸν ἀριθμὸν ἰσοπαλεῖς αὐταῖς ἐκείναι ἦσαν: ἀλλ' ὑπό γε τούτων ἂν δεῖν αὖ τε ταῖς ἐμβολαῖς, ἔτε ταῖς προβολαῖς ἐκακούργησαν. τὸ μὲν γὰρ πάχος τῶν ξύλων, τὸ δὲ αὐτὸ τὸ ὕψος τῶν νεῶν, καὶ εἰ μηδεὶς ἀπ' αὐτῶν ἡμύνετο, πάντως ἂν ἐπόησε. νῦν δὲ δὴ καὶ πολλοὶ τῶν, καὶ σφενδονητῶν πολλῶν ὑπιπλεόντων καὶ προσέπι καὶ ἀπὸ τῶν πύργων αὖθεν αὐτῶν ἐφιεμένων, δῶνησεταί τις σφίσι προσμῖξαι, Εἰδὲ δὴ καὶ πλησιάσειέ τις, πῶς μὲν ἂν ἐκ τοῦ αὐτὸ τὸ πλῆθος τῶν κροπῶν βαπίσειεν, πῶς δ' ἐκ ἂν τοῦ πάντων τῶν τε ἀπὸ τῶν καταστρωμάτων, καὶ τῶ ἀπὸ τῶν πύργων βαλλόμενος καταπονηθείη, id est, *Videtis enim etiã ipsi & magnitudinem, & crassitudinẽ nauium nostrarũ. Itaq; etiã si Cæsaris naues nostris numero essent æquales, attamẽ propter hac neq; incursionibus, neq; eminus pugnando nostris nocere possent. Nã ab incursionib. lignorũ crassitudo, a telorum iactu defenderet eas altitudo, etiã si nemo ab eis hostem repelleret. Nunc autem cum tot sagittarij, & funditores in eis nauigent, & præterea ex turribus è loco superiore tela iácere, & impetum hostium arcere possint, poteritne quisquam illorũ nobiscum congredi,*

A *& ad naues nostras accedere? Quòd si quis accesserit, nónne multitudine remorum obruetur? nónne & de nauium nostrarum tabulatis & de turribus iaculis appetitus, mersabitur?* Adde quòd Vegetius lib. 4. cap. 33. & 34. vbi de Liburnis scribit, nullum verbum de earum altitudine, aut turribus facit. quod verisimile non est, præteriturum fuisse, si verum esset, quod isti dicunt. Postremò L. Annæus Florus, seu L. Annæus Seneca in Epitoma rerum Ro. ex T. Liuio perspicuè Turnebi sententiam refellit, his verbis *Nobis quadringentæ amplius naues: decentæ non minus hostibus: sed numerum magnitudo pensabat: quippe à senis in nouenos remorum ordinibus: ad hoc turribus atq; tabulatis sublata castellorũ & vrbium specie, non sine gemitu maris & labore ventorum ferebantur. quæ quidem ipsa moles illis exitio fuit.* sed ne Plutarchi quidem verba omittenda sunt in Antonio, δυσναχωρήτως οἱ Ἀντωνίου πρὸς τὴν διαβολὴν, καὶ ταῖς ὕψεσι, καὶ μεγέθεσι τῶν οἰκείων νεῶν πεποιθότες ὡς ἀνθεσμάχοις, τὸ εὐάντυμον ἐπόησαν: id est, ægrè

B ferentes autem Antoniani moram, & altitudinibus, ac magnitudinibus nauium suarum confisi, sinistrum cornu mouerunt. Adiuuant me & ea, quæ apud eundem paucis post versibus sequuntur, vbi dicit τειχομαχίαν veriùs fuisse, id est, pugnã è muris, quàm pugnam naualem, cùm Antoniani è nauibus suis, tanquam è muro, pugnarent.

AMICE] ô amice Mæcenas. neque est quòd quisquam dicat non conuenire pudori Horatij, Mæcenatem amicum appellare: Nam Horatius erat amicus inferior, Mæcenas, potentior, Saty. 6. lib. 1. *Dissimile hoc illi est: quia non vt forsan honorem Iure mihi inuideat quiuis, ita te quoq; amicum.* ibidem. *felicem dicere non hoc Me possum casu, quòd te sortitus amicum.* Od. 20. li. 1. *Care Mæcenas.* Od. 18. lib. 2. *nec potentem amicum Largiora flagito.*

SVBIRE] excipere, ἀναδέχεσθαι, sufferre.

SI CONTRA] me tibi superstite.

VTRVMNE IVSSI] vtrùm nos, quos manere, & quiescere iubes, otiabimur, vitam iniucundam victuri, nisi tecum viuamus?

C AN HVNC LABOREM MENTE LATVRI, &c.] an hunc militiæ laborem laturi sumus ea mente, eoque animo, quo viros forteis, & patienteis laborum ferre decet? subaudi verbum *sumus*, vt sit, laturi sumus. vel, quod minus probo, repete ἀπὸ κοινοῦ persequemur. legendum autem *qua*, non *quem*.

NON MOLLEIS] id est, patienteis & toleranteis laborum, quos Græci καρτερικοὺς appellant μαλακοῖς contrarios.

FEREMVS] sibi ipse respondet.

INHOSPITALEM] ἄξενον. sic sup. Od. 22. li. 1. *Siue facturus per inhospitalem Caucasum.*

ROGES] quæras fortasse, quid ego tibi sim comes profuturus, qui neque admodum sim bellicosus, neque valde robusto corpore.

IMBELLIS, AC FIRM. P.] ἀπόλεμος καὶ ἄναλκις.

COMES] respondet superiori tacitæ quæstioni hoc modo. si tecum proficiscar: multo minus sollicitus sum futurus, quàm si maneam, & à te absim.

VT ASSIDENS IMPLVM. &c.] id est, D quemadmodum auis pullis implumibus assidens, atque accubans, serpentium illa quidem insidias & impetus extimescit: sed multo magis tamen timet absens, cùm scilicet pullos suos reliquit. Tali similitudine vtitur Theocritus. εἰδ. κϛ. quod inscribitur Μέλαξα. Ὡς δὲ τ' ὀδύρεται ὄρνις ὅθι σφετέροισι νεοσσοῖς Ὀλυμένοις, ὕς τ' αἰνὸς ὄφις ἔπι νηπιάχοντας Θάμνοις ἐν πυκινοῖσι καπιθεῖ. ἡ δὲ κατ' αὐτὰς Πωπᾶται κλάζουσα μάλα λιγὺ πότνια μήτηρ, Οὐδ' ἄρ ἔχει τέκνοισιν ἐπαρκέσαι. ἦ γὰρ οἱ αὖ τῇ Ἄσσυρίμεν μέγα πάρβος ἀμειλίκτοιο πελώρου, Ὡς ἐγὼ, &c. id est, Quemadmodũ autem ingemiscit auis pullis suis pereuntibus, quos horribilis serpens in dumis densis deuorat: Illa autem circum eos volat vociferans valde clarè eorum mater: neq; tamen exitiũ à pullis suis depellere potest. re vera enim valde metuit propius accedere ad implacidam belluam. Sic ego, &c. nec admodum discrepant illa Oppiani lib. quinto ἁλιευτ. Ὡς δ' ὁπότ' ὀρταλίχοισι κελεύθοι νηπιάχοισι Νέρθεν ὑπ' ἐξ ὀρόφοιο πυχὼν ὄφις ἄγχι πέλάσσῃ· Καὶ τοὺς μὲν κατέπιφθε, καὶ ἔπτασιν ἔνδυνο δόντων· Μήτηρ E δὲ τοῦπερ μὲν ἀπυζομένη πεπότηται Λοίγια πεπειγυῖα φόνῳ, γόον, ἀλλ' ὅπι παῖδας Ἀθρήσει φθιμένους, ἡ δ' ὑκ ἔπ φύξιν ὀλέθρου Δίζεται, ἀλλ' αὐτῆσιν ὑπαὶ γενύεσσι δράκοντος Εἰλεῖται, μέσσῳ δ' ὄφιν ἔλη παιδοκτόνος ἄπη. Ὡς ἄρα, &c. id est, *Quemadmodum autem cùm ad hirundines implumeis & parvulas serpens fortè sub tecto propius accessit: & eas quidem interemit, ac dentibus discerpsit: mater primùm quidem pauens circumuolat, deplorans eadem pullorum suorum: Cùm autem eos interire videt, non amplius exitij fugam quærit, sed circum maxillas ipsas serpentis versatur, donec eam iactura pullorum interfectorum in perniciem traxerit: Sic*, &c. Neque verò admodum dissimilis est illa comparatio ducta à cerua apud Hom. ἰλ. Ὡς δὲ λέων ἐλάφοιο ταχείης νήπια τέκνα Ῥηϊδίως ξυνίαξε λαοὺς κρατερῶν ὀδόντων ἐλθὼν εἰς εὐνὴν ἀπαλὸν πολὺ σφ' ἦτορ ἀπῆυρα: Η δ' οὔπερ τε μάλα σχέδον, οὐ δύναται σφιν Χεῖσιν ἐεῖν. αὐτὴν γὰρ ὑπὸ πρόμος αἰνὸς ἱκάνει, Καρπαλίμως δ' ἵξε διὰ δρυμὰ πυκνὰ καὶ ὕλην Σπεύδουσα, ἱδρώουσα κραταιῷ θυμὸς ὑφ' ὁρμῆς: Ὡς ἄρα, &c. id est, Vt leo ceruæ celeris paruos inulos facile confregit dentibus correptos, cùm ad eorũ cu- F bile iuerit: teneramque eis animam abstulit: illa autem etiamsi valde prope adsit, non tamen eis opitulari potest. eam enim tr[illegible]or grauis occupat: Continuò autem gradum corripit per densã dumeta, & siluam properans, sudans propter validæ bestiæ impetum: Sic, &c.

NON, VT ADSIT, AVXILI] id est, quæ, quamuis adsit, plus auxilij non est latura præsentibus, quàm relictis. in quibusdam libris calamo exaratis scriptum reperi, *Non vti sit auxilI Latura*, &c. quorum verborum hic sensus est, Non quo sit plus auxilij latura præsentibus, subintell. quàm, &c. ego tamen priorem scripturam malo.

MILITABITVR BELLVM] tale est hoc, *militabitur bellum*, qualia illa, *bella pugnata*, & *rura regnata*. de quibus vide ad Od. 6. lib. 2. ego (inquit) totius huius belli laborem ac periculum subibo ac perferam, nulla abs te sperata mercede, nulloque præmio exspectato: sed tuæ erga me beneuolentiæ retinendæ studio & spe ductus.

NON,

Digitized by Google

A NON, VT IVVENCIS, &c.] ideſt, non vt plura agri iugera poſſideam.

ARATRA NIT. M.] Quidam libri veteres habent *Aratra nitantur mea.*

PECVSVE CALABRIS ANTE SIDVS &c.] aut vt pecus meum paſcuis Calabris paullo ante Caniculam relictis, quæ poſt ortum Caniculę nimio ſolis ardore ſunt torrida, in Lucaniam, quæ temperatior eſt, transferatur. ſic epiſt. 2. lib. 2. *Quid vici proſunt, & horrea, quidve Calabris Saltibus adiecti Lucani: ſi metit Orcus, &c.* hæc eò pertinent, quòd quibus magni pecudum greges erãt, ij ſaltus hibernos & æſtiuos habebant, in quibus paſcebantur pecora.

LVCANA MVT. PASCVA] *paſcuis* habent complures cod. veteres. in his tres Vatic. & Torneſ. Ruſſard. Nicotiani duo: quam ſcripturam non reijcio.

NEC, VT SVPERNI VILLA] ſupernum Tuſculum ideò dixit, quia in colle ſitum eſt. Strabo lib. 5. ſup. Od. 29. lib. 3. *Telegoni iuga patricidæ.* nec (inquit Horatius) vt villa mei fundi Tuſculani perueniat, & producatur vſque ad mœnia
B Circæa. ὑπερβολικῶς dictum eſt, ad exprimendam ædificij magnitudinem, magnificentiam, atque amplitudinem.

BENIGNITAS TVA] liberalitas & munificentia tua, vt docuimus ſup. ad Od. 17. lib. 1.

HAVD ƑARAV, QVOD AVT AVAR.] nolim parauiſſe, quod aut defodiam & condam in terra auarorum more, qui bonis quæſitis parcunt vt ſacris, aut profundã vt luxurioſus nepos.

DISCINCTVS] diſſolutus, luxurioſus, intemperans. nam diſcingi fere mollitiem & turpitudinem quandam ſignificat. Itaque turpe erat Romanis illis veteribus in publicum prodire diſcinctos. vnde prouerbium *diſcincta veſtis, diſcinctus animus.* Seruius ad illum Virgil. locum *diſcinctos Mulciber Afros:* notat *vel habitum eorum oſtendit, qui vſque ad talos fluebat: quod Plautus in Pœnulo ridet, his verbis, Quæ eſt illa anus? cùm Afrum vidiſſet veſtem demiſſam trahentem: vel diſcinctos dixit, militiæ inhabileis.* C *omnes enim, qui militant, cincti ſunt, alioqui inefficaces: vt contra præcinctos ſtrenuos dicimus.* Horatius. *Hoc iter ignaui diuiſimus altius ac nos, Præcinctis, vnum.* Vnde Græcè ὑζωνος appellatur non qui habet bonam Zonam, ſed qui ſtrenuus eſt, & expeditus ad iter faciendum, aut aliquid agendum. Hactenus Seruius. Horat. Saty. 2. lib. 1. *Diſcincta tunica fugiendum eſt, ac pede nudo.* diſcinctus tamẽ aliquando etiã accipitur pro eo, qui remiſſiore & liberiore quidẽ interdũ victu, ac ludo, vitæ quotidianæ ſeueritatem leuat ac temperat: verùm ſine flagitio & turpitudine, vt ſat. 1. lib. 1. *Nugari cum illo, & diſcincti ludere, donec Decoqueretur olus.* NEPOS] nepos præter vulgatam ſignificationem, profuſum & perditum hominem ſignificat, quem Græci ἄσωτον nominant. *Nepotes* (inquit Paullus in epitome Feſti) *luxurioſæ vitæ homines appellati, quòd non magis his rei ſuæ familiaris cura eſt, quàm ijs, quibus pater, auúſque viuunt:* Horat. ſat. 8. lib. 1. *Pantolabo ſcurræ, Nomentanóque nepoti.* epiſt. ad Vallam, *Scilicet vt ventres lamna candente nepotum Diceret vrendos.* ſat. 4. lib. 1. *quòd meretrice nepos inſanit amica Filius.* al. inſanus, &c. D

## VITÆ RVSTICÆ Laudes. Ode 2.

*BEatus ille, qui procul negotijs,*
*Vt priſca gens mortalium,*
*Paterna rura bubus exercet ſuis,*
*Solutus omni fœnore:*
*Neque excitatur claſſico miles truci:*
*Neque horret iratum mare:*
*Forúmque vitat, & ſuperba ciuium*
*Potentiorum limina.*
*Ergo aut adulta vitium propagine*
*Altas maritat populos:*
*Aut in reducta valle mugientium* E
*Proſpectat errantes greges:*
*Inutileſque falce ramos amputans,*
*Feliciores inſerit:*
*Aut preſſa puris mella condit amphoris:*
*Aut tondet infirmas oueis:*
*Vel, cum decôrum mitibus pomis caput*
*Auctumnus aruis extulit,*
*Vt gaudet inſitiua decerpens pira:*
*Certantem & vuam purpuræ:*
*Qua muneretur te, Priape, & te pater*
*Siluane, tutor finium:*
*Libet iacêre modò ſub antiqua ilice:*
*Modò in tenaci gramine.* F
*Labuntur altis interim ripis aquæ:*
*Queruntur in ſiluis aues:*
*Fontéſq; lymphis obſtrepunt manãtibus,*
*Somnos quod inuitet leues.*
*At, cùm tonantis annus hibernus Iouis*
*Imbreis, niueíſque comparat:*
*Aut trudit acreis hinc & hinc multa cane*
*Apros in obſtanteis plagas:*
*Aut amite læui rara tendit retia,*
*Turdis edacibus dolos:*
*Pauidúmque léporem, & aduenam laqueo gruem,*



Digitized by Google

A *Iucunda captat præmia.*
*Quis non malarum, quas amor curas habet,*
*Hæc inter obliuiscitur?*
*Quòd si pudica mulier in partem iuuet*
*Domum, atque dulceis liberos:*
*Sabina qualis, aut perusta solibus*
*Pernicis uxor Appuli:*
*Sacrúmq; vetustis exstruat lignis focum*
*Lassi sub aduentum viri:*
*Claudénsq; textis cratibus lætum pecus,*
*Distenta siccet ubera:*
*Et horna dulci vina promens dolio,*
*Dapes inemtas apparet:*
*Non me Lucrina iuuerint conchylia,*
*Magísve rhombus, aut scari:*
B *Si quos Eois intonata fluctibus*
*Hiems ad hoc vertat mare:*
*Non Afra auis descendat in ventrem meum:*
*Non attagen Ionicus*
*Iucundior, quàm lecta de pinguissimis*
*Oliua ramis arborum:*
*Aut herba lapathi prata amantis, & graui*
*Maluæ salubres corpori:*
*Vel agna festis cæsa Terminalibus:*
*Vel hædus ereptus lupo.*
*Has inter epulas, ut iuuat pastas oueis*
C *Videre properanteis domum?*
*Videre fessos vomerem inuersum boues*
*Collo trahenteis languido:*
*Positósq; vernas, ditis examen domus,*
*Circum renidenteis Lareis?*
*Hæc ubi locutus fænerator Alphius,*
*Iam iam futurus rusticus,*
*Omnem relegit idibus pecuniam:*
*Quærit Kalendis ponere.*

VT PRISCA GENS MORT.] vt primi homines, qui nondum vrbibus conditis ruri viuebant, atque in siluis habitabant: quin neque arabant, neque fodiebant, neque serebãt, &c. quã vitam pulchrè describit Lucretius lib. 5. *Multaq; per calum solis voluentia lustra Volginago vitam tractabant more ferarum: Nec robustus erat curui moderator aratri Quisquam, nec scibat ferro molirier arua, Nec noua defodere in terram virgulta, neq; altis Arboribus veteres decidere falcibu' ramos. Quod sol, atq; imbres dederant, quod terra crearat Sponte sua, satis id placabat pectora donum, &c.*

BVBVS] sic habent libri aliquot veteres, itáq; legit Priscian. lib. 7.

EXERCET] colit, subigit. Virgil. Georg. 2. *Aut presso exercere solum sub vomere.*

NEQVE EXCIT. CLASS. MIL. &c.] id est, neque militat, neque nauigat quæstus causa, neque vel litigat, vel litigatoribus operam dat, neque in potentiorum hominum edibus emolumẽti spe inuitatus commoratur.

NEC HORRET IR.] Glauco comœdus dicere solebat se libentius iuxta mare pedibus iter facere, quàm iuxta terram nauigare. sup. Od. 3. *Qui vidit mare turgidum.* Virg. Georg. 2. *Sollicitãs alij remis freta cæca, ruuntq; In ferrum.*

FORVMQVE VITAT,] Virgil. ibid. *nec ferrea iura, Insanúmve forum, aut populi tabularia vidit.*

AVT SVPERBA CIVIVM POT. LIM.] Virgil. ibid. *penetrant aulas, & limina regum.* superba autem, id est, superbis conuenientia, vel superborum dominorum, vt Oda 14. lib. 2. *pauimentum superbum.*

PROPAGINE] Virg. ibid. non longè à princip. *Sed trũcis oleæ melius: propagine vites Respõdent.*

ALTAS MARITAT POPVLOS.] sic Catullus vlmum maritum appellat in carmine nuptiali, *At si fortè eadem est vlmo coniuncta marito.* & in eodem carmine *vitem viduam*, quæ non est coniuncta cum vlmo. *Vt vidua, in nudo vitis quæ nascitur arno, Numquam se extollit numquam mitem educat vuam.* Horat. sup. Od. 15. li. 2. *platanúsque calebs Euincet vlmos.* Idem contra Od. 5. lib. 4. Vlmum, populum, & similes arbores *viduas* appellat, quæ vitibus carent. *Et vitem viduas ducit ad arbores.* Idem in epist. ad Quinctium lib. 1. *Pomisne, an pratis, an amicta uitibus vlmo.* Sed quid hoc loco valet epithetum *altas*? quid altitudo populi cõfert ad coniunctionem seu maritationem vitium? Quid si legendum dicamus, *Albas mar. pop.*? Nam & suprà hoc epithetum populo tribuit Od. 3. li. 2. *Qua pinus ingens, albáque populus, &c.* nisi fortè illic legendum est, *altáque pop.* vt respõdeant pariter inter se *pinus ingens, altaq; populus:* & contrà hîc *Albas mar. pop.* An *altas populos* hoc loco dixit, vt significaret, altitudinem populorum valere ad extollendam vitis, quæ natura caduca est, & humi repit, humilitatem? Nihilominus tamen etiam epithetum *alba*, populo cónuenit. habet enim frondeis altera ex parte albas: atque iccircò λεύκη à Græcis dicitur: atque ob eandem causam candida à Virgilio appellatur, in Mœride, *hic candida populus antro Imminet.* quamquam est & populus nigra. Ex quo fortasse à Virgilio bicolor dicta est 8. Æneid. *Dixerat: Herculea bicolor cum populus vmbra, &c.* nisi potius propterea quòd frons pópuli etiam albæ re vera bicolor est.

AVT IN REDVCTA VALLE] sic sup. Od. 17. lib. 1. *Hic in reducta valle Canicula Vitabis æstus.*

PRO-

A PROSPECTAT] procul spectat. Virg. Æn. 9. *Hæc super è vallo prospectant Troës.*

ERRANTEIS GREGES] Virgil. Tityro, *Ille meas errare boues.*

INVTILEISQVE] superuacaneos, aut sterileis.

AMPVTANS] *putare* (inquit Varro lib. 5. de ling. Lat.) *est purum facere.*

FELICIORES INSERIT.] Virg. Georg. 2. *nec longum tempus: & ingens Exijt in cælum ramis felicibus arbos.* steriles arbores, infelices nominãtur. M. Tull. in orat. pro C. Rabirio. *infelici arbori suspendito.* & ita Liuius. de infelicibus arboribus consule Macrob. lib. 3. cap. 20.

INSERIT] Virgil. Tit. *Insere nunc Melibœe pyros.* Idem Mœride, *Insere Daphni pyros.*

DECORVM MIT. POM. CAP.] pomis ornatum. sic sup. Od. 7. lib. 4. *Pomifer autunnus.*

MITIBVS] maturis, non acerbis. sic Virgil. Tityro, *sunt nobis mitia poma.*

AGRIS EXTVLIT] sic habent omnes fere, quos vidi, libri manuscr. non, vt vulgati, *aruis.*

B VT GAVDET] quàm gaudet, vt suprà, Od. 25. lib. 3. *vt mihi deuio Ripas, & vasuũ nemus Mirari libet.* & hac eadem Oda infrà, *Has inter epulas, vt iuuat pastas oueis Videre properanteis domũ.* annot. sup. ad Od. 25. lib. 3.

CERTANTEM ET VVAM PVRP.] liuidam, purpuream, certantem colore cum purpura. de verbis pugnandi, & certandi, & similibus, vide annot. ad Od. 6. lib. 2.

MVNERETVR TE] donet te. Terentius Heaut. *munerarier ancillas primùm.*

PRIAPE] de Priapo dicemus Saty. 8. lib. 1.

SILVANE] epist. 1. lib. 2. *Tellurem porca, siluanum lacte piabant.*

SVB ANTIQVA IL.] annosa. Virg. lib. 4. Æneid. *Ac velut annosam validâ cum robore quercum, &c.* Idem *arguta*m appellat propter lenem venti susurrum: *Forte sub arguta consederat Ilice Daphnis.*

C TENACI GRAMINE] tenax gramen appellat, quod terræ firmiter adhæret. sup. Od. 12. lib. 4. *tenerum.* Od. 3. lib. 2. *remotum.* Virgilius cretam, tenacem dixit, quæ valet ad conglutinandum, argillam significans, lib. 1. Georg. *creta solidanda tenaci.* alia ratione Plautus senem quẽdam tenacem & pertinacem dicit.

LABVNTVR] fluunt. vt epistola ad Lollium lib. 1. *at ille Labitur, & labetur in omne volubilis æuum.* & Od. 29. lib. 3. *cetera fluminis Ritu feruntur, nunc medio alueo Cum pace delabentis Etruscũ in mare, &c.*

RIPIS] complures libri vetères habent, *riuis.*

QVERVNTVR IN SILVIS AVES] ita canunt: vt queri videantur: quod refellit Plato, vt alibi annotauimus. μυυρίζουσι. vide annotat. ad Odam 7. lib. 3. ibi. *Sub cantu querulæ, &c.* sic Virg. Tityro, *Nec gemere aeria cessabit turtur ab vlmo.* idem 3. Georg. *Et cantu querulæ rumpent arbusta cicadæ.* vbi notat Seruius *querulæ*, id est, canoræ. & profert versum illum ex Oda 7. lib. 3. *Sub cantu querulæ despice tibiæ.*

SOMNOS QVOD INVITET] quod, nempe fonteis lymphis manantibus circumstrepere, somnos leueis suadeat. sic Virg. Tityro, *Sæpe leui somnum suadebit inire susurro.* Theocrit. εἴδ. n. Ἁδὺ δὲ καὶ θέρεος παρ' ὕδωρ ῥέον ἀσυριοκοιτεῖν. id est, Dulce est æstate ad aquam fluentem sub dio cubare.

LEVEIS] sic Od. 16. lib. 2. *Nec leueis somnos timor, aut Cupido Sordidus aufert.* alibi *somnum facilem* appellat. vnde Lucret. canes *leuisomnos* dicit lib. 5. *At leuisomna canum fido cum pectore corda.*

TONANTIS IOVIS] eadem ratione hîc Iouem tonantem dixit, qua sup. Od. 1. lib. 1. *Iouem frigidum.* & Od. 3. li. 3. *fulminantẽ Iouem.* & Virg. Georg. 1. *Iouem humidum.* & Theocr. διὰ αὐδρίαν, vt annot. ad Od. 1. lib. 1.

ANNVS HIBERNVS] tempus anni hibernum. annum pro parte anni posuit, vt rectè Porphyr. sic Virg. Palæm. *Nunc frondent siluæ, nunc formosissimus annus.*

MVLTA CANE] id est multis canibus, vt sup. Od. 15. lib. 1. *multo milite*, pro eo, quod est, multis militibus. & infr. Od. 16. *Argoo remige.* & Virgil. lib. 2. Æneid. *vterumq; armato milite complent.* idem lib. 1. *raptosq; ex hoste penateis:* ad quem locũ profert hunc Seruius. E

OBSTANTEIS] oppositas, obiectas.

AMITE LÆVI] *pertica*, seu *furcula aucupali.* Festus.

TVRDIS EDACIBVS DOLOS] tendit metia, κῆ σύνθεσιν, dolos turdis: Turdotũ, quos μίχλας Græci nominant, tria genera ponit Aristoteles.

PAVIDVMQVE LEPOREM] rectè *pauidũ.* nam hũic animali maius est quàm pro portione cor. quibus autem animalibus hoc naturâ contigit, ea sunt timidissima, teste Plin. lib. 11. cap. 17. vbi de corde loquitur. sic Plin. *Maximum autem est portione muribus, lepori, asino, ceruo, pantheræ, mustelis, hyænis, & omnibus timidis, aut propter metum maleficis.* Quapropter Demosthenes oratione περὶ στεφάνου Æschinem conscientia vitæ anteactæ, & facinorum ac flagitiorum à se admissorũ metu perterritum ait in rebus secundis ciuitatis leporis vitam vixisse, trepidantem & pauentem, & semper plagas exspectantem. sic Demost. Τοιαῦτ' ἄν γὰρ εἶλου πολιτείαν (ἐπειδή ποτε καὶ τοῦτ' ἐπῆλθε σοι ποιῆσαι,) δι' ἣν εὐπυλχένους μὲν τῆς παιδείας λαχὼν βίον ἔζης, δεδιὼς καὶ τρέμων, καὶ ἀεὶ πληγὰς προσδοκῶν ἃς οὐκ ἔδει, &c. i. *Talem enim reip. administrandæ rationem secutus es, posteaquam tibi tandem remp. administrare venit in mentem, vt in rebus secundis ciuitatis, leporis vitam viueres, omnia circumspectares, horreres, tremeres, paueres, plagas & verbera ob ea, quorum tibi conscius eras, scelera, & flagitia, semper exspectares, &c.* Profertur etiam ab Eustathio ad librum. ια. ι. hic versiculus in eandem sententiam, Λαχὼν βίον ζῆς ὁ πρὶν ἄτρομος λέων. id est, leporis vitam viuis, qui antea leo intrepidus eras.

ADVENAM GRVEM] aptissimum epithetum. Grues enim in oris septentrionalibus non nisi vere, æstate, & auctunno commorantur. sub finem auctunni in regiones commigrant temperatiores, ac tepidiores. nos Galli hanc ob causam peregrinatrices, seu (si dicere liceat) viatrices appella-

Digitized by Google

A appellamus. Aristoteles hanc auem ait esse ἀγελαίαν καὶ πολιτικήν: id est. congrebabilem, & ciuilẽ. Itaque ducem habere cuius imperio pareat: ducem autem nudo capite prospicere, & speculatum, si quid forte periculi impendeat, clamando significare, ac denuntiare. M. Tull. lib. 2. de nat. deorum. *Illud verò ab Aristot. animaduersum, à quo pleraque, quis potest non mirari? grues cùm loca calidiora petentes, maria transmittunt, triangulum formam efficere, &c.* satis enim mihi est locum indicasse.

CAPTAT] non dixit, capit. iucundius. n. est captare, quàm capere. vt saty. 2. lib. 1. *nam Transuolat in medio posita, & fugientia captat.* & ibid. *positum sic tangere nolit: Captat, & apponit.* Sic enim legendum, quantumuis alij nescio qui obstrepãt, & reclament.

QVIS NON MALARVM] mendosè legitur in nonnullis Cod. *Quis non malorum*, cùm omnes manuscripti habeant, *malarum*. hoc autem epithetum distinguit curas malas à bonis. sunt enim aliquæ curæ laudabiles, & cum virtute coniunctæ: vt cura rei familiaris, cura valetudinis, cu-
B ra eius nostri partis, quæ præest, & imperat: amoris autem curæ, vitiosæ sunt, ac vituperabiles. sed quòd attinet ad amoris, aut curarum earum, quæ propter amorem suscipiuntur, obliuionem, scribit Pausanias in Achaicis, aquam Selemni fluuij viris, & fœminis ex amore laborantibus mederi, eámque vim habere, vt, qui in eo fluuio loti fuerint, illos amoris capiat obliuio: quod si verum est (inquit ille) πιώπρον πολλῶν χεημάτων ὄϛιν ἀνθρώποις τὸ ὕδωρ τῦ Σελέμνυ. id est, aquam Selemni multo pluris facere debent homines, quàm magnam pecuniæ vim.

QVÒD SI PVD. MVL. IN P. I. &c.] quemadmodum nihil viro optabilius est vxore pudica: ita nihil mulieri iucundius euenire potest viro, qui vnum, & idem cum ea sentiat, eámque amet ex animo: quod quidem Nausicaæ precatur Vlysses summæ felicitatis loco ὀδύσ. ζ. nihil enim (inquit) præstabilius, nihil melius est, quã
C viri, & vxoris consentiens, & conspirans voluntas: talisque coniunctio inimicis acrem dolorem inurit, amicis voluptatem affert: ipsi autem experiendo sentiunt, quanta insit in tali coniunctione, vitæ iucunditas. verba Homeri sunt hæc sub Vlyssis persona. Σοὶ δὲ θεοὶ πόσα δοῖεν, ὅσα φρεσὶ σῇσι μενοινᾷς, Ἄνδρα τε, καὶ οἶκον, καὶ ὁμοφροσύνην ἐπάσσαιεν Ἐσθλήν. ὑμὲν γὰρ τῦ γε κρεῖσσον, καὶ ἄρειον, Ἢ ὅτ' ὁμοφρονέοντε νοήμασι οἶκον ἔχητον Ἀνὴρ, ἠδὲ γυνή, πολλὴ δ' ἄλγεα δυσμενέεσσι, Χάρματα δ' εὐμενέτῃσι, μάλιστα δὲ τ' ἔκλυον αὐτοί. Hesio. item ἔργ. καὶ ἡμ. ait virum nihil sibi bona, & pudica vxore melius parare posse: contrà nihil graui, atque acerbius mala. his verbis, Οὐ μὲν γάρ τι γυναικὸς ἀνὴρ κτίζετ' ἄμεινον Τῆς ἀγαθῆς, τῆς δ' αὖτε κακῆς ἔρίγιον ἄλλο Δειπνολόχης, &c. Quidam hîc reponendum cẽsent *iuuans*, & infrà legunt, detracta copulatione *que*, *Sacrum vetustis*, &c. Præterea quidam libri vet. habent, *Quid si pud. mul. &c.*

DVLCEIS LIBEROS] sic Virg. 3. Georg. *Sed tota in dulceis consument vbera natos.* idem lib. 2. Æn. *Nec mihi iam patriam antiquam spes vlla vi-*
*dendi. Nec dulceis natos, exoptatúmque parentẽ.* & D
lib. 4. *Nec dulceis natos, Veneris nec præmia noris.*

SABINA QVALIS] quales sunt Sabinę mulieres, aut Apulæ.

PERVSTA SOLIBVS] Græci vno vocabulo dicunt, ἡλιοκαυσὸς. Theocr.

PERNICIS VX. APP.] profert hunc versum Seruius ad illum Virg. Georg. 3. *Dura iacet pernix, &c.* atque vtrobique interpretatur pernicem, perseuerantem: aitque ductum esse à pernitendo.

SACRÚMQVE] focus sacer est Vestæ, & Lari. sic autem legendum potius *sacrúmque*, inquam, quàm, vt vulgò, *Sacrum vet.* quo posito, nihil est suprà mutandum in voce, *iuuet*, quod quidam volunt: pro quo reponunt *iuuans* contra auctoritatem omnium librorum antiquorum: neque tamen lectionem illam damno, si quis forte eam receptæ anteponat.

EXSTRVAT LIGNIS FOCVM] hypallage est, i. exstruat ligna super focum. Od. 9. lib. 1. *ligna super foco Largè reponens.* Ad hunc locum pertinent ea, quæ sunt apud Eurip. in Electra: vbi E-
E lectra colono cuidam, & operario nupta, sic cum eo loquitur. satis tibi negocij exhibent, quæ foris sunt: nos autem domestica curare, & adornare oportet. aduenienti enim foris operario iucũdum est domestica, composita & pulchre adornata reperire. Verba Euripid. hæc sunt, ἄλις δ' ἔχλης Τ' ἄξω δυνᾶσθαι ἔργα. τ' ἐν δόμοις δ' ἡμᾶς χρεὼν ἔξωτερωτέρω εἶναι. εὐσύνετον δ' ἐργάτῃ Θύραθεν ἡδὺ πάνδυ εὑρίσκειν κακῶς.

SVB] paullo ante, vt annotauimus suprà ad Od. 9. lib. 1.

DISTENTA] sat. 1. lib. 1. *Quódque aliena capella gerat distentius vber, Tabescat.* Virg. Pollione *Ipsæ lacte domũ referent distenta capella Vbera.* Idẽ in Melibœo. *Thyrsis oueis: Corydon distentas lacte capellas.* Lucret. lib. 1. *& candens lacteus humor Vberibus manat distentis.*

ET HORNA] huius anni: vt suprà Od. 23. li. 3. *hornam frugem* dixit. & saty. 6. lib. 2. *palea porrectus in horna.*

DVLCI DOLIO] *dulci*, propter vinum, quod F
eo continetur.

PROMENS] sup. Od. 28. lib. 3. *prome reconditum, Lyde strenua, Cecubum.* & Od. 21. eiusd. *Coruino iubente Promere languidiora vina.*

DAPES INEMTAS] escas domi natas: non piscis vrbe petitos, vt Saty. 2. lib. 2. *bene erat, nõ piscibus vrbe petitis: Sed pullo, atque hædo.* Virg. Georg. 4. *seráque reuertens Nocte domũ dapibus mensas onerabat inemtis.* nam inemtas malè quidam vt leis interpretantur.

LVCRINA] in lacu Lucrino capta. vt Saty. 4. lib. 2. *Lucrina peloris.*

IVVERINT] delectauerint. sic vsurpat ep. 19. lib. 1. *iuuat immemorata ferentem Ingenuis oculisq; legi, manibusq; teneri.* & Saty. 6. lib. 2. *Tandem vrbanus ad hunc: quid te iuuat (inquit) amici Prærupti nemoris patientem viuere dorso?* eadem non longè à princip. *si quod adest, gratũ iuuat: hac prece te oro, Pingue pecus domino facias, &c.* & paullo pòst: *Hoc iuuat, & melli est.* & epist. ad Pison. de arte poët.

*iuuat,*

Digitized by Google

A *iuuat, aut impellit ad iram.* ibidem sub extr. *Sic animis natum, inuentúmque poëma iuuandis, Si paulum à summo discessit, vergit ad imum.* Od. 19. lib. 3. *Insanire iuuat.* & Oda 9. hoc lib. *Curam, metúmque Cæsaris rerũ iuuat Dulci Lyæo soluere.* Od. 11. ibid. *Pecti nihil me sicut antea iuuat Scribere versiculos amore perculsum graui.* Oda 16. eod. lib. *Noua, monstra iuuerit libidine Mirus amor, iuuet vt tigreis subsidere ceruis, &c.* Saty. 1. lib. 1. *Quid iuuat immensi te argenti pondus & auri Furtim defossa timidum deponere terra?* ibid. *An vigilare metu exanimẽ, noctesque, diesq; Formidare malos fures, incendia, seruos, Ne te compilet fugientes: hoc iuuat?* & Saty. 3. lib. 1. *inaneis Hoc iuuat, haud illud quæ venteis, num sine sensu, &c.* Iuuare interdum est pro desse. idem epist. 2. lib. 1. *Qui cupit, aut metuit, iuuat illum sic domus aut res, Vt lippum pictæ tabulæ fomenta podagram.*

CONCHYLIA] conchylium nomen est generale omnia testacea complectens, vt musculos, mitylos, ostrea, pectines, echinos, &c. putátque Athenæus conchylia esse dicta ὅτι τὸ κλαγγάνειν, id est, ab hiando.

B RHOMBVS] quem Romani rhombum Græco nomine appellant, Græci alio etiam Græco ψῆτταν dicunt, vt scribit Athenæus lib. 7. in extremo. à figura autem rhombus appellatus est. nos Galli nostra lingua turbinem, & (vt propius accedam ad consuetudinem nostri sermonis) turbonem nominamus. piscem fuisse magni pretij declarat etiam locus Hor. Saty. 2. lib. 2. *quid? tum rhombos minus æquora alebãt? Tutus erat rhombus, &c.* Hodie quoq; apponitur in mensis diuitum, & in caris piscibus habetur. Idem Athen. lib. 8. videtur ψῆτταν à rhombo distinguere.

SCARI] Diphilus apud Athen. lib. 8. his verbis scarum commendat. σκάρος ἁπαλόσαρκος, ψαιδρὸς, γλυκὺς, κοῦφος, εὔπεπτος, εὐανάδοτος, εὐκοίλιος; id est, Scarus molli, seu tenera carne præditus est, friatilis, dulcis, leuis, ad concoquendum facilis, facile redditur, ventrem mollit. Addit idem, recentem scarum esse suspectum propterea, quòd lépores C marinos captat, iisque vescitur. iccircò eius intestina vim bilis effectricem habent. Idem lib. 7. hunc solum ex omnibus piscibus dormire dicit, & propter eam causam numquam noctu capi. Oppian. lib. 1. Ἁλιευτ. solum vocalem esse scribit, Καὶ σκάρον, ὃς δὴ μοῦνος ὑπ' ἰχθύσι πᾶσιν ἀκοίτης Φθέγξεται ἰκμαλέῳ λαλαγὴν, καὶ μοῦνος ἐδωδὴν Ἄφορτον μετέπειτα μετὰ τόμα δεύτερον ὠθεῖ, &c. vide annot. ad Od 3. li. 4.

SI QVOS EOIS INTON.] id est, Si quos scaros coorta tempestas, & fluctus excitati in mari Ionio, & Orientali ad hoc mare, nempe Tyrrhenũ, conuertant, & compellant. ad Eleusinem scaros pulcherrimos capi Lynceus quidã Samius scribit in epistolis, vt tradit Athen. lib. 7. Priscianus lib. 9. docet tonitum à verbo tonandi vsitatius esse, quàm tonatum, & producit hunc locum testem, vt nouum, & pæne inusitatum.

AD HOC VERTAT MARE.] Tyrrhenum, seu Etruscum.

AFRA AVIS] gallinam Africanam, seu Numidicã significat, de qua Columella, & Plinius.

DESCENDAT IN VENTREM MEVM IVC.] mihi sit cibus iucundior. D

ATTAGEN IONICVS] Mart. *Ionicarum gustus attagenarum.* Aristoteles lib. 6. περὶ ζώων ἱστορ. Attagenam ponit inter eas aueis, quas ὄρνιθας κονιστικὰς vocant Græci, id est, quæ in puluere volutãtur: qualis est gallina, perdix, phasianus. Idem li. 9. ὁ Ἀττακγὰν, κονιστικὸς ὄρνις. τῶν γὰρ ὀρνίθων ὅσοι μὲν μὴ πλήκτικοὶ, ἀλλ' ὀπτήσιμοι, κονιστικοὶ, &c. i. Attagen, auis est in puluere volutabilis. Aues enim omnes, quæ non sunt pugnaces, sed terrestres, sunt in puluere volutabiles.

AVT HERBA LAPATHI] lapathum Latini rumicem nominant. eum commendat Lucillius apud M. Tull. lib. 2. de finibus. *O lapathe, vt iactere necesse est, cognitus cui sis.* vnde lapathium, deminutum nomen: Varro, *Hanc eandem voluptatem tacitulus taxim consequi lapathio & ptisana possim.* hæc herba mollit aluum, vt docet infrà sat. 4. lib. 2. *si dura morabitur aluus, Mitulus, & vilos pellent obstantia conchæ, Et lapathi breuis herba, sed albo non sine Coo.* & vers. seq. *& graui Malua salubres corpori.* & Od. 31. lib. 1. *me pascunt olivæ, Mecichorea, leuésque malvæ.* Quin lapathus κατὰ τὸ λαπάζειν dictus est, quod valet exinanire, & pro ventrem leuare vsurpatur: vnde λάπαξις, qua voce vtitur Arist. lib. β. φυσ. ἀκροάσ. οἷον τὸ βαδίσαι, εἰ λαπάξεως ἕνεκά ἐστιν: id est, verbi gratia, ambulare, si est alui leuandæ gratia. Iam ἐξαλαπάζειν, populari, & vastare significat. E

TERMINALIBVS] Terminalia dies festi, qui agebantur in honorem Termini Dei. *Termino autem sacrificabant* (inquit Festus) *quòd in eius tutela fineis agrorum esse putabant. Denique Numa Pompilius statuit, eum, qui terminum exaratum esset, & ipsum & boues sacros esse.* Idẽ addit deinceps. *Terminus quo loco colebatur, super eum foramẽ patebat in tecto, quòd nefas esse putabant, terminum intra tectum consistere.* Ei autem quotannis agna immolabatur, mense februario, eiúsque mensis die vltimo: propterea scilicet, quod initio vrbis conditæ Februarius mensis fuerat vltimus. Immó fallum est, si Plutarcho credimus, agnam, aut aliam F animantem Termino immolari solitam. nihil enim viuum, animáque præditum Romani ei immolabant, vt testatur ille, propterea fortasse (inquit) quòd, cùm Romulus terminos eos constituisset, quò progredi armis liceret, omnémque terram propriam esse statuisset, ad quam hastæ, & ferri acies peruenire posset: Numa Pompilius vir iustus, & ciuilis, & philosophus, agrum Romanum ab agro finitimorum finibus distinxerit, atq; iccirco Terminum, vt pacis & amicitiæ præsidem & custodem, à sanguine & cæde purum esse oportere existimarit. Ouidius tamen lib. 2. Fastor. priorem sententiam confirmat: & addit, *Nec queritur, lactens cùm sibi porca datur.* de Termino notauimus etiam quædam alia ad carmen sæculare infrà.

VEL HÆDVS EREPTVS LVPO.] vir quidam doctiss. annotat, Plutarchum libro secundo συμποσιακῶν tradere, earum pecudum, quas lupus momorderit, carnem quidem teneriorem fieri,

Digitized by Google

A fieri, lanam autem corrumpi: ex hoc intelligi posse, cur Horatius ereptum lupo hædum dixerit. Ego hæc verba *ereptum lupo*, non iccirco ab Horatio esse addita, puto, quòd hædi caro à lupo morsa, sit tenerior: sed propterea quòd rustici, & aratores, quorum hominum vitã, & victum, vt frugalem, hîc laudat Horatius, non aliter essent hædum in cenam apposituri, nisi à lupo dentibus appetitus; ac laceratus esset. multo enim malunt caprum adultum habere viuum, quàm hædum tenellum, ac delicatum comesse: nunc autem, posteaquam à lupo morsus, & fortasse interemptus est, multo satius est eum lupo ereptum comesse, quã deuorandum reliquisse, præterea, quòd è lupi faucibus ereptum edunt, non videntur ex hędili suo sumere: sed alienum, neque iam suum capere, & apponere: & ita de lucro quodammodo cenare. sententiam meam adiuuat Martialis lib. 10. in epigrammate, cuius initium est, *Nuntiat octauam Pharia, &c.* ex quo paucos hos versus proferam: *Paruus onyx, vna ponetur cenula mensa, Hædus inhumani raptus ab ore lupi, Et, quæ non egeant ferro structoris, ofellæ, Et faba fabrorum, prototomiq; rudes: Pullus ad hoc, cenisq; tribus iam pernæ superstes* B *Addetur, saturis mitia poma dabo, &c.* Postremò mecum facit & Porphyrio, his paucis verbis: *Factus gratior ex perdito.*

VT IVVAT] quàm delectat? ὡς ἡδύ: quàm iucundum est? vt paullo antè.

VIDERE FESS. VOM. INV.] Sic Virg. Alex. *Aspice: aratra iugo referunt suspensa iuuenci.* profert hunc locum Seruius ad illum Virgilij versum.

RENIDENTEIS] ridenteis, hilaros, vt sup. Od. 18. lib. 2.

HÆC VBI LOCVTVS] nihil subaudiendum puto. fingit autem superiora illa omnia dicta esse à fæneratore Alphio. ostenditque tantam esse vitæ rusticæ iucunditatem, & opportunitatem, vt etiam homines ab hac alienissimi, eam laudare cogantur: qui tamen lucri dulcedine, & sordibus irretiti, eius suauitatem gustare non possint. nonnulli subaudiunt verbum, *sum*, vt totus ille sermo C sit poëtæ. quod si placet, addenda distinctionis nota post vocem *locutus*, vt sit hic Horatij sensus. Hæc vbi locutus sum, id est, postquàm Alfius me hæc loquentem audiuit: is *omnem pecuniam idibus, &c. quærit Kalendis ponere*, id est, collocare: nempe ad ingenium suum rediens, & oblitus illorum omnium, quæ de laudibus vitæ rusticę dicta sunt. Quidam tamen, vt mihi referebat Germ. Valens, hunc Alfium aiunt iccirco ab Horatio induci studentem & properantem Kalendis pecuniam collocare, quam idibus à suis debitoribus relegerat, quòd vereatur, ne Romani ij, qui sum tuosius & luxuriosius viuunt, quique nummos alienos pascunt, vt alibi loquitur, vitæ rusticæ laudibus auditis, luxuriosè viuere desinant, & sese ad continentiam & frugalitatem conferant: & ita non habeat iam qui nomina facere velint, & pecuniam fœnori accipere, atque hoc modo pecunia sua sit sterilis & otiosa. Quam explicationem minus probo. Verumtamen iudicet lector.

IAM IAM FVTVRVS] id est, eo animo, & D consilio, vt rusticam vitam colat.

OMNEM RELEGIT] id est, omnem pecuniam in fœnore positam, exegit idibus: statim ad ingenium rediens, denuo quærit apud quos Kalendis collocet.

RELEGIT] in nonnullis cod. scriptum est, *redegit*. ego tamen *relegit* malo, vt habet cod. duo Vatic. Iannoct. Vrs. Torneſ. Russard.

IDIBVS] idibus nomina exigebant, vt ex hoc loco intelligere licet. & Saty. 6. lib. 1. *magni Quò pueri magnis è centurionibus orti Ibant octonis referentes Idibus æra*: Kalendis autem, & exigebant, & collocabant, vt Saty. 3. lib. 1. *Qui, nisi cum tristes misero venêre Kalendæ, Mercedem, aut nummos vnde vnde extricat, amaras Porrecto ingulo historias, captiuus vt, audit.* quod item declarat Plutarchus in libello περὶ τῶ μὴ δανείζεσθαι. Οὔδ' ἀναμένουσι τὰς Καλανδῶν, καὶ τῆς νουμηνίας, ἢ ἱερομηνίαν ἡμερῶν ἔσται, ἀποφράδα πάσιν οἱ δανεισταὶ, καὶ σύγιον. id est, neque Kalêdarum memoriam refricat, & nouæ lunæ: quę cũ sit omniũ dierum sacerrima, & sanctissima, nefastam tamen & horribilem, ac tristem faciunt fæneratores. Præterea interdum fæneratores, præsertim moderatiores, quæ summo iure debebant E debitores soluere Kalendis, ea exigebant demũ idibus, & dabant eis diem soluendi laxiorem.

## AD MÆCENATEM.

### Ode 3.

Allium detestans.

*PArentis olim si quis impia manu*
*Senile guttur fregerit:*
*Edit cicutis allium nocentius.*
*O dura messorum ilia,*
*Quid hoc veneni sæuit in præcordijs?*
*Num viperinus his cruor* F
*Incoctus herbis me fefellit: an malas*
*Canidia tractauit dapes?*
*Vt Argonautas præter omneis candidum*
*Medéa mirata est ducem:*
*Ignota tauris illigaturum iuga,*
*Perunxit hoc Iasonem:*
*Hoc delibutis vlta donis pellicem,*
*Serpente fugit alite.*
*Nec tantus vmquam siderum insedit vapor*
*Siticulosæ Apulliæ:*
*Nec munus humeris efficacis Herculis*
*Inarsit æstuosius.*

*At,*

Digitized by Google

A *At, si quid vmquam tale concupiueris*
*Iocose Mæcenas, precor,*
*Manum puella suauio opponat tuo:*
*Extrema & in sponda cubet.*

PARENTIS OLIM SI QVIS] id est, si quis posthac patrem senem strangulauerit, aut iugulauerit: non cicutam, aut aliud vsitatum venenum, sed allium quouis veneno perniciosius, ac præsentius edat. *frangere guttur.* ita dictum, vt suprà *frangere ceruicem*, Od. 13. lib. 2. *Illum & parentis crediderim sui Fregisse ceruicem.* tale illud epist. 16. libri 1. *Contendat laqueo collum pressisse paternum, &c.*

EDIT] Petrus Victorius, quem semper honoris causa nomino, Variar. lectionum lib. 6. scribit, hoc loco legendum esse *edit*, ab edim, is, it, testaturque ita se reperisse scriptum in codicibus manuscriptis: Cui assentior. namq; eam scripturam
B & agnoscunt Acro, ac Porph. & ego in trib. cod. Vatic. & Iann. Vrs. Torneſ. sine vlla litura expressam reperi. Deniq; ita loquitur Plaut. in Trinummo, *hostésne, an ciues comedis, parui pendere.* & ita loquitur sat. vlt. lib. 2. *Et leporum auulsos, vt multo suauius, armos, Quàm si cum lumbis quis edit.* Nouius apud Nonium, *Quod editis, nihil est: si voltis, quod cacetis, copia est.* iterum Plaut. Mænechm. *Dum tu illi quod edit, & quod potet, præbeas, &c.* Idem Trinummo, *De mendico male meretur qui ei dat, quod edit, aut quod bibat. Nam & illud, quod dat, perdit, & illi producit vitam ad miseriam.*

CICVTIS] quæ necant frigore. nam alliũ contrà calore nocet. de cicutis epist. 2. lib. 2. plura.

O DVRA MESSORVM ILIA] quæ ferre possint tam dirum venenum; vt quidem Hor. videtur. nam allium, cibus est rusticis, & messoribus non iniucundus. Virg. Alex. *Thestylis & rapido fessis messoribus æstu Allia, serpillumq;, herbas contundit olenteis.*

QVID HOC VEN. SÆV.] Quid hoc est veneni, quod sæuit in præcordijs? sæuit, id est, æstuat: ventriculum, & totum corpus nimio calore incendit.

IN PRÆCORDIIS] præcordia, vt nomen ipsum indicat, pars est corporis interior, corde anterior, & superior: sub qua sunt pulmones, vngulæ babulæ speciem gerentes, & cor eis annexum, in pectore sub sinistra mamma situm: sub corde & pulmonibus sæptum est transuersum ex valida membrana constans: infrà sunt à dextra parte iecur: à sinistra lien. Saty. 4. lib. 2. *leni præcordia mulso Prolueris melius.*

NVM VIPERINVS HIS CRVOR, &c.] num me insciente cruor viperinus his herbis incoctus est? *fefellit*, id est, latuit. ἔλαθε *fefellit incoctus*, id est, ignorauit esse incoctum. de verbo fallendi diximus ad Od. 10. lib. 1. *incoctus herbis* autem sic dictum, vt inf. sat. 8. lib. 2. *Erucas virideis inulis ego primus amaris Monstraui incoquere.* vt quidem olim putabam legendum. & ita Virg. Georg. 4. *Huius odorato radices incoque Baccho.*

CANIDIA] Gratidia venefica, quam multis locis exagitat, & insectatur acerbissimis versibus Horatius, vt infrà tota Oda 17. & saty. 1. lib. 2. *Canidia Albuci, quibus est inimica, venenum.* & tota sat. 8. lib. 1. Canidiam autem nominat, quia non licebat quemquam nominatim scripto maledico, & contumelioso describere.

VT ARGONAVTAS, &c.] id est, posteaquàm Medéa præ omnibus Argonautis Iasonis amore capta est; hoc illum veneno perunxit, ne à tauris illis ignem spirantibus, quos aratro iungere ab Æeta cogebatur, vlla ex parte offenderetur. Hoc dicit, non quòd re vera ita fecerit Medéa; vt ego quidem arbitror, sed vt allij diritatem; & inclementiam declaret. quamquam licet etiam dicere, Horatium spectasse allij vim; & naturã: quæ est eiusmodi, vt venena efficiat præsentiora, certiora, atque efficaciora. Iccirco veneficijs accommodatissimum est, siue quis amicos seruare velit, siue inimicos de medio tollere. Quin etiam hoc traditum de allio est, si galli gallinacei prælium commissuri, allium gustarint, ad pugnandum animosiores, ac ferociores reddi. Idem equis paullo E
antequàm signa conferantur, aciesque concurrant, cum pane & vino datum, miram in eorum pectoribus ferociam, incredibilemq; pugnandi cupiditatem, & laboris tolerantiam ingenerat. Nonnulli autẽ ex interpretibus Pindari scribunt, Medéam Iasoni præcepisse, ne tauros reflante, & aduerso vento ageret: sed secundo vento, vt ita vis flammæ in anteriorem partem auerteretur. Itaq; consuluit ei eadem opera, vt sulco vno confecto, ne ab eius extremo nouum sulcum institueret, vt solent aratores: sed ad eundem locũ reuersus, vnde primùm arare cœpisset, sulcum secundum designaret. alij tradunt, Medéam nescio quod pharmacum cum oleo confudisse, & miscuisse, eoque Iasonem perunxisse, ne flamma quicquam in eum valere posset. hanc totã fabulam persequitur Pindarus in carmine illo elegantissimo quarto Pyth. cuius hæc pauca verba mihi ascribere libet, Αλλ' ὅτ' Αἰήτας ἀδαμάντινον ὠμόσσοις ἄροτρον σκίμφασε, καὶ βόας, οἱ φλόγ' ἀπὸ ξανθᾶν γενύων πνέον καμόμενοιο πυρός. χαλκέαις δ' ὁπλαῖς ἀεσίφρονα κλῆδον' ἀμείβοντο· τὸς ἀχαρῆ ζεύγλα πέλασσε μῦθος, id est, sed vbi Æetas ferreum aratrum medio in agro statuit, taurosq; qui flammas ignis ardentis ex naribus, & faucibus spirabant, vngulisq; ferreis terram gradientes pulsabant: eos adductos Iason solus admouit iugo. de his tauris sic Apoll. li. 3. Δύω πεδίον τὸ ἀρήιον ἀμφιέποντες Ταύροι χαλκόποδες, στόμασι φλόγα φυσιόωντες. cetera vide apud eundem Apollon. de tauris illis, & de Medea amore Iasonis capta. dicemus nos quoque nonnihil ad Od. 5. huius lib.

HOC DELIBVTIS VLTA DONIS PELLICEM] Glaucam Creontis filiam: de qua dicemus ad illum locum Od. 5. *cur dira barbarè minus Venena Medeæ valent, Quibus superbam fugit vltæ pellicem Magni Creontis filiam? Cum palla tabo munus imbutum, &c. hoc delibutis*, id est, allio imbutis, seu vnctis. hoc autem significat, non alia re delibutam eam vestem fuisse, quam Medéa Glaucæ donauit, quàm allio: quasi allium ignem, & flammam concipere potuerit, qua illa & tota do-



Digitized by Google

A mus conflagrarit, instar naphthæ: seu olei viui, quo credibile est donum illud Medéæ peruncti fuisse, Glaucamque flamma subitò comprehensa exarsisse. Plinius lib. 2. cap. 105. de naphtha, *Ita ferunt a Medéa pellicem cremãtam, postquàm sacrificatura ad aras accesserat, corona igne rapta.*

SERPENTE FVGIT ALITE.] à dracone alis instructo, & pennigero vecta. notum est hoc ex Medéa Euripidis in extrem. Αέγ', εἴτε βύλει. χιελὶ δ' ὑφώσεις ποτε. Τοῖον δ' ὄχημα παῖδος ἥλιος πατὴρ Δίδωσιν ἡμῖν, ἅρμα πολεμίας χερός. id est, dic, siquid vis. manu autem tanges numquam: tale nobis vehiculum pater Sol donat, arcem, & præsidium aduersus hostilem manum. Varro Marcip. *Dixere regi Medéam aduectam per aëra in rheda anguibus.*

NEC TANTVS VMQVAM SIDERVM, &c.] vapor apud Lucretium, & ceteros bonos scriptores semper valet idem, quod calor. Lucret. lib. 3. *Tenuis enim quadam moribundos deserit aura Mista vapore: vapor porrò trahit aëra secum: Nec*
B *calor est quisquam, cui non sit mistus & aër.* duobus nominibus vaporis, & caloris, eandem rem significat. Virgil. Æneid. 5. *lentusq; carinas Est vapor, & toto descendit corpore pestis.* ibid. *restinctus donec vapor omnis, & omnes, Quattuor amissis, seruata à peste carina.* siderum vaporem, seu calorem nimis acrem, æstuosam impotentiam appellat Oda 16. infrà, *Nulla nocent pecori vestigia, nullius astri Gregem æstuosa torret impotentia.* huc pertinet illud, Oda 1. lib. 3. *arbore nunc aquas Culpante, nunc torrentia agros Sidera.*

SITICVLOSÆ] aridæ, siti huiulcæ, vt loquitur Virgil. Georg. 2.

NEC MVNVS HVMERIS, &c.] id est, nec id munus, quod Deïanira ad Herculẽ misit, Nessi Centauri cruore imbutum, vehementiore calore humeros eius, & viscera excruciauit, quàm alliũ, eorum, qui eo vescuntur, inflammare corpora solet. De hac tunica ad Herculem missa qui plura scire volet, legat Sophoclis Trachinias, & M. Tullij Tusc. lib. 2. vbi aliquot Sophoclis versus, qui
C ad hanc rem pertinent, producuntur, ab ipso Tullio Latini facti. *Sed videamus Herculem ipsum* (inquit M. Tull.) *qui tum dolore frangebatur, cum immortalitatem ipsa morte quærebat. quas hic voces apud Sophoclem in Trachinijs edit? cui, cum Deïanira sanguine Centauri tinctam tunicam induisset, inhæsissetq; ea visceribus, ait ille, O multa, &c.* vide & annot. ad Od. 17. huius libri.

EFFICACIS] id est, ad agendum, & efficiendum apti. ἐφεκτικῶ, δραστηρίω, ῥεκτηρίω.

SI QVID VMQVAM TALE] nempe alliũ.

IOCOSE MÆCENAS,] opportunè hoc loco iocosum appellauit, de Mæcenatis osculis, & reb. amatorijs verba facturus, vt notat Porphyrio.

MANVM PVELLA SVAVIO &c.] id est, te osculari volentem opposita manu prohibeat. In quibusdam libris veteribus scriptum est, *sanio.*

EXTREMA ET IN SPONDA CVBET.] & sese quàm longissimè abs te remoueat, neq; se tibi complectendã, potiendamq; præbeat, cum in communi tecum lecto cubabit. spondæ extrema sunt lecti latera, seu exteriores lecti partes.

## IN MENAM LIBERtum Pompeij Magni. Ode 4.

D

*LVpis, & agnis quanta sortitò obtigit,*
*Tecum mihi discordia est,*
*Ibericis peruste funibus latus,*
*Et crura dura compede.*
*Licet superbus ambules pecunia:*
*Fortuna non mutat genus.*
*Vidésne sacram metiente te viam*
*Cum bis ter vlnarum toga,*
*Vt ora vertat huc, & huc euntium*
*Liberrima indignatio?*
*Sectus flagellis hic triumuiralibus* E
*Præconis ad fastidium,*
*Arat Falerni mille fundi iugera:*
*Et Appiam mannis terit:*
*Sedilibusq; magnus in primis eques*
*Othone contemto sedet.*
*Quid attinet tot ora nauium graui*
*Rostrata duci pondere*
*Contra latrones, atq; seruilem manum,*
*Hoc hoc tribuno militum?*

LVPIS ET AGNIS] Luporum & agnorum discordiam, atq; inimicitias etiam Homerus significat his versibus *il. χ.* Οὐδὲ λύκοιπι καὶ ἄρνες ὁμόφρονα θυμὸν ἔχουσιν· Ἀλλὰ κακὰ φρονέουσι διαμπερὲς ἀλλήλοισι. id est, neq; lupi & agni concordem animum habent. sed perpetuò inter se male cogitant & maleuolunt. & Plato in Phædro, Ὡς λύκοι ἄρνα φιλοῦσ', οὕτως παῖδα φιλοῦσιν ἐρασταί. id est, vt lupi agnum amant, sic puerum amatores. versus est nescio cuius poëtæ. infrà Od. 12. *vt pauet acreis Agna lupos.*

TECVM MIHI DISC.] subintellige, tanta: vt sit, Tanta mihi tecum discordia est.

SORTITO] sortitò non est fortuitò: sed hoc sentit Horatius, cùm primùm nata animalia sunt, suum cuiq; animali à natura proprium quendã, &, vt ita dicam, peculiarem affectum, verbi gratia, alicuius rei persecutionem vel fugam, amorem vel odium esse attributũ. sumtum fortasse à veterum more, qui plurimis & maximis in rebus sortibus vtebantur: vnde & apud Græcos λαγχάνειν. & apud Latinos sortiri vsurpatur pro consequi, atque obtinere. Potest etiam hoc dici, sortem, quam κλῆρον Græci dicunt, idem esse, quod alijs verbis δαίμονα, & μοῖραν à partiendo appellant, quia vnusquisq;, statim ab ortu suo certam viuendi & moriendi condicionem diuinitus, aut à fatis diuisam, ac tributam consequatur. de sortibus nonnihil diximus ad Odam 3. lib. 2. Quanta igi-

tur inter

A tur inter lupos & agnos discordia est natura: tantæ mihi tecum inimicitiæ intercedunt.

IBERICIS PERVSTE FVNIB.] significat, eum fuisse seruum, vtpote cuius in lateribus & tergo, verberum: in cruribus, vinculorum & compedum exstarent vestigia. Funes Iberici autem è sparto intelliguntur: cuius magna est in Hispania copia. iam *peruste latus*, est Hellenismus, id est, tu, cuius latus perustum est.

ET CRVRA DVRA COMP.] & cuius crura peruста sunt duris compedibus. epist. 16. lib. 1. *in manicis & Compedibus duro te sub custode tenebo.*

SACRAM METIENTE TE VIAM] cùm per viam sacram incedis. Via sacra ad Capitolium ducit. sic autem dicta est, quòd in ea fœdus inter Romulum & Tatium ictum sit. auctor Festus Pomp. Ode 7. eodem lib. *vt descenderet Sacra catenatus via.* & saty. 9. lib. 1. *Ibam forte via sacra, sicut meus est mos.*

CVM BIS TER VLNAR. TOGA] ampliſ
B sima. togæ laxitas & amplitudo diuitũ est: contrà arcta toga eorũ, qui sunt mediocris, aut etiam tenuioris fortunæ, vt epist. ad Loll. 2. lib. 1. *Arcta decet sanum comitem toga.* Porphyr. iustã togæ magnitudinem sex vlnis constitisse vult intelligi.

VT ORA VERTAT, &c.] quo pacto homines prætereuntes, in te ora vertentes indignentur? indignationem Græci νέμεσιν, & indignari νεμεσᾶν vocant. quod distinguit Aristoteles ἀπὸ τῦ φθονεῖν lib. 2. de moribus ad Nicomachum, his verbis, νεμεσητικὸς λυπεῖται, ὅτι τοῖς ἀναξίως εὐτυχοῦσι· φθονερὸς δὲ μᾶλλον τῦτον, ὅτι πᾶσι λυπεῖται. id est, indignabundus, seu is, qui ad indignandum propensus est, dolet eorum rebus secundis, qui eis indigni sunt: inuidus hunc superans rebus omnium secundis contabescit. Idem propemodum scribit ῥητορ. c. εἰ γάρ ἐστι τὸ νεμεσᾶν λυπεῖσθαι ὅτι τοῖς φαινομένῳ ἀναξίως εὐτυχεῖν, προσῆν μὲν ὄλλον, ὅτι οὐκ οἶον τε ὅτι πᾶσιν ἀγαθοῖς νεμεσᾶν, ἀλλ' ὅτι πλέτῳ καὶ δυνάμει, &c. id est, *Si enim indignari, est dolore affici ob eius, qui præter dignitatem & meritum videtur rem suam bene gerere, res secun-*
C *das: primum quidem perspicuum est non licere ob omnia bona indignari, sed ob diuitias & potentiam, &c. duntaxat.* & item Topic. 6. νεμεσητικὸς δὲ ὁ λυπέμενος ὅτι τοῖς τῶν κακῶν εὐτυχίαις. huc pertinet locus ille Ciceronis ad Atticum lib. 5. non satis explicatus. *vt libet. sed planè gaudeo, quoniam τὸ νεμεσᾶν interest τῦ φθονεῖν. vt libet* (inquit M. Tull.) *sed planè gaudeo*, videlicet Hirrum repulsam tulisse. erat enim indignus eo honore, quem petebat, nempe auguratu. Itaque si eum obtinuisset, ego meritò indignatus essem, neque propter meam indignationem, inuidere ei honorem dicendus essem. differt enim τὸ νεμεσᾶν, quod indignari Latinè dicimus, ab eo, quod est inuidere, seu φθονεῖν, vt Græci nominant. Atque hunc quidem locum sic arbitror esse explicandum, non, vt alij interpretantur, *interest*, id est, vtile est, &c. nam illud *interest*, pro differt, est positum, vt Academic. 2. *qui illa visa, è quibus omnia decreta sunt nata, negant quicquam à falsis interesse.* Plutarchus præterea, vt mihi indicauit German. Valens, libello περὶ ἠθικῆς ἀρετῆς, his Aristoteleis consentanea scribit: ὧν πολὺ χρησιμώτε-
ρα τὰ τῶν παθῶν θρέμματα τῷ λογισμῷ συμπαρόντα, καὶ D
σωεπιτείνοντα τοῖς ἀρεταῖς, ὁ θυμὸς ἀνδρεία μέτριος ὤν, ἡ μισοπονηρία τῇ δικαιοσύνῃ, καὶ ἡ νέμεσις ὅτι τοὺς παρ' ἀξίαν εὐτυχοῦντας τῇ ὅτι πιμήσει, καὶ τοὺς ἐναντίους ἀφρόνων. Id est, quibus multo vtiliores sunt affectuum alumni impetus, cùm rationi præstò sunt, & virtutes adiuuant: vt animi excandescentia fortitudinem acuit, improbitatis odium ad iustitiam valet, indignatio ad eorum, qui præter meritum fortunati sunt, obiurgationem & monitionem excitat.

SECTVS FLAGELLIS HIC] μίμησις est orationis eorum, qui indignantur, hunc Menam esse tribunum militum, sumtuosissimis & mollissimis vestibus collucêre, tot agri iugera possidere, in quattuordecim ordinibus sedere, cùm ciuis Romanus non sit. Nam triumuiri capitales de maleficio eorum cognoscebant, qui ciues Romani non erant, id est, aut peregrini, aut serui: eosque flagellis dilacerari, ac verberari iubebant. ijdem Treuiri dicebantur. Erant & triumuiri, seu treuiri monetales, qui his litteris significabantur, I I I V: E
A A A F F. id est, Treuiri auro, argento, æri flando fundendo: vnde natus iocus Ciceronis in epistola ad Trebat. *Treuiros vites censeo: audio capitaleis esse: mallem auro, argento, æri essent, &c.* id est, Treuiros populos Belgis & Germanis interiectos vites censeo. audio esse bellicosos & pugnaceis. mallem essent monetales, id est, pecuniosi & locupletes, vt eorum spolijs, & præda te locupletare posses. Atq; hæc ex Bembo.

PRÆCONIS AD FASTIDIVM] vsque ad satietatem præconis, qui absentibus, aut etiam aliud agentibus triumuiris hunc Menam aliquando flagellis dilacerandum curauit, & satiatus verberibus lictorem finem cædendi facere iussit.

ARAT FALERNI MILLE F. IVG.] indignum, libertum impurum tot agri iugera, præsertim Campani, arare.

ET APP. MANNIS TERIT] & vectus equis breuibus, & ad delicias & luxum fortunatorum hominũ accommodatis, viam Appiam perequitat. Epist. 7. lib. 1. *Impositus mannis aruum calumq; Sabinum Non cessat laudare.* F

SEDIL. QVE MAGN. IN PRIMIS EQ. OTH.] in primis sedilibus, id est, in primis ordinibus. L. Roscius Otho legem tulit, ne quis equestris ordinis esse posset, qui quadringenta mĩllia sestertiũm non haberet, & vt equitibus Rom. solis in quattuordecim ordinibus, & separatim à plebe ludos spectare liceret. excepti autem erant duo primi tribunis. Iccirco hunc Menam dicit lege Roscia contemta, in primis sedilibus sedere, qui esset indignus tribunatu. De hoc Roscio Othone sic M. Tull. in orat. pro Muræna, *L. Otho vir fortis, meus necessarius, equestri ordini restituit non solùm dignitatem, sed etiam voluptatem.* Idem Philipp. 2. *Illud tamen audacia tua, quòd sedisti in quattuordecim ordinibus, cùm esset lege Roscia decoctoribus certus locus constitutus, quamuis quis fortunæ vitio, non suo decoxisset.* Horat. epist. 1. ad Mæcen. lib. 1. *Roscia dic sodes, melior lex, an puerorum Nænia, quæ regnum recte facientibus offert?*



Digitized by Google

A TOT ORA NAVIVM, &c.] tot naueis roſtratas.

CONTRA LATRONES] piratas, cùm hic ipſe Mena pirata eſſet, vt eum appellat Plutarch. in Antonio.

ATQVE SERVILEM MANVM] & contra fugitiuos, id eſt, contra ſeruos: qui bellum ſeruile geſſerunt Chryſo, & Spartaco ducibus. de bello ſeruili diximus ſuprà nonnulla ad Odam 14. lib. 3. ſed præſtat ſeruilem manum, fugitiuos accipi, quos armauit Sex. Pompeius Magni filius, in quo exercitu Mena & Menecrates erant tribuni militum.

## IN CANIDIAM VENEficam. Ode 5.

*AT ô, deorum quicquid in cælo regit*
*Terras, & humanum genus:*
B *Quid iſte fert tumultus? & quid omniũ*
*Vultus in vnum me truces?*
*Per liberos te, ſi vocata partubus*
*Lucina veris affuit:*
*Per hoc inane purpuræ decus, precor:*
*Per improbaturum hæc Iouem,*
*Quid, vt nouerca, me intuêris: aut vti*
*Petita ferro bellua?*
*Vt hæc trementi queſtus ore conſtitit*
*Inſignibus raptis puer,*
*Impube corpus, quale poſſet impia*
*Mollire Thracum pectora:*
*Canidia breuibus implicata viperis*
*Crineis, & incomtum caput,*
C *Iubet ſepulcris caprificos erutas,*
*Iubet cupreſſus funebris,*
*Et vncta turpis oua ranæ ſanguine,*
*Plumamq; nocturnæ ſtrigis,*
*Herbasq;, quas Iolcos, atq; Iberia*
*Mittit venenorum ferax:*
*Et oſſa ab ore rapta ieiunæ canis,*
*Flammis aduri Colchicis.*
*At expedita Sagana per totam domum*
*Spargens Auernaleis aquas,*
*Horret capillis, vt marinus, aſperis*
*Echinus, aut currens aper.*
*Abacta nulla Veia conſcientia,*
*Ligonibus duris humum*
*Exhauriebat ingemens laboribus,*
*Quò poſſet infoſſus puer* D
*Longo die bis, térue mutatæ dapis*
*Inemori ſpectaculo:* (aqua
*Cùm prominēret ore, quantùm exſtant*
*Suſpenſa mento corpora:*
*Exſucta vti medulla, & aridum iecur,*
*Amoris eſſet poculum:*
*Interminato cùm ſemel fixæ cibo*
*Intabuiſſent pupulæ.*
*Non defuiſſe maſculæ libidinis*
*Ariminenſem Foliam,*
*Et otioſa credidit Neapolis,*
*Et omne vicinum oppidum:*
*Quæ ſidera excantata voce Theſſala,*
*Lunamq; cælo deripit.* E
*Hîc irreſectum ſæua dente liuido*
*Canidia rodens pollicem,*
*Quid dixit? aut quid tacuit? ô rebus meis*
*Non infideles arbitræ*
*Nox, & Diana, quæ ſilentium regis,*
*Arcana cùm fiunt ſacra:*
*Nunc nunc adeſte: nũc in hoſtileis domos*
*Iram, atq; numen vertite.*
*Formidoloſæ dum latent ſiluis feræ*
*Dulci ſopore languidæ:*
*Senem, quod omnes rideant, adulterum*
*Latrent Suburanæ canes,*
*Nardo perunctum, quale, nec perfectius,*
*Meæ laborarunt manus.* F
*Quid áccidit? cur dira barbaræ minus*
*Venena Medéæ valent,*
*Quibus ſuperbam fugit vlta pellicem*
*Magni Creontis filiam,*
*Cùm palla, tabo munus imbutum, nouam*
*Incendio nuptam abſtulit?*
*Atqui nec herba, nec latens in aſperis*
*Radix fefellit me locis.*
*Indormit vnctis omnium cubilibus*
*Obliuione pellicum.*
*Ah, ah, ſolutus ambulat veneficæ*
*Scientioris carmine.*
*Non vſitatis, Vare, potionibus,*
*(O multa fleturum caput,)*

*Ad*

Digitized by Google

A *Ad me recurres: nec vocata mens tua*
*Marsis redibit vocibus.*
*Maius parabo: maius infundam tibi*
*Fastidienti poculum:*
*Priusq; cælum sidet inferius mari,*
*Tellure porrecta super:*
*Quàm non amore sic meo flagres, vti*
*Bitumen atris ignibus.*
*Sub hæc puer, iam non, vt antè, mollibus*
*Lenire verbis impias:*
*Sed dubius vnde rumperet silentium,*
*Misit Thyestéas preces.*
*Venena, magnum fas, nefásq;: non valent*
*Conuertere humanam vicem.*
B *Diris agam vos: dira detestatio*
*Nulla expiatur victima.*
*Quin, vbi perire iussus exspirauero:*
*Nocturnus occurram furor:*
*Petamq; vultus vmbra curuis vnguibus:*
*Quæ vis deorum est Manium:*
*Et inquietis assidens præcordijs,*
*Pauore somnos auferam.* (tens
*Vos turba vicatim hinc, & hinc saxis pe-*
*Contundet obscænas anus.*
*Pòst insepulta membra different lupi,*
*Et Esquilinæ alites.*
*Neq; hoc parenteis, heu, mihi superstites,*
*Effugerit spectaculum.*

C AT Ô, DEORVM QVICQVID] facit quendam puerum loquentem, quem Canidia, hoc est Gratidia: (Gratidiam enim mutato nomine, per Canidiam significat) Sagana, & ceteræ veneficæ mento tenus sub terra defoderant, fameque necare constituerant, vt ex eius iecore, & medulla amoris poculum conficerent. *quicquid* autem scriptum reperitur in codicibus manuscriptis, Donati. Faër. quinq; Vatic. Torn. Vrs. ceteris ferè omnibus: itaque legit Seruius annotatione quadam ad lib. 7. Æn. eamq; scripturam secutus sum. non enim vnum aliquem Deum, sed omneis implorat. sic loquitur Horat. Satyra 6. lib. 1. *Non quid Mæcenas, Lydorum quicquid Etruscos, &c.* & Liuius lib. 23. *paucæ horæ sunt, intra quas iurantes per, quicquid Deorum est, dextras dextræ iungentes fidem obstrinximus.* in eo dissident inter se, quòd alij habent *regis*: alij *regit*. sed plures *regit*: nempe quinque Vatic. Faër. & Torn. & Nicot. vnus, & Russard. Iam quòd Priscian. lib. 17. ait, *at* hoc loco abundare, id mihi mirum est, & pæne dicam, incredibile. Est enim interiectio dolorem, aut conquestionem exprimens, non coniunctio. Idem tamen videtur sentire Seruius, qui ad illum Virgilij versum lib. 7. Æn. *At non sic Phrygius penetrat Lacedæmona pastor, &c.* hæc annotat, *legitur & An nõ, &c. Sed hoc absolutum & planum est. Si autem legeris At, copulatiua particula est, ad ornatum solum pertinens. Horat. At ô deorum quicquid in cælo regit, &c.* Idemque ferè scribit ad illum locum lib. 9. *an non viderunt mœnia Troiæ, &c.* nisi quòd ibi scriptum est *regis*. D

QVID ISTE FERT TVMVLTVS?] quid sibi vult iste tumultus? quid affert? quorsum tumultuamini?

ET QVID OMNIVM] sic habent quinque libri Vatic. & Torn. & Nicotianus, & Russard. vnus: non *aut*.

PER LIBEROS TE] genus obtestandi religiosissimũ, & sanctissimũ, orare aliquẽ per res ei carissimas, aut misericordia dignissimas. Sic Plautus Asinaria, *Ita te obtestor per senectutem tuã, Perq; illam, quam tu metuis, vxorem tuam, &c.* Sic hoc loco hic puer orat Canidiam primùm per res ei carissimas, per liberos: deinde per prætextam suam, id est, ornamentum ætatis, quod proinde est ac si oraret per ætatem suam, videlicet ætatem infirmam, atq; imbecillam: vide annot. ad illum locũ infrà, *Supplex & oro regna per Proserpinæ, &c.* Oda vltima. Male autem vtrobiq; quidam accipiunt præpositionem *per*, quasi sit iurantis, cùm sit orantis & obsecrantis, vt dixi. E

SI VOCATA PARTVBVS LVCINA] de Lucina diximus sup. ad Od. 22. li. 3. hoc igitur, dicit, Oro te per liberos tuos, si vmquam verè peperisti: si vmquam tibi parienti Lucina affuit, &c.

VERIS] vult intelligi Canidiam falsos sibi sup posuisse partus, neq; vmquam peperisse. cui concinit illud antiphrasticũ Od. 17. infrà, *Tunúq; venter partumeius*. Catul. ad Ianuam, *Longus homo est, magnas cui liteis intulit olim Falsum mendaci ventre puerperium*.

PER HOC INANE PVRPVRÆ] prætextam significat, qua vtebantur pueri vsque ad annum decimum quartum: deinde sumebant togã virilem, quam puram appellabant. inane autem appellat purpuræ decus, quia nihil ei prodest ad molliendam aut flectendam harum mulierũ immanitatem, & crudelitatem. Valent autem hæc ad augendam facinoris atrocitatem à persona, cui fiat tam immanis iniuria. F

QVID, VT NOVERCA] quæ inimica est priugnis, inquit Eurip. in Alcest. nihiloq; vipera mitior. ἔχθει γὰρ ἥ πόσει μᾶλλον τέκνοις πᾶς θρέμμα ἐχίδνης δῆλον ἠπιώτερον. id est, Inimica enim est subiens nouerca liberos priores, vipera nihilo mitior.

AVT VTI PET. FERRO BELL.] aut vt bellua ferro lacessita. Aristoteles lib. 3. de moribus ad Nicomach. ait feras, si non lacessantur, & quamdiu in silua sunt, nõ temerè sæuire in quemquam: sed tum denique cùm percussæ fuerint, aut perterritæ.

HÆC TREM.] posteaquam puer hæc tremula voce questus, finem querendi fecit, &c. participiũ *questus* iunxit cum quarto casu, vt Od. 2.

A lib.1. *Saeculum Pyrrhæ noua monstra queſtæ.*

INSIGNIBVS RAPTIS] prætexta, & fortaſſe etiam bulla ſibi à Canidia ereptis. Bullam ſic deſcribit Virg. Æneid. 5. *it pectore ſummo Flexilis obtorti per collum circulus auri.* M. Tull. primo accuſ. lib. de Iunio pupillo, *Itaq; tibi Hortenſi non illius ætas, ſed cauſa: non veſtitus, ſed fortuna popularis videbatur. Neq; te tam commonebat, quòd ille cum toga prætexta, quàm quòd ſine bulla venerat. Veſtitus enim neminem commonebat is, quem illi mos, & ius ingenuitatis dabat: quod ornamentum pueritiæ pater dederat, indiciũ atq; inſigne fortunæ, hoc ab iſto prædone ereptum eſſe, grauiter, & acerbè homines ferebant.* prætexta vtebantur pueri omnes, modò ingenui: prætexta & bulla, ſenatorum filij duntaxat.

IMPVBE CORPVS] ſi puer erat, & prætextatus: ergo & impubes. Quare quòd addit, *Impube corpus*, valet etiam ad amplificationem facinoris.

THRACVM] qui tamen ſunt barbari: & ita,
B immites, & inhumani. ex quo vult intelligi, has veneficas inhumanitate, & immanitate populos barbaros atq; immaneis ſuperare.

CANIDIA BREVIB. IMPLIC.] Canidia, cui crines erant viperis implicati. Helleniſmus eſt, *implicata crineis & caput.* hanc Canidiam, furiam facit. ornat enim eam, viperis, & anguibus furiarum in morem: quarum crinibus angues implicati finguntur à poëtis. Vide quæ notauimus ſuprà ad illum locum, *Eumenidum recreantur angues*, Oda 13. lib. 2. Iam Satyra 8. lib. 1. planè hanc Canidiam, & Saganam, quæ paullo pòſt commemoratur, furias appellat: *& vt non teſtis inultus Horruerim voces furiarum & facta duarum?*

CVPRESSVS FVNEBREIS] ſuprà Od. 14. li. 2. *inuiſas* appellat. ad quem locum multa de cupreſſo diximus: quibus hæc aſcribantur, quæ tradita ſunt à Seruio ad illum Virgilij verſum Æn. 3. *Cæruleis mæſta vittis, atraq; cupreſſo.* cupreſſum atram dici à Virgilio: id eſt, funeſtam: quia inferis conſecrata eſt, & quia cæſa numquam reuiteſcit.
C Prætereà moris Romani fuiſſe ramum cupreſſi domui funeſtæ præponi, ne quis pontifex per ignorantiam ingreſſus, pollueretur. Hinc Horat. (inquit ille) *nec harum, quas colis, arborum, Te præter inuiſam cupreſſum Vlla br. dom. ſeq.* in duobus Vatica. & Vrſ. ſcriptum reperi *cupreſſus.* in alijs *cupreſſos.*

TVRPIS RANÆ] rubetæ. Propertius quoque ſignificat, rubetam adhiberi ſolitam à veneficis ad amatoria pocula. ſic enim ille lib. 3. ad Lygdamum, *Illum turgentis ranæ portenta rubetæ, Et lecta exſectis anguibus oſſa trahunt.*

PLVMAMQVE NOCT. STRIG.] idem Propert. deinceps, *Et ſtrigis inuentæ per buſta iacentia plumæ.* ſtrigem deſcribit Ouid. li. 6. Faſtor. auis eſt nocturna mali ominis (inquit Porphyr.) Plinius lib. 11. cap. 39. hoc de ſtrige ſcribit duntaxat, *Eſſe in maledictis iam antiquis ſtrigem cõnuenit: ſed quæ ſit auium conſtare non arbitror.*

IOLCOS] vrbs Theſſaliæ. Iam Theſſalicas venena celebrantur à ſcriptoribus. ne longius [illegible] mus, ſup. Od. 27. li. 1. *Quæ ſaga, quis te ſoluere Thaſſ.*

*ſalis Magus venenis, quis poterit deus?* & mulieres D
Theſſalæ, veneficæ habebantur. Ariſtophan. Nubib. Γυναῖκα φαρμακίδ' ἐμπρισάμενος θετταλὴν, &c. Iolcos aũt eſſe legendũ admonuit iampridẽ Beroaldus: quam lectionem comprobant boni codices. in his Faërn. & duo Vatic. agnoſcit Porphyrio.

ET OSSA AB ORE RAP. IE. C.] vtrùm dentes ieiunæ canis, an oſſa aliena, quæ ieiuna canis rodebat? quod probabilius eſt. Iam ieiuna canis, auida, & deſiderio æſtuans. Iccircò, quæ ab eius ſaliua contacta ſunt, ad philtrum conficiendum vtilia.

FLAMM. ADVRÍ COLCH.] qualibus tota Creontis domus, & eius filia Glauca, ſeu Creuſa conflagrauit, vt mox dicemus. Colchicas autem appellat, quia opera & arte Medeæ Colchidis excitatæ ſunt.

AT EXPEDITA SAG.] εὔζωνος, ſuccincta. Saganam veneficam commemorat etiam Satyra octaua lib. 1.

SPARGENS AVERN. AQV.] ſic Virg. de E
Didone ſacra quædam magica ſimulante: lib. 4. Æn. *Sparſerat & latices ſimulatos fontis Auerni.*

HORRET CAPILL. VT MARIN. &c.] Echinus marinus è genere eſt oſtreorum, ſeu teſtaceorum malis: eſt & terrenus, quorum vtrumque aduerſus eorum, à quibus captatur, inſidias eſſe cautiſſimum ac munitiſſimum ſpinis & capillis ſuis oppoſitis, ſcribit Athen. lib. 3. his verbis, ὅπου δ' οἱ ἔχινοι, λέγω καὶ τοὺς χερσαίους καὶ τοὺς θαλαττίους, καὶ ἑαυτῶν εἰσι φυλακικοὶ πρὸς τοὺς θηρῶντας προβαλλόμενοι τὰς ἀκάνθας, ὥσπερ πρόχειρα, Ἰωνό Χῖος μαρτυρεῖ, λέγων οὕτως. Ἀμὶ ἔγχε χέρσω τὰς λέοντος ἤνεσα, Ἢ τὰς ἐχίνε μᾶλλον οὐζυρὰς πέλνας, Οἵς εὖτ' ἂν ἄλλων κρείσσόνων ὁρμὴ μαθῇ, Σαφοβίλιος ἀμφ' ἄκανθαν εἰλίξας δέμας, Κεῖται δακεῖν τε, καὶ θίγειν ἀμήχανος. quæ verba Latinè reddemus ad Satyram 4. lib. 2.

ABACTA NVLLA VEIA, &c.] id eſt, Veia non vllius facinoris, aut maleficij conſcientia abinſtituto depulſa, nec deterrita. Hæc eſt tertia venefica.

HVMVM EXHAVRIEBAT] ſcrobem fa- F
ciebat, in quam puerum defoderet.

QVO POSS.] quam in terram defoſſus puer, poſſet immori longo ſpectaculo dapis bis, aut ter die mutatæ: id eſt, ſpectaculo dapis nouæ aliàs atq; aliàs appoſitæ, & ſemper ſublatæ, numquam conceſſæ, vt pueri auiditas hoc ſpectaculo in horas augeretur, & in hoc deſiderio fame moreretur: & ita ex eius medulla præſentiſſimum amatorium poculum conficeretur.

CVM PROMINERET ORE, &c.] cùm puer in terram defoſſus mento tenus, ore è terra tantùm promineret, quantùm ex aqua extant corpora mento ſuſpenſa.

EXSVCTA VTI MEDVLLA] cùm in omnibus lib. ſcriptis Vaticanis, & ceteris, Iannoct. Faërn. Vrſ. Nicot. & alijs aliquot, ſcriptum reperiſſem *exſecta.* in vno autem atque altero *exſucta*, ſine vlla litura, idque ad Gulielmum Faërnum, hominem acerrimo iudicio, & ad reſtituendos veterum ſcriptorum libros temporis iniuria corruptos cùm natura factum, tùm arte comparatũ, retuliſ-

Digitized by Google

A retulisse: is re aliquantisper considerata, respõdit sibi videri legendum *exsucta* ab exsugendo, mihique, vt ita excudendũ curarem, auctor fuit. libri vulgati autem habent *Exerta*: quos si quis malet sequi, non inuidebo.

AMORIS ESSET POCVLVM] φίλτρον. quod infrà desiderij poculum nominat, Od. vltima. *De fide Iq; temperare poculum.*

INTERMINATO] id est, interdicto, intermi mari est minando vetare, vt Terent. And. *Intermi natus sum ne faceres?* & Heautont. *meministin' me esse grauidam, & mihi te magnopere interminatum, Si puellam párerem, nolle tolli?* habet autem hoc qui dem verbum significationem agendi: sed nobiles grammatici tradiderunt, omnium verborum, quæ deponentia nominantur, participia interdũ etiam passionem significare. itaque interminatus cibus intelligendus est, quem quis tangere pro B hibitus est: cibus vetitus, & interdictus. Hoc igitur dicit Horatius. fiebant illa omnia à Canidia, Sagana, Veia vt exsucta ex puero ita mortuo medulla, amoris esset poculum, cùm pupulæ oculorum huius pueri cibo alio atque alio aliàs appositio, & sæpe mutato, & numquam concesso, sed negato, & interdicto, ac vetito infixæ contabuissent, atque exstinctę essent, puero fame mortuo. Hoc autem fiebat, vt, puero fame necato, quam cibus appositus quidem atq; ostentatus, sed negatus & sublatus augebat, amoris poculum ex pueri iecore & medulla compositum, & conflatum, præsentius, ac validius esset.

PVPVLÆ] oculorum acies, κόραι.

MASCVLÆ LIBIDINIS.] significat, hanc fuisse tribada, & amore fœminarum, tanquam virum, arsisse, qualem fuisse Sapphonem plerique tradiderunt.

VOCE THESSALA] carminibus, & cantionibus Thessalicis. τῇ ἐπῳδῇ. de cantionibus, quas Græci ἐπῳδὰς appellant, quibus constat veteres studiosè vsos esse, quibúsque multum tribuisse, dicemus ad epist. 1. lib. 1.

LVNAMQVE CÆLO DERIPIT] Virg. dicit *deducere lunam*, in Pharmac. *Carmina vel cælo possunt deducere lunam.* Horat. infrà Od. vltima. C *denocare Lunam: Per atque libros carminum valẽtium Refixa cælo denocare sidera.* & ibid. *& polo Deripere Lunam vocibus possum meis.* Prop. lib. 2. *Et iam Luna negat toties descendere cælo.* καταίρειν, & καταγειν τὴν σελήνην dicunt Græci. Plato in Gorgia. ὅπως μὴ πισόμεθα, ὅ, περ φασὶ τὰς τὴν σελήνην καταιρούσας τὰς θεσσαλικὰς, &c. id est, vt ne nobis accidat quod aiunt mulieribus Thessalicis euenire, lunam deducentibus. Eodem pertinent Petronij Arbitri versus, quos quia neque emendati leguntur in vulgatis exemplis, (descripsi autem nuper ex v. c. Etrici Memmij exemplari, cùm id esset Petro Rõsardo, Antonio Baifio, Remigio Bellaqueo, poëtis nostræ Galliæ clarissimis, & mihi commodatum) & multas alias veneficarum artes, & præstigias, complectuntur, non me pigebit huc ascribere. *Quicquid in orbe vides, pâret mihi: florida tellus Cùm volo, siccatis aresci languida succis: Cum volo, fundit opes, scopulique atque arida saxa Nilia-*

*cas iaculantur aquas: mihi pontus inerteis Summittit fluctus, Zephyrique tacentia ponunt Ante meos* D *sua flabra pedes: mihi flumina parent, Hyrcanæq; tigres: & iussi stare leones. Quid leuiora loquor? lunæ descendit imago Carminibus deducta meis, trepidúsque furenteis Flectere Phœbus equos reuoluto cogitur orbe: Tantum dicta valent. taurorum flamma quiescit Virgineis exstincta sacris, Pœbéaq; Circe Carminibus magicis socios mutauit Vlyssis: Proteus esse solet, quicquid libet: his ego callens Artibus Idæos fruticis in gurgite sistam, Et rursum fluuios in summo vertice ponam.* καταιρεῖν dicit Lucian. in φιλοψευδ. id est, deuellere. deripere autem est è loco superiore rapere, vt suprà Od. 28. lib. 3. *deripere horreo.* & Virg. Georg. 2. *tu spisso vimine qualos, Colaque pralorum fumosis deripe tectis.*

IRRESECTVM] pollicis vnguem, quem ita roserat ad viuum, vt amplius resecari non posset: vel simpliciter, non resectum.

QVID DIXIT AVT QVID TACVIT?] epist. ad Mæcen. 2. lib. 1. *dicenda, tacenda locutus.*

O REBVS MEIS] hæc dicuntur à Canidia.

ET DIANA] Hecate, seu Luna. Sed cur Lunam implorat? scribunt Græci interpretes, mulie E ribus amore captis vsitatum esse Lunam inuocare, vt viris Solem: quemadmodum & Euripides Phædram inducit in Hippolyto: vel propterea quòd nox taciturna est: amoribus autem furtiuis, & clandestinis silẽtio, & nocte opus est: vel quia Luna quoque ex amore aliquando laborauit: ex quo fieri, vt mulieribus, quæ eodem malo afflictantur, adiutricem se præbeat: vel quia hæc dea ignis colorem prę se fert: amor autem ignis instar est. hæc interpr. Theocr.

QVÆ SILENTIVM REGIS:] Primùm cur hîc silentij mentio fit? deinde quamobrem lunà silentium regit? respondeo. Sacris omnibus silentio opus est, etiam magicis, & maleficis. Virg. lib. 3. *Idæúmque nemus: hinc fida silentia sacris.* Itaque pronuntiabat præco in sacris publicis, *fauete linguis.* annotatum ad Odam 1. lib. 3. Ad sacra autẽ nocturna & nefaria, præcone, qui silentium indiceret, opus non erat, cùm luna teste, & nocte si- F lente fierent: vt appâret ex Theocr. pharmaceut. Luna enim silentio præest, quia nox taciturna est. Virg. lib. 4. Æneid. *Cum tacet omnis ager, pecudes, pictæq; volucres, Quæq; lacus latè liquidos, quæq; aspera dumis Rura tenent somno posita sub nocte silenti.* Idem lib. 8. *cæsarum omnium sub nocte silenti, Vel lubus incubuit stratis.* & lib. 2. *tacitæ per amica silentia lunæ.* Lucret. lib. 4. de Faunis. *Quorum noctiuago strepitu, ludóque iocanti Affirmant vulgò taciturna silentia rumpi.* Horat. sup. lib. 2. Oda. 8. *& toto taciturna noctis Signa cum cælo.*

NOCTVRNA] arcana, & muliebria, & malefica. Diagondas Thebanus, vt scribit M. Tullius lib. 2. de legibus, nocturna omnia sacra perpetua lege è media Græcia sustulit. Idem Marcus hanc legem sanxit eod. libro. *Nocturna mulierum sacrificia ne sunto, præter olla, quæ populo rite fient.*

CVM FIVNT] Sic habent plerique libri manuscr. alij *dum fiunt sacra.*

NVMEN] vim & potentiam vestram diuinã.

A FORMIDOLOSÆ DVM LATENT, &c.] noctu. sic Virgil.lib.4. *Nox erat, & placidum carpebant fessa soporem Corpora per terras, silvaq́, & sæva quierant Æquora, &c. formidolosæ*, quæ metũ in cutiunt, horribiles. alij timidas interpretantur. in quibusd. libris legitur *formidolosis*, vt cohæreat cum voce *silvis*. sed plerique libri manusc. habẽt, *formidolosæ*, quos sequor.

DVLCI SOPORE LANGVIDÆ] Virg. lib. 4. Æn. *nec dulci declinat lumina somno*. Hom. ἰλ. κ. ὕπνος ἔχε γλυκερὸς.

SENEM, QVOD OMNES RIDEANT, ADVLT.] Est enim ridiculum quiddam, senex amator. Ouid. *Turpe senex miles: turpe senilis amor*. Tibull.eleg.1.lib.1. *Iam subrepet iners ætas, nec amare decebit, Dicere nec cano blanditias capite.*

ADVLTERVM] Varum amatorem, & scortatorem: qui me spreta, & reiecta meretrices Suburanas sectatur.

LATRENT SVBVRANÆ CANES] Primùm hoc sit constitutum, ita legendum consentientibus omnibus veteribus codicibus, non *suburbanæ*, neq; *Suburranæ*: deinde quid sit Subura videamus. Subura locus in vrbe Roma, in quo
B sunt mons Cœli⁹, & Carinæ. Varro li. 4. de ling. Latina putat Suburam dictam esse à pago Sucusano C in B mutato. idem eod.lib. Suburanam regionem, primam scriptam esse tradit. P. Victor autem Suburam in secunda regione vrbis collocat. à Subura dicta est tribus Suburana. de quib⁹ lege Dionys. Halicarn. lib. 4. ἀρχ. Ρωμ. In Subura prostabant meretrices: quas dum noctu sectatur Varus, optat Canidia vt eum allatrent canes, quę in eo loco sunt.

NARDO PERVNCT. QVALE, NEC PERF.] id est, tali vnguento nardino perunctum, quale meæ manus non laborarunt, & quo perfectius non laborarent, seu laborarint: vel nardo perunctum, quale meæ manus numquam laborarunt: aut certè quo perfectius non fecerunt, vt fit correctio. sic enim mihi videtur explicandus hic locus: ne cogamur dicere, quod quidam, *quale* hìc
C positum pro *quali*: quemadmodum inquiunt, loquebantur antiqui. quamuis ita explicet Priscianus lib.17. quod si demus ita esse, non video tamen: quomodo hæc possint cohærere: nardo perunctum tali, quali non elaborarunt meæ manus perfectius. numquam enim quisquam Latinus *quale* vsurpauit pro *quod*: nec *quali* pro *quo*. Denique, ne sim longior, præsertim in re non ita magni momenti, sic est locutus Horat. saty. 5. lib. 1. vt hoc loco: *anima, quales, neque candidiores Terra tulit, neque queis me sit devinctior alter*: quorũ versuum explicationem videto suo loco. est enim plane huic similis, & geminus. Neque verò mihi vllo modo probari potest eorum sententia, qui sic explicant, Perfusus erit ille tali vnguento, quale eiusdem generis numquam melius feci, seu fecerim. Non enim ita loqui solent Latini, *quale perfectius, aut quale melius, &c.* Sed non celabo lectorem, me in nonnullis libris manuscriptis scriptum reperisse, *laborarint*.

QVID ACCIDIT, &c.] Adhibuerat Canidia in Varum præstantissima venena, quæ nihil D in eum valuerant tamen.

CVR DIRA BARBARÆ, &c.] cur ea ipsa venena, quibus vsa Medéa Creusam, seu Glaucã Creontis filiam, & totam regiam incendio consumsit, nihil mihi prosunt, nullámque vim habẽt in Varum? SVPERBAM] ita legendum, nõ *superba*, vt referatur ad Glaucam Creontis regis filiam, & ita lib. Don. & Vatic. duo, & Torn. & Cleric. & Danielis, & Nicotianus. *superbam* accipe pro potentem, & superbi regis filiam. sic Virg. principio libri tertij Æneid. *ceciditq́ superbum Ilium*: ad quem locum Seruius, *superbum*, id est, nobile. & potens. sic suprà Oda 14. lib. 2. *& mero Tinguet pavimentum superbum, &c.*

CÙM PALLA, TABO MVNVS] Medéa dolore illo muliebri excruciata, stimulata, atque impulsa propter Iasonis, & Glaucæ Creontis Corinthiorum regis filiæ nuptias, pallam dicitur ad pellicem suam misisse veneno infectam: qua accepta & Creontis domus, & eius filia conflagrauit. lege Euripidis Medéam: vbi ita loquitur, Ἁπλοῦν πέπλον, καὶ πλόκον χρυσήλατον. [repete πέμψω, ἀπὸ κοινοῦ.] Κἄν περ λαβοῦσα κόσμον ἀμφιθῇ χροὶ, Κακῶς ὀλεῖται παῖδ', ὃς E αὐ θίγῃ κόρης. Τοιοῦσδε χρίσω φαρμάκοις δωρήματα. id est, Et tenuem vestem, & comam auro intertextam ad eam mittam. Quòd si hoc ornamentum acceperit, & corpori circumdederit, male peribit, & quisquis eam attigerit. Talibus pharmacis hæc dona inficiam. Iam verò Medeam fuisse venificam, multi boni scriptores memoriæ prodiderunt. Theocritus Pharmac. eam inter veneficas numerat, Circen videlicet, & Agamedam: quarum illa pharmacis homines ex hominibus exuebat, atque in feras vertebat: hanc tot venena cognouisse ait Homerus, quot alit terra, his verbis, ἢ πόθι φάρμακα οἶδεν, ὅσα τρέφει εὐρεῖα Χθών. Scholiastes Theocriti scribit in monte quodam, quem Selenæum appellat, quasi Lunæ montem, Circes & Medeæ mortaria, seu tusilla ostendi, in quibus sua pharmaca tundebant. Theocriti versus sunt hi. Φάρμακα τᾶν ἤρδιστα χερείονα μήτε τι Κίρκης, Μήτε Μηδείας, μήτε ξανθᾶς Περιμήδης. accedat ad Theoct. F Tibullus eleg. 4. lib. 2. *Quicquid habet Circe, quicquid Medea veneni, &c.*

ATQVI NEC HERBA] Germanus Valens existimabat significari aconitum: quam ἀπὸ τῆς ἀκόνης, id est, à cote, dictam volunt, quod ex ea nascatur. Theophr. φύεται δὲ παντα χοῦ, καὶ γὰρ ἐν ταῖς ἀκόναις μόνον, ἀφ' ὧν ἔσχε τὴν προσηγορίαν, &c. Ouid. lib. 7. metamorph. *Quæ quia nascuntur dura vivacia cautes, Agrestes aconita vocant.* ME FEFELLIT] me latuit, me fûgit. Verbũ fallo coniunxit cũ participio latens. ita in libro de arte poëtica. *Numquam te fallant animi sub vulpe latentes.*

INDORMIT VNCT. OMN. CVBIL. &c.] ordo est. indormit cubilibus omnium mearum pellicum, vnctis obliuione mei, neque mea mihi quicquid prosunt pharmaca: vel indormit cubilib. vnctis obliuione omnium pellicum, vt intelligamus, hoc dicere, & queri Canidiam, Varum non solum sui amore solutum, suíque oblîtum in vtramque aurem dormire: sed etiam omniũ suarum

Digitized by Google

A rum pellicum. Porphyr. hunc locum sic explicat: *Indormit cubilibus vnctis obliuione omnium pellicũ, & est sensus: nescio quare sint præsentiora veneficia, quæ cubile Vari vngunt medicaminibus, per quæ medicamina oblivio ei affertur omnium pellicum. Pellices autem Canidia pro se vna dixit.* hactenus Porphyrio. Ego Porphyrionis explicationem proba te non possum, in eo quòd omneis pellices Horatium dixisse putat pro vna Canidia. Credibilius est in omnium pellicum numero etiam Canidiam contineri.

CARMINE] ἐπῳδῇ, cantione. credibile est (inquit) Canidia, Varum solutum esse meis veneficijs opera, & carminibus alicuius potentioris veneficæ. POTIONIBVS] nonnulli libri habent, *cantionibus.*

(O MVLTA FLETVRVM CAPVT)] hæc sunt includenda interpositionis nota. Versiculus autem, qui antecedit, cohæret cum ijs, quæ deinceps sequuntur. *multa* porrò valet multùm, seu sæpe, vt Virg. Georg. 3. *Multagemens, ignominiam, plagásque superbi Victoris.* ô caput multùm fleturum, id est, ô quàm grauia tibi impendent mala.

B sic Græci loquuntur οἰμώζειν. flebis, id est, miser eris. &, cui malum minantur, aut precantur, eum iubent οἰμώζειν, id est, plorare, quod loquendi genus multis locis expressit Hor. vt saty. 10. lib. 1. *Demetri, téque Tigelli, Discipularum inter iubeo plorare cathedras.* saty. 1. lib. 2. *Qui me commorit, (melius nil tangere clamo) Flebit, & insignis tota cantabitur vrbe.* & saty. 5. lib. 2. *inueniétque Nil sibi legatum præter plorare, suísque.* sic (vt dixi) sæpe loquuntur Græci. Xenoph. ἑλλ. ϛ. de Theramene. λέγεται δὲ ἔνθημα καὶ τόδ' αὐτῷ, ὅτι, ὡς εἶπεν ὁ Σάτυρος, ὅτι οἰμώξεσθαι εἰ μὴ σιωπήσουσιν ἐπήρετο, αὖ δὲ σιωπῶ, οὐκ ἄρα οἰμώξομαι, id est, celebratur & hoc eius dictum, cùm dixisset Satyrus eum ploraturum, nisi taceret: at si taceam (inquit) non igitur plorabo? Athenæus lib. 4. ex Hegesandro de quodã asoto, Ἐλευσῖνί τε μυστηρίων ὄντων ἔθηκεν Ἀριστἀγόρα τὴν ἐρωμένην θρόνον παρὰ τὸ Ἀνάκτορον, οἰμώξεσθαι φήσας τοὺς κωλύσοντας, id est, Eleusine autem mysteriorum die Aristagoræ amicæ sedem posuit ad ædem Castoris & Pollucis, ploraturos dicens qui prohiberent. vtitur & M. Tull. epist. vltima lib. 3. ad Q. Frat. ἀλλ' οἰμώξετω. nos modò valeamus. Eurip. in Cyclope, τὸν Κύκλωπος ἁμαθίαν Κλαίειν κελεύων, καὶ τὸν ὀφθαλμὸν μίσων. Apud Aristophanem autem locis innumerabilibus hęc verba iterantur κλαίειν, & οἰμώζειν. & totidem apud Lucianum.

MARSIS VOCIBVS] Marsis carminibus. Virg. Æn. 7. *neque eum iuuere in vulnera cantus Somniferi, & Marsis quæsita in montibus herbæ.* Põpon. Pistorib. *Mirum ni hæc Marsa est. in colubras callet cantiunculam.* al. *canticulum.* ex Nonio. sententia aũt hæc est, nec mens tua semel mei venenis alienata, carminibus Marsis reuocata ad sanitatem reuertetur.

FASTIDIENTI] subintellige *me:* vt rectè notat Porphyr. id est, me aspernanti. epist. 3. lib. 1. *Fastidire lacus, & rivos ausus apertos.*

PRIVSQVE CÆLVM SIDET INF.] hyperbole. Prius inquit, cælum mari subsidebit, seu subsidet & subiacebit; terra super cælum & D mare proiecta, atq3 extenta, quàm nõ amore, &c.

TELLVRE PORR. SVP.] terra superiecta. sic enim locutus est sup. Od. 2. lib. 1. *Et superiecto pauida natarunt Æquore dama.*

BITVMEN ATRIS IGNIB.] Virg. lib. 3. *nigrúmque bitumen.*

SVB HÆC] paullo pòst quàm hæc locuta est Canidia. de præpositione *sub*, vide annot. ad Oden 9. lib. 1.

LENIRE] lenibat. vt saty. 9. lib. 1. *meum iecur vrere bilis.* vide annot. ad sat. 8. lib. 1. *at ille curre in vrbem.*

VNDE RVMP. SIL.] vnde exordium loquendi sumeret. sic loquitur Lucret. lib. 4. *Quorum noctiuago strepitu, ludóq; iocanti Affirmãt vulgò taciturna silentia rumpi.* Virg. lib. 10. Æn. *quid me alta silentia cogis Rumpere, & obductum verbis vulgare dolorem?* idem videtur valere *rumpere vocem.* Virg. Æneid. 2. *Compositò rumpit voce, & me destinat aræ.* & lib. 3. *rupitq; hanc pectore vocem.* Sed hoc ita dictum, vt illud ab eodem lib. 4. *Tantos illa suo rumpebat pectore questus.* & ita Græci, ῥῆξαι φωνὼ. Aristoph. νεφελ. Οὐρανομήκη ῥῆξαπ' ἐμοὶ E φωνὼ ὦ παμβασίλειαι, Herod. lib. 1. ὁ δὲ παῖς ὕπος ὁ ἄφωνος, ὡς εἶδε ὀπόντα τὸν πάρσω, ἐκβὰς δεύτερος, καὶ κακὸν ἔρρηξε φωνὼ, &c. id est, hic autem puer, qui mutus erat, vt vidit irruentem Persam, præ metu, & malo, rupit vocem. Demosth. Philip. 9. ὥστε τὸ πρότερον ἐπολμησεν οὐδεὶς πώποτε κακῶς προσιόντας ῥῆξαι φωνήν: id est, Quare non antè quisquam ausus est tali malo coorto vocem rumpere. & ῥῆξαι σιωπήν. Oppian. li. 1. κυνηγ. Ἵππος ὁτ' ἰσομίμην ῥῆξεν ποτε δεσμὰ σιωπῆς. id est, *Quondam equus in pugna, intérque arma, silentia rupit.*

THYESTEAS PRECES] diras precationes, & exsecrationes, quales Thiestæ fuerunt in fratrem Atreum, quia illi Atreus filios eius trucidatos, & in frusta sectos, & coctos apposuerat: epist. de arte poët. *Aut humana palam coquat exta nefarius Atreus.* qua de re sic M. Tullius lib. 1. Tuscul. quæst. *Exsecratur luculentis sanè versibus apud Ennium Thyestes primùm, vt naufragio pereat Atreus. durum hoc sane. talis enim interitus non est sine graui sensu. Illa inania. Summis saxis fixus asperis Euisceratus látere pendens saxa spargens tabo, sanie, & sanguine atro: Neque sepulcrum, quo recipiatur, habeat, portum corporis, vbi remissa humana vita corpus requiescat à malis.* Idẽ in L. Pisonem, *Thyesteá ista exsecratio est, poetæ vulgi animos, non sapientum mouentis, vt Tu naufragio expulsus vsquam saxis fixus asperis, &c.* preces etiam Cæsar vsurpat pro exsecrationibus diris li. 6. de bello Gall. *Catiuulcus rex dimidiæ partis Eburonum omnibus precibus detestatus Ambiorigẽ, qui eius consilij auctor fuisset, taxo se exanimauit.* sic Horat. infrà saty. 6. lib. 2. *improbus vrget Iratis precibus.* & suprà Od. 28. lib. 1. *precibus non linquar inultis.* Græci ἀρὰς appellant. Eurip. Phœniss. Ἀρὰς ἀρᾶται παῖσιν ἀγοσιωτάτας.

VENENA MAGN. FAS, NEFAS QVE.] hunc locum alij aliter, ego sic explico. Venena magnum fas, nefasque quidem conuertere possunt, atque adeò conuertunt, ac peruertunt:

sed

A sed humanam vicem conuertere, aut immutare non possunt. Venena confundunt quidem fas, & nefas, cùm venefici fas violent: sed venenis non potest sors humanæ vitæ immutari. Itaque licet venenis iura omnia humana, ac diuina perfringatis: effugere tamen non poteritis, quin vestrorum maleficiorum pœnas detis, mortéque miserabili pereatis. Virgil. Georg. 1. *Quippe vbi fas versum, atque nefas.* Quòd si quis dicat, hõc loquendi genus esse impeditum, & perplexum: ita locutus est & M. Tull. lib. 10. epist. ad Att. epist. 1. *Istum, qui filium Brundisium de pace misit, me legatum iri non arbitror.* & Plautus Amphitr. *Tua quiduis nũtiare, hanc nostram adire non sinam.* Nam sic Plauti versus explicandus est: Tuæ quiduis nuntiare sinam, hanc nostram adire non sinam. Sic & Demosth. ὥσθ' ἁλῶν ὀν χέρρον. Ἂν δὲ τοιοῦτον λέγῃ τις ὃν κρατήσαντας τοῖς ὅπλοις, ἄλλως δ' ὐκ ἔστι κολάσαι, ὐκ ἔχειν, οἶμαι, τί ποιήσετε. Nam sic Demosth. explicandus. ὃν κρατήσαντας τοῖς ὅπλοις, ὃδι κολάσαι, ἄλλως δ' ὐκ ὃδι κολάσαι. id est, quem vobis armis victum licet castigare, aliter autem castigare non licet. Cùm hæc scripsissem: atque edidissem, Turnebus collega meus, vir alioqui doctiss. à me dissentiens, sic hunc locum exB plicauit Aduersar. lib. 14. *In veneficijs quidem magna vis est: sed tantùm profectò non possunt illa pro hominibus efficere, vt natura æqui & iniqui, vt fas & nefas, vt ius & iniuria mutentur.* Hactenus ille, *Humanam vicem* scilicet interpretatur, humana vice, seu pro hominibus. in quo valde fallitur, & vehementer errat: & miror, hoc ei in mentem venire potuisse: neque eum adiuuat M. Tull. quem profert. adde quòd sententia ex hac explicatione nascitur inepta, ac frigida, atque adeò falsa. nam venena, seu venefici ac veneficæ suis veneficijs vertunt fas & nefas: quemadmodum scelerati & facinorosi, & iniusti, & intemperantes homines suis factis ac flagitijs fas & nefas miscent ac peruertunt. quod & Virgilius ipse confirmat illo, quem protuli, loco.

Diris agam vos] diris precibus vos persequar: diras vobis precabor. Tibull. eleg. 7. li. 2. *Tunc tibi, lena precor diras: satis anxia vinas, MoC uerit è votis pars quotacumque Deos.*

Noctvrn. occvrr. fvror.] sic minatur Dido lib. 4. se mortuam, Æneam persecuturam. *sequar atris ignibus absens: Et, cùm frigida mors anima seduxerit artus, Omnibus vmbra locis adero: dabis improbe pœnas.* sic Furius ille Heraclieſis apud M. Tull. de supplicijs, cùm moriendum iam sibi esse videret, dicebat, *non testium modò cateruas, cum res Verris ageretur, sed tum à Dijs manibus innocentium pœnas, sceleratorumq; Furias in eius iudicium esse venturas.* taleis in impios Furias immitti fingunt poëtæ. sic enim loquitur Orestes apud Eurip. in Oreste. ὦ μᾶτερ, ἱκετεύω σε· μὴ πόσιέ μοι τὰς αἱματωπὰς, καὶ δρακοντώδεις κόρας. Αὗται γὰρ αὗται πλησίον βρώσκουσί μου. O mater, obsecro te, ne mihi incute virgines istas facie cruenta, & draconibus implicatas. istæ enim, istæ in me irruunt. M. Tullius autem in oratione pro Rosc. Amerino, & in L. Pisonem, ait hæc esse à poëtis conficta, *reuera autem à sua quemque fraude, & suo terrore maximè vexari, à suis malis cogitationibus, conD scientiáque animi terreri. Has esse impijs assiduas, domesticásque Furias, quæ dies, noctesque parentũ pœnas ab impijs filijs repetunt.*

Post insep. memb. different] different. i. discerpent, dilacerabunt, diuersa ferent, dissipabunt, vt infrà Od. 10. *Fractósque remos differat.* διαφορήσουσι. Aristoph. equitib. Διαφορήσω σ', εἴπ χύζεις. i. differam te, si quid muties. Nihil autem fuit veteribus illis horribilius, quàm insepultum corpus canibus, atque auibus dilaniandum relinqui. Hoc minatur Hector, vt grauissimam pœnam, Troianis ignauis il. o. Οὐ δ' αὖ ἐγὼν ἀπάνευθεν ἐπέρωθι νοήσω, Λύτῃ οἱ θάνατον μητίσομαι, ἠδὲ νυ πάγχυ Γνωτοί τε, γνωταί τε πυρὸς λελάχωσι θαλόντα, Ἀλλὰ κυνὲς ἐρύουσι πρὸ ἄστεος ἠμαθόεντος. Quem autem ego lõge à nauibus alibi videro, ibidem ei necem afferam, neque eum propinqui, neque propinquæ mortuum comburent, sed canes ante vrbem nostram dilacerabunt. Et idem Hector moriens il. χ. petit ab Achille in maximi beneficij loco, ne se canibus apud naueis dilacerandum præbeat: sed Troiam pretio accepto remittat, vt à viris, matroníſque Troianis sepeliatur. Et Priamus il. ω. id vnum extimescens, ac detestãs, audet per me- E dia Græcorum castra ad inimicissimum hominẽ Achillem supplex ire, ab eóque petere, vt filij corpus quamplurimis muneribus acceptis sibi reddat, sepeliendíque potestatem faciat: & Elpenor ὀδυσσ. λ. vnus è socijs Vlyssis, qui, cùm potus in tabulato obdormisset, subitóque experrectus nõ per scalas descendisset: sed è tecto delapsus sibi cervices fregisset, orat Vlyssem apud inferos, ne se insepultum, fletúque, ac lacrymis amicorum carentem, iacêre patiatur, his verbis, Μή μ' ἄκλαυτον, ἄθαπτον ἰὼν ὄπιθεν κατάλειπε Νοσφισθείς, μήπτι θεῶν μήνιμα γένωμαι. Et Aiax apud Sophoclem iamiam sibi latus gladio perfossurus, Iouem orat, vt simul atque occubuerit, mittat ad se aliquẽ, qui suæ mortis nuntium ad Teucrum perferat, vt ab illo sepeliatur, neque à quopiam inimico prius conspectus, obijciatur canibus, atque auibus diripiendus. Aiacis verba sunt hæc. καὶ μὴ πρὸς ἐχθρῶν τῶν κατοπτευθεὶς πάρος ῥιφθῶ κυσὶ πρόβλητος, οἰωνοῖς θ' ἑλωρ. & A F riadna à Theseo relicta sic queritur apud Catull. carm. de Pelei & Thet. nupt. *Pro quo dilacerandæ feris dabor, alitibúsque Præda, nec iniecta tumulabor mortua arena.* Sic igitur hic puer prædicit fore, vt lupi, & aues rapaces harum veneficarum membra insepulta dilacerent, ac differant. hac eadem de re diximus nonnulla ad Od. 28. lib. 1.

Esqvilinæ alites] ita reperi scriptum in omnibus libris manuscriptis: neque assentior ijs, qui hoc loco legi volunt *Esquilinia.* nam ab Esquilijs colle vrbis Romæ, dicuntur aues Esquilinæ, quæ in illo colle volitare solent. diphthongum autem sequente vocali non elidi non est nouum, vt dicemus ad Od. 11. huius lib. Iam verò quòd ad primam syllabam attinet, ea constat ex e. vocali, non diphthongo æ. & ex s. consonante, non x. Atque hanc scripturam comprobant cùm antiqua marmora, tùm manuscripti codices, vt omittam, quòd apud Dionys. Halic. lib.

2. Pœna.

Digitized by Google

A 2. Pœm. αρχ. ita ſcriptum eſt hoc nomen ἰσκύλινος λόφος, & item alijs locis.

NEQVE HOC PARENTEIS (HEV) MISVP.] acerbum quidem, & luctuoſum eſt parentibus, ipſos ſuperſtites eſſe liberis? ſed magnum tamen illis affert ſolatium, videre eos, quorum opera hi morte immatura interierint, quàm acerbiſſimas pœnas perſoluere. hoc igitur dicit puer. erunt quidem mihi parentes (quo nihil eis grauius accidere poteſt) ſuperſtites: ſed hoc ſolatio tamen ſuum luctum, mærorémque lenient, ac leuabunt, quòd vos inſepultas, ac proiectas, à canibus, lupis, & auibus dilacerari videbunt. Sic M. Tullius lib. 5. Accuſation. de Dexione quodam, cuius filium Verres necandum curarat. *Non ex litibus æſtimatis tuis pecuniam domum, ſed ex tua calamitate cineri atque oſſibus filij ſui ſolatium vult ali quod reportare. Hic iam grandis natu Eubulida hoc tantum exacta ætate laboris, itineriſq; ſuſcepit, non vt aliquid ex ſuis bonis recuperaret, ſed, vt quibus oculis cruentas cerui ces filij ſui viderat, iiſdem te condemnatum videret.* Admonendus autem lector eſt, vocem *parenteis* hoc loco non eſſe vocandi caſus,
B quod putauit Porphyr. ſed accuſandi. Nam ſi vocandi caſus eſſet, ſubintelligendum eſſet extrinſecus: *vos*, vt eſſet, *vos effugeret:* quod eſſet Horatio indignum. Nunc autem hoc poſito, quod ita eſt, *parenteis ſuperſtites*, eſſe accuſandi caſus, nihil eſt difficultatis, nihilque ſubintelligendũ. Quòd autem addit interiectionem dolentis, *heu*, id eó pertinet, vt oſtendat, caſum parentibus eſſe abominandum, ipſos filijs eſſe ſuperſtites. Nam cõtrà aſſiduis precibus, & ominibus deos obſecrãt, vt filij ſibi ſint ſuperſtites. M. Tull. lib. 2. de natura deorum. *Nam qui totos dies precabantur, & immolabant, vt ſui liberi ſibi ſuperſtites eſſent, ſuperſtitioſi ſunt appellati.* dictus autem ſuperſtes à verbo ſuperſum, quòd ſuperſit: & refertur ad alterũ exſtinctum, & corruptum. Hor. lib. 2. Oda 2. *Illũ aget penna metuente ſolui Fama ſuperſtes.* li. 3. Od. 9. *Pro qua non metuam mori, Si parcent animæ fata ſuperſtiti.* ibid. *Pro quo bis patiar mori, Si parcẽt*
C *puero fata ſuperſtiti.* & Oda 17. lib. 2. *Nec carus æquè, nec ſuperſtes Integer.* & Carm. ſæcul. poſt epod. *Caſtus Æneas patriæ ſuperſtes.*

## IN MALEDICVM, Ode 6.

*QVID immerenteis hoſpites vexas canis,*
*Ignauus aduerſum lupos?*
*Quin huc inaneis, ſi potes, vertis minas:*
*Et me remorſurum petis?*
*Nã, qualis aut Moloſſus, aut fulvus Lacõ,*
*Amica vis paſtoribus,*
*Agam per altas aure ſublata niveis,*
*Quæcumque præcedet fera.*
*Tu, cùm timenda voce compleſti nemus:* D
*Proiectum odoraris cibum.*
*Caue: caue. namq; in malos aſperrimus*
*Parata tollo cornua:*
*Qualis Lycambæ ſpretus infido gener,*
*Aut acer hoſtis Bupalo.*
*An, ſiquis atro dente me petiuerit,*
*Inultus vt, flebo, puer?*

IMMERENTEIS] immeritos, nihil commeritos. Aiunt quidam, Horatium inuehi in quendam Caſſium Seuerum, poëtam maledicum & petulantem.

CANIS] latrator, malédice. Marcus Tull. in oratione pro Roſcio Amerino, accuſatores cum anſeribus, & canibus comparat: *alios enim eſſe, qui clamare poſſunt tantum, non etiam nocere: alios, qui latrare, & mordere poſſunt.* illos anſeribus: hos canibus eſſe ſimileis. eadem ratione maledicos homines, canes appellare licet. Itaque Menæchm⁹ E
ille apud Plautum, Hecubam eò canem ait cœptã eſſe appellari, quòd, quemcumque aſpexerat, in eum omnia mala ingerebat. Præterea canes dicuntur, qui ſunt impudentes. Hom. ἰλ. Α. Ἐξαῦ νῶϊ ἔφυγες θάνατον κύον. id eſt, nunc quidem mortem effugiſti canis. Ex quo κωωπής, qui oculis eſt canis, id eſt, impudentibus, vox eidem vſitatiſſ. Obſeruatione autem dignum eſt, Horatium, hunc maledicum ſiue Caſſium, ſiue quem alium, cum cane ignauo, imbelli, & nullius animi: ſe, cum cane ſtrenuo, valido, & genoroſo comparare.

LVPOS] eos, qui remordere poſſunt.

MOLOSSVS.] canis magnus, & procer⁹, quales naſcuntur in Epiro. infrà ſat. 6. lib. 2. *ſimul domus alta Moloſſis Perſonuit canibus.* Lucret. lib. 5. *Irritata canum cùm primum magna Moloſſum Mollia ricta tremunt duros nudantia denteis.* Virg. Georg. 3. *Veloces Sparta catulos, acrémque Moloſſum Paſce ſero pingui.*

LACON] canis Laconicus, ſeu Lacedæmonius. Virg. Amyclæum nominat Georg. 3. *Armá F*
*que, Amycleúmque canem, Creſſámque pharetram.*

AMICA VIS PASTORIBVS] φίλη, amans paſtorũ, vel cara paſtoribus. Theocrit. εἰδ. 6. κωΐα φιλοποίμνιον dicit, id eſt, canem amicum gregi.

AGAM] perſequar, vrgebo, ἐπιζῶ, ἐλάσω, διώξω. vt Virg. Æn. 7. de canibus. *Vt certum ardentes agerent.* Oda ſequ. *Acerba fata Romanos aguni.* epiſt. ad Auguſt. *Nauem agere.*

QVÆCVNQVE PRÆC. FERA] quiſquis erit petulans, contumelioſus, & maledicus. Preclarè ille, quiſquis fuit, qui in cicuribus & domeſticis animalibus, aſſentatorem: in feris, maledicum & obtrectatorem, peſſimum eſſe dixit.

TV, CÙM TIMENDÀ VOCE, &c.] tu poſteaquam diu, multúmq; latraſti, cibo tibi oblato nareis admoues, & tum latrare deſinis. allegoria eſt. ſignificat enim, hunc lingua promtum eſſe, voceque admodum valere: ſed re & factis

A ctis ignauum: quippe qui maledicat, vt pretium accipiat: quo ei oblato, taceat.

QVALIS LYCAMBÆ SPR.] id est, qualis Archilochus: qui Lycamben socerum propterea, quòd ille filiam suam sibi iam desponsam mutata voluntate se daturum negarat, tam maledicis, & contumeliosis versibus insectatus est, vt illum ægritudini animi remedium suspēdio quærere coē gerit, atque ad idem mortis genus sponsam quoque suam adegerit. infr. epist. ad Mæcen. 3. lib. 1. *Nec socerum quærit, quem versibus obtinat atris, Nec sponsæ laqueum famaso carmine nectit.* & in epist. de arte poët. *Archilochum proprio rabies armauit iambo.*

AVT ACER HOST. BVPALO] Hipponax poëta iamborum itē scriptor, Archilocho ætate posterior: qui, vt tradit Dionys. Halicarn. trimetrum Archilochium de industria in scazontem inflexit, vt vehementius feriret. M. Tull. li. 7. epist. de Tigellio. *eúmque addictum iam tum puto Calui Licinij Hipponacteo praconio.* Idem lib. 3. de nat. deor. *Neque enim quem Hipponactis iambus læserat, aut qui erat Archilochi versu vulneratus,* B *à deo immissum dolorem, non conceptum à seipso, continebat, &c. Hipponacti* (inquit Plinius lib. 36. cap. 5.) *notabilis fœditas vultus erat. quamobrem imaginem eius lasciuia iocorum Bupalus, & Anthermus sculptores fratres proposuere ridētiū oculis. Quod Hipponax indignatus amaritudinem carminum destrinxit in tantum, vt credantur aliquibus ad laqueū eos compulisse: quod falsum est. complura enim in finitimis insulis simulacra post ea fecere, sicut in Delo, quibus subiecerunt carmen, non vitibus tantum censeri Chium, sed & operibus Anthermi filiorum.* Bupalo autem legendum esse, non Bubalo, & libri ferè omnes veteres fidem faciunt, & illa declarant, quæ exstant lib. 3. epigr. Græc. in Hippon. Ὦ ξεῖνε, φεῦγε τὸν χαλαζεπὴ τάφον, Τὸν φρικτὸν Ἱππώνακτος. ἦπι χ' ἁ πέφρα Ἰαμβιδίζει Βυπάλεσιν ἐς σύγος, &c. id est, ô hospes, fuge Hipponactis sepulcrum horrendum, verbotum grandine refertum: cuius etiam cinis iambos intorquet in odium Bupali.

C INVLTVS VT, FLEBO PVER?] frequens est his generibus loquendi Homerus, non me terrebis, vt puerum. non te extimescam, vt puer. vno contenti erimus exemplo. Hector Achilli ἰλιάδ. Χ. Πηλεΐδη, μὴ δή μ' ἐπιέσσῃσι γυμνὸν ὦς, Ἕλπο δειδίξεσθαι, id est, Pelide, ne spera te mihi, vt puero, terrorem incussurum. sic igitur Horatius hoc loco. an, si quis mihi maledixerit, confugiam ad fletum, & lacrymas inultus, vt puer, qui dolorem suum nulla alia ratione vlcisci potest? minimè verò.

## IN BELLVM CIVILE gestum hinc Bruto & Cassio, illinc Octauiano, M. Antonio, M. Lepido ducibus.

### Ode 7.

*QVò, quò scelesti ruitis? aut cur dex-* D
*teris*
*Aptantur enses cónditi?*
*Parúmne campis, atque Neptuno super*
*Fusum est Latini sanguinis,*
*Non, vt superbas inuidæ Karthaginis*
*Romanus arceis vreret:*
*Intactus aut Britannus vt descenderet*
*Sacra catenatus via:*
*Sed vt, secundum vota Parthorum, sua*
*Vrbs hæc periret dextera?*
*Neque hic lupis mos, nec fuit leonibus*
*Vmquam, nisi in dispar genus.*
*Furórne cæcus, an rapit vis acrior?*
*An culpa? responsum datę.*
*Tacent: & ora pallor albus inficit:*
*Mentésque perculsæ stupent.* E
*Sic est. acerba fata Romanos agunt,*
*Scelúsque fraternæ necis,*
*Vt immerentis fluxit in terram Remi*
*Sacer nepotibus cruor.*

SCELESTI] impij, qui bellum ciuile meditemini: in quo ciuem à ciue interfici necesse est.

AVT CVR DEXTERIS, &c.] cur enses vagina tecti nudantur, vt destringuntur in ciueis?

NON, VT SVPERBAS, &c.] non vt Romanus miles Karthaginem, quæ de imperio cum populo Rom. bello ancipiti diu decertauit, seu (vt ait Paterculus priore libro) quæ imperij Ro. diu æmula fuit, euerteret, atque incenderet, neque vt Britanni nondum bello lacessiti, aut nondum domiti, vincti per triumphum ducerentur: sed vt F Roma sua manu labefactata concideret.

DESCENDERET] erat enim via Sacra decliuis à Carinis ad forum: deinde accliuis ad Capitolium M. Tull. lib. 4. epist. ad Att. *Itaque a. d. tertium Id. Nouemb. cùm sacra via descenderem, insecutus est me.*

SACRA VIA] suprà Oda 4. *sacram metiente te viam.* & Sat. 9. lib. 1. *Ibam forte via sacra, sicut meus est mos, &c.*

VOTA] optata, vt Sat. 6. lib. 2. *Hoc erat in votis.* epist. de arte poët. *voti sententia compos.* & in respons. Canid. Od. 17. infrà. *Si tardiora fata te votis manent?*

NISI IN DISPAR GENVS] sic habent libri complures manuscripti. alij, *feris*: quod si cui placebit magis, cohærebit cum voce *leonibus*. reperi & in vno codice impresso quidem illo, sed in quo inerant optimæ notæ ascriptæ ab Ioanne Morello, viro nobili, & in primis docto, quas dicebat se ex Gulielmi Pelisserij, eruditissimi viri, epis-

Digitized by Google

A piſc. Mompeſſ. codice manu ſcripto deſcripſiſſe: In illo igitur codice aſcriptum reperi, *ni in diſpares feras.* quæ ſcriptura ſi eſt antiqua, nulla, meo quidem iudicio, ei eſt anteponenda.

FVRORNE CÆCVS] inſaniáne vos agit præcipiteis, an vis aliqua maior, nempe θεῦ βία, ſeu θεοβλάβεια, ſeu θεόπεμπτος συμφορά, an culpa?

ET ORA PALLOR ALBVS, &c.] Virgilius Æneid. 4. *Hæc effata ſilet, pallor ſimul occupat ora.*

MENTESQVE PERC. STVP.] conſcientia ſceleris obſtupuerunt. Hom. ὀδ. ω. Τέκνον ἐμὸν, θυμός μοι ἐνὶ στήθεσσι πέπτηκεν. percellere autem eſt ita cõmouere, vt proruas ac proſternas: peruertere, euertere. infrà Od. 11. *Amore percuſſum graui.*

SCELVSQVE FRATERNÆ NECIS] vult bella ciuilia ex ſcelere Romuli, qui fratrem Remum interfecit, à Dijs immortalibus in Romanos eſſe immiſſa, atq; inuecta. Virg. Georg. 1. refert accepta periurio Laomedontis, *ſatis iampridem ſanguine noſtro Laomedonteæ luimus periuria gentis.*

VT IMMERENTIS] Poſteaquam Remus immeritò, & iniuria à fratre Romulo interfe-
B ctus eſt.

SACER] pernicioſus, exſecrabilis, vt ſuprà *ſacrum Ilium* dixit Od. 19. lib. 3. (quamquam mihi magis placet, ideò ſacrum dici, vel quia Troiana mœnia à Dijs ſtructa ſunt: vel quia vrbes omnes, ſacræ ſunt.) & Catull. ad Virronem, *Si cui, Virro, homini ſacer alarum obſtitit hircus, &c.*

## IN ANVM LIBIDINOſam. Ode 8.

*ROgare longo putidam te ſæculo,*
*Vireis quid eneruet meas?*
*Cùm ſit tibi dens ater: & rugis vetus*
*Frontem ſenectus éxaret:*
*Hiétque turpis inter aridas nateis*
C *Podex, velut crudæ bouis?*
*Sed incitat me pectus, & mammæ putres,*
*Equina quales vbera:*
*Ventérq; mollis, & femur tumentibus*
*Exile ſuris additum.*
*Eſto beata: funus, atque imagines*
*Ducant triumphales tuum:*
*Nec ſit marita, quæ rotundioribus*
*Onuſta bacis ambulet.*
*Quid, quòd libelli Stoici inter Sericos*
*Iacére puluillos amant?*
*Illitterati num minus nerui rigent?*
*Minúſve languet faſcinum,*
*Quod vt ſuperbo prouoces ab inguine,* D
*Ore allaborandum eſt tibi?*

ROGARE, &c.] Præciſio eſt, qua vtimur in indignationibus. ſubaudiendum enim, verúmne eſt? oportétne: ferendúmne eſt? aut ſimilia. ſic in frà Saty. 4. lib. 2. *Tén' lapides Parios lutulenta rade repalma?* Cic. pro Roſc. Amerino, *Eſſéne quemquam tanta audacia præditum?* Idem Philip. 14. *quemquámne fuiſſe tam ſceleratum, qui hæc fingeret?* Lucret. lib. 2. princ. *O miſeras* [al. *cæcas*] *hominum menteis, ô pectora cæca: Qualibus in tenebris vitæ, quantiſque periclis, Degitur hoc ævi, quodcumq; eſt. nónne videre, Nil aliud ſibi naturam latrare, niſi vt cùm* [al. *cui*, ſeu *quoi*] *Corpore ſeiunctus dolor abſit, mente fruatur Iucundo ſenſu, cura ſemotu'*, [al. *ſemota*] *metúque?* Terentius in Andria, *Nihilne eſſe proprium cuiquam?* Idem in Phormione, *Tantáne affectum hominem quemquam eſſe audacia?* Iterũ Horatius Satyra 8. lib. ſecundi. *Téne, vt ego accipiar lautè, torquerier omni Sollicitudine diſtrictum?* ſic Ariſtoph. in Pluto, τὸ γὰρ αἰπλέγειν πολλᾶν ὑμᾶς, ὡς τἀπάντ' ἐς' ἀγαθ' ὑμῖν ὄξω τὴν πτίαν, Cõtrà dicere vos
E audere, quin omnia bona vobis à paupertate proficiſcantur? vbi tale quiddam ſubaudiri annotat ſcholiaſtes, πῶς, αὖ ἀκύων ἀνάξιοι πο? vel, πῶς γὰρ αὖ εἴη φορτικόν? id eſt, quis patienter audiat? vel, nónne ſit graue & inſolens dictu?

LONGO PVTIDAM TE SÆC.] lõga ætate. ὑπερβολή. nam cùm ætas, triginta: ſeculum, centũ annorum ſpatio terminetur, vix credibile eſt hãc mulierem tamdiu vixiſſe. Aiunt autem ſignificari ac deſcribi Gratidiam, quam acerrimo odio perſequebatur Horatius, quamque nomine mutato alibi Canidiam appellat.

ENERVET] infirmet, frangat, ad Venerem ineptas reddat?

CÙM SIT TIBI DENS ATER] ſup. Oda 8. lib. 2. *Dente ſi nigro fieres, vel vno Turpior vngui* M. Tull. in Piſon. *dentes putridi.*

ET RVGIS VETVS FRONT. SENECTVS] & cùm ſenectus frontem tibi rugoſam effecerit? frons exarata rugoſa eſt intelligenda per tralatio
F nem. Mulier quædam Veneta, anus, cùm eſſem Venetijs, mirarérque eius cutem nitidam, faciémque omnium rugarum expertem, multis à me precibus obſecrata, vt mihi nitoris illius, & læuoris cauſam aperiret, dixit, ſe vnguento amygdalino, ex amydalis amaris confecto, cui adiectum eſſet aliquantum mellis, cum radice lilij, & cera ſiue candida, ſiue flaua, omneis rugas & oris, & totius corporis abſterſiſſe.

HIETQVE TVRPIS INTER] & cùm tibi ſit podex ita hiulcus, & patens, vt podex crudæ bouis, id eſt, quæ cruditate laborat, quæ cibũ non concoquit, ideóque cibum non cõtinet, ſed crudum eijcit. ineſt autem fortaſſe flagitioſa in his verbis obſcænitas. ſignificat enim hanc vetulam eſſe εὐρύπρωκτον.

SED INCITAT ME PECTVS, &c.] amara ironia eſt, hoc modo, Sed debent me pectus aridum, & mammæ pendulæ, & flaccidæ, putréſ-



Digitized by Google

A que, & venter mollis ad Venerem incitare. Hoc autem mammarum vitium emendare potest edera, siue cruda, modò contusa, atque ita mammis admota: siue in vino rubro incocta vsque eò, vt parum liquoris supersit: & item cum illo reliquo exiguo liquore admota. Verùm huius incommodi muliebris remedium longè certissimũ, ac probatissimum est, squatina piscis, mulieris mammis impositus. à quo narrauit mihi iuueni Rondeletus natu iam grandis, cùm vnà essemus in comitatu Franciſci Turnonij Cardinalis, mammas pẽdulas & languidas adeò contrahi & constringi, vt virginalium mammarum similitudinem gerant. Quin (vt idem mihi cõfirmauit) siqua mulier habeat ficum, & rimam illam pudendam nimis latam & patentem vel natura, vel multo partu, aut etiam concubitu, hic piscis admotus speluncam illam immanem ita constringet & angustam reddet, vt puellæ nondum viro maturæ rimula videatur.

EQVINA QVALES VBERA] id est, mammæ putres & pendulæ, tales, qualia sunt equina vbera. sic enim loquuntur Latini. At Horatius
B Græcorum morem loquendi secutus est, apud quos id prouocabulum, quod referendi vim habet, cum eo nomine, quod antecedit, congruere solet, nulla habita eius, quod sequitur, ratione: vt Plato lib. nono de rep. in princip. τὰ δὲ ἐνδεῶς, ἔχοντος, ἀσαφεστέρας ἕξεις ἢ ζητήσεις, ἢ ζητήσεων. sic L. Luceius M. Tull. Ciceroni lib. 5. epist. *si solitudine delectaris, cùm scribas, & aliquid agas eorum, quorum consuesti, gaudeo.*

ET FEMVR TVMENTIB. &c.] femur exile cum suris tumidis, vel tabem, vel aquam inter cutem, vel languorem totius corporis, & ἀτροφίαν, vel similem aliquem morbum significat.

ESTO BEATA: FVN. ATQVE] concessio est. esto quantumuis diues, & nobilis: imagines in funere tuo circumlatę antiquitatem tui generis declarent. solebant. n. in pompa funebri maiorum imagines, præsertim eorum, qui triumphassent, & res præclaras gessissent, præferri. M.
C Tull. de orat. 2. *Quid illam anum* (Iuniam, quæ effertur) *patri nuntiare vis tuo? quid illis omnibus, quorum imagines duci vides? quid maioribus tuis?*

ROTVNDIORIBVS] rotunditas vniones cõmendat, vt & candor, & magnitudo, & læuor, vt scribit Plin. lib. 9. cap. 35. Quare si per bacas vniones significat, cur *rotundioribus* dicat, appâret: sin alias gemmas intelligat, obscurum est.

BACIS] gemmis, lapillis. sat. 3. lib. 2. *aceto Diluit insignem bacam.*

AMANT?] solent, vt suprà Od. 3. lib. 2. *Vmbram hospitalem consociare amant.* Quid, quòd in ter tuos puluillos molleis, & delicatos, philosophorum libros eorum, quorum disciplina seueriſſima est, adhibere, & ostentare soles?

ILLITTER. NVM MIN. NERVI RIGENT?] num mentulæ minus arriguntur, si sunt ineruditæ? num mentulæ sine litteris nõ arriguntur? Amicus & collega meus totum hunc locum sic explicandum putabat. Libelli Stoici cupiunt versari inter puluillos molleis & delicatos, ergo multò magis Epicuréi. Cùm igitur ego sim Epicuréus, & doctus, existimare debes me multo fastidiosiorem amatorem esse, quàm Stoicum aliquem. Quare alius tibi amator quærendus est, isque indoctus atque illitteratus. nam mentulæ illitteratæ, non minus arriguntur, quàm litteratę. Sic ille. Sed hæc explicatio ita aliena & à verbis, & à sensu Horatij est, vt seipsa refellat: mirórque eam homini illi doctissimo venire vmquam in mentem potuisse. D

MINVSVE LANGVET FASCIN. &c.] hic versiculus coniungendus est cum duobus, qui de inceps sequuntur, & interrogationis nota ei appo sita, ad finem vltimi transferenda. Sed mihi prius exorandæ sunt aures verecũdiores, vt mihi ignoscant, si, dum huiusmodi locos explico, verbis flagitiosis, & obscænis vtar. nam vel intacti erant mihi relinquendi: vel, si sententiam verborum exprimere meæ partes erant, id commodè facere sine verborum turpitudine non poteram. *fascinũ* igitur hoc loco mentulam significat, vt in Priapéis, *Pedicabere fascino pedali:* Cuius rei hæc ratio est. mentulæ species è collo puerorum suspensa, aspicientibus risum mouet: atque iccircò fascinum, & fascinantium inuidiam depellere, aut placare existimabatur. Nam quæ ridicula, & subturpia sunt, fascinationib⁹ remedio sunt. Et Varro lib. 5. de lingua Latina, testatur, *collo pueri rem turpiculam suspendi solitam, ne quid obesset, bonæ causæ causa.* Idem eodem libro ea remedia, *proëbra* dicta esse docet, seu *prohebra* à prohibendo: & itẽ Festus: quæ Græci ἀλεξίκακα appellant. significat autem, hanc anum ita esse deformem, vietam, rugosam, putidam, vt ad eam nemo arrigere possit, nisi ea mentulam languidam, & iacentem ore ex suscitet. hæc igitur erit sententia, Mentula, quam tu turpissimè ore & lingua mulcendo excitas, & erigis, minúsne iccircò lãguida est, quòd ore tuo prouocata arrigitur? profectò nihilominus languida est. nam quantumuis licet ore obscæniſſimo, atq; impuriſſimo eam prouoces, tandiu stat, quamdiu eam permulces, & lingis: simulatque verò desijsti mulcere, & cùm primùm tuam libi- F
dinem explere conaris, concidit, ventris tui mollitudine, femorum exilitate, frontis rugis, reliqua denique totius corporis deformitate offensa, debilitata, atque eneruata. Quidam tamen per os vocem blandam intelligunt: & proferunt illud Iuuenalis. *Vox blanda & nequam digitos habet.* significat igitur, hanc anum nullis neque blandimentis, neque delinimentis assequi posse, vt amet ur, aut eius amplexus expetatur, propterea quòd anus est. Huc pertinent Afranij versus, *Si possent homines delinimentis capi, Omnes haberent nunc amatores anus. Ætas & corpus tenerum, & morigeratio, Hæc sunt venena formosarum mulierum. Mala ætas nulla delinimenta inuenit.* E

SVPERBO] fastidioso: quia te fastidit, atque aspernatur.

ORE ALLABORAND. EST TIBI?] ore tibi præterea laborandum est? ore tibi permulcenda & adiuuanda mentula est?

AD

Digitized by Google

## AD C. CILNIVM MÆcenatem. Ode 9.

Præsentit voluptatem, quam percipiet, cùm Augustus de Antonio, & Cleopatra triumphum aget.

*QVando repostum Cæcubum ad festas dapes,*
*Victore lætus Cæsare,*
*Tecum sub alta (sic Ioui gratum) domo,*
*Beate Mæcenas, bibam,*
*Sonante mistum tibijs carmen lyra,*
*Hac Dorium, illis Barbarum?*
*Vt nuper, actus cùm freto Neptunius,*
*Dux fugit vstis nauibus,*
*Minatus vrbi vincla, quæ detraxerat*
B *Seruis amicus perfidis.*
*Romanus (eheu, posteri negabitis,)*
*Emancipatus fœminæ,*
*Fert vallũ, & arma miles: & spadonibus*
*Seruire rugosis potest:*
*Interque signa turpe militaria*
*Sol aspicit conópeum,*
*Ad hunc frementeis verterunt bis mille equos*
*Galli canentes Cæsarem:*
*Hostiliúmque nauium in portu latent*
*Puppes sinistrorsum citæ.*
*Io triumphe, tu moraris aureos*
C *Currus, & intactas boues.*
*Io triumphe, nec Iugurthino parem*
*Bello reportasti ducem,*
*Neq; Africano: cui super Karthaginem*
*Virtus sepulcrum condidit.*
*Terra, marique victus hostis, Punico*
*Lugubre mutauit sagum.*
*Aut ille centũ nobilem Cretam vrbibus*
*Ventis iturus non suis,*
*Exercitatas aut petit Syrteis Noto:*
*Aut fertur incerto mari.*
*Capaciores affer huc, puer, scyphos,*
*Et Chia vina, aut Lesbia:*
*Vel, quod fluentem nauseam coërceat,*
*Metire nobis Cæcubum.*
*Curam, metúmq; Cæsaris rerum iuuat*
D
*Dulci Lyæo soluere.*

REPOSTVM] repositum, reconditum, vt Od. 28. lib. 3. *prome reconditum Lyde strenua Cacubũ.*

VICTORE LÆTVS CÆSARE] in prœlio nauali aduersus Anton. & Cleop.

SVB ALTA DOMO] δώματ' ἐν ὑψορόφῳ, in alta domo: vel sub tecto altæ domus.

SONANTE MISTVM TIBIIS] sic Od. 1. lib. 4. *lyraq;, & Berecinthia Delectabere tibia Mistis carminibus, non sine fistula.* & Od. 19. lib. 3. *cur Berecynthia Cessant flamina tibia?* Cod. Faërn. & vnus Vatic. habẽt, *Sonante mixtis tibijs carm. &c.* quæ scriptura mihi non displicet.

HAC DORIVM, ILLIS BARBARVM] lyra sonante carmen Dorium, tibijs barbarum. Per barbarum autem vel Phrygius modus, vel Lydius significatur, licet aliter dicat Glareanus. Nam Atheneus lib. 14. tradit ex Heraclida Pontico lib. 3. de musica, quemadmodum tria totius Græciæ genera sunt, nempe Dores, Æoles, Iones: ita treis harmonias esse dumtaxat, Doriam seu Doricam, Æoliam, Ioniam: Phrygiam autẽ, & Lydiam à barbaris, qui Pelopem in Peloponesum venientem secuti sunt, manauisse. Ac Doria quidem grauior, virilior, seueriot, & pene dicam, tristior fuit: cui non admodum dissimilis erat Ionia antiqua, quæ degenerauit postea, à barbaris mutata & corrupta. Æolia verò remissiot, hilarior, laxior, mollior denique, & ad res amatorias aptior habebatur. Sed præstat hac de re ipsa Heraclidæ verba ascribere: Ἁρμονίας γὰρ εἶναι τρεῖς. τείας γὰρ καὶ γινέσθαι Ἑλλήνων γένη, Δωριεῖς, Αἰολεῖς, Ἰωνας. Οὐ μικρᾶς οὖν ὔσης διαφορᾶς ἐν τοῖς τρόποις ἤθεσι, Λακεδαιμόνιοι μάλιστα τῶν ἄλλων Δωριέων τὰ πάτρια διαφυλάττουσι. id est, Harmonias enim esse treis. Tria enim etiam fuisse Grecorum genera, Dores, Æoles, Iones. Cùm igitur non parua inesset in horum moribus differentia, Lacedæmonij maximè aliorum Dorum patrium morem conseruant. Lucianus quoque in Harmonide his consentanea scribit, καὶ ἑκάστης ἁρμονίας διαφυλάττειν τὸ ἴδιον, τῆς μὲν φρυγίου τὸ ἔνθεον· τῆς δὲ Λυδίας τὸ βακχικόν, τῆς δὲ Δωρίου τὸ σεμνόν· τῆς δὲ Ἰωνικῆς τὸ γλαφυρόν. id est, &, quod cuiusq; harmoniæ proprium est, seruare: Phrygiæ, concitationem, & furoris diuini similitudinem quandam: Lydiæ, agitationem Bacchicam: Doriæ, grauitatem seueritatis plenã: Ionicæ, hilaritatem lepidam, & concinnam. & Aristoteles lib. 8. de rep. eo loco, vbi de harmoniarum dissimilitudine disputat, ostendens ex dissimilibus cantibus aliter atque aliter affici auditores, Doriam Harmoniam solam ex omnibus ait moderatos, sedatos, temperatos affectus in animis auditorum ingenerare. Verba Aristot. sunt hæc, Εὐθὺς γὰρ ἡ τῶν ἁρμονιῶν διέστηκε φύσις, ὥστε ἀκούοντας ἄλλως διατίθεσθαι, &c. In eodem libro Phrygiam harmoniam ait non rectè à Socrate esse relictam ac retentam cum Doria, præsertim cùm ex organis tibias reiecerit, habet (inquit Aristotel.) eandem

A dem vim in vocibus Phrygia harmonia, quam tibia in organis. Nam vtraque ad animos concitandos & permouendos valet. Sed plura de his lege apud Platonem lib. 3. de rep. & apud Aristot. lib. 8. Barbarum autem interdum idem valere, quod Phrygium, declarant exempla ex bonis scriptoribus: Horat. epist. 2. lib. 1. *Gracia barbaria lento collisa duello. Barbaria*, id est, Phrygiæ: & Virg. lib. 1. Æneid. *Barbarico postes auro, spoliisque superbi: Barbarico*, id est, Phrygio.

ACTVS] fugatus, διωχθείς. agere enim interdum valet insequi, διώκειν, vt sup. Od. 6. *Agam per altas aure sublata niveis.* quemadmodum (inquit) nuper fecimus cùm victus est Sext. Pompeius in freto Sicilienſi. nempe ante pugnã Actiacam.

NEPTVNIVS DVX] Sext. Pompeius Magni filius, qui se Neptuni filium prædicabat.

MINATVS VRBI VINCLA] minatus ciuibus Rom. seruitutem, quam seruis & fugitiuis demerat. sup. Od. 4. *Contra latrones, atque seruilem manum.*

ROMANVS] nunc redit ad victoriam Actiac.

B spo præceptam, & ad Anton.

EHEV, POSTERI NEGABITIS] negabitis vmquam factum esse, vt incredibile quiddam, & à ciuis Romani ingenio, atque indole alienum.

EMANCIPATVS] Antonius traditus fœminæ Cleopatræ. Emancipatus, id est, potestati permissus, & pæne dicam, in manum datus. Emancipare enim non est id propriè, quod quidam & litteratum, & iuris ciuilis imperiti existimant, patria potestate liberare. Nam quamuis hoc quoque significet, non est tamen hæc propria huius verbi significatio: sed tralata, & ex simulata illa, seu (vt loquuntur) imaginaria venditione, quæ in emancipationibus intercedebat, nata. mancipare enim dicebatur emtor, id est, quasi manu capere: emancipare venditor, id est, è manu dimittere, & alteri tradere. Sic Plautus in Bachid. *nunc mulier tibi me emancupo: tuus sum, tibi*

C *operam do.* M. Tull. in Catone maiore. *ita senectus honesta est, si se ipsa defendit, si ius suum retinet, si nemini emancipata est.* sic enim legit Nonius Marcellus, non vt vulgò, *mancipata.* & lib. 1. de finibus, *Quid L. Torquatus, is qui consul cum Cn. Octauio fuit: cùm illam seueritatem in eo filio adhibuit, quam in adoptionem D. Silano emancipauerat, &c.* & Philipp. 2. *tum iste venditum, atque emancipatum tribunatum consilijs vestris opposuit.* Rectè igitur Festus, *Emancipati duobus modis intelliguntur, aut ij, qui ex patris iure exierunt, aut ij, qui aliorum fiunt dominij: quorum vtrumque fit emancipatione*, id est (vt ego interpretor) traditione.

FERT VALLVM] miles Romanus, vt intelligamus quantum interfit inter disciplinam militarem hodiernam, & veterem illam Romanam, ferebat pl° dimidiati mensis cibaria, ferebat si quid ad vsum vellet, ferebat vallum, vt scribit M. Tull. Tusc. 2. *nam scutum, gladium, galeam, in onere nostri milites non plus numerant* (inquit idẽ) *quàm humeros, lacertos, manus. arma enim, membra militis esse dicunt.* sed hæc sub imperio fœminæ perferre turpe est. D

SPADONIBVS SERVIRE RVGOSIS] qui erant in comitatu Cleopatræ. sup. Od. 37. lib. 1. *Cõtaminato cum grege turpium Morbo virorũ.* Propert. lib. 3. *Et famulos inter famina trita suos.*

CONOPEVM] κωνωπεῖον nominant Græci velum ad culices excludendos, atque arcendos cõparatum: quos illi κώνωπας dicunt. Quòd autem syllaba huius nominis ea, quæ est vltimæ proxima, corripitur ab Horatio, & item à Propertio lib. quem modò commemoraui, *Fœdaque Tarpeio conopea tendere saxo*, id minus est vsitatum. Nam diphthongus Græca ει fere semper à Latinis vertitur in ĭ aut *e* longa, vt cichoréa, choréa, Alexandréa, siue Alexandria. Sed cur turpe conopeum? quia molle, & delicatum, & thalamis aptum, non castris, aut militiæ: neq; Romanæ grauitati, ac disciplinæ decórum.

AD HVNC] Antonium. Iam hoc totum, *ad hunc verterũt*, idem valet, quod, huic aduersi fuerunt, seu constiterunt: huic aduersati sunt: ab Antonio desciscentes ad Cæsarem transfugerunt: & ita, cum Cæsare stantes, equos in Antonium verterunt. Nam nomen *aduersus* ex præposit. ad, & vertendo factum est. vnde *venti aduersi, fortuna aduersa, prœlium aduersum:* & *aduersi hostes*, qui terga non vertunt, & *aduersa naues*, quæ proram habẽt obuersam, seu aduersam. Cæsar lib. 3. de bello Gall. *circiter* CCXX. *naues eorum paratissimæ, atque omni genere armorum ornatiss. è portu profectæ, nostris aduersæ constiterunt.* Contrà *auersi*, qui terga vertunt. Idem lib. 1. de bell. Gall. *cùm ab hora septima ad vesperum pugnatum sit, auersum hostem nemo videre potuit.* E

FREMENTEIS] vsitatum equorum epithetum. sic suprà Od. 14. lib. 4. *& frementem Mittere equum medios per igneis.* Virg. Georg. 1. *túque, ô, cui prima frementem Fudit equum magno Tellus percussa tridenti, Neptune, &c.*

GALLI] proinde ac si diceret: Galli Antoniũ reliquerunt, atque ad Cæsarem transfugerunt: Romani autem spadonibus Ægyptijs seruire maluerũt. Fortasse significat Gallos equites Amyntæ, aut Deiotari, qui ambo ab Antonio ad Cæsarem transfugerunt: quod cõfirmare possum Plutarchi, & Dionis, & aliorũ testimonio. Iam quòd equites commemorat, cùm agatur de pugna nauali, notum est ex Plutarcho, alijsque, Cæsari, & Antonio eodẽ tẽpore, quo classes erant ad pugnã naualem paratæ, fuisse etiam in terra, & in littore exercitus aduersarios, pedestreis & equestreis. F

HOSTILIVM QVE NAVIVM] & hostilium nauium puppes, id est, naues hostiles: vel propriè posteriores nauium partes, fugam & Alexandriam spectãtes, in portu delitescunt. *cite* habent omnes libri manuscripti: quod nomen alij interpretantur, ad fugam paratæ, & expeditæ: ad fugiendum, quàm ad pugnandum aut vincẽdum paratiores. quam sentẽtiam confirmat Plutarch. in Antonio, his verbis, de Cleopatra loquens. ἤδη πρὸς φυγὴν ὁρῶσα, καὶ πᾶσιν ἐμπεσὸν τὸ καθ' ἑαυτὴν οὐκ ὄκνῳ πρὸς τὸ νικᾶν ἕτοιμα, ἀλλ' ὅθεν ἄνεσις ῥᾷστα τῶν πραγμά-

Digitized by Google

A πραγμάτων ἀπολυμένων, id est, iam fugam spectans, & res suas ita instruens & adornans, non vt ad vincendum essent accommodatæ, & vtiles, sed quo modo rebus perditis facillimè se reciperet. alij simpliciter, celeres, vt Homer. & ceteri Græci θοὰς νῆας dicunt. sed nonnulli *sitæ* legunt, & ita habẽt quidam lib. typis excusi, vt intelligamus Cleopatræ naueis LX. post siniſtrum cornu collocatas: cui præerat Cœlius.

IO TRIVMPHE, TV MOR.] id est, tu nimis tardus es: currus ipsi triumphales parati sunt, tu eis in mora es. Erat autem *Io triumphe* vox militum Imperatorem triumphantem prosequentium. quod declarat T. Liuius lib. 45. his verbis, *Militum quidem propria est causa: qui & ipsi laurea ti, & quisque donis, quibus donati sunt, insignes, triũphum nomine cient.* & Varro lib. 5. de ling. Lat. *Triumphare appellatum, quòd cum imperatore redeuntes milites clamitant per vrbem in Capitolium eunte, Io triumphe.*

AVREOS CVRRVS] aureos fuisse triumphantium imperatorum Ro. currus docet Philostratus in vita Dionis, his verbis: Τραϊανὸς γοῦν αὐτοκράτωρ αἰσθόμενος αὐτὸν δὴ τῆς Ῥώμης ἐς τὸ χρυσοῦν ἅμαξαν, ἐφ' ᾗ οἱ βασιλεῖς τὰς ἐκ τῶν πολέμων πομπὰς πομπεύουσιν, ἔλεγε θαμὰ διστρεφόμενος πρὸς τὸν δίωνα, τί μὲν λέγεις οὐκ οἶδα, φιλῶ, δέ σε ὡς ἐμαυτόν, id est, Traianus igitur imperator, cùm eum Romæ in curru aureo, in quo imperatores triumphant, posuisset, dicebat, sæpe se ad Dionem conuertens, equidem quid dicas nescio, te autem amo, vt meipsum.

ET INTACTAS BOVES] ἀδμήτους, ἀζεύκτους: nondum sub iugum missas, vt apud Virg. lib. 4. Georg. *& intacta totidem ceruice iuuencas.* vel nõdum à tauro initas. intellige autem boues ad sacrificium pro victoria faciendum paratas.

DVCEM] Marium. cuius legato Syllæ Iugurtha vinctus traditus est, & ab eo ad Marium deductus. auctores Sallust. & Plutarch.

NEQVE AFRICANO] neque Africano bello parem Augusto ducem reportasti, nempe P. Cornelium Scipionem Africanum minorem.

C CVI SVPER KARTHAGINEM VIRTVS, &c.] id est, qui sua virtute Karthaginem, vrbem olim potentissimam ac florentissimam deleuit, atque euertit, sepulcrúmque sibi super eius ruinas positum, atque exstructum amplissimum, atque ad sempiternam hominum memoriam clarissimum comparauit. Nam videtur mihi hoc significare Horatius, gloriam, & immortalitatem P. Cornelij Scipionis Africani minoris mortui in euersione & excisione Karthaginis positam esse, quia illius vrbis bustum ac funus, ipsi Africano sit instar magnificentissimæ sepulturæ, quæ non sinat illum iacêre insepultum. M. Tull. in orat. contra Rull. *Quam* (de Karthagine loquitur) *P. Africanus nudatam tectis, ac mœnibus, siue ad notandam Karthaginiensium calamitatem, siue ad testificandam nostram victoriam, siue ad oblatam aliquã religionem, ad æternam hominum memoriam consecrauit.* Idem Offic. 1. *At Karthaginem & Numantiã funditus sustulerunt.* ex quibus duobus M. Tull. locis, & ex historia cùm inter omneis constet, Karthaginẽ funditus à Scip. fuisse euersam, hanc huius loci sententiam esse arbitror, Karthaginem euersam & deletam P. Corn. Scipioni Africano, L. Paulli filio, sepulcri loco esse. Quẽadmodum enim dum manent sepulcrorum monumenta, manet & eorum, qui in eis conditi sunt, memoria: sic dum exstabunt Karthaginis ruinæ, seu potius dum exstabit dirutæ Karthaginis memoria, Scipionis virtus ac victoria celebrabitur. atq; hãc explicationem huius loci confirmat Paterculus his verbis, *Eam vrbem* (nempe Karthaginem) *magis inuidia imperij, quàm vllius eius temporis noxia inuisam Romano nomini P. Scipio funditus sustulit, fecitque suæ virtutis monumentum, quod fuerat aui sui clementiæ.* Adr. Turnebus autem sic hunc locum explicat, *cuius sepulcro Karthaginis euersæ titulus subscriptus, aut incisus est.* Ego puto, aliam sententiam acutiorem, & argutiorẽ his verbis contineri ac significari. Omnino videtur mihi Horatius, si eam, quam vult ille, sententiam exprimere voluisset, alijs verbis fuisse vsurus. verũtamen vtatur suo quisque iudicio.

PVNICO LVG. MVT. SAG.] hoc dicit, Punico, id est, purpureo sago posito, lugubre sumsit. vide annot. ad Od. 16. lib. 1. Vtebantur autem imperatores in prælio etiam temporibus Heroicis, vt licet ex Homero intelligere, chlamidibus, aut sagis purpureis. Homer. ἰλ. θ. de Agamemn. βῆ δ' ἰέναι κατὰ τε κλισίας καὶ νῆας Ἀχαιῶν Πορφύρεον μέγα φᾶρος ἔχων ἐν χειρὶ παχείῃ: id est, Iuit autem per Græcorum tabernacula, & naueis magnum pallium purpureum manu tenens. Iam de Romanis ducibus, constat, eos hoc colore vestitus vsos esse in bellis & prælijs. Plutarch. Bruto, Τὸν δὲ βροῦτον ὁ Ἀντώνιος ἀνευρὼν τεθνηκότα, τὸ μὲν σῶμα τῇ πολυτελεστάτῃ τῶν ἑαυτοῦ φοινικίδων περιβάλλειν ἐκέλευσεν. ὕστερον δὲ τὴν φοινικίδα κεκλεμμένην αἰσθόμενος, ἀπέκτεινε τὸν ὑφελόμενον: id est, Cùm autem Brutum Antonius mortuum reperisset, corpus quidem sumtuosissimo ex suis sago purpureo tegi iussit. Postea autem cùm id furtim sublatum esse cognouisset, eum, qui substraxerat, interfecit. Eiusdem coloris vestitu vtebatur Cæsar, vt conijcere licet ex illis verbis, quæ extant lib. 1. comm. de bello Gallico, *Accelerat Cæsar, vt prælio interesset. Eius aduentu ex colore vestitus cognito, (quo insigni in prælijs vti consueuerat) turmisq; equitum & cohortibus visis, quas se sequi iusserat, &c.* Pollux lib. 4. ἐφαπλὶς συρραμμάτιον τι φοινικοῦν ἢ πορφυροῦν, ᾧ τοὺς τὸ χεῖρα εἶχον οἱ πολεμοῦντες στρατηγοί. id est, ephaptis erat chlamys quædam Punicea, aut purpurea, quam circum manum habebant pugnantes imperatores, aut venantes.

AVT ILLE CENTVM NOBILEM, &c.] sic sup. Od. 27. lib. 3. *centum tetigit potentem Oppidis Creten.*

NON SVIS] id est, aduersis, inimicis.

EXERCITATAS NOTO] vsitatius erat *exercitas*, id est, vexatas à Noto, vt Od. 14. lib. 4. *Indomitas propè qualis vndas Exercet Auster Pleiadum choro.* & M. Tull. pro Milone. *Quid enim nobis duobus, iudices, laboriosius? quid magis sollicitum. magis exercitum dici, aut fingi potest?* T. Liuius lib. 49. de Catone, *simultates multo plures & exercue-*

A *runt eum, & ipse exercuit eas.* Virg. Æneid. 3. *nate Iliacis exercite fatis.* de Syrtibus diximus suprà ad Od. 22. lib. 1.

AVT FERTVR INCERTO MARI] errat, nesciens quo in sinu, quáve in regione maris naiget.

• CAPACIORES AFFER HVC, &c.] affer maiores calices, vt bibamus liberalius. sic saty. 7. lib. 2. *Et calices poscunt maiores:* quod Græci dicũt, αἰτοῦσιν μείζους, subaud. κύλικας. Athenæus li. 2. αἰτοῦντος δὲ τῷ γραμματικῷ Λεωνίδᾳ μεῖζον ποτήριον, &c. M. Tul. aũt lib. acc. 1. *fit sermo inter eos, & inuitatio, vt Græco more biberetur. hospes hortatur. poscunt maioribꝰ poculis.* ad quem locũ annotat Ascon. Pædianus, *poscunt*, id est, *prouocãt.* sed mihi videtur hoc quoque loquendi genus à Græcis expressum. sic enim loquuntur. αἰτεῖν πιεῖν μεγάλῃ κύλικι: id est, poscere bibere, seu potum maiore poculo. Athen. lib. 15. ὥσπερ τέθριπος ὁ ὀλυμπιονίκης ἤτει πιεῖν μεγάλῃ κύλικι. post hęc Vlpianus, poscebat vt biberet maiore poculo. & ita Plaut. in Rudente. *Neptunus magnis poculis hac nocte eum inuitauit.*

VEL, QVOD FLV. NAVS. COËRC.] quãobrem vinum Cæcubum dicatur hîc vim habere nauseæ coërcendæ, ex ijs, quę suprà ad Od. 20. lib. 1. de hoc vino annotauimus, intelligere licet, nempe esse πληκτικὸν, id est, sensum pungere, ac ferire. nam, quæ pungunt, mordéntque ac feriunt sensum, ea nauseam sedant.

CVRAM, METVMQVE, &c.] sup. Od. 7. lib. 1. *nunc vino pellite curas.* Iam de hoc genere loquendi *soluere metum*, & *soluere curam*, diximus ad Od. 12. lib. 1.

LYÆO SOLVERE] alludit ad Græcum nomen Lyæi, id est, Bacchi: quod ductum est à verbo λύειν, id est, soluere: interpretatióque nominis est. sic M. Tull. pro Roscio Amerino alludens ad Chrysogoni Sillæ liberti nomen, *Venio nunc ad illud nomen aureum Chrysogoni.* Idẽ Philip. 11. *Lysidicum ipsum Græco verbo, qui omnia iura dissoluit.*

## IN MÆVIVM.

C

### Ode 10.

Naufragium ei precatur.

*Mala soluta nauis exit alite,*
*Ferens olentem Mæuium.*
*Vt horridis vtrumque verberes latus,*
*Auster memento, fluctibus.*
*Niger rudentes Eurus inuerso mari,*
*Fractósque remos differat.*
*Insurgat Aquilo, quantus altis montibus*
*Frangit trementeis ilices.*
*Nec sidus atra nocte amicum appareat:*
*Qua tristis Orion cadit.*
*Quietiore nec feratur æquore,*
*Quàm Graia victorum manus:* D
*Cùm Pallas vsto vertit iram ab Ilio*
*In impiam Aiacis ratem.*
*O, quantus instat nauitis sudor tuis,*
*Tibique pallor luteus,*
*Et illa non virilis eiulatio,*
*Preces & auersum ad Iouem:*
*Ionius vdo cùm remugiens sinus,*
*Noto carinam ruperit.*
*Opima quòd si præda curuo littore*
*Porrecta mergos iuueris:*
*Libidinosus immolabitur caper,*
*Et agna tempestatibus.*

MALA ALITE] malo auspicio, sup. Od. 15. lib. 1. *mala ducis aui domum*, *Quem multo repetet Græciæ milite.* κακῷ οἰωνῷ ὄρνυθι. Mæuio poëtæ inepto, & odioso nauigationem aduersam exoptat. Seruius & Porphirio eundem esse putant, quem Virgilius oderat, vt apparet ex Palæm. *Qui Bauium non odit, amet tua carmina Mæui:* ad quem versum etiam hunc locum affert Seruius. E

OLENTEM] tætri odoris hominem: qui odor ex alis exsistit, sed non in omnibus æquè grauis: in rufis, in edacibus, in immundis, atque illotis plerumque intolerabilis. *nasorum pestem* appellat Catullus, vt alibi dicemus.

VT HORRIDIS VTRVMQVE VERBERES LATVS, &c] optat ei nauigationem incõmodam, atque aduersam, vt dicebamus, deniq; naufragium.

NIGER RVDENTEIS EVRVS] Nigrum Eurum dixit fortasse, quia tempestates, & fluctus excitat. lege annot. ad illum locum, *nigris æquora ventis*, Od. 5. lib. 1.

RVDENTEIS] Virg. lib. 3. Æn. *strídorque rudentum.* rudentes, funes sunt nautici, seu nauales. F

INVERSO] concitato, agitato. sed in voce *inuerso* maior vis inest. significat enim mare ita esse concitatum, vt inuersum videatur.

DIFFERAT] diuersos ferat, dissipet. suprà Od. 5. huius libri. *insepulta membra different lupi.* Terent. Adelph. *miseram me, differor doloribus.* Idem in Andria. *Orationem sperat inuenisse se, Qua differat te.* Lucret. lib. 2. *Scintillásque agere ac latè differre fauillam.* Plaut. in milite glor. *nempe vt assimulem me amore istius differri.* Itaque quemadmodum hîc Horat. *remos differat*, sic Virgil. Æn. 1. *Franguntur remi*, dixit.

SIDVS AMICVM] φίλον, gratum, optatum, salutare: nempe Castor, & Pollux, vt suprà Od. 12. libri 1.

NEC SIDVS ATRA, &c.] Virgil. lib. 1. Æneid. *cælo nox incubat atra.* sic describit aduersam tempestatem, & naufragium Apollon. lib. 2. ὧρσε δὲ κῦμα κελαινὸν ποιήσας· κελαινὴ δ' ὑράνιον ἀΐχλυς ἄμπεχεν, ὐδὲπ ἄφρα διαυγέα φαίνετ' ἰδέσθαι. Ἐκ νεφέων, σκοτό-

εις δὲ

Digitized by Google

A ἐις δὲ ἀφεῖζόφος ἠρήρεισο. id est, fluctum autē excitauit ventos euocans: atra autem nubes cælum occupauit, neq; vsquam lucida sidera apparebant, vt per nubeis cerni possent, aēr autem caliginosus increbruerat. Sed omnium, mea quidē sententia, optimè Virg. lib. 1. Æn. *Vna Eurusq; Notusq; ruunt, creberq; procellis Africus, &c.*

TRISTIS ORION] Virg. lib. 1. Ænei. *nimbosus Orion.*

TREMENTEIS ILICES] sup. paullo audacius dixit *trementeis Vérbere ripas,* ☾da 27. lib. 3.

QVIETIORE] placatiore, tranquilliore, sedatiore.

QVAM GRAIA VICTORVM MANVS] quàm Græci victores, qui vel omnes ferè naufragio perierunt, vel magnis tempestatibus iactati, longisq; erroribus circumacti, vix tandem nudi, & egentes in patriam redierunt. Agamemnon autem tot periculis terra, mariq; defunctus, ab Ægisto & Clytemnestra vxore interfectus est.

B IN IMPIAM AIACIS RATEM] Aiacis Oïleij. Aiax Oïlei filius Locrus plerisq; Græcis conuectoribus suis Troia exscissa calamitati, & exitio fuit, propterea quòd Cassandrā Mineruæ supplicem in eius templo stuprauerat: quo facinore Dea offensa dicitur etiam oculos auertisse. Itaq; reuertentibus Græcis, iamq; Euboeæ vicinis, tantos fluctus, tantasque tempestates excitauit, vt complures naufragio perierint. Neptunus autē, cùm ille ad vada Gyræa saluus delatus esset, dixisseque se dijs inuitis seruatum esse, periculumq; effugisse, eam vocem tam impiam indignè ferens, saxum Gyræum, cui ille insidebat, dirupit, ac discidit: quo facto præcipitem illum in medios fluctus exturbauit. auctor Hom. ὀδυσσ. δ. Καὶ νύκεν ἔκφυγε κῆρα, καὶ ἐλθόμενός περ Ἀθλίῃ, Εἰ μὴ ὑφορφίαλον ἔπος ἔκβαλε, καὶ μέγ' ἀάσθη. Φῆρ' ἀέκητι θεῶν φυγεῖν μέγα λαῖτμα θαλάσσης. Τῷ δὲ Ποσειδάων μεγάλ' ἔκλυεν αὐδήσαντος. Αὐτίκ' ἔπειτα τελαιναι ἐλὼν χερὶν ἐριβρήσιν, Ηλασε γυρὸν ἅπαν πέτρην, ὄφρα δ' ἔρεισεν αὐτὴν, Καὶ τὸ μὲν αὐτόθι μεῖνε, τὸ δὲ πρύφος ἔμπεσε πόντῳ, Τῷ ῥ' Αἴας ᾧ πέρ τε ἐφεζόμενος μέγ' ἀάσθη, Τὸν δ' ἐφόρει κατὰ πόντον ἀπείρονα κυμαίνοντα.

C O, QVANTVS INSTAT NAVITIS, &c.] ἀποσροφὴ ad Mæuium. quantum (inquit) sudabunt nautæ tui in ea, quæ tibi impendet, tempestate? quantum tu pallebis?

PALLOR LVTEVS] pallor luridus, fuluus, crocci, vel aurei coloris, vt Catull. ad Iuuent. *Hospes inaurata pallidior statua?*

EIVLATIO] fletus muliebris. M. Tull. de legib. 2. *Cœlius lessum quasi lugubrem eiulationē esse dicit se suspicari.* Idem Tusc. 2. *eiulatus ne mulieri qui dē concessus: & hic nimirū fletus est, quem* XII. *Tabulæ in funeribus vetant adhiberi.* Horat. Od. 16. hoc lib. inf. *Vos quibus est virtus, muliebrē tollite luctū.*

AVERSVM] minus audientem preces. vt sup. Od. 2. lib. 1. *minus audientem Carmina Vestam?*

VDO NOTO] humido Austro. sic Virg. lib. 1. Georg. *quid cogitet humidus Auster.*

REMVGIENS] iterum, atq; iterum murmurans. tralatio est à bobus. vt Od. 10. lib. 3. *Audis quo strepitu ianua, quo nemus Inter pulchra situm tecta remugiat Ventis?*

OP. QVÒD SI PR. CVRVO LITT. &c.] D Quòd si tu naufragio perieris, & corpus tuum in littus eiectum, præda mergis fuerit, libidinosus, &c. *inueris* autem non *inuerit* esse legendum peruincunt libri manuscripti: duo Vatic. Iann. Faër. Nicotiani, Russardini duo. Nonnulli tamen habent, vt vulgati, *inuerit.*

LIB. IMMOL. CAP. ET AGN. TEMP.] caper Baccho potius solebat immolari, vt annot. sup. ad Od. 8. lib. 3. *album Libero caprum.* interdū etiam tempestatibus: & item agna, eaque nigra. Virg. Ænei. 5. *Treis Eryci vitulos, & tempestatibus agnam, Cedere deinde iubet.* Idem li. 3. *Nigram hyemi pecudem, zephyris felicibus albam.* Aristoph. Βαβαξ. Ἀρν', ἄρνα μέλαιναν παῖδες ἐξενέγκατε, Τιφῶς γὰρ ὁμβαίνειν παρασκευάζεται: id est, Agnam, agnam nigram pueri efferte: Nam typhon exsistere incipit.

## AD PETTIVM.

### Ode II.

E

Se amore captum, non posse ad versus faciendos operam, studiúmue conferre.

PEtti, nihil me, sicut anteà, iuuat
Scribere versiculos,
Amore perculsum graui:
Amore, qui me, præter omneis, expetit
Mollibus in pueris,
Aut in puellis vrere.
Hic tertius december, ex quo destiti
Inachia furere,
Siluis honorem decutit.
Heu me, per vrbem (nā pudet tāti mali)
Fabula quanta fui?
Conuiuiorum & pœnitet: F
In queis amantem languor, & silentium
Arguit, & latere
Petitus imo spiritus.
Contraq; lucrum nil valere candidum
Pauperis ingenium
Querebar applorans tibi,
Simul calentis inuere cundus deus
Feruidiore mero
Arcana promorat loco.
Quòd si meis inæstuet præcordijs
Libera bilis, vt hæc
Ingrata ventis diuidat
Fomenta, vulnus nil malum leuantia:
Desinet imparibus



Digitized by Google

A *Certare ſummotus pudor.*
*Vbi hæc ſeuerus te palàm laudaueram:*
*Iuſſus abire domum,*
*Ferebar incerto pede*
*Ad non amicos, heu, mihi poſteis, & heu,*
*Limina dura, quibus*
*Lumbos, & infregi latus.*
*Nunc gloriantis quamlibet mulierculam*
*Vincere mollitia,*
*Amor Lyciſci me tenet:*
*Vnde expedire non amicorum queant*
*Libera conſilia,*
*Nec contumeliæ graues:*
*Sed alius ardor aut puellæ candidæ,*
B *Aut teretis pueri,*
*Longam renodantis comam.*

Hanc oden, quæ in omnibus libris erat dicôlos, diſtrophos, feci vt eſſet tricôlos, triſtrophos, partim Georg. Bucanani ſententia approbata, partim codices quoſdam antiquiſſ. ſecutus.

AMORE PERCVLSVM] tralatio eſt. ſic Virg. Geor. 2. *Quarum ſacra fero ingenti perculſus amore.* percellere propriè ſignificat ita impellere, vt peruertas, quemadmodum ſuprà diximus ad Od. 7. huius lib. *Mentesq́, perculſæ ſtupent:* quod quidem exempla ex bonis ſcriptoribus declarabunt. Lucret. lib. 1. *Aëria primùm volucres te, diua, tuumq́, Significant initum perculſa corda tua vi.* Idē lib. 6. *Nimirum quia cùm vehementi perculit ictu, Confluere ex ipſo poſſunt elementa vaporis.* Idem lib. 5. *regesq́, ſuperbi Corripiũt Diuũm perculſi membra timore.* Catull. ad Manliũ. *Tempore, quo certa Stymphalia monſtra ſagitta Perculit.* Virg. Æn. 5. *Victorem Buten, immani corpore qui ſe Bebrycia veniens Amyci de gente ferebat, Perculit, & fulua moribundum extendit arena.* Plaut. Epid. *perij, plauſtrum perculi.* vbi tamen docti quidam legunt, *hauſtrum perculi.* Terent. Eunucho. *Quò trudis? perculeris iam tu me.* M. Cato lib. Originum. *Ventus Cercius, cùm loquare, buccam implet: armatum hominẽ, plauſtrum oneratum percellit.* libet autem mihi ὁ παρέργῳ, vt ſtudioſis bonarum litterarum adoleſcentibus conſulam, & gratificer, Plautum, & M. Tulliũ, quibus in locis hoc verbo vſi, à librarijs corrupti ſunt, ſuę integritati reſtituere. Plautus in Trinummo. *Si animus hominem perculit, actum eſt. ſi animo ſeruiuit, non ſibi. Si ipſe animum perculit: dum viuit, victor victorum cluet. Tu ſi animum viciſti potius, quàm animus te, eſt quòd gaudeas.* quo loco omnia, quæ quidem viderim exempla, habent, *perpulit.* Idē Epidico. *planè hic eſt, qui mihi in Epidauro primus pudicitiã perculit.* vbi corruptè *pepulit.* M. Tul. in orat. pro M. Cœlio. *Quid tumultuaris ſoror? quid inſanis? quid à clamore exorſa, verbis, paruam rem, magnam facis? vicinum adoleſcentulum aſpexiſti: candor huius te, & proceritas, vultus, oculiq́ perculerunt,* id eſt, de recto mentis ſtatu deturbarunt, ἔσφηλαν. vbi vulgò legitur *perpulerunt*, mendosè. Idem lib. 1. de orat. ad Q. Frattrem. *Equidem, & Ser. Galbam memoria teneo, diuinum hominem in dicendo, & M. Æmilium Porcinam, & Cn. ipſum Carbonem, quem tu adoleſcentulus perculiſti, ignarum legum, hæſitantem in maiorum inſtitutis, rudem in iure ciuili:* vbi vulgati codices habent *perpuliſti*, vitiosè: cùm ſignificet, Cn. Carbonem, quem M. Craſſus accuſauerat, ſententijs iudicum damnatum, & fortunis ſuis euerſum eſſe. & epiſt. ad Nigid. Figul. lib. 4. *Nulla enim mei ipſum priuatim perculit inſignis iniuria:* vbi mendosè vulgò *pepulit.* Sed quòd quidã ſimij hîc contendunt legendum eſſe *percuſſum* & repugnãtibus libris omnibus, & reclamante ratione, næ illi valde pingues ſunt.

MOLLIB. IN PV. AVT IN PVEL.] ſic Lucret. de amore lib. 4. *Sic igitur, Veneris qui telis accipit ictum, Siue puer membris muliebribus hunc iaculatur, Seu mulier toto iactans è corpore amorem, Vnde feritur, eò tendit, geſtitq́, coire, Et iacere humorem in corpus de corpore ductum.*

HIC TERTIVS DECEMBER] tertius annus, ſeu potius tertia hyems, & ita, tertius annus.

HONOREM] frondeis, quæ ſunt arboribus ornamento. Virg. lib. 2. Geor. *Frigidus & ſiluis Aquilo decuſſit honorem.*

FABVLA QVANTA FVI?] quàm multus de me ſermo habitus eſt dedécoris, & ignominię plenus? ſic loquitur Tibull. de Apolline lib. 2. eleg. 3. *Fabula nunc ille eſt. ſed, cui ſua cara puella: Fabula ſit, mauult, quàm ſine amore, Deus.* Idem li. 1. eleg. 4. *Parce puer, quaeſo, ne turpis fabula fiam.* vbi quidã malè volunt legi, *turbis.* ſic Hor. inf. epiſt. ad Viñ. Aſellam. *Aſinaq́, paternum Cognomen vertas in riſum, & fabula fias.* Non diſſimile eſt illud Propertij lib. 1. *Quòd ſi parua tua dederis veſtigia culpæ, Quàm citò de tanto nomine rumor eris?* Idem propè valet venire in ora: de quo genere lege annot. ad epiſt. ad Iul. Flor. lib. 1. *Quid Titius, Romana, &c.*

C CONVIVIORVM ET POENITET] id eſt, & pœnitet me interfuiſſe in eis cõuiuijs, in quibus, &c. vel & vellem me non interfuiſſe in eis conuiuijs, &c. vel ſic, & diſplicent mihi ea conuiuia, &c. Sic vſurpant interdum hoc verbum Latini. M. Tull. lib. 6. de rep. *Iam verò ipſa terra ita mihi parua viſa eſt, vt me imperij noſtri, quo quaſi punctum eius attingimus, pœniteret.* Idē in Cœliana, *Quod obiectum eſt Cœlio de pudicitia, id numquam tam acerbè feret Cœlius, vt eum pœniteat non deformem eſſe natum.* Quidam libri veteres habent, *& conuiuiorum pœnitet, &c.* quæ fortaſſe vera eſt ſcriptura, vt copula & pertineat ad finem verſus antecedentis, & verſus deinceps ſequens initium capiat à *Conuiuiorum.*

IN QVEIS AMANT. ET LANG. ET SILENT. &c.] hæc ſunt amoris argumenta: de quibus ſuprà ad Od. 13. lib. 1.

ET LATERE PET. IMO SPIR.] Plautus. in Ciſtell. *Hoc, ſis, vide: vt ſuſpirium petiuit altè.* Notaueram olim in nomine *latere* ſyllabam vltimam

Digitized by Google

timam *re* produci: niſi quis diceret eſſe legendũ, *& latere expetitus imo ſpiritus*, id eſt, è latere petitus, ſed verſibus ita in ſuum ordinem & numerum reſtitutis, ac deſcriptis, non eſt ei obſeruationi locus. Interdum vocalis longa ante vocalem ſequentem non eliditur quidem, ſed tamen producitur, vt Od. 28. lib. 1. *Oſſibus, & capiti inhumato.* ſic Catull. in Leſbiam. *Quo ſigno? eadem totidem mox deprecor illi Aſſidue.* Lucret. lib. 6. *Sed natura loci opus efficit ipſa ſua vi.* ibid. *Denig; res auro argentũ copulat vna, Æraq;.* quamquam hic verſus in nonnullis libris manuſcriptis ita legitur: *Denique res auro argentum concopulat vna.* Propert. li. 2. *Regnáne prima Remi, animos Karthaginis altæ.* Vir. Georg. 2. *Orchites, & radij, & amara Pauſia baca.* Æn. 5. *ſed amœna piorum Concilia, Elyſiumq; colo: huc caſta Sibylla Nigrarum, &c.* idem in Pharm. *duris in cotibus illum Iſmarus, aut Rhodope, aut extremi Garamantes, &c.* idem in Palæmone: *Et ſuccus pecori, & lac ſubducitur agnis.* Idẽ Æn. 4. *Quid ſtruit, aut qua ſpe inimica in gente moratur?* Idem Æn. 1. *Poſthabita coluiſſe Samo: hîc illius arma.* Idẽ li. 10. *Mœonia generoſe domo, vbi pinguia culta, &c.* Interdum non ſolùm non elidit, verùm etiam corripitur, etiam ſi ſit vocalis natura longa, aut etiam diphthongus, vt ſuprà Od. 5. *Et Eſquilinæ alites.* & Sat. 9. lib. 1. *Si me amas (inquit) paullum hic ades.* Catull. in Mamurr. & Cæſ. *Vno in ludulo erudituli ambo.* Idem ad Camerium, *Te quæſiuimus in minore campo, Te in Circo, te in omnibus tabernis.* Virg. Æn. 6. *Nomen, & arma locum ſeruant, te amice nequiui Conſpicere, &c.* idem lib. 3. *Inſula Ionio in magno.* idem Pharm. *an, qui amant, ipſi ſibi somnia fingunt?* Lucret. lib. 4. *Nam ſi abeſt, quod ames, præſto ſimulacra tamen ſunt Illius, & nomen dulce obuerſatur ad aureis.* Idem lib. 5. *Pectora, terrarum qui in orbi ſancta tuetur Fana.* Idem lib. 2. *Viuam progeniem, qui in oras luminis edant.*

CONTRAQVE LVCR. NIL VALERE] Etiam Anacr. queritur, in amore nihil valere genus, ſapientiam, mores: ſolamque pecuniam ſpectari: prætereà oſtendit, pecuniam cùm rebus omnibus humanis peſtem afferre, atque interitum, tùm maximè miſeris amantibus eſſe calamitoſam, & capitalem, his verbis: Ἀπόλοιτο θεοῖς καὶ τοῖς αὐτοῦ ὁ τὸν ἄργυρον φιλήσας. Διὰ τοῦτον ἐκ ἀδελφὸς Διὰ τοῦτον ἐ πόλεις. Πόλεμοι, φόνοι δ' αὐτόν· Τὸ δὲ χεῖρον, ὀλλύμεθα διὰ τοῦτον οἱ φιλοῦντες. id eſt, *Pereat male ipſe primus, Argenti amore captus, Hoc propter & duorum Amica corda fratrum Soluuntur, vt alteri alter Necem afferat cruentam. Hoc propter & parentes A filijs necantur: Hoc fonte bella, pugnæ, Cedes, neceſq; manant. Sed, quod grauius videri, Capitaliusq; debet, Hoc propter interimus Miſerabiles amantes.* Cum his congruit Plautinum illud Curgul. *ædepol qui amat, ſi eget, mi fera Afficitur ærumna.* hac eadem de re lege eleg. nonam Tibull. lib. 1.

SIMVL] ſimul vt, vt ſæpe alibi.

INVERECVNDVS DEVS] Bacchus. contrà ſup. Od. 27. lib. 1. *verecundumq; Bacchum Sanguineis prohibete rixis.* inuerecundum hoc loco Bacchum dicit, quia, qui immoderatè vinũ biberunt, nihil verentur.

FERVID. MERO ARCANA PROM. LOCO] quæ tacenda erant, me, vt proloquerer, coëgerat: è pectore in lucem protulerat. ſic lib. 1. Sat. 4. *Cóndita cùm verax aperit præcordia Liber.* Ouid. lib. 1. de arte. *Tunc aperit menteis auo rariſſima noſtro Simplicitas, arteis excutiente Deo.* ſic Alcæus, Οἶνος ἀνθρώποις δίοπτρα, id eſt, vinum hominibus eſt inſtar dioptræ, qua cognoſcantur eorum mores.

QVOD SI MEIS INÆST. &c.] horũ qui deinceps ſequuntur, quattuor verſuum, hæc mihi videtur eſſe ſententia. Quòd ſi hæ iniuriæ, quę mihi ab Inachia inferuntur, iuſtum, ac liberum mihi dolorem commouerint, meq; ita irritarint, vt has inaneis querelas, & ægritudines animi, quibus nõ modò non conſaneſcit amoris vulnus, verùm etiã recrudeſcit, ex animo deponere, ac delere, & te cõtemnere atq; aſpernari poſſim: deſinã impudenter cum potentioribus cõtendere: vel pudebit me non cedere ſuperioribus: vel deſinã ſummoto & depoſito pudore certare cũ aduerſarijs meis, qui plus apud te pretio & pecunia poſſunt. Eſt enim impudentis cum potentioribus pugnare. poteſt & alio modo explicari, vt ſtatim dicemus. Sed Turnebo neutro modo placet, vt eadem opera, eodem loco referemus.

VT HÆC INGR. VENTIS DIV.] id eſt, vt hæc amoris pabula eijciam ex animo. *ventis diuidat*, id eſt, diſſipet, diſcutiat: ex animo meo deleat: vide annot. ad Od. 26. lib. 1. ibi *Tradam proteruis in mare Creticum, &c.*

FOMENTA] amoris fomenta ſunt, niſi fallor, eæ omnes cogitationes, quæ dolorem, & curam ex amore proficiſcentem, alunt, fouent, amplificant: curæ, querelæ, cogitationes anxiæ, ſuſpiria, lacrymæ. Lucre. appellat *amoris pabula*, lib. 4. *Sed fugitare decet ſimulacra, & pabula amoris Abſtergêre* [al. *abſterrere*] *ſibi.* Prop. alimenta lib. 3. *Creſcit enim aſſiduè ſpectando cura puellæ: Ipſe alimẽta ſibi maxima præbet amor.* Hor. epiſt. ad Iul. Florum lib. 1. *fomenta curarum* appellat curarum ſegetem, ac materiam. *quòd ſi Frigida curarum fomenta relinquere poſſes, Quò te cæleſtis ſapientia duceret, ires.* Cùm hunc locum, vt & alios innumerabileis, planiſſime declaraſſem, miror, homines quoſdam κακοηθεῖς etiam hîc, vbi ſuis perturbatiſſimis & diſſolutiſſimis notarum ſcopis facilè carere poteramus, blaterare auſos eſſe.

DESINET IMP. CERTARE SVMM.] locus eſt, meo quidem iudicio, perobſcurus, quem & paullo antè explanaui, & nunc iterum explano: *ſummotus pudor:* id eſt, impudentia deſinet certare cum æmulis me ſuperioribus: proinde ac ſi ita dicat, deſinam vſque eò eſſe impudens, vt certem cum ſuperioribus. Nam & lib. 1. epiſt. ad Claud. Neronem per depoſitum pudorem, impudentiam ſignificat. *quòd ſi Depoſitum laudas ob amici inſſa pudorem:* vel hoc modo: deſinam depoſito pudore contendere cum potentioribus, id eſt, non pudebit me iam finem cum potentioribus pugnandi facere: ſummoto pudore deſinã iam cum ſuperioribus certare: id eſt, non iam me pudebit à ſuperioribus vinci. Adr. Turnebus aliam huius obſcuriſſimi loci ſententiam eſſe arbitrabatur,

Digitized by Google

A bitrabatur, nempe hanc. *Me paullo inuerecundius gerã, nec ita pudenter me amicæ ſummittam, vt ſoleo: ſed eam aſpernabor, deſinamq; ſectari imparem, neq; redamantem. Impares enim in amore appellantur, cùm mutuò non amant amantes, & cùm alteri amanti alter vicem non reddit: contrà cùm mutuò & pariter inter ſe amant, pares dicuntur.* Hæc ſunt verba viri & mihi amiciſſimi, & doctiſſimi. ſed primùm carior eſt mihi amicitia, veritas: deinde quã tumuis doctus ſit, errare tamen poteſt, vt homo. Profert ille ad confirmandam ſententiam ſuam locum ex Od. 15. hoc eodem lib. & *quæret iratus parem:* & alterum ex Od. 33. lib. 1. *cui placet impares Formas, atq; animos ſub iuga ahenea Sæuo mittere cum ioco.* Sed hæc exempla nihil eum adiuuant. non enim negamus, animos impares ſignificare animos diſcordeis, & in amore non reſpondenteis: Sed hoc dicimus *imparibus*, hoc loco aliud ſignificare. Nam primùm *imparibus* per ſe ponitur ſine ſubſtantiuo, vt loquuntur grammatici: deinde ſi hoc ſenſiſſet Horat. quod ille putabat, dixiſſet, *Deſinet impari certare*, &c. non vt hîc *deſinet imparibus*: quemadmodum Oda 11. lib. 4. *Diſparem vites.* ſed quid multis opus eſt? luce clarius eſt, horum verborum eam, quam ille vult, ſententiam eſſe non poſſe, cùm præſertim verbum *certare* ſatis declaret per impareis ſignificari æmulos & aduerſarios, quibuſcum ei certandum erat, non puellam, quam amabat. Iam vt dicimus certamen impar, iniquum, & inæquale: ita & aduerſarium imparem, & inæqualem, ſiue intelligamus ſuperiorem, ſiue inferiorem.

B

VBI HÆC SEVERVS TE PALAM] poſteaquàm te audiente hæc iactauerã ac probaram: abs te dimiſſus, redibam tamen ad illam amore coactus.

IVSSVS ABIRE DOMVM] iuſſus participium à verbo iubeor, quod negat eſſe vſitatum Seruius ad illum locum Æn. 10. *æquore iuſſo*, cùm tamen dixerit M. Tullius in oratione pro Quinctio, *ita iubebare. recuſabat Alphenus.* Ac de hoc

C verbo quidem, eſto vt lubet: ſed de participio nõ eſt dubium, quin ſit vſitatum. Virg. Georg. 4. *huc tu iuſſos aſperge ſapores.* & 3. Æneid. *Iunoni Argiuæ iuſſos adolemus honores.* Horatius præter hunc locum, etiam in Oda 6. lib. 3. *Sed iuſſa coram me ſine conſcio Surgit marito*, &c. & Saty. 2. lib. 1. *neq; cunctetur cùm eſt iuſſa venire.* carm. ſæculari poſt ep. *Iuſſa pars mutare lareis, & vrbem.* Idem epiſt. 12. ad Iccium: *Stellæ ſponte ſua, iuſſæne vagentur & errent.* Ex quo iniuſſus a. um. idem Od. 16. infrà *Illic iniuſſa veniunt ad mulctra capellæ.* & Satyra 3. lib. 1. *Vt numquam inducant animum cantare, rogati: Iniuſſi numquam deſiſtant.*

FEREB. INCERTO P. AD NON AM.] tametſi conſtitueram animum obfirmare, ne Inachiam expeterem, néue amarem: ego tamen ad eas ædeis, quæ mihi tam iniquæ, atque inimicæ fuerant, recurrebam: ad ea veſtibula, ſuper quæ iacuerã noctеis totas, reuertebar. ſic Tibul. lib. 2. eleg. 7. *Iurauí quoties rediturũ ad limina numquã? Cùm benè iurauí: pes tamen ipſe redit.* & Lucr. lib. 4. *At lacrymans excluſus amator limina ſæpe Floribus, & ſertis operit, poſteisq; ſuperbos Vnguit amaracino,* D *& foribus miſer oſcula figit.* Eſt autem miſerrima amantis condicio, cùm ab ea puella, de qua ſe benè meritum eſſe exiſtimat, & quam ex animo amabat, iniuſtè læſus, amandi tamen finem facere nõ poteſt. tum enim cum odio pugnat amor: quo grauius malum amanti accidere nullum poteſt. id declarat Catull. hoc elegantiſſimo epigram. ad Leſbiam, *Dicebas quondã, ſolum te noſſe Catullum, Leſbia, nec pra me velle tenere Iouem. Dilexi tum te, non tantùm vt vulgus amicã: Sed, pater vt natos diligit, & generos. Nunc te cognoui. quare & ſi impenſius vror, Multo mi tamen es vilior, & leuior. Qui potis eſt? inquis. quòd amantem iniuria talis Cogat amare magis, ſed benè velle minus. amare magis* autem (vt hoc dicam ἀδιαπάρεργον) valet magis vri, & μᾶλλον ἐρᾶν, non μᾶλλον φιλεῖν. eiuſdem argumenti eſt etiam hoc in eandem, *Odi & amo. quare id faciã fortaſſe requiris. Neſcio, ſed fieri ſentio. & excrucior.* eodem pertinet illud Græcorũ epigr. quo negat amator verũ eſſe, quod vulgo dici ſolet, contumelia amorem diſſolui, quippe qui experiatur, puellæ ſuæ E contumelia amoris ſui inſaniã magis irritati, atq; excitari. ſic habet epigra. Υβρις ἔρωτας ἔλυσε. μάτην δὲ μῦθος ἀλᾶται. Υβρις ἐμὲ ἐρέθει μᾶλλον ἐρωμανίην.

POSTEIS] foreis, ſeu poſteis, ex quibus conſtant fores, ſeu quæ ſunt in atrio domus. ſup. Od. 1. lib. 3. *Cur inuidendis poſtibus, & nouo Sublime ritu moliar atrium?* & Virg. lib. 2. *Ipſe inter primos correpta dura bipenni Limina perrumpit, poſteisq; à cardine vellit.* & Lucret. lib. 4. *poſteisq; ſuperbos Vnguit amaracino.*

LIMINA DVRA, QVIBVS LVMB.] ab hoc loco non abhorret ille Od. 10. lib. 3. *Non hoc ſemper erit liminis, aut aquæ Celeſtis patiens latus.*

NVNC GLORIAN. QVAMLIB. MVLIERC.] nunc vix dum Inachiæ amore ſolutus, Lyciſcum puerum quauis muliere molliorem perditè amo.

VNDE EXPEDIRE] quo me amore explicare, ac ſoluere non poſſint amici neque liberè monendo, ac reprehendendo: neque grauiter, & con F tumeliosè obiurgando.

LIBERA CONSILIA] infr. Sat. 4. lib. 1. tria proponit, quibus ſua quiſq; vitia corrigere poſſit, his verbis, *fortaſſis & iſtinc Largiter abſtulerit longa ætas, liber amicus, Conſilium proprium.*

NEC CONTVMELIÆ GRAVES:] quorum? vtrùm etiam amicorum, qui mihi libera conſilia dederunt, an inimicorum, qui de nobis ſæpe melius merentur contumeliosè nos inſectando, quàm blandi amici?

SED ALIVS ARDOR, &c.] alius amor. Lucret. lib. 4. non minimum hoc eſſe oſtendit è remedijs amoris, *aliò conuertere mentem: Et iácere humorem collectum in corpora quæq;, Nec retinere ſemel conceptum vnius amore, Et ſeruare ſibi curam, certumq; dolorem. Vlcus enim viueſcit, & inueteraſcit alendo, Inq; dies gliſcit furor, atq; arumna graueſcit, Si nõ prima nouis conturbes volnera plagis, Volgiuagaq; vagus Venere antè recentia cures.* M. Tull. lib. 4. quæſt. Tuſc. *Etiam nouo quodã amore veterẽ amorem, tanquam clauum clauo eijciendum putant.*

Pauſan.

Digitized by Google

A Pausan. in Ach. (vt suprà diximus) tradit, aquam Selemni flu. mederi animis amore saucijs.

PVELLÆ CANDIDÆ] Saty. 2. lib. 1. *Candida, rectaq; sit.*

TERETIS] proceri: vel membris teretibus, solidis, & politis. Od. 4. lib. 2. *tereteisq; suras.*

LONGAM RENOD. COM.] religantis: in no dū colligentis. alebant enim comam formosi, & impudici pueri, vt annot. sup. ad Od. 10. lib. 4.

## Ode 12.

In anum fœdam, ac fœtidam, quæ se ab eo subigi cupiebat.

*QVID tibi vis mulier nigris dignissima barris?*
*Munera cur mihi, quídue tabellas*
B *Mittis nec firmo iuueni, neq; naris obesæ?*
*Namq; sagacius vnus odoror,*
*Polypus, an grauis hirsutis cubet hircus in alis:*
*Quàm canis acer, vbi lateat sus.*
*Quis sudor vietis, & quàm malus vndique membris*
*Crescit odor, cùm pene soluto*
*Indomitã properat rabiem sedare: nec illi*
*Iam manet humida creta, colorq;*
*Stercore fucatus crocodili: iãq; subando*
*Tenta, cubilia, tectaq; rumpit,*
*Vel mea cum sæuis agitat fastidia verbis!*
*Inachia langues minus, ac me.*
C *Inachiam ter nocte potes, mihi semper ad vnum*
*Mollis opus. pereat malè, quæ te*
*Lesbia quærenti taurum, monstrauit inertem,*
*Cùm mihi Cous adesset Amyntas:*
*Cui? in indomito cõstãtior inguine neruo,*
*Quàm noua collibus arbor inhæret:*
*Muricibus Tyrijs iteratæ vellera lanæ,*
*Cui properabantur? tibi nempe: (quẽ*
*Ne foret æqualeis inter conuiua, magis*
*Diligeret mulier sua, quàm te. (creis*
*O ego non felix, quã tu fugis, vt pauet a-*
*Agna lupos, capreæq; leones.*

QVID TIBI VIS] etiam hanc odam in Gratidiam scriptam esse volunt veteres.

NIGRIS DIGNISSIMA BARRIS] valentissimis ac mentulatissimis amatoribus dignissima: vel propriè & literatè, elephantis, immanibus belluis digna, non viris. nonnulli existimant significari nefarium concubitum, id est, auersum. in cod. Facr. neque vsquam alibi, si bene memini, scriptum est *longis dign. barr.* Turnebus putat etiam dici posse, per Barros hîc non elephantos, sed Barrum illum, qui deformis, & niger erat, significari: de quo Horat. saty. 4. lib. 1. *Nónne vides, Albi vt male viuat filius, vtq; Barrus inops? &c.* & 6. eiusd. lib. *vt si qui ægrotet quo morbo Barrus, &c.* & 7. eiusd. *Sisennas, Barros vt equis præcurreret albis.* D

MVNERA CVR MIHI, QVIDVE.] malim sic potius legi: *Munera cur mihi, curúe tabellas Mittis, &c.* vel, vt Canterus, *Munera quid mihi, quidue tab. &c.*

TABELLAS] litteras, epistolas.

NEC FIRMO] non admodum strenuo in certamine Venereo.

NEQVE NARIS OBESÆ] sic habent omnes fere vet. cod. non *nec naris.* significat, hanc mulierem esse immundam ac fœtidã: quod cùm ita sit, sibi illius immunditiem, ac fœtorem virulentum placere non posse, vtpote qui sit sagacissimus, ac naris acutissimæ, atque emunctissimæ. Nam naris acutæ homines, sunt sagaciores, citiúsque ac melius odorantur, quàm qui narem habẽt obesam atque obtusam. ex quo *naris acutæ* homo pro eo, qui acuto ingenio est: *naris obtusæ*, pro pingui, & stupido vsurpatur. Sat. 3. lib. 1. *minus aptus acutis Naribus horum hominum.* E

NAMQVE SAGACIVS] Cic. ad Att. lib. 6. *Illud præterea μυστικώτερον ad te scribam: tu sagacius odorabere.*

POLYPVS] polypus narium morbus. *caruncula est* (inquit Corn. Celsus lib. 6. cap. 8.) *modò alba, modò subrubra, quæ narium ossi inhæret, & modò ad labra pendens narem implet, modò retro per id foramen, quo spiritus a naribus ad fauces descendit, adeò increscit, vt post vnam conspici possit: strangulatq; hominem, maximè Austro, aut Euro flante: fereq; mollis est, rarò dura.* F

AN GRAVIS HIRS. CVB. HIRC. IN] an insit fœtor ille tæter in alis. Catull. ad Virronem, *Si cui, Virro, homini sacer alarum obstitit hircus.* idem in Rufum, caprum appellat. *Ladit te quædam mala fabula, qua tibi fertur Valle sub alarum trux habitare caper. Hunc metuunt omnes: neq; mirum. nam mala valde est Bestia, &c.* ibidem *nasorum pestem* dicit. Horat. ad Torquat. lib. 1. epist. *capram. Sed nimis arcta premunt olidæ conuiuia capræ.* vbi tamen quidam per capras, meretrices significari putant. Ad huiusmodi autem alarum, & totius corporis odorem tollendum, mirum in modum valet cinaræ radix siue decocta cum vino, bibatur: siue ex ea factum emplastrum, partibus corporis huic odori opportunis, admoueatur.

QVIS SVDOR, &c.] loquitur iam secum de hac lanu cum quadam exclamatione, in tertia persona.

VIETIS] marcidis, languidis, tempore corruptis, & imminutis. Vietum dictum à viendo, quod

A quod est vincire, vt docet Varro lib. 4. de lingua Lat. M. Tull. de diuinat. lib. 2. *contactum aliquo morbo, bouis exile, & exiguum, & vietum cor fuisse.* Idem in Catone maiore, *sed tamen necesse fuit esse aliquod extremum, & tanquam in arborum bacis, terræq; frugibus, maturitate tempestiua quasi vietum, & caducum.* Iam cùm tertia huius nominis syllaba longa sit, vt apud Lucret. lib. 3. *Nec supra caput eiusdem cecidisse vietam Vestem*, dicendum est duarum vocalium *i* & *e* fieri συναίρεσιν, vt apud eundem Lucret. eodem lib. *seorsum* est dissyllabum. *At neq; seorsum oculi, neq; nares, nec manus ipsa Esse potest anima, &c.* qua de re plura aliàs.

ET QVAM MALVS VNDIQVE M. CR. O.] Ad hunc locum illustrandum valde mihi conferre videntur illa Plautina, Mostell. *quia ecastor, mulier rectè olet, vbi nihil olet. Nam istas veteres, quæ se vnguentis vnctitant, interpoles. Vetulæ, edentulæ, quæ vitia corporis fuco occultant: Vbi sese sudor cum vnguentis consociauit, illico Itidem olent, quasi cum* B *vna multa iura confundit coquos: Quid oleant, nescias: nisi id vnum, male olere intelligas.*

PENE SOLVTO] pene meo à me depromto, nudato, & expedito: & ita accipiendum est verbum λύειν in Græco illo oraculo, quod Ægeo ab Apolline editum refert Plutarchus. Ἀσκεῖ τὸν πρόχοντα πόδα μέγα φέρτατε λαῶν Μὴ λύσῃς πρὶν δῆμον Ἀθηναίων ἀφικέσθαι. nec illud Virgilij multum dissimile est lib. 3. Georg. *Solue mares, mitte in Venerem.* alij pene meo languente. alij *pene soluto* interpretantur re transacta. quod non placet. penem antiqui caudam vocabant, inquit Festus.

INDOMITAM RABIEM] libidinem effrenatam, & rabiosam.

PROPERAT] hæc anus. alij legunt *properas*: quos ego neque sequor, neque refello. scripturâ, quam in omnibus codicibus reperi, tueor, ac retineo. Iam, hoc totum, *Indomitam properat rabiem sedare* vno verbo, aut certè duobus expressit Lucret. lib. 4. *subat, ardet*: quem locum mox proferemus. ILLI] anui. quidam volunt legi *illis*, vt C subaudiatur membris. sed reclamant omnes codices. volunt autem ijdem legi hæc omnia in secunda persona *properas, rumpis, agitas*, quæ scriptura mihi placeret, si eam vetus aliquis codex comprobaret.

CRETA] ad candefaciendum, qualem vim habet & cerussa. Mart. lib. 6. *Pfilothro nitet, aut acida latet oblita creta.*

STERC. FVC. CROCOD.] Paulus Ægineta scribit, crocodili terrestris fimum, porriginem, & furfures abstergêre, his verbis, ἡ δὲ τῶν χερσαίων κροκοδείλων κόπρος ἀλφοὺς ἀπορύπτει. Sola autem Lybia terrestreis crocodilos alit, vt scribit Pausan. Corinth. duorum ferè magnitudine cubitorum. Iam verò è crocodili stercore, seu fimo, fucum fieri declarat & Clemens Alexand. his verbis, in mulieres suæ ætatis inuehens, Κροκοδείλων ἀποπάτοις χρώμεναι, καὶ σπιδόνων ἀφροῖς ἐγχριόμεναι, καὶ τοῖς ὀφρύσι πλὴν ἀσβόλην ἀναματτόμεναι, καὶ ψιμυθίῳ τὰς παρειὰς ὑπεζωσμέναι. id est, Crocodilorum stercoribus vtentes, & spumis retũ putriũ sese vngentes, & supercilia fuligine denigrantes, & cerussa malas candefacientes.

SVBANDO] cluneis agitando, libidineque ardendo. Festus: *quidam autem suillum genus iccirco Veneri inuisum esse prodiderunt, quia immundissimi sunt sues ex omni mansueto pecore, & ardentissimæ libidinis, ita vt opprobrium mulieribus inde tractum sit, cùm subare, & subire dicuntur.* Lucret. lib. 4. *Nec ratione alia volucres, armenta, feræq;, Et pecudes, & equæ maribus subsidere possent, Si non, ipsa quòd illorum subat, ardet abundans Natura, & Venerem salientum lata retractat.* Καπρεύω dicunt Græci: quod tamen verbum propriè locum habet in apris, & suibus. dicunt & πυρόω: quod tractum est à vaccis taurum appetentibus. D

TENTA] penem. Catull. ad Gell. *Nescio quid certè est. an vere fama susurrat, Grandia te medij tenta vorare viri?* Itaque nomen *tenta*, distinctionis nota separo à voce sequente.

VEL MEA CVM] disiunctio *vel* pertinet ad alterum *cùm*, quod antecedit suprà, *cùm pene soluto Indomitam properat, &c.* id est, vel cùm hęc anus verbis iracundis atq; asperis fastidia mea exagitat. E

INACH. LANG. MIN. AC ME] verba vetulæ ad Horatium. minus langues Inachiæ complexu, quàm meo: minus remissus, aut ignauus es cùm Inachia, quàm mecum.

INACH. TER NOCTE POTES] honestè & pudenter verbum turpe tacuit. quale est illud Terentianum Eunuch. *Ego illum eunuchum, si sit opus, vel sobrius.* & Virg. Palæm. *Nouimus & qui te, transuersa tuentibus hircis: Et quo, sed faciles nymphæ risere, sacello.*

MOLLIS] languidus, eneruatus.

OPVS] Venereum.

PEREAT MALE, QVÆ TE LESB.] ordo est, pereat malè Lesbia, lena, quæ mihi robustum aliquem, bonisque lateribus iuuenem quærenti, te mihi commonstrauit ignauum, inualidum, atque ad Venerem ineptum.

QVÆRENTI TAVRVM] validũ, firmumq; iuuenem. Od. 5. lib. 2. *nec tauri ruentis in Venerem, tolerare pondus.* taurus significat etiam membrum viri obscænum. ex quo verbum græcum πυρόω, quod dicitur de muliere libidine ardente & marem concupiscente, vt modò dixi: & ἀπάρθενος puella, id est, intacta & incorrupta. F

MVRICIBVS TYRIIS ITERATÆ] bis tinctæ, διαφῦς. vide sup. Od. 7. lib. 1. Optima autem habebatur purpura Tyria. Virg. Georg. 3. *Tyrio conspectus in ostro.* Idem 4. Æn. *Tyrioq; ardebat murice lana Demissa ex humeris.* Horat. sat. 4. lib. 2. *Et Tyrias dare circum illota toralia vesteis.* epist. 10. lib. 1. *Non qui Sidonio contendere callidus ostro Nescit Aquinatem, &c.* Nequis autem incautior fallatur, *iterata lana*, numeri singularis est, patrij casus. CVI PROPERABANTVR?] cui magna cum celeritate texebantur, vel farciebantur? vide annot. ad Od. 7. lib. 2.

NE FOR. ÆQV. INTER] vt omnium æqualium tuorum dici posses fortunatissimus, & puellæ, seu amicæ tuæ carissimus.

MVLIER SVA] amica sua.

O EGO NON FELIX] sic habent nostri libri veteres. alij tamen se in suis reperisse dicunt,

*O ego*

Digitized by Google

A *O ego infelix.* Et verò ita profert hunc versum Carisius lib. 2. institutionum grammatic. his verbis, *quia nemo dicit, ô ego, nisi exclamatio sit, vt apud Horatium, O ego infelix, quem tu fugis, &c.*

VT PAV. ACR. AGNA LVP.] sic Theoc. in Cyclope, φεύγεις δ' ὥσπερ ὄϊς πολιὸν λύκον ἀθρήσασα. i. fugis autem, vt ouis, quæ lupum canum vidit. Ouid. lib. 1. de arte, *Vtq; fugit visos agna nouella lupos.* vide suprà ad Od. 4. huius lib. in princip.

CAPR. QVE LEON.] Hom. ἰλ. λ. Οἵπ σι πεφρίκασι, λέοντ' ὡς μηκάδες αἶγες: id est, qui te horrent, vt leonem capræ.

## AD AMICOS. Ode 13.

Hyemem hilariter & iucundè esse traducendam.

HOrrida *tempestas cælum contraxit: & imbres,*
B *Niuésque deducunt Iouem.*
*Nunc mare, nunc siluæ*
*Threïcio Aquilone sonant. rapiamus amici*
*Occasionem de die:*
*Dúmque virent genua,*
*Et decet, obducta soluatur fronte senectus.*
*Tu vina Torquato moue*
*Consule pressa meo.*
*Cetera mitte loqui. deus hæc fortasse benigna*
*Reducet in sedem vice:*
C *Nunc & Achæmenia*
*Perfundi nardo iuuat: & fide Cyllenea*
*Leuare diris pectora*
*Sollicitudinibus:*
*Nobilis vt grandi cecinit Centaurus alumno,*
*Inuicte mortalis dea*
*Nate puer Thetide,*
*Te mãet Assaraci tellus: quã frigida parui*
*Findunt Scamandri flumina,*
*Lubricus & Simois.*
*Vnde tibi reditũ certo subtemine Parcæ*
*Rupere: nec mater domum*
*Cærula te reuehet.*
*Illic omne malum vino, cantúq; leuato,* D
*Deformis ægrimoniæ*
*Dulcibus alloquijs.*

HORRIDA TEMPESTAS CÆLVM] descriptio turbulentæ & spurcæ tempestatis, qualis est illa apud Homer. ὐδ. ε. Ὡς ἐπὼν σύναγεν νεφέλας, ἐτάραξε δὲ πόντον Χερσὶ πελάσσας ἐλαὴν, πάσας δ' ὀρόθυνεν ἀέλλας Παντοίων ἀνέμων, σκυθ δὲ νεφέεσσι κάλυψε Γαῖαν ὁμῶ, καὶ πόντον· ὄρωρε δ' ὐρανόθεν νύξ. id est, Sic locutus nubeis contraxit, & conduxit vnum in locum, mare autem conturbauit, tridente in manus sumto, omneis porrò variorum ventorum procellas excitauit, totámque terram simul & mare nubibus coperuit. nox denique è cælo terræ incubuit. Sed propius ad Horatianam accedit illa Anacreontis, Μεὶς μὲν δὴ Ποσειδήιων ἔστηκε. Νεφελαὶ δ' ὕδατι βαρυόντας Ἄγχι δὲ χιόνες πατάγεον. id est, mensis autem nouember instat. nubes aqua grauidæ sunt: feræ tempestates personant & percrepant. adde & illam Archilochi, Γλαῦκε ὄρα. βαθὺς γὰρ ἤδη κύμασι παράσσεται πόντος· ἀμφὶ δ' ἄκρα γυρεὸν ὄροφα ἵσταται νέφος. id est, Glauce vide. Profundum enim iam fluctibus turbatur mare: circum summa autem tecta, in orbem acta stat nubes. E

ET IMBRES, NIVESQVE DEDVCVNT IOVEM] ita cælum est nubilum, niuibúsque, atque imbribus obscurum, & turbulentum, vt videatur Iupiter in terram, seu in nubeis potius descendere. cælum enim (inquit Euripides) imbribus refertum in terram decidere cupit. sic Eurip. ἐρᾷ δ' ὁ σεμνὸς ὐρανὸς πληρύμενος ὄμβρυ Πεσεῖν εἰς γᾶν Ἀφροδίτης ὕπο. Fuit autem veterum opinio, quam secuti sunt poëtæ, Iouem in nubeis descendere, cùm pluere, tonare, fulgurare cogitat. Lucret. lib. 6. *An simul ac nubes successere, ipse in eas tum Descendit, propè vt hinc teli determinet ictum?* Virg. lib. 2. Georg. *Ipse pater media nimborum in nocte, coruscã Fulmina molitur dextra.* idem ibidem, *Tũ pater omnipotens fœcundis imbribus æther Coniugis ingremium latæ descendit.* Idem in Melib. *Iupiter & læto descendet plurimus imbri.* Hom. ἰλ. λ. τότε δὴ ῥα πατὴρ αὐδρῶν τε, θεῶν τε Ἰδης ὲν κορυφῇσι καθέζετο πιδήεσσης Οὐρανόθεν καταβὰς. ἔχε δὲ στεροπὴν μετὰ χερσίν. Ἶριν δ' ὤτρυνε χρυσόπτερον ἀγγελέουσαν: id est, Tunc autem pater hominum & deorum in Idæ montis fontibus circumfluentis verticibus sedebat cùm è cælo descẽ dissiet. habebat autem fulgur in manibus. Irin porrò aureis alis præditam properare jussit nuntiaturam, &c. F

SILÜÆ] diæresis, vt Od. 23. lib. 1. *non sine vano Aurarum, & siluæ metu.*

THREÏCIO] Thracio, vt sup. Od. 24. lib. 1. *Threïcio blandius Orpheo.* quòd Aquilonem Thracium appellat, de eo lege annot. ad Od. 25. lib. 1.

RAPIAMVS AMICI OCCASIONEM DE DIE] arripiamus (inquit) ex hoc die occasionem hilariter viuendi. est autem vsus verbo ad rem aptissimo, quemadmodum Ennius, *viue Vlysses, dum licet, Oculis postremum lumen radiatum rape. Non dixit cape, non pete* (inquit M. Tull. de oratore 3.) *haberet enim moram sperantis diutius esse sese victurum:*

A rum: sed rape. hoc verbum est ad id aptatum, quod ante dixerat, Dum licet. sic sup. Od. 8. lib. 3. *Dona præsentis rape lætus horæ.*

DVMQVE VIRENT GENVA] hac de re sup. diximus ad Od. 9. lib. 1. & 13. lib. 4. sed mihi videtur Horatius hoc loco Theognidem exprimere voluisse: qui post illa, quæ dixit de homine iam mortuo, ac sepulto, nulla eum amplius re delectari, nulla postea voluptate potiri, addit, Τῶν τ' ἐσορῶν καρδίην εὖ πείσομαι, ὄφρα τ' ἔλαφρα γένεια, καὶ κεφαλὴν ἀτρομέην προφέρω. id est, *Hæc cernens animam iucundè, dum mihi membra Sana virent, & dum stat caput intrepidum.* veteres autem per genuum viriditatem, vireis corporis integras significant, vt apud Homerum, Agamemnon optat Nestori, vt quali est animo, talibus sit & genibus. sic Hom. il. δ. Ω γέρον, εἰθ', ὡς θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι φίλοισιν, Ὡς τοι γούνατ' ἔποιτο, βίη δέ τοι ἔμπεδος εἴη. id est, ô senex, vtinam, qualis tibi animus est, talia essent & genua, viréque firmæ & stabiles. & Theocr. Κωίσακες ἔρωτ. versu vltimo, ποιεῖν τι δεῖ οἷς γόνυ χλωρόν. id est, faciendum aliquid eis est, quibus viride est genu. Iterum Hom. il. ι. εἴσοκ' ἀϋτμὴ Ἐν στήθεσσι μένῃ, καί μοι φίλα γούνατ' ὀρώρῃ. id est, donec spiritus in præcordijs maneat, & B mihi cara genua sursum moueantur, & surgant. idem il. υ. Ἀρρηκτόν τ', ἄλυτόν τε, τὸ πολλῶν γοῦνα τ' ἔλυσεν. id est, belli vinculũ irruptum & insolubile, quod multorum genua soluit: id est, quod multis exitio fuit, seu interitum attulit. eodem pertinent illa apud eundem sæpe repetita. Ἀλλ' ἤτοι μὲν ταῦτα θεῶν ὀχ γούνασι κεῖται. id est, At verò hæc in deorum genibus sita sunt.

ET DECET] dum fert ætas. Horat. inf. epist. ad Iul. Florum lib. 2. epist. versu vltimo, *lasciua decentius ætas.* Tibull. eleg. 1. lib. 1. *Iam subrepet iners ætas, nec amare decebit, &c.*

OBD. SOLV. FR. SENECT.] senectus hoc loco fortasse non ætatem, sed ætatis vitium, tristitiamque ac seueritatem senilem significat, vt & senium. M. Tull. pro Milone, *tota ciuitas confecta senio est.* Statius in Sinephœbis, *tibi ego Antipho has sero, inquit. senium est cùm audio.* hoc igitur dicit, explicetur, seu exporrigatur frons: obducta, C id est, contracta, & corrugata.

TV VINA TORQV. MOVE, &c.] Suprà Od. 21. lib. 3. *moueri digna bono die.* moue igitur, loco scilicet: profer ex cella, seu apotheca.

TORQVATO MEO] Horatius natus est L. Manlio Torquato, & M. Aurelio Cotta Consulibus, vt suprà ea Ode, quam modò diximus. nota bátur autem cadi Coss. nominibus. ita enim tempus significabatur. ex quo morę illa nata sunt, *optima nota, de meliore nota,* & *interiore nota.* Od. 3. lib. 2. *Interiore nota Falerni.*

PRESSA] calcata. vt suprà Od. 12. lib. 4. *Sed pressum Calibus ducere Liberum Si gestis.* aliter Oda 29. lib. 3. *Pressa tuis balanus capillis.*

MITTE] omitte. vt epist. ad Torquatum. *Mitte leueis spes, & certamina diuitiarum.*

REDVCET] restituet. Prisc. legit *redducet.*

VICE] vicissitudine. Od. 4. li. 1. *Soluitur acris hiems grata vice veris, & Fauoni.* aliter sup. Od. 14. lib. 4. *plus vice simplici.*

ACHÆMEN. PERF. NARDO] Persico, vel D Assyrio vnguento nardino, vt sup. Od. 11. lib. 2. *Assyriâ, nardo Potamus vncti?* & Od. 7. eiusd. li. *nitentes Malobathro Syrio capillos.* sic Anacr. Ἐμοὶ μέλει μύροισι Κατασσέφειν ὑπλόϊα. nardus Achæmenia ab Achæmene Persarum, & Assyriorum Rege. Od. 1. lib. 3. *Achæmeniúmque costum.* & Od. 12. lib. 2. *quæ tenuit dives Achæmenes.*

FIDE CYLLENEA] lyra Mercuriali, à Mercurio inuenta, vel conformata.

LEVARE DIRIS PECT. SOLLICITVD.] curis animos leuare. suprà Od. 11. lib. 4. *minuentur atræ Carmine curæ.* & Od. 32. lib. 1. ad barbytum. *ô laborum Dulce lenimen.* & hac Od. inf. *Illic omne malum vino, cantúque leuato.*

NOBILIS VT GRANDI CEC.] Chironé significat: cuius pater Saturnus, mater Philyra, vxor Chariclo, de quo sic Apollon. lib. 2. Argon. Ἐνθ' ἴτα δὴ Χείρωνα πελώριον ἄλλα μὲν ἵππῳ, Ἄλλα θεῷ ἀπάλαστον ἀμοιβαίῃ τέκεν εὐνῇ. id est, Vbi Chironem ingentem partim equo, partim Deo similem lecto alterno peperit. fuit autem hic Chiron præstantissimus doctor ac magister, siquidem ei Deus vnus Æsculapius, & duo clarissimi Heroës, Iason, E & Achilles traditi sunt educandi, & instituendi. Atque Æsculapium quidem medicinam docuit, vt testatur Pindarus εἰδ. γ. πυθ. καὶ ῥά μιν (Æsculapium) Μάγνης φέρων πόρεν Κενταύρῳ δόξαι πολυπήμονας ἀνθρώποισιν ἰᾶσθαι νόσους. Iason autem ait apud eundem Pindarum εἰδ. δ. πυθ. se à parentibus suis Chironi traditum esse educandum, his verbis, Κρονίδα δὲ πράφεν Χείρωνι δῶκαν. quod item confirmat Hesiodus in Theogonia, Αἴσων, ὃς τέκεθ' υἱὸν Ἰάσονα πημάτα λαῶν, Ὃν Χείρων θρέψεν ἐνὶ Πηλίῳ ὑλήεντι. Achillem præterea (quemadmodum hîc declarat Horatius) erudijt, eique præcepit in primis, vt pietatem in Deos, & in parenteis coleret: quod prodidit Pindarus εἰδ. ἕκτω. Πυθ. Τῶνπερ εὐφημήσωσιν ποτὲ ἀοιδοὶ φάτιν μεγαλοσθενεῖ Φιλύρας υἱὸν ὀρφανιζομένῳ Πηλείδᾳ παραινεῖν, μάλιστα μὲν κρονίδαν βαρύκτυπον στεροπᾶν, κεραυνῶν τε πρύτανιν θεῶν σέβεσθαι· τῶνπερ δὲ μήποτε τιμᾶς ἀμείρειν γονέων βίον πορσύνοντα. id est, hanc præceptionem, seu monitionem quondam aiunt in montibus F Philyræ filium magnis viribus prædito Achilli parentibus orbato dedisse, maximè quidem deorũ Saturnium grauisonum fulgurum, & fulminum moderatorem colere & venerari, hoc verò honore numquam parentum vitam fatis datam priuare. idem Pind. de Achill. εἰδ. γ. Νεμ. ξανθὸς δ' Ἀχιλλεὺς τὰ μὲν μένων φιλύρας ἐν δόμοις παῖς ἐὼν ἄθυρεν μεγάλα ἔργα χερσὶ θαμιὰ βραχυσίδαρον ἄκοντα πάλλων, μάχᾳ λεόντεσσιν ἀγροτῆρσι ἐρασσὶν φόνον, κάπρους τ' ἔναιρεν, &c. id est, flauus autem Achilles in domo Philyræ, & Chironis habitans, puer cùm esset, ludos serios ludebat, crebrò manibus telum mucrone ferreo celerrimum iaciens, leonibus immanibus cædem pugna inferebat, aprósque interficiebat, &c.

GRANDI] non ætate, sed genere, animo, indole, & spe rerum gerendarum.

ALVMNO] Achilli, quem aluit, atque erudijt. alumnus semper eum significat, qui alitur, quamuis amicus quidã meus aliter sentiat. epist. 4. lib.

Digitized by Google

A 4. li. 1. *Quid voueat dulci nutricula maius alumno, &c.* innumerabilia sunt alia ex bonis scriptoribus exempla.

MORTALIS, DEA] ineſt antitheſis in his duobus nominibus.

NATE PVER THETIDE] Vbique Homerus Achillem Thetidis filium facit: & item Pindarus. alij autem, (vt tradit interpres Apollonij lib. 1. Argon.) à Philomila quadam natum esse volunt. Catullus in pulcherrimo illo, & elegantissimo carmine de Pelei, & Thetidis nuptijs, ab Homero, & Pindaro dissentiens, scribit Thetidē sibi turpe esse non duxisse Peleo mortali nubere. Nam apud Homerum *il. σ.* Thetis in maxima suarum miseriarum parte numerat, quòd ipsa immortalis, mortalis lectum & complexum subire coacta sit, his enim verbis de Ioue queritur, Ἥφαιστ' ἦ ἄρα δήπε, ὅσαι θεαὶ εἰσ' ἐν Ὀλύμπῳ, Τόσσάς δ' ἐνὶ φρεσὶν ἧσιν ἀνέχεπε κήδεα λυγρά, Οσσ' ἐμοὶ ὀκ πασῶν προνίδης Ζεὺς ἄλγεα ἔδωκεν, &c. deinde paullo pòst; καὶ ἔτλην ἀνέρος ἐωλὸν Πολλὰ μάλ' ἐκ ἐθέλουσα. Pindarus autem in Nem. carm. 4. perspicuè significat, Thetidem, cùm eam Iupiter in matrimonium Peleo
B collocare vellet, sese in ignem, leonem, atque alias formas, Protei in morem, vertisse: Peleum verò his omnibus repressis ac superatis, eius nuptias expugnasse. Verba Pindari sunt hæc de Peleo, Πῦρ δὲ παῖ κρατὶς, θρασυμαίχᾶν τε λεόντων ὄνυχας ὀξυτάτους, ἀκμάν τε δεινοτάτων χάσας ὀδόντων, ἔχαμεν ὑψιφρόνων μίαν Νηρείδων, id est, Peleus autem, cùm ignem omnia superantem, & audacium leonum acutissimos vngueis, aciémque horribilium dentium cohibuisset, vnam ex Nereidibus vxorem duxit. Idem Isthm. *eiδ. η.* narrat, Iouem, & Neptunum Thetidis amore mirum in modum flagrasse, déque eius nuptijs diù inter se còntendisse: sed Themin, ne has nuptias ita cupidè expeterent, dissuasisse, quia à Parcis constitutū, & prædictum esset, eum, qui ex Thetide nasceretur, patre meliorē ac præstantiorem futurum, telúmque Iouis fulmine potentius, missurum, si Iupiter eam duceret vxorē: aut Neptuni tridente, si Neptuno Thetis nuberet. Verba Pindari sunt hæc, Εἶπε δ' εὔζωλος ὐν μέσοισι
C θέμις εἴνεκεν πεπρωμένον λῶ φέρτερον γόνον ἄνακτα πατρὸς πέλειν πονταίαν θεὸν, ὃς κεραυνῶ τε κρέσσον ἄλλο βέλος διαίξῃ χερὶ, τείδοντός τ' ἀμαιμακέτᾳ Διὶ μισγομέναν, ἢ Διὸς παρ' ἀδελφοῖσιν. cum Pindaro congruit & Apollonius lib. 4. Argon. Εμπης δ' ὑ μεθίεσκεν ὀπιπλεύων ἀέκυσαν, Εἰσότε οἱ πρέσβειρα θέμις κατέλεξεν ἅπαντα, Ως δή τοι πεπρωται ἀμείνονα πατρὸς ἑοῖο Παῖδα πέλειν. id est, verumtamen non intermittebat eam inuitam obseruare, donec veneranda Themis ei omnia exposuit, nempe fatale esse, filium, qui ex ea nasceretur, patre suo meliorem futurum. Homeri interpretes tradunt *il. α.* Iouem Thetidem vsque ad Caucasum montem esse persecutum, stuprúmq; ei per vim inferre conatum, verùm à Prometheo, ne id faceret, esse deterritum.

TE MANET] tibi debetur, tibi parata est. vide suprà annot. ad Oden 28. lib. 1.

ASSARACI TELLVS] sic Virgil. Æneid. 1. Assaraci domum eos, qui à Troianis orti sunt, appellat. *veniet lustris labentibus ætas, Cùm domus Assaraci Phthiam, clarásque Mycenas Seruitio premet.* Assarici autem, & duorum eius fratrum Ili & Ganymedis pater fuit Tros, Trois Erichthonius, Erichthonij Dardanus, Dardani Iupiter: Assaraci filius Capys Anchisæ pater. Ili filius Laomedon, Laomedontis Priamus. vide Hom. *il. υ.* & Dionysium Halicarnass. *ῥωμ. ἀρχαιολ. α.* Assaraci tellurem, Troiam, intellige. D

SCAMANDRI FLVMINA] sic suprà Od. 6. lib. 2. *Galesi flumen.* Scamandrus & Simois Troiæ fluuij. Homer. *il. μ.* princip. δίος τε Σκάμανδρος. Καὶ Σιμόεις, ὅθι πολλὰ βοάγρια, καὶ πεφαλείαι Κάππεσον ὀνπονσιν, &c. id est, diuinúsque Scamander, & Simois, in quos fluuios multa scuta, multæ cassides deciderunt.

VNDE TIBI REDITVM] Achilli fuisse fatale ad Troiam mori declarat Homer. *il. α.* sub persona Thetidis, Αἶψ' ὄφελες παρὰ νηυσὶν ἀδάκρυτος, καὶ ἀπήμων Ἧσθαι, ἐπεὶ τύπι αἶσα μινυνθάπερ, ὔπι μάλα δηώ. Νῦν δ' ἅμα τ' ὠκύμορός τε, καὶ ὀϊζυρὸς πέρι πάντων Ἔπλεο. id est, Debebas apud naueis sine lacrymis & sine incommodis & malis sedere: quoniam tibi fatale est non diu viuere. Nunc autem simul & vitæ breuis, & calamitosus supra mortaleis omneis E
natus es.

SVBTEMINE] *subtemine* legendum, vt est scriptum in omnibus codic. manuscriptis, Vaticanis, & Faër. Iann. Rain. Vrs. Torn. Clericano, Nicotianis, Russard. ceteris. non *subtegmine.* & item apud Catull. carmine de nupt. Pelei, & Thetid. *Currite ducentes subtemina, currite fusi.* est autem subtemen filum, quod stamini subtexitur: vel, vt Varro, quod subit stamini. ex quo loco quidam dicendum putant *substamen.* sed errant. Terent. in Heautont. *anus subtemen nebat.* vbi vulgò legitur *subtegmen.* Tale autem est illud Virg. de Lauso li. 10. Æneid. *Extremáque Lauso Parcæ fila legunt.*

MATER CÆRVLA] Pindarus ποντίαν θεὸν, id est, marinam Deam appellat. idem Horat. sup. Od. 17. lib. 1. Circen vitream, id est, marinam, & in aqua habitantem. Nam marinis dijs, glaucus, & cæruleus color tribuitur, vt suprà diximus. F

ILLIC OMNE MALVM, &c.] apud Homer. *il. 1.* qui ad Achillem, vt illum placarent, missi sunt, offendunt eum in naui, citharæ cantu ægritudinem animi lenientem. sic Hom. Τὸν δ' εὗρον φρένα τερπόμενον φόρμιγγι λιγείῃ, Καλῇ, δαιδαλέῃ, &c. Hesiodus autem in Theogon. maximum dicit hominibus esse ægritudinum, & mærorum solatium, ac leuamentum, si quis cantor Musarum famulus ac minister, eorum, qui olim vixerint, Deorúmque immortalium laudes cantibus & carminibus suis concelebret. versus Hesiodi posuimus ad Od. 26 lib. 1. Εἰ γάρ τις καὶ πένθος ἔχων νεοκηδὲς θυμῷ Ἀζηται κραδίῃ ἀνιαχμένος, αὐτὰρ ἀοιδὸς Μουσάων θεράπων, &c. & Pind. *eiδ. θ. Nεμ.* sub. extr. ἐπ' ἀοιδαῖς δ' ἀνὴρ νώδυνον κάμάτῳ θῆκεν. id est, cantibus autem etiam nonnulli laborem suum leuiorem reddiderunt. Quin senex ille Simulus apud Virg. in moreto, laborem suum cantu leuat. *Alternátque vices, modò rustica carmina cantat, &c.* Itaque me-

 ritò.

Digitized by Google

A ritò hoc loco Horat. vinũ & cantum ægritudinis alloquia, id est, solatia, καὶ παραμύθια appellat.

ÆGRIMONIÆ] ægritudinis. vtitur infrà Od. 17. eodem nomine. *Fastidiosa tristis ægrimonia.* Cic. ad Att. lib. 12. *ferrem grauiter, si noua ægrimoniæ locus esset.*

DEFORM. ÆGR. DVLCIB. ALLOQV.] Sic reperi scriptum in omnib. cod. manusc. tum Vatic. tum alijs sine copulatione & ante vocem *alloquijs.* neq; est quòd quisquam de scripturę veritate dubitet. corruperant autem hunc locum ij homines, qui cùm in litt. cecutiant, videri tamen volunt perspicaces, atque oculati. hæc igitur verba *dulcibus alloquijs* coniungenda sunt cum illis, quæ antecedunt, *vino, cantuque,* vt vinum & cantum intelligamus dici ab Horatio ægritudinis alloquia, id est, vt Latini loquuntur, solatia. Græci enim solatium παρηγορίαν, & παραμύθιον nominant, id est, verbum de verbo, alloquium. Atque hunc locum ita esse intelligendum vir quidam doctissimus professus amicum, & meo me quasi onere leuare, meásque parteis agere gestiens, non ita pridem docuit.

B

## AD C. MÆCENATEM. Ode 14.

Phrynes amorem causam esse, quamobrem promissos Iambos non absoluat.

*MOllis inertia cur tantam diffuderit imis*
*Obliuionem sensibus,*
*Pocula lethæos vt si ducentia somnos*
*Arente fauce traxerim,*
*Candide Mæcenas occîdis sæpe rogando.*
*Deus, deus nam me vetat,*
*Inceptos olim, promissum carmen, iambos*
C *Ad vmbilicum adducere.*
*Nõ aliter Samio dicunt arsisse Bathyllo*
*Anacreonta Teïum:*
*Qui per sæpe caua testudine fleuit amorẽ*
*Non elaboratum ad pedem.*
*Vreris ipse miser. quòd si non pulchrior ignis*
*Accendit obsessam Ilion,*
*Gaude sorte tua. me libertina, neq; vno*
*Contenta, Phryne macerat.*

MOLLIS INERTIA] mollities, μαλακία, laboris impatiens ignauia.

DVCENTIA SOMNOS] adducentia, seu afferentia somnos, ὑπναωτικὰ, ὑπνοποιὰ: quæ somnos gignunt, & (vt Virgilius loquitur) *soporifera.* aliter dixit idem Virgilius lib. 4. *potes hoc sub casu ducere somnos?*

TRAXERIM] hauserim, biberim. Virgil. Æneid. 6. *Lethæi ad fluminis vndam Securos latices, & longa obliuia potant.* sic Horat. sat. 6. lib. 2. *Ducere sollicitæ iucunda obliuia vitæ.* D

OCCÎDIS SÆPE ROGANDO] toties me rogas, vt eneces: persæpe me rogas.

DEVS, DEVS] Cupido deus potentissimus, & imperiosissimus. magna autem vis inest in huiusmodi repetitionibus *Ilion, Ilion* Od. 3. lib. 3. *Postume, Postume* Od. 13. lib. 2. *Ibimus, Ibimus* Od. 17. eiusdem.

AD VMBILICVM ADDVCERE] absoluere, finire. solebant enim veteres illi librorum suorũ tegumenta vmbilicis ornare. Catull. ad Varum, *Noui vmbilici, lora rubra, membrana Derecta, plũbo & pumice omnia æquata.* Mart. lib. 4. *Ohe, iam satis est, ohe libelle, Iam peruenimus vsque ad vmbilicos.* Fiebant autem vmbilici ex ligno, aut ebore, aut aliquo alio osse.

NON ALITER SAMIO] Bathyllum Anacreontis delicias fuisse, ex eius carminibus intelligere licet.

ANACREONTA TEIVM] sup. Od. 17. lib. 1. *& fide Teia Dices laborantẽis in vno, &c.* Traditum est, Anacreontem interrogatum, cur carmina non scriberet in Deos, sed in pueros, respondisse hos nobis deos esse. Pindarus quidem, qui Anacreonte posterior fuit, scribit ἰώμ. εἰδ. ϛ. veteres poëtas lyricos formosorum puerorum amores canere solitos esse: non enim illo tempore Musam mercenariam, neque lucri studio deditam fuisse. verba Pindari sunt hæc, οἱ μὲν πάλαι, ὦ Θρασύβουλε, φῶτες, ὅσοι χρυσομιτρώτοις ἐς δίφρον μολοῦσιν ἔβαινον, κλυτᾷ φόρμιγγι σοφὰ πρέποντες ῥίμφα παιδείοις ἐπέζευον μελιγάρυας ὕμνους, ὅστις ἐὼν καλὸς, εἶχεν Ἀφροδίτας εὐθρόνου μαλερὰν αἰδῶ· καὶ ὀπώραν. ἀ μοῖσα γὰρ, ὦ φιλοκερδὴς πω πόκα λῶ, οὐδ' ἐργάτις. &c. id est, Veteres quidem illi, ô Thrasybule, qui cumque in Musarum aureis redimiculis ornatarum currum ascenderant cum insigni cithara rationem habentes, continuò puerileis iaculabantur dulceis cãtus, si quis forma præstãs ætatis maturæ florem dulcissimũ Veneris memorem præ se ferret. Musa enim nondum erat lucri cupida, neque mercenaria. E F

NON ELAB. AD PEDEM] ex Anacreontis paucorum, qui ad nos peruenerunt, versuum lectione, cuiuis intelligere licet, incredibilem in eo esse carminis facilitatẽ, ac simplicitatem: sed, quam tamen nullus labor, nulla cura, nulla cogitatio consequi posse videatur.

VRERIS IPSE] Tu quoque Mæcenas amore flagras, miser.

QVOD SI NON PVLCHR. IGN.] id est, quòd si Helena, quæ Paridem amore incendit: vel quæ Troiani incendij causa fuit, non fuit tua puella formosior: tuo te bono oblecta, eóque fruere: vel eo contentus esto. ambiguum inest in voce *ignis.* Nam Helena & incendij Troiani causam attulit, & Paridem amore inflãmauit: quod vtrumque ignis appellatione declaratur. Virgil. Palæm. *meus ignis Amyntas.* Idem Æneid. 3. *Phrygiique penates, Quos mecum à Troia, mediisque ex ignibus vrbis Extuleram.*

OBSES-

A OBSESSAM ILION] Troiam obsessam: Quidam libri vet. habent, *oppressam Ilion.*

NEC VNO CONTENTA] Terent. Eunucho, *quia Neque tu vno eras contenta, neque solus dedit.*

PHRYNE] commemoratur ab Athenæo lib. 14. meretrix huius nominis Phryne Thespiensis, vsque adeò venusta, & eximia forma, vt, cùm in iudicium capitis adducta esset, plurimisque & grauissimis criminibus premeretur, nulla ei res alia ad absolutionem fuerit suffragata, quàm formæ præstantia. Nam Hyperides orator, qui eam defendebat, cùm esset hæc opinio, iudices eam condemnaturos, constituit eam in eorum conspectu, tunicásque à pectore abscidit, vt nudas eius papillas, & nudum pectus aspicerent: tantámque & oratione, & hoc facto iudicum misericordiam commouit, cùm eam tanquam Veneris sacerdotem oleo perfudisset, vt iudices, religione quadã animis eorum occupatis, ac deterritis, non sint ausi Veneris sacerdotem & antistitem condemnare: qua absoluta Euthias accusator iratus, quòd è iudicio victus in re tam aperta discessisset, nullam postea causam dixit. Hanc illam Phrynen esse puto, quæ cùm Venerem auream Delphis dedicasset, & appẽdisset: inscripsit ei Veneris statuæ Diogenes Cynicus, τῆς ἀπὸ τῶν ἑλλήνων ἀκρασίας: id est, *Græcorum incontinentiæ monumentum.* Cùm superiora illa ex Athenæo de Phryne scripsissem, quadriennio pòst, iuuenis quidam, eruditus quidem ille, sed plus nimio φιλεπιμωμητὴς, reprehendit me quòd apud Athenæum ita legissem, vt habent omnes editiones, quas vidi, τὴν ὑποφῆτιν καὶ ἱέροδουλον ἀφροδίτης ἐλαίῳ χρισάμενος: itaque vertissem, *cùm eam tanquam Veneris sacerdotem, & antistitem oleo perfudisset, &c.* quoniam, inquit, perspicuum est, legendum esse ἐλέῳ χρισάμενος, quod valet, si verbum verbo reddas, *misericordia vsus:* id est, misericordia, vt ille interpretatur, commota. Cui ego hoc respondeo, primùm lectionem receptam ἐλαίῳ χρισάμενος, visam mihi esse tolerabilem, & probabilem. Nam veteres, deorum aras ac statuas, diui nósque homines oleo perfundere solebant. Verbi gratia, Plato lib. 3. de rep. facit Homerum amandari in aliam ciuitatem è sua, oleo perfusum & lana coronatum. sic enim Plato, ἀποπέμποιμεν τε ἂν εἰς ἄλλην πόλιν μύρου κατὰ κεφαλῆς καταχέαντες καὶ ἐρίῳ στέψαντες: quem locum his verbis expressit Maximus Tyrius λόγῳ. π. στεφανώσας τὸν ποιητὴν καὶ χρίσας μύρῳ, id est, cùm poëtam coronasset, vnguentóque perunxisset. Et Alexander Magnus, cùm in Sigæum perueniisset, columellam in tumulo Achillis defixam vnguento perunxisse dicitur. deinde ἐλέῳ χρῆσθαι pro misericordiam commouere non magis vsitatum esse, quàm ἐλαίῳ χρίειν pro oleo vngere. Postremò me non esse tam acutum, aut sagacem, vt, quæ apud scriptores antiquos reperiuntur, probabiliter, & commodè dicta, ea immutare sine auctoritate codicum manu scriptorũ possim. De hac eadem Phryne sic Arnobius libro 6. aduersus genteis, *Phryne illa Thespiaca (sicut illi referunt, qui negotia Thespiaca scriptitarunt) cùm in acumine ipso esset pulchritudinis, venustatis & floris, exemplar fuisse perhibetur cunctarum, quæ in opinione sunt, Venerum, sine per vrbeis Graias, sine quò iste fluxit amor talium, cupiditásque signorum. Itaque artifices omnes, ipsis iisdem qui temporibus exstiterunt, quibus primas dabat exprimendarum similitudinum veritas, omni cura studióque certabant filum capitis prostituti Cytherea in simulacra traducere: ardebant artificum scita, alterque alterum vincere cõtentiosa amulatione quærebãt; nõ Venus vt augustior fieret, sed vt Phryne pro Venere staret.* hanc eandem commemorat Lucill. in Sat. *Phryne nobilis illa vbi amatorem improbius quem, &c.*

## AD NEÆRAM.

### Ode 15.

Non seruatam ab ea fidem conqueritur.

*NOX erat, & cælo fulgebat luna sereno*
*Inter minora sidera,*
*Cùm tu magnorum numen læsura deorũ*
*In verba iurabas mea,*
*Arctius, atque edera procera astringitur ilex*
*Lentis adhærens brachijs:*
*Dum pecori lupus, & nautis infestus Orion*
*Turbaret hibernum mare:*
*Intonsósque agitaret Apollinis aura capillos,*
*Fore hunc amorem mutuum.*
*O dolitura mea multùm virtute Neæra:*
*Nam, si quid in Flacco viri est,*
*Nõ feret assiduas potiori te dare noctes:*
*Et quæret iratus parem.*
*Nec semel offensæ cedet cõstãtia formæ,*
*Si certus intrarit dolor.*
*At tu, quicumq; es felicior, atq; meo nũc*
*Superbus incedis malo:*
*Sis pecore, & multa diues tellure licebit:*
*Tibíque Pactolus fluat:*
*Nec te Pythagoræ fallãt arcana renati:*
*Formáque vincas Nirea:*
*Eheu, translatos aliò mærebis amores:*
*Ast ego vicissim risero.*

NOX ERAT] sic Virgil. Æneid. 3. *Nox erat, & terris animalia somnus habebat,* & 4. *Nox erat,*

A *& placidum carpebant fessa soporem Corpora, &c.* Apollon. lib. 3. Argon. Νὺξ μὲν ἔτ' ὤρνυτ' ὀλὴν χάλαν ἄγρι κτέφας, οἳ δ' ἐπὶ πόντῳ Ναῦται εἰς ἑλίκων τε, καὶ ἀστέρας ὡρίωνος Ἐφράσαν ὀκνηῶν, &c. id est, Nox erat, seu nox in terram tenebras adduxerat: nautæ autem ad Helicam, & Orionē è nauibus aspectum defigebāt. Et Varro, *Desierant latrare canes, vrbésque silebāt: Omnia noctis erant, placida composta quiete.*

Et cælo fvlg. lvna ser. Int. minora] sup. Od. 12. lib. 1. *velut inter ignes Luna minores.* & carmine sæcul. infrà. *Siderum regina bicornis.*

Cvm tv magn. nvmen læs. deor.] id est, cùm tu peieratura. Dij magni autem sunt Iupiter, Minerua, Apollo, & ij, quos Æneas præter Deos penates, id est, deos familiares, qui domi colebantur, secum in Italiam attulerat. Nam Dij magni publice, Penates priuatim colebātur. Ennius, *Dono, ducite, dóque volentibus cum magnis Dijs.* Virgil. lib. 3 Æneid. princip. *Cum socijs, natóque, penatibus, & magnis Dijs.*

In verba ivrabas mea] iurare in verba, sermo militaris. Cæsar lib. 1. de bello ciuili. *Princeps Petreius in hac verba iurat ipse: ad idem*
B *iusiurandum adigit Afranium: subsequuntur tribuni militum.* T. Liu. lib. 3. *Nobis verò* (inquit Quinctius) *nihil delectu opus est, cùm, quo tempore P. Valerius ad recipiendum Capitolium arma plebi dedit, omnes in verba iurauerint, conuenturos se iussu cōsulis.* Idem lib. 45. *omnes, qui in consulis verba iurauerint.* Horat. Od. prox. *Sed iuremus in hac, simul imis saxa renarint Vadis leuata, ne redire sit nefas.* & epist. 1. lib. 1. *Nullius addictus iurare in verba magistri.* est autem *in verba iurare*, verbis ab altero cōceptis, iurare se ita fecisse, vel non facturum, vel non. verumtamen non dissimulabo, me scriptum reperisse in lib. Don. *In vota iurabas.*

Arct. atqve edera, &c.] me arctius amplectens, quam ab edera astringitur ilex. sic Catull. carm. in nuptias Iuliæ. *Mentem amore revinciens, Vt tenax edera hàc, & hàc Arborem implicat errans.* ibidem, *Lenta quin velut assitas Vitis implicat arbores, Implicabitur in tuum complexum.*
C rior. sup. Od. 36. lib. 1. *nec Damalis nouo Diuelletur adultero Lasciuis ederis ambitiosior.*

Lentis adhærens brachiis] Lentis, id est, flexibilibus, inhærentibus, sequacibus, tenacibus, ambitiosis, ad amplectendum accommodatis. tralatio est. sic Virg. lib. 4. Georg. *Ac veluti lentis Cyclopes fulmina massis Cùm properāt.* per lentas enim significat ductileis, εὐηλάτους. aliter sat. 9. lib. 1. *Et pressare manu lentissima brachia.* ibi enim lentissima dicere videtur, ad sentiendum quid vellet Horat. tarda. & aliter Oda 19. lib. 3. *Me lentus Glycera torret amor meæ:* cui simile est illud Od. 13. lib. 1. *Quam lentis penitus macerer ignibus.*

Dvm pecori lvpvs, &c.] id est, semper. Tale illud Virg. Daphnide. *Dum iuga montis aper, fluuios dum piscis amabit, Dúmque thymo pascentur apes, dum rore cicadæ: Semper honos, &c.* & illud Æn. 3. *In freta dum fluuij current: dum montibus umbræ Lustrabunt cōuexa: polus dum sidera pascet: Semper honos, &c.* Neque verò ab hoc genere alienū est illud, quod est apud Herodotū, Vrania: D
in extr. quo loco Athenienses Alexandro, quem ad eos miserat Mardonius, vt eos ad condiciones à rege Persarum latas adduceret, respondent hoc modo, ὁμολογῆσαι δὲ τῷ βαρβάρῳ μήτε σὺ ἡμέας πειρῶ ἀναπείθειν· οὔτε ἡμεῖς πεισόμεθα· ταῦτά τε ἀπάγγελλε τῷ Μαρδονίῳ, ὡς Ἀθηναῖοι λέγουσιν, ἐς ὅσον ὁ ἥλιος τὴν αὐτὴν ὁδὸν ἴῃ, τὴν περ νῦν ἔρχεται, μήκοτε ὁμολογήσειν ἡμέας ξέρξῃ, ἀλλὰ θεοῖσί τε συμμάχοισι πίσυνοι μὲν ἐπέξιμεν ἀμυνόμενοι, καὶ τοῖσι ἥρωσι. id est, Vt autem cum Barbaro consentiamus, & conspiremus, neque tu nobis persuadere conare, neque nos adducemur: & nunc Mardonio renuntia, Athenienseis dicere, quamdiu sol eandem viam ibit, quam nunc init, numquam nos cum Xerxe vllas pacis pactiones facturos, sed & dijs adiutoribus ac socijs fretos, & heroibus, bellum Græciæ inferentem repulsuros.

Orion.] de Orione diximus suprà ad Od. 28. lib. 1.

Intonsosqve] sup. Od. 21. lib. 1. *Intonsum pueri dicite Cynthium.* ἀκειρεκόμας dicunt Græci.

O dolitvra mea, &c.] minatur Neæræ se amorem suum ab ea in aliam translaturum. E

Nam, siqv. in fl. viri est,] id est, si quid virtutis. appellata enim est à viro virtus, in quit M. Tull. Tusc. 2.

Parem] puellam. Oda 11. hoc lib. *Semper vt te digna sequare, & vltrà, Quàm licet, sperare, nefas putando, Disparem vites.*

Potiori.] riuali meo, qui tibi potior est: quem tu mihi anteponis: qui priores parteis habet apud te, vt loquitur Terent. Eun.

Nocteis] assiduas potiori dare nocteis, id est assiduè cum eo, quem pluris facis, quàm me, pernoctare, & cubare. epist. 1. lib. 1. *Vt nox longa quibus mentitur amica, &c.* Plautus Trucul. *Si rares nocteis ducit, ab animo perit.* Idem Pœnul. *Cuius ego vel nebulæ cyatho septem nocteis non emam.* Idem Asinar. *Noctem tuam, & vini cadum velim, si optata fiant,*

Nec semel offensæ, &c.] locus est F
obscurus, quem sic declaro. Nec, si certo, & vero dolore affectus fuero, cōstantia mea, quæ me diu tuos mores, tuámque iniuriam perferre coëgit, cedet tuæ formæ semel offensæ, id est, quæ semel offenderit, quæ semel peccarit: quæ mihi semel offensa, atque inuisa, dum alios amas, fuerit. vel sic, & in eo cōstans ero, quòd numquam cedam posthac tuæ formæ semel lapsæ, & ita mihi inuisæ. Ea autem est interdum nominis offensus, significatio, apud bonos scriptores. sic M. Tullius, existimationem ordinis senatorij, offensam dixit, propterea quòd senatores malè administrabant iudicia. Verr. de iure dicundo. *Si me animus, atque amor in Remp. existimatioq; offensa nostri ordinis, ac iudiciorum nō hoc facere coegisset, &c.* Idem in frumentaria. *ô miserum, atque inuidiosum, offensumq; paucorum culpa, atq; indignitate ordinem senatorium.* Idem Catilin. 1. *Et, si me meis ciuibus iniuria suspectum tam graniter, atque offensum videre: carere me aspectu*

Digitized by Google

A *aspectu ciuium, quàm infestis oculis omnium conspici mallem.* Idem pro Sextio. *aliúsne est aliquis improbis peculiaris populus, cui nos offensi, inuisíq; fuerimus?* Idem pro Cluentio. *etiam si is inuidiosus, aut multis offensus esse videatur: etiã si eum oderitis, &c.* Idem ad Attic. lib. 2. *scito nihil vmquam fuisse tam infame, tam turpe, tam peræquè omnibus generibus, ordinibus, ætatibus offensum, quàm hunc statum, qui nunc est.* talia sunt *tacitus, iuratus*, quæ tametsi à verbis taceo, iuro mânent, vocemque habeant patiendi, significant actionem tamen. Porphyrio autem *offensæ formæ* interpretatur *periurio pollutæ.* quod sicui placeat magis, non reclamabo. offensus etiam non numquam idem valet, quod infensus, & iratus, propterea, quòd, qui offensi, & læsi fuerunt, irasci solent. Plancus Cicer. lib. 10. epist. *Si hominem offensum mihi, coniunctum cum Rep. nõ subleuassem.* Propert. lib. 3. *Offensa illa mihi, non tibi amica dedit.* quæ significatio ad hunc locũ quadrare non potest, quamuis in vno cod. manuscr.

B repererim. *Nec semel iratæ.*

SI CERT. INTR. DOL.] si certum animo dolorem conceperit Flaccus: si certus in animum Flacci se insinuarit dolor, subaudiendum enim in verbo intrarit, in mentem, aut in animum Flacci: & ita loquitur M. Tull. de orat. 2. *definitio in sensum, & in mentem iudicis intrare non potest.* Corn. Tacitus lib. 1. annalium. *pauidos, & conscientia vecordeis intrat metus.*

AT TV, QVICVMQVE ES.] ἀποστροφὴ ad æmulum, seu riualem suum.

FELICIOR] qui nunc Neæra frueris, me extruso, atque expulso.

MEO MALO] meo incommodo exsultas, quòd spernor à Neæra.

LICEBIT] licebit per me sis opulentissimus, sapientiss. pulcherrimus. sic loquitur sat. 2. lib. 2. *licebit Ille repotia, natalcis, aliósue dierum Festos albatus celebret.*

TIBÍQVE PACTOLVS FLVAT.] Pactolus Lydiæ fluuius, qui ad Sardianos auri ramenta

C ex monte Tmolo deferens, per medium forum vrbis fluit: auctor Herodot. Terpsichore. Plinius lib. 33. cap. 4. quinque totius orbis terrarum fluuios auriferos enumerat, Tagum in Hispania, Padum in Italia, Hebrum in Thracia, Pactolum in Asia, Gangem in India.

NEC TE PYTHAGORÆ FALLANT] & quamuis philosophiam Pythagoricã perdidiceris, animoq; comprehenderis. de Pythagora diximus sup. ad Od. 28. lib. 1.

FORMAQVE VINCAS NIREA] quo nemo, Achille excepto, ad bellum Troianum pulchrior profectus est Hom. auctore ia. c. vt ann. sup. ad Od. 20. lib. 3. *Qualis aut Nireus fuit, &c.* sed quòd hoc loco formã in amore haud multùm valere significat Horatius, Pausanias in eandẽ sententiam tradit Achaicis, ædificium quoddã fuisse in Ægiria, & in eo, Fortunę signũ, quod Amalthęę cornu in manu teneret: tùm huic signo proximũ adstitisse Cupidinem pennigerum: Atque huius operis hanc fuisse significationem, fortunam magis, quàm formam, in amore dominari.

EHEV, TRANSLATOS ALIÒ] tale est illud Od. 6. lib. 1. *Heu, quoties fidem, Mutatosq; deos flebit, & aspera Nigris æquora ventis!* sic Tibull. lib. 1. eleg. 5. *At tu, qui potior nunc es, mea furta vaueto. Versatur celeri fors leuis orbe rota.* Iam quemadmodum hîc *mærebis amores*, sic epist. ad Mæcen. 2. lib. 1. dixit *mærere fugam. atq; Inter vina fugam Cynaræ mærere proterui.*

## QVERITVR, BELLORUM ciuilium nullum esse finem, & remp. Romanã desperat, aliasq; terras & ipse petere cogitat, & alijs, vt idem faciant, suadet.

### Ode 16.

A *Lterà iã teritur bellis ciuilibus ætas,* E
*Suis & ipsa Roma viribus ruit:*
*Quam neq; finitimi valuerunt perdere Marsi,*
*Minacis aut Etrusca Porsenæ manus,*
*Æmula nec virtus Capuæ, nec Spartacus acer,*
*Nouisq; rebus infidelis Allobrox: (bet,*
*Nec fera cærulea domuit Germania pu-*
*Parentibusq; abominatus Annibal:*
*Impia perdemus deuoti sanguinis ætas:*
*Ferisq; rursus occupabitur solum.*
*Barbarus, heu, cineres insistet victor: & urbem*
*Eques sonante verberabit vngula:*
*Quæque carent ventis, & solibus, ossa* F
*Quirini,*
*Nefas videre, dissipabit insolens.*
*Forte, quid expediat, communiter, aut melior pars*
*Malis carere quæritis laboribus.*
*Nulla sit hac potior sententia: Phocæorũ*
*Velut profugit exsecrata ciuitas: (fana*
*Agros, atq; Lareis patrios, habitandaq;*
*Apris reliquit, & rapacibus lupis: (das*
*Ire, pedes quocũq; ferũt: quocũq; per vn-*
*Notus vocabit, aut proteruus Africus.*
*Sic placet? an melius quis habet suadere? secunda*
*Ratem occupare quid moramur alite?*



Digitized by Google

A *Sed iuremus in hæc: simul imis saxa renauis*
*Vadis leuata, ne redire sit nefas: (rint*
*Neu cõuersa domum pigeat dare lintea, quando*
*Padus Matina lauerit cacumina:*
*In mare seu celsus prcurrerit Apenninus:*
*Nouaq; mõstra iunxerit libidine (uis:*
*Mirꝰ amor, iuuet vt tigreis subsidere cer*
*Adulteretur & columba miluio: (nes:*
*Credula nec fuluos timeãt armenta leones:*
*Ametq; salsa læuis hircus æquora.*
*Hæc, & quæ poterunt reditus abscindere dulceis,*
*Eamus omnis exsecrata ciuitas,*
B *Aut pars indocili melior grege, mollis, & exspes*
*Inominata perprimat cubilia.*
*Vos, quib. est virtꝰ, muliebrẽ tollite luctũ:*
*Etrusca præter & volate littora. (ta*
*Nos manet Oceanꝰ circũuagꝰ: arua, beata*
*Petamus arua, diuiteis & insulas:*
*Reddit vbi Cererẽ tellus inarata quotannis*
*Et imputata floret vsq; vinea: (nis:*
*Germinat et nũquãm fallẽtis termes oliuæ:*
*Suamq; pulla ficus ornat arborem:*
*Mella caua manãt ex ilice: mõtibus altis*
*Leuis crepante lympha desilit pede.*
*Illic iniussæ veniunt ad mulctra capellæ:*
C *Refertq; tenta grex amicus vbera:*
*Nec vespertinus circũgemit vrsus ouile:*
*Nec intumescit alta viperis humus:*
*Pluraq; felices mirabimur, vt neq; largis*
*Aquosus Eurus arua radat imbribus,*
*Pinguia nec siccis vrantur semina glebis:*
*Vtrumq; rege temperante cælitum.*
*Non huc Argoo contendit remige pinus:*
*Neq; impudica Colchis intulit pedem:*
*Nõ huc Sidonij torserunt cornua nautæ,*
*Laboriosa nec cohors Vlyssei.*
*Nulla nocent pecori cõtagia: nullius astri*
*Gregem æstuosa torret impotentia.*
*Iupiter illa piæ secreuit littora genti,*
*Vt inquinauit ære tempus aureum:*
*Ære, dehinc ferro durauit sæcula. quorũ* D
*Pijs secunda vate me datur fuga.*

ALTERA IAM TERITVR BELLIS] ætas triginta annorum spatium continet, vt suprà admonui ad Od. 9. lib. 2. Prior igitur ætas bellis ciuilibus vexata, ea est, quæ intra Syllę & Sulpicij, Octauij & Cinnæ, Marij & Syllæ, Pompeij & Cæsaris tempora vertitur. M. Tull. epist. lib. 4. ad M. Marcell. *Omnia sunt misera in bellis ciuilibus, quæ maiores nostri ne semel quidem: nostra ætas sæpe iam sensit.* Idem Philip. 8. *Sylla cum Sulpicio de iure legum, quas per vim latas Sylla dicebat, contendit: Cinna cum Octauio de nouorum ciuium suffragijs: rursus cum Mario, & Carbone Sylla, ne dominarentur indigni, & vt clarissimorum hominum crudelissimã puniretur necem. De proximo bello ciuili non libet dicere: ignoro causam: detestor exitũ. Hoc bellum quintum ciuile geritur, atq; omnia in nostram ætatem inciderunt.* Altera autem ætas, quæ cædem C. Cæsaris cõsecuta est, multa item alia bella ciuilia vidit: E
Mutinense, aduersus M. Antonium: Perusinum, contra L. Antonium M. Antonij fratrem: Sicilien se, seu potius Fretense, contra Sex. Pompeiũ Pompeij Magni filium: Thessalicum seu Philippense, aduersus M. Brutum & C. Cassium, Actiacum, contra M. Antonium & Cleopatram.

SVIS ET IPSA RO. VIR.] sic suprà Od. 7. *vt sua Vrbs hæc periret dextera.* In vno quidem cod. manuscrip. scriptum repeti, *Suis & ipsa R. v. perit.*

MARSI] à quibus Marsicum bellum appellatum, quorum dux Propedius, vt sup. annotauimus ex Strabone ad Od. 14. lib. 3.

PORSENÆ MANVS] Porsena dux Etruscorum, de quo vide T. Liuium lib. 2. annalium.

ÆMVLA NEC VIRT. CAP.] M. Tull. in ea orat. quam habuit in senatu de lege agr. contra Rull. sic ait, *Maiores nostri Capua magistratus, senatum, consilium commune, omnia denig; insignia reip. sustulerunt, neq; aliud quicquam, nisi inane nomen Capuæ reliquerunt, nõ crudelitate (quid enim illis fuit* F
*clementius, qui etiam externis hostibus victis sua sæpissimè reddiderunt?) sed consilio, quòd videbant, si quod reip. vestigium illis mœnibus contineretur, vrbẽ ipsam imperio domicilium præbere posse.* Idem in ea, quam habuit ad populum contra eundem, dicit populum Ro. treis solùm vrbeis in terris omnibus, Karthaginem, Corinthum, Capuam statuisse posse imperij grauitatem, ac nomen sustinere. *Deleta Karthago est* (inquit) &c. *De Capua multum est, & diu consultatum. Exstant litteræ, Quirites, publicæ: sunt S. C. complura.*

SPARTACVS] de Spartaco, seruorum duce, & bello seruili ab eo conflato, diximus suprà ad Od. 14. lib. 3.

NOVISQVE REB. INFID.] Cæsar commentar. de bello Gallico li. 3. & 4. scribit, omneis Gallos rebus nouis studere, & ad bellum celeriter, mobiliterque excitari. Potest igitur fieri, vt Horatius hoc loco nomine Allobrogum, qui Ciceronis, & Cæsaris ætate fuerunt pacati, ceteros Gallos significet, qui Romanorum imperium nõ

æquo

A æquo admodum animo perferebant. Quamquá mihi fit verisimilius, Allobrogum nomine, Allobroges ipsos, non alios Gallos, intelligi. Neque me mouebit, quòd obijcit Glareanus, Allobroges in coniuratione illa Catilinaria, populi Ro. maiestatem conseruare, quàm coniuratorum consilijs assentiri, & fauere maluisse: neque vsquam alibi alienos à populo Ro. animos habuisse: quare non facilè explicari posse, quamobrẽ nunc eos dicat Horatius infideleis: sed hæc (vt dixi) non me mouent. Non enim, si nihil moliti sunt aduersus populum Ro. continuò sequitur, metuendum nõ fuisse, ne facerent. Præterea infideles nõ hi solùm appellantur, qui fidem non seruant: quales sunt perfidi: sed & ij, quibus tutò non creditur, & qui data occasione libenter, & cupidè sint nocituri, fidemque violaturi. Itaque M. Tull. Catil. tertia, hanc Allobrogum in rebus tam turbulentis, & periculosis quietem, atq; hoc otium, non eorum erga populum Ro. caritati, aut fidei, aut constantiæ tribuendum esse censet: sed Deorum in populum Ro. beneuolentiæ, ac benignitati. sic enim scribit eo loco, *Iam verò illa Allobrogum sollicitatio à Lentulo, ceterisq; domesticis hostibus, tantares, tam dementer credita & ignotis, & barbaris, commissaq; litteræ numquam essent profectò, nisi à Dijs immortalibus huic tantæ audaciæ consilium esset ereptũ.* Præterea constat ex oratione M. Tull. de prouin. coss. Allobroges non perpetuò in officio, neq; in fide erga populum Ro. mansisse. his verbis, *Modò C. Pomtinius fortissimus vir ortum repente bellum Allobrogum, atq; hac scelerata coniuratione excitatũ, prælijs fregit, eosq; domuit, qui lacessierant.* Postremò in oratione pro M. Fonteio, Belgarum, & Allobrogum infidelitatem disertè notat idem Cicero his verbis. *quibus neq; propter iracundiam, fidem: neq; propter infidelitatem, honorem habere debetis.* Nam hos significari declarant ea, quæ tribus pagellis pòst sequuntur. *Vos Belgarum, atq; Allobrogum testimonijs non credere timetis?* quidam vir doctus hunc locum ita videtur intelligere, vt Allobroges eò dixerit Horatius infideleis nouis rebus, quia se præbuerint in eos infideleis, qui nouis rebus studerent, nempe in coniuratos. hæc enim illius verba sunt in commentarijs eius in Catilinariam tertiam. *sed illi cùm simularent, se ei consilio fauere, totam rem tamen ad Q. Fabium Sangam detulerunt. vnde dictum est ab Horatio, Nouisq; rebus infidelis Allobrox.* Mihi autem hæc sententia probari nullo modo potest. Nam cùm Horatius Allobroges hîc cum Marsis illis, qui bellum Marsicum excitarunt, cum Porsena, cum Capua, Spartaco, Germanis, Annibale numeret, qui fuerunt hostes populi Ro. perspicuéque hoc dicat Horatius, Romam, quæ hostibus externis restiterit, aut quæ ab hostibus externis labefactari non potuerit, à ciuibus euerti: pugnantia loqueretur, si hunc sensum probaremus. Multa in Allobroges M. Tull. pro Fonteio. Sed dici potest, eum inseruite causæ.

B

Nec fera cærvlea, &c.] cærulea iuuentute. Sed cur cæruleam appellat? an quòd se Germani cæruleo colore inficiunt, vt formidolosiores sint in prœlijs? quod quidem de Germanis à quoquam memoriæ proditum esse non memini. At de Britannis sic Cæsar lib. 5. *Omnes verò se Britanni glasto inficiunt, quod cæruleum efficit colorem, atq; hoc horridiore sunt in pugna aspectu.* vbi docti quidam legunt *luto*, seu *luteo infic.* alij *glauco.* Item Propert. lib. 2. *Nunc etiam infectos demens imitare Britannos, Ludis & externo tincta nitore caput.* an quòd Germani ferè omnes cæruleis sunt oculis? quæ ratio probabilior est. nam etiam hoc traditum est à Corn. Tacito lib. de moribus German. *Vnde habitus quoq; corporum quamquam in tanto hominum numero, idem omnibus: truces & cærulei oculi, rutilæ comæ, magna corpora, & tantùm ad impetum valida, &c.*

C

Parentibvsqve abom. Ann.] eorum parentibus, qui bellis Punicis in prœlijs cæsi sunt. vt sup. Od. 1. lib. 1. *bellaq; matribus Detestata.* abominatus igitur παθητικὸν.

Impia perd.] nos impij, qui huius ætatis sumus, Romam perdemus, quam tot hostes violare non potuerunt.

D

Devoti sang.] quorum sanguis Dijs, vel morti videtur esse deuotus ad expianda maiorum nostrorum scelera. vide sup. Od. 4. lib. 3. de voce, *deuotus.*

Ferisqve rvrsvs, &c.] solum vrbis Romæ rursus erit incultum, infrequens, vastum, ac desertum, ferisq; receptacula, ac latebras præbebit. sup. Od. 3. lib. 3. *Paridisq; busto Insultet armentum, & catulos fera Celent inulta.*

E

Barbarvs (hev) cin.] cineres vrbis, vel ciuium, pedibus conculcabunt barbari.

Eqves son. verb. vng.] id est, eques insultabit cineribus. Ennius 8. annal. *Consequitur: summo sonitu quatit vngula terram.* idem 17. *It eques, & plausu cana concutit vngula terram.* Virgil. Georg. 3. *atq; equitem docuere sub armis Insultare solo.* Varius de morte: *Insultare docet campis:* Lucretius lib. 3. *Et contemsit, aquis insultans, murmura ponti.*

Qvæqve car. vent. et solib.] & ossa Romuli, quæ sunt penitus in terram defossa, & in vrna cóndita, atq; ita neq; ventis commouentur, neq; à solis radijs attinguntur, victor insolens dissipabit. Iam quòd ad verbũ carendi attinet, nõ semper in eo inest velle. dicimus enim *carere febri, carere culpa, carere malo,* & similib.

F

Nefas videre] videre Romuli cineres dispersos. cod. vnus Vatic. & Torn. habent, *Nefas videri.* quam scripturam non improbo.

Insolens] sup. Od. 16. li. 1. *exercitus insolens.*

Forte, qvid expediat] fortè dictum pro fortasse. quod exemplum, vt rarum, notandum est.

Expediat] vtile sit, vt sup. Od. 8. lib. 2. *Expedit matris cineres opertos Fallere.* Catull. in Priapeijs, *Manumq; seorsum habebis, hoc tibi expedit.*

Commvniter, avt melior pars] aut vos omnes communi consilio, aut melior pars vestrûm. melior autem propriè positum, non pro maiore.

Malis carere qværitis, &c.] ordo

Digitized by Google

A ordo est hic, Fortasse quid expediat, vos omnes quæritis, aut melior pars vestrum: carere, id est, vt careatis malis laboribus. Græci subintelligunt in huiusmodi loquendi generibus, particulam ὥστε, quæ valet, vt. interdum etiam, & quidē sæpius, nō subintelligitur, sed adhibetur. quod item imitatus est Hora. Od. 11. lib. 1. *vt melius, quicquid erit, pati*, quomodo interpretantur Linacer, & Erasmus. vel repetendum est verbum *quæritis* hoc modo, *quæritis quid expediat*, & *quæritis carere*, vt loquitur Od. 16. lib. 1. *mitibus Mutare quærotristia*. & epist. 1. ad Mæcenatem, *quæris me includere ludo*. adde cetera exempla, quæ ascripsi ad Od. 10. lib. 1.

MALIS LABORIBVS] *malis* epithetum est distinguendi causa adhibitum. sunt enim aliqui boni, & laudabiles labores. sunt & secundi, vt Od. 4. lib. 4. *Post hoc secundis vsq; laboribus Romana pubes creuit. malos labores* igitur intellige, qui perferuntur in bellis ciuilibus.

NVLLA SIT HAC POTIOR] hanc sententiā potissimùm sequamur, vt eamus quocūq; B nos pedes ferent, veluti Phocæi, &c.

PHOCÆORVM] à quibus Massiliam esse cónditam traditum est. Athenæus lib. 13. Διεσπάλη δὲ ἡ τῆ Μασσαλιωτῶν πολιτεία χάριν ἔπος. φωκαεῖς οἱ ἐν Ἰωνίᾳ, ἐμπορίαν χώμενοι ἔκτισαν μασσαλίαν. id est, Aristoteles in libro de Massiliensium rep. ita scribit. Phocæi ij, qui sunt in Ionia, mercaturæ studio dediti, Massiliam condiderunt. T. Liuius lib. 34. *Iam tum Emporiæ duo oppida erant muro diuisa: vnum Græci habebant, à Phocæa, vnde & Massilienses oriundi: alterum Hispani*. Idem Herodotus memoriæ prodidit lib. 1. seu Clione. vbi hanc Phocæorum execrationem, quam hîc commemorat Horatius, his verbis exponit, Μετὰ δὲ ὡς τῶν σφι ἐξέργασο, ἐποιήσαντο ἰσχυρὰς κατάρας τῷ ἐπολειπομένῳ ἑωυτῶν τῆ σόλῃ. ἐπὶ δὲ τούτοισι καὶ μύδρον σιδήρεον κατιππώσαντες: καὶ ὤμοσαν μὴ πρὸ ἐς φωκαίδα ἥξειν πρὶν ἢ τὸν μύδρον τοῦτον ἀναφῆναι: id est. Posteaquā aūt hoc ab ijs confectū est, magnis & validis execrationibus classis suæ reliquias deuinxerunt: præterea verò etiam massam ferream C in mare demerserunt, & iurarunt non prius se in Phocæam reuersuros, quàm hæc massa è fundo maris emergeret, atq; in summa aqua exstaret.

EXSECRATA] execrationibus vsa, quas Græci ἀρὰς & κατάρας appellant: vnde ἀρᾶσθαι, & καταρᾶσθαι execrari. Cicer. Off. 3. *erranti viā non monstrare: quod Athenis execrationibus publicis sanctū est*. sic loquitur Liuius lib. 39. de Annibale, *Execratus deinde in caput, regnumq; Prusiæ, & hospitaleis Deos violatæ ab eo fidei testeis inuocans, poculum exhausit*. huiusmodi execrationis exemplum præter hoc de Phocæis, exstat & apud Æschinem in oratione κτ' Κτησιφῶντος. satis erit mihi locum indicasse: γέγραπται γὰρ ἔπως ἐν τῇ ἀρᾷ: εἴπας τάδε, φησὶ, καθεζέσθω ἡ πόλις, ἡ ἰδιώτης, ἢ ἔθνος, ἐναγὴς ἔστω τῷ Ἀπόλλωνος καὶ τῆς ἀρτέμιδος, &c. id est, si quis hæc migrauerit, siue ciuitas, siue quis priuatus, siue natio, Apollini, Dianæ, Latonæ, Mineruæ prouidæ sacer esto. sequitur, καὶ ἐπεύχεται αὐτοῖς μήτε γῆν καρπὸς φέρειν, μήτε γυναῖκας τέκνα τίκτειν γονεῦσιν ἐοικότα, ἀλλὰ τέρατα. id est, & hoc eis precatur vt neq; eis terra fructus efferat, neq; vxores eorū liberos parentibus similes, sed monstra & portenta pariant. & apud T. Liuiū lib. D 28. Annal. *His adhortationibus exsecratio dira adiecta est, siquē à proposito spes, mollitiaq; animi flexisset*.

ATQVE LAREIS PATRIOS] cùm duo cod. Vatic. & item Don. Faër. Torn. Cleric. Nicotiani, Russard. & item meus haberent *patrios*, ego reiecta vulgata lectione *proprios*, hanc probaui. PEDES QVOCVMQVE FERVNT] quocumq; via patuerit, nullo nobis ab initio loco, quò eamus, proposito. sic & sup. Od. 11. lib. 3. *I, pedes quò te rapiunt, & aura*. sic loquuntur & Græci, ἦ πόδες ἄγουσι, id est, quò pedes ducunt. Theocr. in Hyla. ὃ δ', ἅ πόδες ἄγον, ἐχώρει Μαιόμενος. Apollon. lib. 1. Argon. ἐς δὲ κέλευθον Τὴν θέεν, ἦ πόδες αὐτὸν ὑπαὶ ἔφερον αἰσσοντα. idem lib. 4. Ὡς ἄρ' ἔφη. πλὼς δ' αἶψα πόδες φέρον ἐγγυθέουσαι. Plautus mercat. *Nec podagricus, nec articularius est, quem rus pedes ducunt*. Virg. Mœr. *Quò te Mœri pedes? habent* lib. vet. ferent.

PROTERVVS AFRICVS] tralatio est. sic suprà ventos proteruos appellauit Od. 26. lib. 1. *Tradam proteruis in mare Creticū Portare ventis*.

SECVNDA ALITE] αἰσίῳ ὄρνιθι, auspicatò, bonis auibus. vide annot. ad Od. 15. lib. 1. E

SED IVREMVS IN HÆC] quid sit in verba iurare, dixi suprà ad Oden superiorem.

SIMVL IMIS SAXA RENAR. &c.] verba sunt ita concepta, posteaquàm saxa ex imis aquarum vadis in summam aquam emerserint, & exstiterint: tum nobis fas esse putemus in patriā, quam relinquimus, redire. prius aūt redire, quàm saxa enatarint è profundo, sit nefas. ne prius in patriam redeamus, quàm saxa, quę sunt in profundo, in summam aquam euaserint: proinde ac si dicat, numquam redeamus. sed satis apparet, Horatium historiam, & rem gestam, quam paullo antè ex Herodoto retulimus, spectauisse, quamuis nō dicat, simul massa ferrea, (quam Herodotus μύδρον σιδήρεον nominauit) è maris fundo enatarit, sed *simul imis saxa renarint*, id est, simul atq; saxa ex imis vadis emerserint, atque exstiterint, vel in summam aquam resilierint.

NEV CONVERSA DOMVM, &c.] néue F tum pigeat nauibus domū reuehi, cum Padus, citerioris Galliæ fluuius, ad montis Matini, qui est in Calabria, verticē peruenerit, antequam id fiat verò, pigeat nos in patriā reuerti. atqui numquam illud futurū est. tale est illud Virg. in Tityro. *Aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tigrin*.

IN MARE SEV CELSVS] seu quando Apenninus, &c. ne pigeat, &c.

NOVAQVE LIBIDINE] noua & inusitata, & inaudita libidine. esset enim noua & inaudita, & monstri similis libido, si tigres fæminę libidine incensæ à ceruis se subigi paterentur: & si miluij cum columbis commiscerentur, & cū vaccis leones: quemadmodū pictor ille ridiculus esset, qui placidis copularet immitia, *Serpenteis auibus geminaret, tigribus agnos*, vt ait epist. ad Pison. princip.

SVBSIDERE] succumbere, subiacere. sic Luc. li. 4. *Nec ratione alia volucres, armenta, feraq;, Et pecudes, & equa maribus subsidere possent, Si non, &c.*

CREDVLA NEC FVLVOS]. i. & qñ nō timuerint armenta leones, &c. alij libri habent *flauos*.

CREDVLA]

A CREDVLA] id est, quando vsq; adeò fuerint credula, vt sibi non timeant à leonibus. *non timeant credula*, genus est loquendi, quod suprà notauimus: in quo nomen appositum vim verbi adiuuat. quale & illud Od. 24. lib. 1. *Priuignis mulier temperat innocens*. de quibus vide annot. ad Od. 8. lib. 3. Nam hoc totum, *nec timeant leones credula*, perinde valet ac si dixisset, & in non timendis leonibus credula sint. FVLVOS] nonnulli lib. veteres habent *flauos*: quidam alij *fœnos*.

LÆVIS HIRCVS] factus læuis, qui est, horridus, & hirsutus natura.

ABSCINDERE] præcidere, intercludere, abrumpere.

EAMVS OMNIS EXSECR. CIV.] tota ciuitas, (inquit) aut melior pars, *exsecrata*, id est, exsecratione tali vsa, eamus. *omnis*, est recti casus, nequis errans putet esse accusandi cas. numeri multitudinis.

INDOCILI MELIOR GREGE] melior
B multitudine indocta, atq; imperita, cui persuaderi non potest, vt patria relicta, alias terrarum oras petat. indocilis est, qui ad discendum ineptus est, qui doceri non potest, vt sup. Od. 1. lib. 1. *indocilis pauperiem pati*. & Od. 3. lib. 3. *tigres indocili iugum Collo trahentes*.

MOLLIS ET EXSPES] pars autem mollis, & laboris impatiens: & ab omni spe derelicta, &c. tale illud est Virg. Æn. 5. *Transcribunt vrbi matres, populumq́, volentem Deponunt, animos nil magnæ laudis egenteis*.

INOMINATA PERPRIMAT CVBILIA] sedes malè ominatas, & infelices, δυσοιωνίστους κοίτας perpetuò incolat. *inominata* sic dictum puto, vt, inauspicata.

PERPRIMAT] perpetuò premat: quod valet, perpetuò in eis insideat, & hæreat.

MVLIEBREM TOLLITE LVCTVM] sic habent omnes libri vulgati: quibuscum consentiunt aliquot manuscripti. Sed mihi magis placet ea, quæ in alijs manuscrip. reperitur, scriptura: *mu*
C *liebrem pellite luctum*. nam vulgata lectio, quamuis eam confirment nonnulli veteres, non mihi videtur æquè Horatiana, quia Horatius verbum *tollendi* ratius solet vsurpare, pro auferre: sæpius pro excipere, & sumere: quale illud, *partem vel tolleret omneis*. epist. 7. lib. 1. Quin dixisset potius *muliebrem ponite luctum*: vt Virg. lib. 11. Æneid. *Pone animos*. & Horat. epist. 16. lib. 1. *Pone, meum est: pono, tristisq́, recedo*. & epist. 10. *si quid mirabere, pones Inuitus*. Verùtamen *tolle querelas* dixit epist. 12. princip. pro aufer querelas. Ex quo, licebit, si quis volet, vulgatam lectionem retinere ac tueri. Iam quòd ad muliebrem naturam attinet, ad lugendum propensam, tale est illud suprà Od. 10. eod. lib. *Et illa non virilis eiulatio*.

PRÆTER ET VOLATE] & præteruolate, præteruehimini, præterite.

NOS MANET] nobis est præternauigandus, vel nobis debetur: idque dicit propter insulas fortunatas, quæ sunt in Oceano. de verbo manendi sup. Od. 28. lib. 1.

CIRCVMVAGVS] à quo vniuersa terra circumfunditur. M. Tull. lib. 6. de rep. *omnis enim terra, quæ colitur à vobis, angusta verticibus, lateribus latior, parua quædam insula est, circumfusa illo mari, quod Atlanticum, quod maguum, quod Oceanum appellatis in terris*. Catull. de nupt. Pel. & Thet. *Oceanusq́, pater, totum qui amplectitur orbem*. Horatius autem videtur Homericum epithetum expressisse, ἀφόρητον, id est, εἰς ἑαυτὸν ὀρέοντα, ἤγουν ἐπανιόντα, καὶ εἰς κύκλῳ χῶμα ἑλισσόμενον. qui in seipsum reuertitur, dum circuli instar circumducitur. Sic Orpheus, Κύκλον δ' ἀκαμάτου, καλιρρόου ὠκεανοῖο, Ὅς ῥα γαῖαν δίνῃσι περίῤῥυτον ἔχει ἀμφιελίξας. id est, *Circuitum Oceani, quem motio nulla fatigat: Et qui vorticibus terrarum amplectitur orbem*.

ARVA, BEATA PETAMVS ARVA] con cinna & peruenusta ἐπαναλήψις. *Petamus* (inquit) *arua, arua, inquam, beata*. Quidam hoc ordine & sensu legunt, *Nos manet Oceanus circumuagus arua: beata Petamus arua*, &c.

DIVITEIS ET INSVLAS] quas fortunatas appellant Latini: & Græci ὀλβίους νήσους. sic suprà
E Od. 8. li. 4. *diuitibus consecrat insulis*. in quibus est campus Elysius. Homer. ὀδ. δ. Ἀλλά σ' ἐς Ἠλύσιον πεδίον, καὶ πείρατα γαίης Ἀθάνατοι πέμψουσιν. ὅθι ξανθὸς Ῥαδάμανθυς. Τῇπερ ῥηϊστη βιοτὴ πέλει ἀνθρώποισιν, Οὐ νιφετὸς, οὔτ' ἄρ χειμὼν πολύς, οὔτι ποτ' ὄμβρος· Ἀλλ' αἰεὶ ζεφύροιο λιγυπνείοντας ἀέλλας Ὠκεανὸς ἀνίησιν ἀναψύχειν ἀνθρώπους. id est, sed te in campum Elysium, & orbis terrarum fineis Dij immortales deducēt, vbi est flauus Rhadamanthus: Qua in regione viuendi ratio facillima, & minimùm laboriosa est hominibus: non sunt in ea niues, non hyems multa, non imbres: sed semper Oceanus Fauonios suauiter spiranteis mittit, ad homines refrigerandos.

TELLVS INARATA] ἄσπορος. Homerus de Cyclopibus ὀδ. ι. Οὔτε φυτεύουσι χερσὶ φυτὸν, οὔτ' ἀρόωσιν, Ἀλλὰ πάντ' ἄσπαρτα, καὶ ἀνήροτα πάντα φύονται. id est, neq; manibus stirpeis plantant, neq; arant: sed omnia eis nascuntur non sata, & inarata. sic Hesiod. ἔργ. καὶ ἡμ. καρπὸν δ' ἔφερεν ζείδωρος ἄρουρα Αὐτομάτη πολλόν τε καὶ ἄφθονον. id est, fructum autem efferebat terra rerum vitalium largitrix, sua sponte, multum & copiosum. Sic Ouid. lib. 1. Metam. *Ipsa quoq; immunis, rastroq́, intacta, nec vllis Saucia vomeribus, per se dabat omnia tellus*, &c. sequitur paucis pòst versib. *Mox etiã fruges tellus inarata ferebat*. & Virg. lib. 1. Geor. *ipsaq́, tellus Omnia liberiùs nullo poscẽte ferebat*.

IMPVTATA] non putata, non culta. Festus, *Putum antiqui dicebant pro puro. vnde putatæ vites & arbores, quòd decisis impedimẽtis remanerẽt puræ*.

NVMQVAM FALLENTIS] numquam fallentis spem domini. sup. Od. 1. lib. 3. *fundum mendacem* dixit, qui spem agricolæ fallit. tale est illud epist. ad Mæcen. 2. lib. 1. *Spem mentita seges*. eadem ratione agrũ fidelem appellamus, qui multo plus reddit domino, quàm accepit. sic sup. Od. 16. lib. 3. *& segetis certa fides meæ*.

TERMES] ramus ex arbore dereptus. nec foliis repletus, nec nimis glaber. Festus. alij propriè ramum oliuæ esse volunt.

SVAMQVE] id est, non insitam, sed naturalem, & propriam. contrà Virgil. de insitis lib. 2. Georg. *Miraturq́, nouas frondeis, & non sua poma*.

PVLLA]

Digitized by Google

A PVLLA] nigra. non viridis, nec acerba: sed matura.

LEVIS CREPANTE LYMPHA] illustris ὑποτύπωσις aquæ cum murmure è loco decliui defluentis, per translationem à rebus animatis. Sic Lucret. lib. 5. *Qua via secta semel liquido pede detulit undas.* & Virg. lib. 9. Æn. *cunctatur & amnis Rauca sonans, reuocatq; pedem Tiberinus ab alto.* Idem in Culice, *Castaliæq; sonans liquido pede labitur unda.* codices Faër. & Iannoct. habent *crepitante:* quæ scriptura mihi non displicet. malim tamen *trepidante*, si quid mutandum sit.

INIVSSÆ] sua sponte, αὐτόματοι, αὐτοκέλευστοι.

VENIVNT AD MVLCTRA] mulctrum, & mulctra æquè sunt vsitata. Virg. in Palæmone, *Bis venit ad mulctram.*

TENTA] distenta, vt sup. Od. 2. *Distenta siccet vbera.* vtitur & Saty. 5. lib. 2. eodem simplici: *seu pingui tentus omaso Furius, &c.*

GREX AMICVS] φίλος, carus, vt suprà multis locis. B

NEC VESPERTINVS, &c.] id est, nec vrsus vesperi gemit circum ouile. sic loquitur Virg. Georg. 3. *Nec gregibus nocturnus obambulat*, id est, noctu. idem ibid. de Leandro, *Nocte natat caca serus freta*, id est, serò. & Æn. 8. *Nec minus Æneas se matutinus agebat.* Horat. Saty. 3. lib. 1. *Et qui nocturnus Diuum sacra legerit.* Idem epist. ad Numicium lib. 1. *Nauus mane forum, & vespertinus pete tectum.* Idem Saty. 4. lib. 2. *Si vespertinus subitò te oppresserit hospes.* & Saty. 6. lib. 1. *Fallacem circum, vespertinusq; pererro Sæpe forum.* & Saty. 6. lib. 2. *vrbis auentes Mœnia nocturni subrepere.* & Saty. 7. eiusd. lib. *inserit ad se Mæcenas seruum sub lumina prima venire.* & Od. 15. lib. 1. *tamen, heu, serus adulteros Crineis puluere collines.* fluxit autem hoc loquendi genus à Græcis. Hom. ἰλ. ϛ. Ὡς κε παννύχιοι μὲν ἐπειτα καρηκομόωντες Ἀχαιοὶ Δαίνυωντ. id est, toti nocturni Græci epulabantur. Iterum ἰλ. ϛ. Οὐχὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα. id est, non oportet totum nocturnum dormire virum consiliarium. Idem ἰλ. α. Χθιζὸς εἶϛη μετὰ δαῖτα. id est, hesternus abijt ad epulas. Hesiod. ἔργ. καὶ ἡμέρ. Εὖτε λοεσσαμένη πέρνας χόα καὶ λίτ' ἐλαίῳ Χεισαμένη τυχίη καταλέξεται ἔνδοθι οἴκου. Cùm loto tenero corpore, & pingui oleo vncta nocturna cubabit domi. idem ibid. Πρῶτον παμφαίνων ὀρθοπτίλεται ἀκρόκνιφαῖος. id est, Primùm totus collucens oritur primo diluculo. idem in Aspide, Παννύχιος δ' ἄρ' ἔλεκτο παρ' αἰδοίῃ δεδμοίῃ. id est, totus nocturnus cubuit iuxta verecundam vxorem. Theocr. θαλυσίοις. ὀρθρίους ἄλλον ἀλέκτωρ Κοκκύσδων ναρκῆσιν ἀνιηρῆσι δοθείη. id est, Gallus autem matutinus cucuriens aliũ in torpores molestos conijciat. Eurip. Hecuba, μεσονύκτιος ὠλλύμαν. id est, medio nocturnus perij. C

CIRCVMGEMIT VRSVS OVILE] circum ouile gemit. talia sunt illa, quæ suprà collegimus ad Od. 7. lib. 2. *inter ferrem Nuda leones. purgatam crebrò qui personet aurem, &c.*

VT NEQVE LARGIS] mirabimur quomodo neq; Eurus nimijs imbribus terras abstergeat, deterat, minuat: neq; sol nimijs caloribus exurat. sic loquitur Saty. 6. lib. 2. *Siue Aquilo radit terras.* D

PINGVIA NEC SICCIS VRANTVR SEM.] significat, ab illis locis etiam abesse siccitatem: quam αὐχμὸν appellant Græci. Virg. Melibœo, *Aret ager.* Idem lib. 1. Georg. *Et cùm exustus ager morientibus æstuat herbis: Ecce supercilio, &c.* sequitur mox, *scatebrisq; arentia temperat arua.*

VTRVMQVE REGE TEMPERANTE] moderante, modificante. de verbo temperandi suprà Od. 8. lib. 1.

NON HVC ARG.] tale propemodum est illud Virg. de Italia lib. 2. Georg. *Hæc loca non tauri spirantes naribus ignem Inuerrêre, &c.*

ARGOO REMIGE.] Argoois remigibus, vt suprà *multo milite, multa cane.* dixi ad Od. 2. huius lib. Argoos remiges appellat heroas illos, & Græciæ principes, qui Argo nauj vecti sunt, vellus aureum petentes: quæ sola, vt aiunt Homer. Pindarus, Theocritus, Apollonius, Cyaneas illas, seu Symplegadas, beneficio Palladis, incolumis prætergressa est. sic Homer. ὀδ. μ. Οἴη δὴ κείνγε παρέπλω E πασσυδίη πρὸς νῆας Ἀρηϊφάτους μέλεσσα. Pind. πυθ. ἐιδ. δ. Ἐς δὲ κύανεον βαθὺ ἱέμενοι διακόσιαν λίσσοντο ναῶν σώνδρόμων κατθμὸν ἀμαιμάκετον ὀκφυγεῖν πετρᾶν. Theocr. in Hila. Ἀπὸς κυανεᾶν ἔλ. ἦλατο σωδρομάδων ναῦς· Ἀλλὰ διεξάξε, βαθὺ δ' εἰσέδραμε φᾶσιν, Λίετὸς ὡς μέγα λαῖτμα. Apollo. Ἀργοναυτ. ϛ. Καὶ τοτ' Ἀθηναίη στιβαρῆς ἀντίασασα πέτρης Σκαμῦ. διξ. περῆ δὲ διαμπερὲς ὥστε φέρεσθαι. Ἠδ' ἰκέλη πλέρεσσι μετάορος ἔσσυτ' οἴεσῳ.

COLCHIS] Medéa. Propert. lib. 2. *Seu mihi Circæo pereundum est gramine, siue Colchis Colchiacis vret ahena focis.*

SIDONII] Cadmo duce. Hic Phœnicum classe vectus, rudibus adhuc Græcorum populis, & ciuilioris cultus, & litterarum pingendarum auctor fuisse dicitur. quod cùm multi scriptores memoriæ prodiderint, tum Cornel. Tacit. Annal. lib. 2. scriptum reliquit.

CORNVA] cornua antennarum. Virg. Æn. 3. *Cornua velatarum obuertimus antennarum.*

LABORIOSA NEC COH. VLYSSEI] Od. 6. *Nec cursus duplicis per mare Vlyssei.* & infrà Oda proxima. *Laborioſi remiges Vlyssei.* laboriosus appellatur is, qui multum laborem perfert; vt M. Tull. pro Cœlio, *Vos laboriosos existimet.* & res laboriosa, laboris plena, & magno labore perfecta. Catull. *Doctis Iupiter, & laboriosis.* Iam *Vlyssei* quattuor esse syllabarum ab antiquo recto Vlysseus, notum est. F

NVLLA NOCENT PECORI] Virg. in Tityro, *Nec mala vicini pecoris contagia ledent.* vsitatius est nomen contagionis: & eo semper vtitur M. Tullius.

VT INQVINAVIT] Posteaquàm ætas ærea successit aureæ: notissima ex Hesiodo hæc ætatum dissimilitudo est. & diximus hac de re sup. ad Od. 2. lib. 4. non nulla.

QVORVM] quorum, nempe sæculorum ferreorum, datur fuga pijs. id est, quę tempora ferrea licet ijs, qui non sunt ciuili sanguine cruenti, mevate, effugere. *fuga.* id est, vt Homerus loquitur, ἀλεωρή: vt alij, ἀναχώρησις, seu ἔκκλισις.

AD

Digitized by Google

## AD CANIDIAM. Ode 17.

Petit vt sibi ignoscat. eam autem dum vult videri placare, grauissimè & acerbissimè vellicat, atq; adeò lacerat.

IAM iam efficaci do manus scientiæ:
Supplex & oro regna per Proserpinæ,
Per & Dianæ non mouenda numina,
Per atq; libros carminum valentium
Refixa cælo deuocare sidera,
Canidia parce vocibus tandem sacris:
Citumq; retrò volue, volue turbinem.
Mouit nepotem Telephus Nereïum:
In quem superbus ordinarat agmina
Mysorũ: & in quem tela acuta torserat.
Vnxere matres Iliæ addictum feris
Alitib', atq; canibus homicidã Hectorẽ,
Postquàm relictis mœnibus rex prócidit,
Heu, peruicacis ad pedes Achilleï.
Setosa duris exuêre pellibus
Laborioſi remiges Vlyssei,
Volente Circe, mẽbra: tunc mẽs, & sonus
Relatus, atq; notus in vultus honor.
Dedi satis, superq; pœnarum tibi,
Amata nautis multùm, & institoribus.
Fugit Iuuentas, & verecundus color
Reliquit ossa pelle amicta lurida:
Tuis capillus albus est odoribus:
Nullum à labore me reclinat otium:
Vrget diem nox, & dies noctem: neq; est
Leuare tenta spiritu præcordia.
Ergo negatum, vincor vt credam miser,
Sabella pectus increpare carmina:
Caputq; Marsa dissilire nænia. (deo,
Quid amplius vis? ô mare, & terra, ar-
Quantùm neq; atro delibutus Hercules
Nessi cruore: nec Sicana feruida
Virens in Ætna flamma. tu, donec cinis
Iniurioſis aridus ventis ferar,
Cales venenis officina Colchicis.
Quæ finis? aut quod me manet stipendiũ?
Effare: iussas cum fide pœnas luam:
Paratus expiare, seu poposceris
Centum iuuencos: siue mendaci lyrâ
Voles sonari: tu pudica, tu proba:
Perambulabis astra sidus aureum.
Infamis Helenæ Castor offensus vice,
Fraterq; magni Castoris, victi prece
Ademta vati reddidere lumina.
Et tu (potes nam) solue me dementia:
O nec paternis obsoleta sordibus,
Nec in sepulcris pauperum prudens anus
Nouendialeis dissipare puluerẽs.
Tibi hospitale pectus, & puræ manus:
Tuusq; venter partumeius: & tuo
Cruore rubros obstetrix pannos lauit,
Vtcumq; fortis éxsilis puerpera.

Canidia respondet, ostendens, se nullis precibus exorari, nulla ratione placari posse.

Quid obseratis auribus fundis preces?
Non saxa nudis surdiora nauitis
Neptunus alto tundit hibernus salo.
Inultus vt tu riseris Cotyttia
Vulgata, sacrum liberi Cupidinis?
Et Esquilini pontifex venefic I
Impune vt vrbem nomine impleris meo?
Quid proderit ditasse Pelopnas anus,
Velociusue miscuisse toxicum,
Si tardiora fata te votis manent?
Ingrata misero vita ducenda est in hoc,
Nouis vt usq; suppetas doloribus.
Optat quietem Pelopis infidus pater,
Egens benignæ Tantalus semper dapis:
Optat Prometheus obligatus aliti:
Optat supremo collocare Sisyphus
In monte saxum: sed vetant leges Iouis.
Voles modò altis desilire turribus:
Modò ense pectus Norico recludere:
Fruſtraq; vincla gutturi nectes tuo,
Fastidioſa tristis ægrimonia. (ques:
Vectabor humeris tunc ego inimicis e-
Meaq; terra cedet insolentiæ.
An, quæ mouere cereas imagines,
(Vt ipse nosti curioſus) & polo
Deripere Lunam vocibus possim meis:

A *Posßim crematos excitare mortuos,*
*Desider Iq; temperare poculum:*
*Plorem artis, in te nullũ habentis exitũ?*

EFFICACI] ἐνεργῷ. Od. 3. huius libri. *Nec mu nus humeris efficacis Herculis, &c.*

DO MANVS] *dare manus* est cedere, & fateri se inferiorem esse. M. Tull. ad Att. lib. 2. *aiebat illum primò sanè diu multa contrà: ad extremum au tem manus dedisse.* Lucret. lib. 2. *& si tibi vera videtur, Dede manus: aut, si falsa est, accingere contrà.* Idem ibid. *Nam certè fluere, atq; recedere corpora re bus Multa, manus dandum est: sed plura accedere debent: Donec oleſcendi summum tetigere cacumen.* Iterum M. Tull. in Lælio. *qui aduersando sæpe assentetur, & litigare se simulans, blandiatur, atq; ad extremũ det manus.* Cæsar li. 5. de bello Gallico, *tandẽ dat Cotta manus permotus superiore sententia Sabini.* Virg. lib. 11. *neq; ipse manus ferstate dedisset.*

B REGNA PER PROSERP.] mos erat apud veteres obsecrare per res ei, quem obsecrabant, aut carissimas, aut religiosissimas, & maximè venerandas, sanctissimas, atque augustissimas: interdum etiam per res suas maxime imbecillas, & humileis, & afflictas, & misericordia dignissimas. Plautus, Rudente. *Per ego hæc genua te obtestor, senex.* M. Tull. pro Quinctio, *vt te, atq; eos, qui tibi in consilio assunt, obsecret, obtesturq; P. Quinctius per senectutem ac solitudinem suam, nihil aliud nisi vt ve stræ naturæ, bonitatiq; obsequamini.* ibid. *Obsecranit* [Quinctius Næuium] *per fratris sui mortui cinerẽ, per nomen propinquitatis, per ipsius coniugem & libe ros, &c.* vide annot. ad Od. 5. eiusd. lib.

NON MOVENDA] ἀκίνητα, vel non irritanda. Diana enim irata graueis ab ijs, qui offenderunt, sumit pœnas. itaq; horribilis dea est. epist. ad Pi son. *Aut fanaticus error, & iracunda Diana.* Talis & eius frater Apollo: vt suprà notauimus.

REFIXA] Virg. lib. 5. Æn. *Celo ceu sæpe refixa Transcurrunt crinemq; volantia sidera ducunt.*

C DEVOCARE] deducere, vt sup. Od. 5.

VOCIBVS TANDEM SACRIS] carminibus, cantionibus, ἐπῳδαῖς, vt epist. 1. lib. 1. *Sunt verba, & voces.*

VOLVE, VOLVE] omnes quidem libri & vulgati, & manuscr. habent *solue*: sed omnino legendum *volue, volue*: itaque Io. Auratus collega meus, & Carolus Vtenhouius Gandauensis, vir doctus, existimabant legendum. volue autem *retro*, id est, conuerte in contrariã partem, vt, quem cruciatum, & ardorem mihi attulit prior turbinis conuersio, eo me liberet contraria, vel vt, qui à me discessit, is ad me reuertatur. Theocr. εἰδυλ. β. Χ' ὡς δινεῖθ' ὁδὲ ῥόμβος ὁ χάλκιος ἐξ ἀφροδίτας, Ως κεῖνος δινοῖτο ποθ' ἁματέρησι θύραισιν: id est, Vt voluitur hic turbo æreus ex Venere, seu vi Veneris: ita voluatur ille ad foreis nostras. Omnino *retro voluere*, valde vsitatè & Latinè, & conuenienter, apteque dictũ: *retro soluere*, non item.

TVRBINEM] rhombum magicum significat, quem Martialis appellat Thessalicum lib. 9. *Quæ nunc Thessalico lunam deducere rhombo, Quæ sciet hos, illos vendere lenatoros?* de quo & Theocr. in Pharmac. Χ' ὡς δινεῖθ' ὁδὲ ῥόμβος ὁ χάλκιος ἐξ Αφροδίτης, Ως κεῖνος δινοῖτο ποθ' ἁματέρησι θύραισιν. & Propert. lib. 3. ad Lygdamum. *Staminea rhombi ducitur ille rota.* & Lucian. διαλ. ἑταιρ. in eo, cuius principium est Εἶ πν' οἶσθα, &c. εἶτα ὀκνοῦσαν μεσημέρισα ῥόμβον, ὑπογρέφει ἐπῳδήν τινα λέγουσα βαρβαρικὰ καὶ φερωνύμια ὀνόματα. id est, Deinde cùm ex sinu turbinem deprom sisset, voluit carmen quoddã dicens lingua volubili, & barbara quædam atque horribilia vocabula pronuntians. D

MOVIT NEP. TELEPH.] Exemplo Achil lis, qui inimicis suis tandem placabilem se præbuit, conatur Canidiam ad misericordiam flectere. Telephus Mysorum rex ab Achille, quem armis, & manu facta prohibere conatus erat, nè ad Troiam oppugnandam veniret, vulneratus, cùm consulto oracuło responsum tulisset, vulnus ab Achille illatum alio medicamento sanari non pos se, quàm ferrugine ensis Achillis, (respondebat enim Appollo ὁ πρώτους ἰάσεται) illum orauit vt eius E rei sibi copia fieret, & impetrauit. Propert. lib. 2. ad Mæcen. *Mysus & Æmonia iuuenis, qua cuspide vulnus Senserat, hac ipsa cuspide sensit opem.* hic, qui rex anteà fuerat, exsulauit & mendicauit. vide in epist. de arte poët. *Telephus & Peleus, cùm pauper & exsul vterq;, &c.* Achillem autem, nepotem Nereium dicit, quia Thetis, Achillis mater, Nerei est filia.

ORDINARAT AGMINA] instruxerat & duxerat exercitum. suprà Od. 1. lib. 3. *ordinare arbusta*, pro ordine serere. *Est vt viro vir latius ordinet Arbusta sulcis.*

VNXERE MATRES] Cùm & manuscripti, & typis excusi codices hoc loco inter se dissentirent, alijq; *vnxere*, alij *luxère* haberent, (quamquam, ne quid dissimulem, ex ijs, quos ego vidi, plures habent *vnxere*) ego olim eam scripturam secutus eram, quæ mihi probabilior visa erat, suũ cuiq; iudicium liberum relinquens, vt hanc, vel illam amplecteretur, quemadmodum ego vnam altera meliorem iudicaram. cuius mei iudicij, fa- F ctiq; rationem reddiderã lectori hoc modo. Negabam igitur, apud Hom. ιλ. ω. corpus Hectoris à mulieribus Troianis vnctum esse, sed ploratum primùm, lacrymisq; decoratum, & combustum: deinde ossa pannis mollissimis inuoluta, & in vrnam coniecta: postremò ex structum ei è grandibus saxis monumentum: Iam verò, quòd vnctionis mentio fit interdum apud scriptores, id non magis ad honorem sepulturæ pertinet, quàm lauatio, & pleraque alia, quæ nonnunquam in exsequijs, & funeribus mortuorum solebant adhiberi: quale est hoc exemplum ex Ennio, *Tarquinij corpus bona fœmina lauit, & vnxit:* & item hoc ex Virg. lib. 7. Æn. de Miseno. *Principio pinguem tedis, & robore secto Ingentem struxere pyram, cui frondibus atris Intexunt latera, & feraleis antè cupressos Constituunt, decorantq; super fulgentibus armis: Pars calidos latices, & ahena vndantia flammis Expediunt, corpusq; lauant frigentis, & vngunt.* apud eundem lib. 9. mater Euryali queritur se filio oculos non pressisse, neque vulnera lauisse, his ver-

Digitized by Google

his verbis. *Heu, terra ignota canibus data præda Latinis, Alitibusq́; iaces, nec te tua funera mater Produxi, presiue oculos, aut vulnera lãui.* eodem pertinet illud Euripid. Phœnissarum: ἐγὼ δ' ἥκω μεταστέλλων Ἀδελφιὸν Ἰοκάστην, ὅπως λύσῃ, θεσθηταί τ' ἐκτὸς ὅπλα παῖδ' ἐμόν. Quis autem vmquam vel poëta, vel alius scriptor in mi serijs mortui numerauit, quòd lotus non fuerit, aut quòd ei morièti oculi pressi, vel clausi nõ fuerint? nemo, quod sciam. At omnes poëtæ harum commiserationum pleni sunt, dum vel eorũ, qui naufragio perierunt, vel eorum, qui in acie ceciderunt, vel similium calamitosorum conditionẽ miserantur, ac deplorant: *iacet insepultus, & indefletus*, aut *non luctus*. Optabant enim omnes se sepeliri, humari, fleri, ac lugeri post mortem: & hæc crebrò à scriptoribus cõmemorantur: *lauari corpus* autem, *vngi, oculos claudi*, & similia, vel non ita expetebant, vel dicere licet illa esse horum accessiones, & ad supremum honorem, id est, luctum, & sepulturam, tanquam ad finem, referri. Iam verò quòd scribunt quidam vngere cadauera solitos esse veteres, vt diutius integra conseruarentur: id verum esse non puto. Nam vnctionem, vel munditiei, & nitoris, vel luxus causa adhibebant, & sciebant ad corporum integritatem conseruandam nihil adiuuare: corpora autem cum diu manere incorrupta, & integra volebant, ea vel cõdiebant, vel cera circumlinebant: quod ostendit M. Tullius lib. 1. Tusc. his verbis. *Condiunt Ægyptij mortuos, & eos domi seruant: Persæ etiam cera circumlitos condunt, vt quàm maximè permaneant diuturna.* id quod ab Herodoto traditum est libro secundo. ad eundem vsum cedrum, & cupressum adhibebant. Sed cuius hominis est dicere hoc loco, vngi solita apud antiquos cadauera, vt diutius integra seruarentur, cùm constet & Troianos, & Romanos, maximè Horatij ætate, corpora mortuorum in rogum imponere, & comburere, non integra seruare consueuisse? *Vnxere* igitur mihi propter has causas non admodum probabatur: *luxere* autem, maximè: propterea quòd vbique apud scriptores lugeri, & luctu, seu fletu honorari mortuos legimus. Itaq; Homerus non semel κλαίειν θανόντας, id est, flere mortuos, dicit esse γέρας θανόντων, id est, decus, præmiumq́ue mortuorum, vt annotatum est suprà ad Od. 6. lib. 2. Tùm crebra sunt hæc apud Tragicos ἄκλαυστος, ἄπαφος, id est, nõ ploratus, non sepultus. Eurip. Phœn. ἐᾶν δ' ἄκλαυτον, ἄπαφον οἰωνοῖσι βοσκὴν, id est, relinquere non ploratum, insepultum, volucribus escam. quæ Virg. expressit lib. 2. *Nos anima viles, inflata, inhumataq́; turba.* Iterum apud Eurip. in Medea Iason Medeam orat, vt sinat se filios suos sepelire, & lugere, his verbis, Θάψαι νέκρυς μοι τέκνα δὲ, καὶ κλαῦσαι πάρες. apud eund. in Hecuba, sic vmbra Polydori loquitur: πολλοῖς δ' αὐλοις κυμάτων Φορούμενος Ἄκλαυτος ἄπαφος. apud eundem in Androm. ij, qui nuntiant Peleo interfectum esse Neoptolemum, aiunt se corpus eius afferre, vt nepotem defleat, & sepeliat. Κομίζομέν νιν σοὶ κατοιμῶξαι γόοις, Κλαῦσαι τε τάφρεσθαι τε γῆς τε κοσμῆσαι τάφῳ. Alcæus lib. 3. epig. Græc. Ἄκλαυτοι, καὶ ἄθαπτοι ὀδοιπόρε τῷ δ' ὀπὶ τύμβῳ Ημαθίης πεισσὴ κείμεθα μυελάδες, &c. Itaque Solon mortem suam lacrymis carere non vult. *Inquamus amicis* (inquit) *Mærorem, vt celebrent funera cum gemitu.* At Ennius contrà. *Nemo me lacrymis decoret, nec funera fletu Faxit: cur? volito viuu' per ora virûm.* Quòd si quis mihi dicat, licere mortuos lugere, & deflere, etiam si corpus absit: ergo hoc loco legendum *vnxere*, quia ad luctum, & ploratum, & simi lia, non erat necesse corpus Hectoris redimi, & Troiam referri: respondeo ploratus illos, & fletus non nisi posito ante omnium lugentium oculos cadauere, esse solitos vsurpari. quod ex Homero, Virgilio, & ceteris, cuiuis perspicuum esse potest. M. Tullius autem hæc genera lugendi enumerat lib. 3. quæst. Tusc. *pædores, muliebreis lacerationes genarum, pectoris, feminum, capitis percussiones:* & Euripides in Alcest. non admodum dissimilia. Πυλῶν παρελθὼν δ' ἐς χόρους Πιερίδων, ὡς νομίζεταί γε, χέρνιβ' ὅστις φθιτῶν πύλας: Χαῖτα τ' ἄπις δὴ σεσθρόις τομαῖος, ἃ δὴ γενικῶν πένθεσι πίπτει. Οὐ δ' ἐπὶ νεολαῖα γωνιαχῶν. id est, ante portas autem non video, vt mos & institutà postulant, fontanas aquas, quæ solent adhiberi in mortuorũ portis: coma autem nulla est in vestibulo è capite abscissa: quæ in mortuorum luctibus fieri solent. postremò mulierum conuentus non tollit clamorem, neque strepitum excitat. sic igitur hunc locum explicabam. Matres Troianæ corpus Hectoris, quod Achilles canibus, & auibus destinauerat, luxerunt, honoreq́ue sepulturæ affecerunt, posteaquàm Achilles Priami supplicis oratione, & precibus flexus est. Iam Achilles apud Homer. ιλ. ω. à Mercurio præmonitus, & de Iouis voluntate certior factus, Priamo corpus Hectoris Troiam deportandum, ac sepeliendum tradit. sic Hom. Υἱὸς μέν δή τοι λέλυται γέρον, ὡς ἐκέλευες. Κεῖται δ' ὀν λεχέεσσ'· ἅμα δ' ἠοῖ φαινομένηφι ὄψεαι αὐτὸς ἄγων. Virgil. Æn. 2. *At non ille, satum quo te mentiris, Achilles Talis in hoste fuit Priamo: sed iura, fidemq́; Supplicis erubuit, corpusq́; exsangue sepulcro Reddidit Hectoreũ.* Cùm his rationibus, & argumentis adductus in priore editione *luxere* excudendum curassem: & aliquot annis pòst Lutetiæ non pauca Horatij exemplaria manuscripta nactus, in eis omnibus *Vnxere* scriptum reperissem, nisi quòd in vno, hoc verbum erat in litura: hac secunda editione plurium librorum auctoritatem sequi malui: in sententia tamen priore manens, vt putem, *Luxere* potius legendum esse, quàm *Vnxere*: aut certe vtramq; lectionem esse probabilem: quod & Antonio Mureto videtur.

ADDICTVM FERIS] Addixerat Hectorẽ canibus, & auibus Achilles iam ab eo tempore, quo Hector mortifero illo inter humeros, & ceruices, ἵνα τε ψυχῆς ὤκιστος ὄλεθρος, id est, vbi celerrimus est interitus, vulnere accepto, iacensq́; & pæne exanimis, Achillem orabat, vt corpus suum patri Priamo comburendum, ac sepeliendum redderet, neq; canibus dilacerandum apud naueis relinqueret. sic enim respõdet Achilles ἰλ. χ. Μήμε κύον γόνατ' γουνάζεο, μηδὲ τοκῆων· Αἰ γάρ πως αὐτόν με μένος, καὶ θυμὸς ἀνείη Ὠμ' ἀποταμνόμενον κρέα ἔδμεναι, οἷά μ' ἔοργας. Ὡς οὐκ ἔσθ' ὅστις γε κύνας κεφαλῆς ἀπαλάλκοι, id est, Ne mihi homo impudentissime per genua mea supplica, neque per parenteis. Nam me animus & ira incitant,

A tant, vt te crudum in frusta sectum comedam: talia in me commisisti: Quare non est quisquam, qui canes à capite tuo prohibere possit. & *il.ψ.* in sepultura Patrocli cùm duodecim illos Troianos iuuenes, quos viuos ceperat, manu sua interfectos in rogum coniecisset, ait se Hectorem non flammis exusturum, sed canibus dilaniandũ proiecturum. Εκτορα δ' ὔπ Δάσσω Πελαμίδιω πυρὶ δαπέμεν, ἀλλὰ κύνεσσι.

HOMICIDAM] ἀνδροφόνον. neq; verò deterius multo est nomen Latinum Græco. nam ἀνδροφόνος, id est, viricida, apud Homerũ idẽ ferè valet, quòd ἀνθροποκτόνος, id est, homicida. & item apud Eurip. in Hecuba, vbi Polymnestor mulieres Troianas, à quibus eius liberi parui pueri fuerant interfecti, ἀνδροφόνους appellat. Denique Eustath. ad illum locũ Hom. *il.ψ.* ἤγαγεν ὑμέτερόν δ' ἀνδροκτασίης ὑπὸ λυγρῆς Ημαρ τῷ ὅτε παῖδα κατέκτανον Αμφιδάμαντος, &c. notat ἀνδροφόνος γὰρ ὁ ἁπλῶς ἄνδρωπον ἀναιρῶν εἴτε παῖς εἴη ὁ πεσὼν, εἴτε ἀκμαῖος, εἴτε καὶ γυνή: id est, ἀνδροφόνος, seu, si di-
B cere liceat, viricida, is est simpliciter, qui hominẽ occîdit, siue puer sit is, qui cécidit, siue vir ętate corroborata, siue mulier.

POSTQVAM RELICTIS MOENIB. REX] Priamus *il.ω.* à Mercurio per media Græcorum castra noctu deductus, vt sup. diximus ad Od. 10. lib. 1. neq; à quoquam visus, ad Achillem peruênit: & cùm eius genua manib. tetigisset, manusq; exosculatus esset: sese ad pedes abiecit orans, vt corpus Hectoris, pretio accepto, sibi redderet, sepeliendiq; potestatẽ faceret. Homeri verba sunt hæc, ἄγχι δ' ἄρα τὰς Χερσὶν Αχιλλῆος λάβε γούνατα, καὶ κύσε χεῖρας Δεινὰς, ἀνδροφόνους, αἳ οἱ πολέας κτάνον υἷας. sequitur aliquot pòst versibus, Κλαῖε δὲ τὰ γε πάροιθε ποδῶν Αχιλῆος ἑλυσθείς. id est, Plorabat miserabiliter, seu indesinenter ante pedes Achillis volutatus.

PERVICACIS] in sententia sua obfirmati, pertinacis, &, vt alibi, cedere nescij. quamquam interest inter peruicaciam & pertinaciam.

SETOSA DVRIS EXVERE] id est, porcorum, & ceterarum bestiarum, in quas à Circe fue-
C rant versi, figuras exuerunt, & humanas recuperarunt, Circe volente, ac libente. hac de re Homerus ὀδ. κ. Κίρκη δὲ δι' ὀκ μεγάροιο ϛεβήκει Ράβδον ἔχυσ' ὀκ χειρὶ, θύρας δ' ἀνέῳξε συφειῦ, &c. id est, Circe autem per domum, & è domo egressa est, virgam manu tenens: foreis autem haræ aperuit. sequitur, Τῶν δ' ὀκ μὰν μελέων ῥίχας ἔρρεον, ἃς πρὶν ἔφυσε Φάρμακον ὐλόμενον, τὸ σφιν πόρε πότνια Κίρκη· Ἄνδρες δ' αἶψ' ἐγένοντο νεώτεροι, ἢ πάρος ἦσαν. id est, ex eorum autem membris pili defluebant, quos prius nasci fecerat pharmacũ pernicioſum, quod eis dederat veneranda Circe. Viri autẽ citò facti sũt iuniores, quã antea erãt.

REMIGES VLYSSEI] socij Vlyssis. epist. 2. lib. 1. *remigium vitiosum Ithacensis Vlyssei.*

RELATVS] sic habent duo cod. Vatic. & Iañ. Raïn. Vrs. Torn. & ita legendum, non *relapsus.* relatus autem, id est, redditus & restitutus.

ATQVE NOTVS IN VVLTVS HONOR] id est, & facies pristina honesta, omnibus nota, nempe humana.

AMATA NAVTIS MVLTVM] ô tu, quam nautæ, & institores multùm amant. Cùm videri velit eam honorificè appellare, eiq́ue blandiri, re- D
uera tamen contumeliosè insectatur. qui sint institores dixi sup. ad Od. 6. lib. 3.

IVVENTAS] id est, iuuenta. nã quamuis Deæ nomen sit, eodẽ tamen etiã ætas hæc significatur.

VERECVNDVS COLOR] purpureus, & rubi cũdus: qualis inest in pueris, & adolescẽtibus, qui verecundi sunt natura: vel per verecundũ colorẽ, ideo rubicundus significatur: quia, quos pudet, ij erubescunt. significat, sibi cantiones, & veneficia Canidiæ pallorem, maciẽ, canitiemq; attulisse.

RELIQVIT OSSA, &c.] nihil mihi reliquit præter ossa pelle lurida amicta: vel præter ossa & pellem luridam. prouerbium de summa macie. Plaut. Capt. *Macesco, consenesco, & tabesco miser: Ossa atq; pellis sum miser a macritudine.* Theocritus εἰδ. δ'. Τήνας μὲν δ' ὅτι τᾶς πόρτις αὐτὰ λέλειπται Τ' ὀστέα. id est, Illius quidẽ iuuencæ sola ossa relicta sunt. Apollon. Αργον. ϛ. πίνω τε οἱ αὐσάλεος χρὼς Ησκληται ῥῖνες δὲ σὺν ὀστέα μοῦνον ἔεργον. id est, sordibus ei corpus erat aridum & squalidum: pellis autem & ossa sola con E
tinebant. Virg. Palæm. *vix ossibus hærent.*

PELLE AMICTA LVRIDA] pallida, subuiridis, vel crocei coloris: qualis vmbrarũ, arquatorum, luræ, Orci. vt sup. Od. 4. lib. 3. *luridã Missos ad Orcum.* amicta autẽ, id est, vestita. epist. 15. lib. 1. *Pomisne & pratis, an amicta vitibus vlmo.*

TVIS CAPILLVS ALBVS EST] tui odores, tuaq; vnguenta, id est, veneficia, mihi canitiem attulerunt. Oda 14. lib. 3. *Lenis albescens animos capillus.*

NVLLVM A LABORE ME] nulla mihi à labore, siue animi, siue animi & corporis datur intermissio, nulla conquiescendi potestas.

VRGET DIEM NOX, ET D.] id est, sine vlla temporis intermissione laboro, continuis animi laboribus exerceor. diurno labori succedit nocturnus, & nocturno diurnus.

NEQVE EST LEVARE] οὐδ' ἔστι, vel ἔξεστι. nõ licet, nõ datur respirare. distenta mihi sunt spiritu præcordia, neq; ea respirando leuare possum. iccircò enim data est respiratio, vt & attrahatur aër F C
frigidus, qui calorem intestinũ, ac naturalem refrigeret: & vicissim pectus spiritu, & aëre concalefacto distentum, atq; inflatum subleuetur.

ERGO NEGATVM VINCOR, VT CREDAM] horum verborum hæc sententia est. ergo ego nunc tandem infelix meis malis vincor, vt credam, & fatear id, quod initio negaueram: quidnam? Sabella carmina, id est, Canidiæ Sabellę cantiones vim habere ad permouendos, & perturbandos hominum animos.

CAPVTQVE MARSA.] & vt credam, caput Marsis cantionibus, seu carminibus, quodammodo disrumpi, amentiaque affici. suprà Od. 5. eodem lib. *nec vocata mens tua Marsis redibit vocibus.* Licet & ita interpretari, *dissilire,* id est, dirumpi. Et verò vtrumque coniunxit Arnobius lib. 2. aduersus genteis, *vt infidelium dissiliat & dirumpatur auditus.*

DISSILIRE.] in diuersas parteis ferri, dissipari, differri. epist. 18. lib. 1. *Gratia sic fratrum geminorum Amphionis, atq; Zethi dissiluit.*

QVANTVM

Digitized by Google

A QVANTVM NEQVE ATRO DELIBVTVS] Hercules Eunomo Architelis filio, à se non sponte interfecto, voluntario se exsulio multauit, atq; in oppidum Thrachinem proficisci cõstituit. Cùm ad Euenum fluuium, cuius portitor erat Nessus centaurus, peruenisset, ipse fluuium pedibus superauit: Deianiram autem mercede pacta Nesso traijciendam reliquit. Hic, dum eam traijcit, vim ei inferre conatur. Hercules Deianiræ vim propulsantis clamore exaudito, egredièti Nesso mortiferum vulnus inflixit. Nessus moribundus, Deianiræ ad se euocatę dixit, se philtrum ei dare velle, quo Herculis erga se amorem perpetuum, ac sempiternum retineret. (constabat autem id philtrum ex ipsius Nessi cruore, & eo veneno, quo suorum telorum cuspides Hercules inficere solebat.) Quo cupidè accepto, & studiosè seruato, cùm Deianira parum gratum de Iola Euryti filia nuntium accepisset, vereretur̃que ne Iolam sibi anteponeret Hercules, tunicam ad eum
B misit cruore illo imbutam, cùm existimaret philtrum esse: quam cùm ille induisset, venenum̃que illud corporis contactu concalefactum, vsque ad viscera permanasset, voces illas miserabileis edidit, quæ leguntur apud Sophoclem in Trachin. vide Od. 3. huius lib.

NEC SICANA FERVIDA VIRENS] Sic ego hunc locum veterum codicum auctoritatem secutus emendaui. sic enim scriptum reperi in cod. Don. Iann. & duobus Vatic. duobus Petri Danielis, & totidẽ Nicotianis, & vno Nicot. Cleric. & duobus Russardinis, *Virens in Ætna*. quod sine dubio rectum est, vt per virentem flammam significari intelligamus eam, quæ valida & perpetua sit, & numquam langueſcat, aut moriatur: quemadmodum apud Homerum ἰλ. φ. ὀξὺ δὲ μαραίνεται. id est, flamma exaruit: seu marcida facta est, pro exstincta est. & ἰλ. ψ. πῦρ μὲν πυρκαϊὴ ἐμαραίνετο. id est, tunc incendium marcescebat. *Virens* autem, quod in ceteris omnibus manuscr. reperitur, longè est ineptissimum. Ego igitur priore sententia desisto:
C quæ fuit huiusmodi, *Virens* esse mendosum, & legendum *Vibrans*. Sic autem hanc sententiam confirmabam in priore editione. Ex hoc *virens*, quod mihi deprauatum videbatur, coniectura ductus, tanquam manu quadam, ad veram, ac germanam (vt tum putabam) lectionẽ, *vibrans flamma*, reponebam: atque ita disputabam. *Vibrans flamma* (opinor) ab Horatio appellatur, quæ stricti ferri, aut luminis in morem splendet, ac micat: vel quæ se attollit, atque eiaculatur in auras: qualem describit Lucretius lib. 6. Ætnæ flammam, & Virg. lib. 3. Æn. sic Lucret. *Nunc tamen illa modis quibus irritata repente Flamma foras vastis Ætnæ fornacibus effiet, Expediam. primùm totius subcauа montis Est natura, ferè silicum suffulta cauernis, &c.* sequitur mox, *Ventus enim fit, vbi est agitando percitus aër. Hic vbi percaluit, calefecitq; omnia circum Saxa furens quа contigit, terramq;: & ab ollis Excussit calidum flammis velocibus ignem: Tollit se, ac rectis ita faucibus eijcit alte, Funditq; ardorem longè, longeq; fauillam Differt, & crassa volvit caligine fumum, Extruditq; simul mirando pondere saxa.* Et Virgil. *sed horrificis iuxta tonat Ætna ruinis: Interdumq; atram prorumpit ad æthera nubem Turbine fumantem piceo, & candente fauilla. Attollitq; globos flammarum, & sidera lambit: Interdum scopulos, auulsaq; viscera montis Erigit eructans, liquefactaq; saxa sub auras Cum gemitu glomerat, fundoq; exæstuat imo.* quos Virgilij versus ex Pindari Oda 1. expressos, aut certè imitatos ostendit Macrob. lib. 5. Saturnal. cap. 17. κίων δ' ὑψηλὰ σωμάχει. νιφόεσσ' Αἴτνα πατέρης χιόνος ὀξείας πιθήνα, πᾶς ἐρεύγοντα μὲν ἁπλάτου πυρὸς ἀγνὸν πάτραι, ὃν μυχῶν πηγαί: ποταμοὶ δ' ἀμάραισι μὲν ἐς χόον πρόσω καπνῷ αἰθων': ἀλλ' ὄρφναισι πέτρας φοίνισσα κυμαινομένα φλὸξ ἐς βαθεῖαν φέρει πόντου πλάκα σὺν παταγῳ: κεῖνο δ' ἀφαίσιον κρουῶς ἐρατὸν δεινοπάτας ἀναπέμπει: id est, Columna autem cælestis cõtinet, niuosa Ætna, per totum annum niuis acutæ nutrix: cuius ex recessibus eructant ignis, ad quem nemo accedere audeat, purissimi fontes. Fluuij autem ignei interdiu profundunt fluentum fumi candens, seu nigrum: noctis autem tenebris pœnicea flamma voluitur, & saxa portat in maris æ-
E quor profundum cum ingenti sonitu. Illud autem Vulcani reptile scaturigines horribilissimas sursum mittit. Iam verbum vibrare, sæpius esse absolutum, quàm ἐνεργητικὸν, id ex Lucret. Virg. M. Tull. intelligere licet. Lucretius libro tertio, *Quin etiam tibi si lingua vibrante minacem Serpentem, & caudæ procero corpore vtrinq; Sit libitum in multas parteis discindere ferro, &c.* Virgilius Æneid. 2: *Sibila lambebant linguis vibrantibus ora.* idem lib. nono, *Vibranti gladio connixus ab aggere dexter Occupat.* & lib. 10. *Vibranti cuspis medium transuerberat ictu.* M. Tull. orat. perf. de Demost. *Cuius non tam vibrarent fulmina illa, nisi numeris contorta ferrentur.* Idem in Lucullo. *Nobis metipsis modò caruleum marè videbatur, nunc ramè: nunc, quia à sole collucet, albescit, & vibrat.* Idem in Bruto extremo. *& erat oratio cùm incitata, & vibrans, tùm etiam accurata & polita.* Quinctil. lib. 10. de Archilocho. *cùm valida, tùm breues, vibrantesq; sententiæ.* hanc igitur scripturam veram esse puto, *Vibrans in Ætna flamma.* Nam quòd quidam e-
F mendauerunt, *Furens in Ætna flamma*, non equidem inuideo: & scio Virgil. lib. 4. Æneid. in extr. dixisse: *flammaq; furentes Culmina perq; domum volvantur, perq; Deorum:* Verùm hæc lectio, quam sequor, & propius abest à vetere scriptura *Virens*, & significantius (meo quidem iudicio) exprimit flammæ è fornacibus illis erumpentis, & in altum sese eijcientis, & conglobantis naturam. *Virens* autem factum esse puto ex *Uirens*: & *Virens ex Vibrans* errore, & negligentia librariorum. Hæc igitur olim scripserã. Nunc autem sententia mutata, *Virens flamma* retineo, & virentem flammam interpretor, validam, acrem, perpetuã, non langueſcentem. Cui sententiam mutem autem vna hæc causa est, quod tutius esse arbitror veteres codices sequi, præsertim vbi defendi possunt, vbiq; probabilem scripturam continent, quàm aliam excogitare. Si quis tamen *vibrans flamma*, quæ lectio coniectura sola nititur, huic anteponet, non improbabo.

TV DONEC CINIS, &c.] tu veluti quæ-

A dam venenorum officina, non cessabis me tuis venenis exurere, donec exaruerim, & cineris in modum consumtus, atque à ventis dispersus fuerim: seu donec in cinerem versus fuerim, vt loquitur Oda 3. lib. 3.

COLCHICIS] Medeæ venenorum similli-mis. suprà Od. 5. *Flammis aduri Colchicis.* & Od. 13. lib. 2. *ille venena Colchica, Et quicquid vsquam concipitur nefas, Tractauit, &c.*

QVÆ FINIS?] finis generis fæmin. vt suprà Od. 18. lib 2. *fine destinata.* & Lucret. lib. 1. *Deniq; iam quoniam generatim reddita finis Crescendi rebus constat.* & Virg. lib. 5. *Quæ finis standi?*

QVOD ME MANET STIPEND.] quod tibi à me vis stipendium persolui? id est, quam mihi pœnam irrogabis aut impones? quam me pœnam vis sufferre, ac sustinere?

EFFARE] quidam legi volunt Ecfare, quomodo scriptum reperi etiam ego in vno, & altero codice antiquo.

B IVSSAS] participium à verbo *iubeor:* de quo alibi. iussas autem, id est, à te in me constitutas: vel quas ego subire & luere abs te iussus fuero.

CVM FIDE] tralatio à pecunia: quæ cum fide solui dicitur, si tota, & ad diem soluatur.

EXPIARE] pœna subeunda luere, ac delere. vt Od. 1. lib. 2. *arma Nondum expiatis vncta cruoribus.* & huius lib. Od. 5. *dira detestatio Nulla expiatur victima.* Cicero de harusp. resp. *nomen populi Rom. tanto scelere contaminauit, vt id nulla re possit, nisi ipsius supplicio, expiari.*

MEND. LYRA VOLES SONARI.] id est, falsò, seu falsis carminibus, & mendacibus hymnis laudari. significat, eam veris laudibus ornari non posse.

TV PVDICA, TV PROBA.] significat, eã esse impudicam, & improbam. sic Catull. in quandam. *Pudica & proba, redde codicillos.*

PERAMBVLABIS ASTRA SIDVS] tanquam Erigone referêris in siderum numerum: vel tu sidus aureum inter astra versaberis. hoc dicitur C intereſſe inter astrum & sidus, quòd sidus, vna stella sit: astrum, multæ: vt Virgiliæ, Orion, Vrsa maior, & Vrsa minor, &c. sidus aureum autem dixit ὀπθετικῶς, vt non semel Virg. Æn. 2. *ferit aurea sidera clamor.* & lib. 11. *Tum verò immensus surgens ferit aurea clamor Sidera.*

INFAMIS HEL. CAST. OFFENS.] Quæ sunt peruulgata, omnibusque notissima de Stesichoro poëta, iccircò eum oculis esse multatum, quia Helenam versibus maledicis, & contumelio-sis lacerarat, prætermitto. Pausanias autem in Laconicis, noua quædam hac de re, atque inaudita profert, Leonynum quendam Crotoniatam in insulam Λευκὴν profectum, Achillem in ea, duos Aiaces, alioſque Heroas, & vnà cum illis Helenam vidisse: cum ea etiam esse locutum, sibique ab illa esse mandatum, vt, cùm primùm Himeram (qua in vrbe natus est Stesichorus) nauigasset, Stesichoro nuntiaret, se iratam ob carmen in se scriptum, oculos ei ademisse: Quo nuntio accepto Stesichorum stilum vertisse, Helenamque, quam antea vituperarat, laudauisse. Eius autem palinodiæ principium ponit Plato in Phædro his D verbis, ἔστι δὲ τοῖς ἁμαρτάνουσι περὶ μυθολογίαν καθαρμὸς, ἀρχαῖος, ὃν Ὅμηρος μὲν οὐκ ἤσθετο, Στησίχορος δὲ. τῶν γὰρ ὀμμάτων στερηθεὶς διὰ τὴν Ελένης κακηγορίαν, οὐκ ἠγνόησεν, ὥσπερ Ὅμηρος, ἀλλ' ἅτε μουσικὸς ὢν, ἔγνω τὴν αἰτίαν, καὶ ποιεῖ εὐθὺς, Οὐκ ἔστ' ἔτυμος ὁ λόγος οὗτος, οὐδ' ἔβας ἐν νηυσὶ εὐσέλμοις, οὐδ' ἵκευ πέργαμα Τροίης. ποήσας δὴ πᾶσαν τὴν καλουμένην παλινῳδίαν ἀρχόμενος εὐθέως. id est, ijs, qui in fabulando peccarunt, vetus est expiatio, quæ Homerũ quidẽ fugit, sed non Stesichorũ. Nam cùm oculis orbatus esset propterea, quòd Helenæ maledixerat, nõ ignorauit, quemadmodum Homerus, sed, vt pote qui musicus esset, causam eius rei intellexit, & cõtinuò hoc carmen fecit. *Non verus ille est sermo: nũ quam puppibus Vecta es velinolis opulenta ad pergama Troia.* Absoluta igitur tota illa, quæ appellatur, palinodia, oculorum sensum continuò recuperauit. vsurpat M. Tullius huius carminis principium lib. 9. epist. ad Attic. οὐκ ἔστ' ἔτυμος λόγος (vt opinor) *ille de ratibus*, id est, nõ est verus ille rumor de Pompeij nauibus. Extat & alius Stesichori versus E apud Lycophronis interpr. ad eandem rem pertinens, Τρῶες πάντ' ἦσαν Ελένης εἰδωλον ἔχοντες.

INFAMIS HELENÆ] quam infamarat Stesichorus: dedecore & infamia notatæ à Stesichoro. non dissimulabo me reperisse in vno Vatic. libro, Infimis. de qua scriptura equidem nihil pronuntio. tantùm admonitum lectorem velim, vt consideret, idémne sit sentiendum de nomine infamis, quod de infacetus censuit Hermolaus Barbarus: nempe scribendum esse, inficetus.

VATI] Stesichoro. de quo sup. ad Od. 9. li. 4. vide de eod. multa apud Quinct. lib. 10.

ET TV] tu quoq; eorum exemplo.

O NEC PATERNIS] hæc palinodia irrisionis contumelioſæ plenissima est: immò verò mera contumelia est, cum vrbanitate tamen Horatiana coniuncta. Vult enim Horatius intelligi, quæ laudandæ Canidiæ causa dicit, esse planè falsa. NEC IN SEPVLCHRIS, &c.] id est, nec docta, seu quæ nescis pauperum mortuorũ cineres nono post eorum mortem die dispergere, ac F dissipare. innuit hoc eam factitare solere.

NOVENDIALEIS] nouendiales puluere, nouendiale sacrum, nouendiales ludi, nouendiales feriæ à numero dierum sunt dictæ. Nam cadauer domi dies septem seruabatur: octauo die combure batur: nono sepeliebatur, seu humabatur: deinde iustis persolutis, & imposita inscriptione humatus dicebatur mortuus. ante hoc tempus, & antequàm hæc facta essent, dicebatur esse supra terram. Ad hunc locum pertinet illud Virg. 5. Æneid. *Preterea si nona diem mortalibus almum Aurora extulerit, radijsq; retexerit orbem, &c.* ad quem locum lege Seruium, qui ibi profert hunc Horatianum versum.

PVRÆ MANVS] καθαραὶ χεῖρες: non maculatæ sanguine: quod est falsum, vt cætera omnia.

TVVSQVE VENTER PARTVMEIVS] venter partumeius est, qui partum edere & solet, & potest: venter fæcundus: qualis profectò non est Canidiæ: id est, Gratidiæ. est autẽ nomen conflatum à partu, & verbo meio. in codice Io. Morellij

Digitized by Google

A rellij viri nobilis, & in primis eruditi, annotatum erat ad hanc vocem *partumeius, partui aptus.*

TVO CRVORE RVBROS] tuo cruore, & tabo commaculatos in puerperio tuo.

VT CVMQVE, &c.] quoties, vel quandocumque tu partu edito è lecto surgis fortis puerpera. quod numquam tibi contigit. numquam enim nec paris, nec peperisti. videtur enim significare, Canidiam obstetricis opera, & ministerio vti, quæ pannos eius cruore ex partu inquinatos, abluat, cùm longè aliud & sentiat, & velit intelligi. Nam nec vmquam puerpera fuit, neque obstetrice vsa est, neque pannos habet cruentos, vtpote quæ suppositos partus ostentet, non veros. vt sup. Od. 5. *si vocata partubus Lucina veris affuit. Exsilis* autem secundæ personæ est, à verbo exsilio.

## CANIDIA.

OBSERATIS] obturatis, clausis, surdis. obserare à sera factum. vtitur & Catull. ad Ipsithill. seu, vt alij volunt, hospitellam, *Ne quis liminis obB seret tabellam.*

NON SAXA NVDIS SVRD.] huius versus, & proximi sententia est. Non sunt nautis surdiora saxa, quæ fluctibus hibernis verberantur, subintell. quàm ego tibi sum. vel hoc modo. non magis audiunt nautas miseros, nudos, & eiectos saxa, quæ à fluctibus hibernis verberantur, quàm ego te. *nudis* autem, id est, spoliatis, naufragis. sic suprà Od. 7. lib. 3. *nam scopulis surdior Icari Voces audit adhuc integer.*

TVNDIT] verberat. Virgil. Æneid. 5. *Est procul in pelago saxum, spumantia contra Littora: quod tumidis summersum tunditur olim Fluctibus, hiberni condunt vbi sidera Cori.* Idem in Daphn. *Nec percussa iuuant fluctu tam littora, &c.*

NEPTVNVS HIBERNVS] id est, mare tempestatibus hibernis commotum, atque ventis concitatum.

SALO] fluctu: maris agitatione, & iactatione,
C Græcum nomen est, ex quo σαλεύειν agitare, concutere.

INVLTVS VT TV RISERIS, &c.] egóne committam, vt tu impunè riseris Cotyttia, quæ sacra tu tuis versibus vulgauisti? de hoc loquendi genere vide quæ sunt annotata ad illum locum, *Visne tegam spurco Damæ latus?* Satyr. 5. lib. 2.

COTYTTIA] sic scribendum docuit Politianus, non *Cocytia*. Cotyttia autem dicta sunt sacra quædam nocturna, flagitiosa, obscæna, & nefaria, à Cotyttone impudentiæ, & Veneris obscænæ dea, cuius sacerdotes erant Baptæ: de qua Iuuenalis Satyr. 2. *Talia secreta coluerunt Orgia tæda Cecropiam soliti Baptæ lassare Cotyttô.*

LIBERI CVPID.] liberi, id est, nulla lege, nullóque pudore à libidine reuocati: liberè & solutè per omne libidinis, quantumuis obscænæ, & flagitiosæ genus vagantis.

ET ESQVIL. PONTIF. VENEFIC] Conscius, & particeps à me factus eorum sacrorum & veneficiorum, quæ in Esquilijs tracto: vel dic pontificem eum appellati veneficij Esquilini, D quia veluti pontifex quidam hæc sacra reprehendat, & de his existimare, & iudicare audeat. erat enim pontificum religiones, & ceremonias tueri. Festus, *Pontifex maximus, iudex, atque arbiter habetur rerum diuinarum, humanarúmque.* Plautus Rudente, *Lubet iurare. túne pontifex periurio es?*

IMPVNE VT VRBEM, &c.] egóne te patiar inultum esse, qui me populi fabulam feceris?

QVID PRODERIT DITASSE, &c.] id est, quid proderit tibi te Pelignas anus impenso pretio conduxisse, vt te dolore, & cruciatu corporis liberarent: præsentibúsque venenis vsum esse, vt statim exanimatus miseriatum tuarum portũ occupares, si tardius, quàm optas, moriturus es?

DVCENDA] producenda, extrahenda. sic dicimus *ducere bellum.*

IN HOC] ad hoc, propter hoc, ὅπι τούτῳ.

SVPPETAS] vt sufficias, ac suppedites materiam, & locum nouis doloribus: vel vt sis semper recens & integer nouis doloribus. ἵνα ἐπαρκῇς καινῇς ἀλγηδόσι.

DOLORIBVS] sic habent aliquot libri scripti, & excusi: quidam scripti *laboribus*: quidam E *cruciatibus.*

INFIDVS] qui Deorum consilia recondita vulgauit, vt dicemus ad Satyr. 1. lib. 1. sed mihi tacendum non videtur, me in octo lib. manuscriptis legisse, *Pelopis infidi pater.*

BENIGNÆ] copiosæ, affluentis, abundantis, largæ. videntur quidem hæc pugnare, copiosum esse, & egere: sed ea est Tantali, & Tantali similium pœna, vt in media rerum copia egeant. de hac autem Tantali pœna vide annot. ad Satyr. 1. libri primi.

OPTAT PROMETHEVS] de Prometheo suprà diximus nonnulla ad Od. 3. lib. 1. ad quæ hæc addamus: Prometheum iccircò Caucaso essse affixum fingi, quòd is in monte illo assiduè hærens, inde astra studiosè contemplaretur, & rerum cælestium cognitioni operam daret. quod testatur & Cicero lib. 5. Tuscul. quæst. non longè à princip. F Est autem hic mons circa Assyrios, altissimus, & pæne dicam, sideribus vicinus. ex quo fit, vt astra maiora, quàm aliunde videantur, demonstret, & planissimè eorum ortus obitúsque declaret. Dicitur idem totam fulminum rationẽ accuratè perquisiuisse, eámque perspectã & cognitam hominibus indicasse. Ex quo ignem cælestem furatus esse traditus est. Quòd autem Aquila cor eius exest, significat ea fabula curam, & sollicitudinem acrem animi, qua siderum motus perueſtigauit.

OBLIGATVS] id est, *alligatus*: vel dic *obligatus*, quasi circumligatus, id est, firmissimè & tenacissimè ligatus. sic enim dicunt Latini, *nexu sõ obligare, & verborum obligationes, & obligare vulnus, & obligatus beneficijs.* Sed cur non dixit, *obligatus Caucaso*, potiùs quàm *aliti?* An hoc significat, Prometheo aquilam esse assiduè affixam per hypallagen? an Prometheum Caucaso esse obligatum & affixum, vt aliti, id est, aquilæ pabulum as-



Digitized by Google

A siduè præbeat, quasi *aliti* positum sit pro, alitis causa?

OPTAT SVPREMO, &c.] de Sisypho, & eius saxo, cùm fabula sit notissima, tùm collegim⁹ quædã ad Od. 14. li. 2. ibi, *damnatúsque longi Sisyphus Æolides laboris.*

VOLES MODÒ ALTIS DESIL. TVRR.] modò voles te ex altis turribus præcipitem agere.

ENSE PECTVS NORICO RECLVDERE] tibi pectus ferro transfigere. sic Virgil. loquitur lib. 10. Æn. *Tum latebras animæ pectus mucrone recludit.* Noricus ensis autem à gente Norica dictus, Rhœtis, & Lepontijs finitima. Nam inter Noricos, & Rhœtos Rhenus fluuius interfluit. suprà Od. 16. lib. 1. *quas neque Noricus Deterret ensis.*

INNECTES] sic reperi scriptum in duobus codicib. Vatic. Vrsin. Rainutij, Faërn. Nicot. Russ. Cleric. in tribus Vatic. Faërn. Torn. *nectes.*

VECTABOR HVMERIS] tuis humeris insidebo mihi inuisis.

AN, QVÆ MOVERE CEREAS] an ego, B quæ cereas imagines motu præditas efficere, & animare possum, &c. adhibebantur autem cereę, & laneæ imagines in rebus magicis: vt sat. 8. lib. 1. *Lanea & effigies erat, altera cerea.*

VT IPSE NOSTI CVRIOSVS, ET POLO] in libro Iannoct. scriptum est, *Vt ipsè curiosius nosti, & polo* quàm scripturam non reijcerem, nisi magis mihi placeret vulgata.

ET POLO DERIPERE LVNAM] suprà Od. 5. *Lunámque cælo deripit. Deripere* autem nõ *diripere*, scriptum est in omnibus libris calamo exaratis.

EXCITARE] excitare mortuos ab inferis.

DESIDERÍQVE TEMPERARE POEVLVM] & conficere, ac miscere poculum amatorium. sup. Od. 5. *Amoris esset poculum.* temperare, κεράσαι.

PLOR. ART. IN TE NVLL. HABENTIS EXIT.] Cùm dissentirent hoc loco inter se C libri veteres, aliíque haberent, *Plorem artis in te nil habentis exitus:* alij, *Plorem artis in te nil habentis exitum:* alij, *nil agentis exitum:* ego olim eam scripturam, quæ mihi probabilis. visa erat, quę q3 reperitur in duobus cod. Vatic. Iannoct. Torness. (quamquam in vno ex his, non sine litura.) *Plorẽ artis in te nil agentis exitum*, secutus eram. quam sic explicabam. ego, quæ Lunam è cælo possum deducere, & mortuos excitare ab inferis, & amatoria pocula præsentissima conficere, vsq3 adeóne infelix ero, vt ars mea in te sit inanis, nullámque vim aut potestatem habeat? hæc mihi quidẽ videbatur esse verborum sententia: sed hærebat scrupulus, quòd genus hoc loquendi, *ars nil agit in aliquo*, seu *in aliquem*, pro eo, quod est, inanis est, & nullam vim habet, & nil valet, videbatur mihi, vt & nunc videtur, parùm Latinum, & Horatio, eleganti scriptori, indecorum. nam *nil agere* quidem, inanem operam sumere est: quo sæpe vtuntur Latini. vtitur & Hor. sat. 9. lib. 1. *sed nil agis: vsque tenebo.* & saty. 3. lib. 2. qui locus videtur præcipuè huius lectionis sententiam adiuua- D re. *Nil agit exemplum, litem quod lite resoluit.* significat enim inutile, atque inane esse exemplum, quod rem dubiam & controuersam, alia re dubia soluit. hoc igitur tunc afferebam, quo hanc scripturam defenderẽ. nam illam alteram, *artis in te nil habentis exitum*, planè reijciebam. quæ tamen reperitur ferè in omnibus libris excusis, Venetis, Lugdunẽsibus, Parisiensibus, Germanicis, & maiore parte manuscriptorum. ego autẽ eam annos ab hinc duodecim ita in meo libro immutaram, *Plorem artis in te nil valentis exitum.* quod idem nuper venit in mentem Paullo Manutio, viro doctissimo, seu potius Mureto: qui ita curauit excudendum, cùm Aldini antiquiores habeant, *nil habentis.* neque verò hæc mihi scriptura displiceret, si eius exstaret in libris veteribus vel tenuissimum vestigium. Nunc cùm id non sit: hanc, quam explanaui, & quæ reperitur in libris scriptis, *Plorem artis in te nil agentis, exitum?* tenebam, quia non habebam meliorem. Nam, ne mentiar, ne eam quidem magnopere probabam. Videbatur enim mihi inelegans & insolens, ac, pæne dicam, barbarum loquendi genus: vt & nunc videtur. *ars nil agit in te*, vt suprà dixi. Nunc igitur (vt, quod sentio, liberè dicam) hãc ipsam scripturam, quam religione quadam deterritus immutare, aut reijcere tum non sum ausus, corruptam esse, neque vllum mendum inesse in verbo *habentis*, sed in voce *nil*, aut in voce *exitum*: &, ne longum faciam, totum hunc locum sic esse legendum puto. *Plorem artis in te nullum habentis exitum?* seu, si quis malit, quòd in quibusdam libr. reperitur, *Plorem artis in te nil habentis exitus?* Natum autem fortasse mendum est ex hac scriptura, *null' habentis*, & ex ignoratione cõsuetudinis loquendi Horatianæ. Nam cum indocti quidam siue librarij, siue lectores, quid sibi vellet illud *null'* non intelligerent, neque quò referri possent hi patrij casus *artis habentis*, viderent, ex ea voce *null'* fecerũt *nil.* Ita nobis locus corruptus per manus traditus est, quem posteà nonnulli ita corrigere conati sunt, vt *agentis* reponerent in locum verbi, *haben* F *tis.* in libro quidem Don. perspicuè vox *agentis* alia & recentiore manu scripta est. in solo autem codice Torness. & duob. Vatic. integram reperi: quibus cum postea consentire animaduerti Lutetiæ Clericanum, Nicotianum, vnum Russard. ceteros. hanc igitur germanam, & integram scripturam esse arbitror. verborum autem hic ordo est, Plorem artis nullum exitum in te habentis? vel, si quis forte alteram lectionem huic anteponat, *Plorem artis*, id est, plorem gratia artis, *nil exitus*, id est, nullum exitum, *in te habetis?* Iam hoc *Plorem artis*, Græcorum more dictum est, pro eo, quod est plorem artis ergò, seu causa artis, vel ob artem. solent enim illi in huiusmodi loquendi generibus subintelligere χάριν, vel ἕνεκα. Plato in Euthyd. μακαρίζω ἄρ' ὑμᾶς ἔγωγε τῆ κτήματος, πολὺ μᾶλλον, ἢ μέγαν βασιλέα ἢ ἀρχῆς. i. beatos equidem vos duco possessionis istius magis nomine, quàm magnum regem, seu Persarum regem imperij. Aristot. ῥητορ. α. πολλοὶ γὰρ ὑγιαίνουσιν, ὥσπερ ἡρόδικος λέγεται, ὃς οὐδεὶς ἂν σώσαι-

Digitized by Google

A μονίσιμα ἢ ὑγιείας. id est, ad verbum, quos nemo beatos duxerit valetudinis. quod valet, ob valetudinem, vel causa valetudinis. Dionys. Halicarnasseus, ἀρχαιολ. βίβ. ζ. Ταύτης μὲν τοίνυν ἢ γνώμης ἐπαινοῦντες ὑμᾶς, id est, huius sententiæ vos laudates. quod valet, ob hanc mentem, vel ob hanc sententiam. Eurip. in Androm. κἀγὼ μὲν οὖν στένω δεινὰς πέλμας, ἂν ἔρεξα. ὦ καπάρατος ἐγὼ, καπάρατος αὐδράσι, id est, gemo igitur facinoris hostilis, quod perpetraui. Idem Iphigenia in Aulide, Ἑλλάδος μᾶλις ἔγωγε ἢ παλαιπόρους στένω. id est, maximè equidem Græciæ calamito sæ gemo ac ploro. Idem Phœniss. φεῦ, φεῦ. κακῶν σῶν Οἰδίπου σὸς ὢν στένω. malorum tuorum Oedipe ploro. quæ tria postrema exempla proximè accedunt ad hanc locutionem Horatianam. Integrum est illud genus apud Æschyl. in Prometh. Αἰαῖ πασῶν μυθεῦ, σῶν ὕπερ στένω πόνων. imitatus est etiam Virgil. 11. Æneid. *Vir Troiane, quibus cælo te laudibus æquem? Iustitiane prius mirer, belline laborum?* id est, téne, mirer ob iustitiam prius, an ob belli labores? sic enim hunc versum explico, quamuis paullo aliter Seruius. Iam hæc loquendi genera, *habere exitum, nullum habere exitum*, Latinis scriptoribus valde sunt vsitata: quorum hoc proxi-
B mum significat, quippiam non consequi finem, cuius gratia cœptum est, atque ita inane & inutile, seu nullius efficaciæ esse: illud alterum, cõtrarium, nempe ad exitum optabilem peruenire & efficax esse, seu (vt ita dicam) effectum aliquem gignere. M. Tull. lib. 7. epistol. ad Att. *Rursus autem ex dolore municipali, sermonibúsque eorum, quos conuenio, videtur hoc consilium exitum habiturum.* Idem Philipp. 2. *Fugam querebamus omnes, quæ ipsa exitum non habebat.* idem de diuinat. lib. 2. *Quid ego Haruspicum responsa commemorem? (possum equidem innumerabilia) quæ aut nullos habuerunt exitus, aut contrarios.* Idem Acad. 2. *Ipsa autem philosophia: quæ rationibus progredi debet, quem habebit exitum?* Idem ferè valet *reperire exitum.* Idem Cicero li. 1. de finib. *Quòd si ne ipsarum quidem virtutum laus reperire potest exitum, nisi dirigantur ad voluptatem, &c.* Licet etiam ita legere
C seruata eadem loquendi consuetudine & elegantia, *Plorem artis in te nil habentis exitus?* vt sit ordo verborum, Plorem gratia artis, nil exitus, id est, nullum exitum in te habentis? vt iam diximus. Videtur mihi tamen hæc lectio durior aliquanto altera: contrà illa superior, suauior, & concinnior. Verùm tamen, vt sunt hominum dissimilia palata, amplectatur quisque quam volet: aliam respuat, ac reijciat. manum non verterim. Quòd si cui mea coniectura non probabitur, omnium scripturarum tolerabilissima mihi videtur ea, quam dixi reperiri in codice Iann. & Torness. & duobus Vaticanis.

## Q. HORATII FLACCI
### Carmen Sæculare.

PHœbe, siluarúmque potens Diana,
Lucidum cæli decus, ô colendi
Semper, & culti, date, quæ precamur
Tempore sacro:
Quo Sibyllini monuere versus,
Virgines lectas, puerósque castos
Dïs: quibus septem placuere colles,
Dicere carmen.
Alme Sol, curru nitido diem qui
Promis, & celas: aliusq;, & idem
Násceris: possis nihil vrbe Roma
Visere maius.
Rite maturos aperire partus
Lenis Ilithya, tuere matres:
Siue tu Lucina probas vocari,
Seu genitalis.
Diua, producas subolem, patrúmque
Prosperes decreta super iugandis
Fœminis, prolísque nouæ feraci
Lege marita:
Certus vndenos decies per annos
Orbis vt cantus, referátque ludos,
Ter die claro, totiésque grata
Nocte frequenteis.
Vósque veraces cecinisse Parcæ,
Quod semel dictum est, stabilísq; rerum
Terminus seruet, bona iam peractis
Iungite fata.
Fertilis frugum, pecorísque tellus
Spicea donet Cererem corona:
Nutriant fœtus & aquæ salubres,
Et Iouis auræ.
Cóndito mitis, placidúsque telo
Supplices audi pueros Apollo:
Siderum regina bicornis audi
Luna puellas.
Roma si vestrum est opus: Iliæq;
Littus Etruscum tenuere turmæ,
Iussa pars mutare Lareis, & vrbem
Sospite cursu:
Cui per ardentem sine fraude Troiam
Castus Æneas patriæ superstes
Liberum muniuit iter, daturus
Plura relictis:
Dïs probos mores docili iuuentæ,

Dïj

A *Dij senectuti placidæ quietem:*
*Romulæ genti date, rémque, prolémque,*
*& decus omne.*
*Quique vos bubus veneratur albis*
*Clarus Anchisæ, Veneríque sanguis,*
*Imperet bellante prior, iacentem*
*Lenis in hostem.*
*Iam mari, terráque manus potenteis*
*Medus, Albanâsque timet secureis:*
*Iam Scythæ responsa petunt, superbi*
*Nuper, & Indi:*
*Iam fides, & pax, & honos, pudórque*
*Priscus, & neglecta redire virtus*
*Audet: appârétq; beata pleno*
*Copia cornu.*
*Augur, & fulgente decorus arcu*
B *Phœbus, acceptúsq; nouem camœnis,*
*Qui salutari leuat arte fessos*
*Corporis artus:*
*Si palatinas videt æquus arceis,*
*Rémque Romanam, Latiúmque felix:*
*Alterum in lustrum, meliúsque semper*
*Proroget æuum.*
*Quæq; Auentinum tenet, Algidumq;,*
*Quindecim Diana preces virorum*
*Curet: & votis puerorum amicas*
*Applicet aureis.*
*Hæc Iouem sentire, deósque cunctos,*
*Spem bonam, certámq; domum reporto*
C *Doctus, & Phœbi chorus, & Dianæ*
*Dicere laudes.*

Carmen sæculare dictum, quòd ludis sæcularibus caneretur. Ludos autem sæculareis primos à Valerio Poplicola institutos esse anno CCXLV. post vrbem conditam quidam tradiderunt: alij multis annis post reges exactos, & Poplicola iam mortuo. quam sententiam cõfirmant XV. virũm, qui ludis sæcularibus procurandis & faciendis præerant, commentarij. De tempore magna etiã dissensio est inter scriptores. alij enim centesimo quoque anno fieri solitos esse, vt sæculum centũ annorum spatium continere intelligamus: alij centesimo decimo quoque anno, vt sæculum sit ambitus annorum centum & decem. atque huic sententiæ consentanei sunt versus illi Horatiani, *Certus vndenos decies, &c.* superiorem autem confirmat Pompeius Festus his verbis: *sæculares ludi apud Rom. post centum annos fiebant, quia sæculum in centum annos extendi existimatur*, sed de sæculo & D
ludis sæcularibus si quis plura scire volet, legat libellum Onufrij Panuini, qui accuratissime de his scripsit. Carmen autem sæculare ad Apollinem maximè & Dianam canitur, quia Dij sunt ἀλεξίκακοι, & ἀποτροπαῖοι, id est, malorum depulsores: & iccirco placandi. adde quòd irati, & offensi, horribiles sunt: itaque eò magis precibus leniendi. Postremò, Troianis amici, & ita, Romanis. Quo circa tanto diligentius venerandi & placandi, ne neglecti, fiant inimici, & alieni.

SILVARVMQVE POTENS] siluarum domina. sic locutus est Sen. Od. 3. lib. 1. *Sic te diua potens Cypri*, & Od. 25. lib. 3. ad Bacchum, *ô Naiadum potens, &c.* Diuæ autem gratæ sunt siluæ. suprà Oda 21. lib. 1. *Vos lætam fluuijs, & nemorum coma, &c.* Callimach. καὶ χορὸς ἀμφιλαφὴς καὶ ἀπ' οὔρεα συρίσδεται ἐλλάδαμ.

O COLENDI SEMP. ET CVLTI,] sic epist. 1. lib. 1. *Prima dicte mihi, summa dicende camœna, &c.*

TEMPORE SACRO] die festo, seu diebus festis. Oda 12. lib. 2. *Ludentem nitidis virginibus sacro Diana celebris die.* E

SIBYLL. MON. VERS.] tanta erat apud veteres illos Romanos librorum Sibyllinorum auctoritas, vt in rebus aduersis, ac difficilibus reip. temporibus non minore spe ad eos, quàm ad Etruscorum disciplinam confugerent: quod testatur M. Tull. lib. 4. accus. Verr. his verbis. *Itaque apud maiores nostros atroci, ac difficili reip. tempore, cùm Tib. Graccho occiso magnorum periculorũ metus ex ostentis portenderetur P. Matio, L. Calpurnio Coss. aditum est ad libros Sibyllinos, in quibus inuentum est, Cererem antiquissimam placari oportere.*

DIIS, QVIBVS SEPTEM] Dijs vrbis Romæ præsidibus, & custodibus, πολιούχοις.

SEPTEM COLLES] septem colles vrbis Romæ primò mœnibus inclusi, hi sunt, Quirinalis, Viminalis, Esquilinus, Cœlius, Palatinus, Tarpeius, seu Capitolinus, Auentinus, quibus additi sunt posteà, Cœliolus, Ianiculus, Vaticanus, aut certè eius pars, Collis hortulorum. Ex his F
montibus aliquot commemorat Horatius: Quirinalem epistol. ad Iul. Flor. lib. 2. *cubat hic in colle Quirini.* Esquilinum non semel. sat. 8. lib. 1. *Nunc licet Esquilijs habitare salubribus.* sat. 6. lib. 2. *at simul atras Ventum est Esquilias, &c.* Palatinum infrà hac Oda, *Si Palatinas videt æquus arceis.* & epist. 3. li. 1. *Scripta, Palatinus quæcumque recepit Apollo.* Capitolinum, Od. 3. lib. 3. *dum Capitolium Scandet cum tacita virgine pontifex.* & item alibi. Auentinum epist. 2. lib. 2. *Hic extremo in Auentino.* Vaticanum Oda 20. lib. 1. *Redderet laudes tibi Vaticani Montis imago.*

ALME SOL] qui omnia alis & foues.

CVRRV NITIDO DIEM QVI, &c.] id est, qui diem curru nitido aperis, & idem claudis. de curru solis suprà Od. 6. lib. 3.

PROMIS ET CELAS] promis oriens, celas & condis occidens. & suprà Od. 5. lib. 4. dixit *cõdere diem collibus in suis.*

ALIVSQVE, ET IDEM NASCERIS] alius,

Digitized by Google

A alius, quia alia quotidie loco oritur: vel quia alius eſt dies hodiernus ab heſterno: vel quia alio colore eſt propter cæli, temporiſque diſſimilitudines. idem autẽ, quia ſemper vnus eſt. ſup. Od. 16. lib. 1. *quid terras alio calentes Sole mutamus?*

POSSIS] optantis, ſeu precantis oratio eſt.

APERIRE LENIS] quæ lenem te præbes in aperiendis partubus. de Ilithya diximus ſuprà ad Od. 22. lib. 3.

SIVE TV LVCINA] profert Seruius ad illũ locum Virgilij, Pollione, *Caſta faue Lucina.*

SEV GENITALIS] γενεθλίας θεάς. dea naſcentes fœtus adiuuans: ſeu partus maturans, ſeu ad gignendum valens, ſeu fœtus vtero incluſos in lucem proferens. Taleis autem deos, γενεθλίους Græci vocant. qua voce vſum eſſe Platonem lib. 5. de rep. non ita pridem mihi indicauit Ioſephus Scaliger, cùm Lutetiam, vt coniectanea ſua in Varronem de lingua Latina excudenda curaret, veniſſet. Platonis autem verba ſunt hæc, ξυγγένειαν δὲ καὶ ὁμογνίων θεῶν κοινωνίας ἅπασαν ζωῆς φύσιν αἵματος ἔχουσαν, πῶν τις, καὶ σεβόμενος, εὔνους αὖ γενεθλίους θεοὺς εἰς παίδων εὐτεκνίαν ἴσχοι κτλ. λόγον. vbi vulgò legitur εὔνους αὖ καὶ B γενέσθαι ὑς θεὺς, id eſt, cognationem autem & ſocietatem gentilitiorum deorum omnem vnius ſanguinis natura præditam honorans quis, & colens, deos genitaleis, propitios erga liberorum ſuorum ſationem meritò & probabiliter habuerit. Iam quòd vnius deæ plura nomina ponuntur, referendum eſt hoc ad morem & ritum precantium: qui ne fortè in nomine errarent, complura eorum, quos orabant, deorum nomina cõgerere ſolebant, vt *Luna, Deũm quæ ſola vides periuria vulgi, Seu Cretæa magis, ſeu tu Dictynna vocaris, Huc deſcende.* Horatius Sat. 6. lib. 2. *Matutine pater, ſeu Iane libentius audis.*

PATRVMQVE. PROSP. DECR.] facito, vt ſenatuſconſulta, & leges de contrahendis matrimonijs, & de maritandis ordinibus, ſanctè ſeruentur, ſecundóſque habeant exitus.

LEGE MARITA] id eſt, & ſuper lege Papia, Poppæa de maritandis ordinibus, à M. Papio Mutilo, Qu. Poppæo Secundo coss. Auguſto imC perij obtinẽte, lata: per quã ſanciebatur, ne quin quaginta annis minor ſexagenario nuberet: aut ne vir ſexaginta annis minor quinquagenariam vxorẽ duceret: & vt omnibus ingenuis, præterquã ſenatoribus, eorúmq; liberis libertinas vxores habere liceret. De hac lege Cornel. Tacitus lib. 3. Annalium, his verbis, *Relatum deinde de moderanda Papia, Poppæa, quam ſenior Auguſtus poſt Iulias rogationes incitandis celibum pœnis, & augendo erario ſanxerat.* & Suetonius in Auguſto.

CERTVS VNDENOS DECIES] diſſentiunt etiam hîc codices manu ſcripti. in alijs enim ſcriptum eſt, *Certus vt denos decies per ann. Orbis & cantus, &c.* in alijs, & quidem multo pluribus, trib. Vatic. Iann. Faër. Torneſ. Nicot. Ruſſ. *Certus vndenos dec. per ann. Orb. vt cant. &c.* quam ſcripturam ſecuti ſumus, vt veram & rectam, & ab omnibus viris doctis comprobatam: & ita intelligemus, ludos ſæculareis centeſimo decimo quoque anno fieri ſolitos eſſe.

ORBIS] ſæculum: quòd vel centum & decem, vel centum dumtaxat annorum ſpatium continet. D

ET CANTVS, REFERATQVE LVDOS] cantus referat, & ludos ſæculareis. ſed hi ludi nõ ſemper centeſimo, vel centeſimo decimo quoque anno fiebant. Nam & Suetonius ſcribit, ab Auguſto anticipatos eſſe. & Cornel. Tacitus lib. 2. Annal. tradit, quarto & ſexageſimo anno pòſt quàm Auguſtus ediderat, imperatore Claudio ſpectatos eſſe. Iterum Suetonius in Domitiano narrat, eum feciſſe ludos ſæculareis habita ratione temporis, & anni, nõ quo Claudius proxime, ſed quo olim Auguſtus ediderat.

TER DIE CLARO, TOTIESQVE,] tribus diebus, totidémque noctibus.

VOSQVE VERAC. CECIN. PARCÆ] ordo verborum, & ſentẽtia hæc mihi videtur eſſe. Vóſq; ô Parcæ veraces ceciniſſe: id eſt, quæ vera ceciniſtis, vel quæ veraces eſtis in ijs, quæ ceciniſtis, iungite bona fata fatis iam peractis, id eſt, præteritis, ac tranſactis: quod quidem ſemel iam à vobis dictum eſt, & ſtabilis, id eſt, ratus, & fixus, atque immutabilis rerum terminus id ſeruat, neque id vllo pacto poteſt immutari. quídnam ſemel dictũ eſt? vos iuncturas bona præteritis fata. Quòd ſi legamus *ſeruet*, vt habent aliquot libri veteres: erit oratio benè precantis, & optantis, hoc modo, & Dij faciant, vt ſtabilis, fixus, & altè hærens terminus id ſeruet. quale illud apud Virgil. Æneid. 12. *Vt potius reor, & potius Dij numine firment.* atque ita legiſſe videtur Porph. atque adeò ita legit Seruius ad illum Virgilij verſum, Pollione: *Concordes ſtabili fatorum numine Parcæ:* qui hunc locum profert. ego tamen non improbo *ſeruat*, vt intelligamus eſſe εὐφήμησιν, id eſt, orationem boni ominis. Neque verò eſt, quòd quiſquam mihi dicat, prouocabulum, *quod*, referri ſolere ad ea, quæ antecedunt potius, quàm ad ea, quę ſubſequũtur. Nam quamuis negare non poſſim ita eſſe: conſtat tamen interdum etiam ad ea referri, quæ ſequuntur. M. Tul. ad Att. lib. 2. *Pompei, noſtri amores, quod mihi ſummo dolori eſt, ipſe ſe afflixit.* quorũ verborum hic ordo eſt. Pompeius noſtri amores, ipſe ſe afflixit, quod mihi ſummo dolori eſt. Põpeius ad Domit. lib. 8. epiſt. ad Attic. *In quibus* (litteris) *ſcribis, Cæſarem apud Corfinium caſtra poſuiſſe. quod putaui, & præmonui. fit, vt nec in præſentia committere tecum prælium velit, & omnibus copijs conductis te implicet, ne ad me iter expeditum tibi ſit, &c.* verba illa, *quod putaui*, referẽda ſunt ad ea, quæ ſequuntur, non ad ſuperiora. T. Liuius li. 22. *quod numquam antea factum erat, prodictatorem populus creauit.* Idem li. 27. *Id quod nullo antè bello accideret, diu conſules ſine memorãdo prælio interfecti velut orbam rempubl. reliquerant.* Iterum M. Tull. Acad. lib. 1. *Dabitis enim profectò, vt in rebus inuſitatis, quod Græci ipſi faciunt, quibus hæc iamdiu tractantur, vtamur verbis interdum inauditis.* quamquã in hoc poſtremo exemplo hæc verba, *quod Græci ipſi faciunt*, videntur media eſſe interiecta, hoc modo, dabitis enim, vt in rebus inuſitatis vtamur verbis interdũ inauditis: quod

Græci

A Græci ipsi faciunt, &c. Porphyrio autem longè aliter hunc Horatij locum explicat: quam explicationem ego hîc proponam, vt de ea iudicet lector intelligens, & eruditus. eius verba sunt hæc aliquanto obscuriora: *syllepsis est. ex verbo enim singularis numeri, seruet, pluralis nascitur, seruent.* hæc Porphyrio: nihil præterea. ex quibus appâret, eũ sic intelligere hunc locum. Vólque, ô Quirites, Parcæ, veraces cecinisse id, quod semel dictum est, seruent, & stabilis rerum terminus vos seruet, &c. & ita *Parcæ veraces* erunt recti casus, non vocandi. quam explicationem nullo modo probo, putóque vel Porphyrionem, vt hominem hîc plane lapsum esse: vel non esse germani Porphyrionis verba, sed alicuius inepti scholiastæ.

STABILISQVE RERVM TERM.] Lucret. li. 1. *atque altè terminus hærẽs.* Notum illud, Terminum deum, Romæ in loco Ioui consecrando repertum, remansisse ac restitisse, neque Ioui ipsi cedere voluisse. Ouid. Fast. 2. *Quid? noua cũ fierent Capitolia, nempe Deorum Cuncta Ioui cessit turba, locúmque dedit: Terminus, vt veteres memorant, inuentus in æde Restitit, & magno cum Ioue tẽ*
B *pla tenet.* huc pertinet lepidissimũ illud ænigma, quod extat apud A. Gell. lib. 12. cap. 6. *Semel, minúsne, an bis minu' sit, non sat scio: An vtrumque eorum: vt quondam audiui dicier, Ioui ipsi regi noluit concedere.* Festus. *Numa Pompilius statuit, eũ, qui terminum exarasset, ipsum & boues sacros esse.* de Termino plura sup. ad Odam 2. epod.

FERTILIS FRVGVM] frugibus abundans, & pecore. Lucret. lib. 2. quamobrem terra, magna Deûm mater habita & dicta sit, multis versibus, iisque elegantissimis declarat, quos satis erit mihi indicasse. *Quare magna Deûm mater, matérque ferarum, Et nostri genitrix hæc dicta est corporis vna, &c.*

SPICEA DONET CER. COR.] Hesiodus Cererem εὐστέφανον appellat, id est, pulchrè coronatam. corona donabatur scilicet ab agricolis propter frugum vbertatem. sic Tibull. eleg. 1. lib. 1. *Flaua Ceres, tibi sit nostro de rure corona Spicea, quæ*
C *templi pendeat ante foreis.* Sic autem legendum, non, vt vulgò, *tibi sit.*

ET IOVIS AVRÆ] auræ salubres: cælum salubre.

CONDITO MITIS, PLACIDVSQVE] numquam enim nisi iratus, iaculatur Apollo, vt alibi notauimus. Itaque Pæan dictus est, ἀπὸ τοῦ παίειν, quod valet ferire. Tum eius sagittæ pestem ac perniciem mortalibus afferunt. Homer. *in.* α. suprà Od. 10. lib. 2. *neque semper arcum Tendit Apollo.* Virg. lib. 8. extr. *Actius hæc cernens arcum intendebat Apollo Desuper.* Notat Seruius apud Virgil. Daphnide ad illum locum, *duoq; altaria Phœbo, triplicem esse Apollinis potestatem, & eundem esse Solem apud superos: Liberum patrem in terris: Apollinem apud inferos. Vnde etiam* (inquit) *tria insignia circa simulacrum eius videmus: lyram, quæ nobis cælestis harmoniæ imaginem demonstrat: Grinæum, quod terrenum numen ostendit: sagittas, quibus deus infernus & noxius declaratur. Vnde & Apollo dictus est,* ἀπὸ τοῦ ἀπόλλειν: id est, propterea quòd perdat, seu interimat. *Hinc est quòd Homerus tam pestilentiæ, quam salutis auctorem esse dicit. Et Horatius ait Cóndito lenis, &c.*
D

Idem ad illum locum Æneid. 3. *Corrupto cæli tractu,* notat, Apolline offenso pestilentiam gigni: quod & Homerus indicat (inquit ille) cùm eum inducit sagittis & arcu armatum, quo tempore pestilentiam Græcis importare parat, lib. α. ἰλιάδ: Contrà si citharam teneat, lenis, mitis, & placidus est: vnde Horat. *Condito mitis, placidúsque telo, Supplices audi, &c.*

SIDERVM REGINA BICORNIS] lib. 1. Od. 12. *micat inter omneis Iulium sidus velut inter igneis Luna minores.* bicornis aũt, id est, μηνοειδὴς.

ROMA SI VESTRVM EST OPVS.] subintell. vt est. sed quamobrem Roma opus Apollinis esse dicitur? fortasse quia Æneas cum suis Apollinis responsa secutus solum mutauit, aliásque terras petiuit, nempe Italiam, ibíque nouas sedeis collocauit. Virgil. lib. 4. Æn. *Sed nunc Italiam magnam Grynæus Apollo, Italiam Lycia iussere capessere sortes.*

ILIÆQVE] Troianæ.

IVSSA PARS] quæ Ænean secuta est, ab Apolline iussa, vt paullo antè diximus. *iussa* autem
E participium à verbo iubeor.

SOSPITE CVRSV] id est, secundo cursu: vel saluo cursu potius. nam salui quidem in Italiam peruenerunt Troiani cum Ænea: sed non semper secundis ventis, nec secundo cursu vsi sunt. per cursum autem nauigationem intelligi, ad librum primum notauimus.

CVI PER ARD. S. F.] id est, cui per medium incendium Troianum, seu medias flammas, quibus Troia conflagrauit, liberè, impune, & sine vitæ noxa, seu pernicie effugiendi facultatem dedit, &c. Sic Virg. lib. 2. Æn. *Descendo, ac ducente deo, flammam inter & igneis Expedior.* Sed Seruius aliter, vt mox dicemus.

SINE FRAVDE] sine damno, aut pernicie Ænéæ: vt sup. Od. 19. lib. 2. *Nodo coërces viperino Bistonidum sine fraude crineis.* Seruius ad illum
F Virgilij locum Æneid. 1. *Antenor potuit medijs, &c.* profert hunc Horatij, & *sine fraude* interpretatur, sine proditione. quod non probo.

PATRIÆ SVPERSTES] qui patria incensa, ac deleta, saluus, & incolumis euasit.

DII PROBOS MORES] Nam, vt ait Oda 24. lib. 3. *Quid leges sine moribus Vanæ proficiunt?*

IVVENTA] iuuentę nomen pro iuuenibus vsurpauit. quod est vsitatius in voce iuuentutis, vt Od. 6. lib. 3. *Non his iuuentus orta parentibus Infecit æquor sanguine Punico.* & ita ferè semper à M. Tull. vsurpatur.

DII SENECTVTI] in aliquot libris manuscriptis, hic versus superiorem antecedit. Quòd autem ad sententiam attinet, huc pertinet illud ex Sat. 1. lib. 2. *seu me tranquilla senectus Exspectat.*

ROMVLÆ] id est, Romanæ. sic Od. 5. lib. 4. *optime Romule Custos gentis.*

BOBVS] duo Vatic. & Torn. habent *bubus.*

ALBIS] Albæ victimæ Apollini & Dianæ immolantur, quia Lucidi sunt: omnis autem lux alba:

Digitized by Google

A alba: vt nox & tenebræ nigræ. Itaque apud Homerum ἰλ. κ. pecudes promittuntur speculatori seu exploratori nocturno Diomedi, nigræ. Præterea immolabantur Ioui à consule, aut imperatore tauri, seu iuuenci albi. Virg. Æneid. lib. 9. *Et statuam ante aras aurata fronte iuuencum Candentem, &c.* & Georg. 2. *Hinc albi Clitúmne greges, & maxima taurus Victima, &c.*

VENERATVR] precatur, vt dicemus ad Sat. 6. lib. 2.

CLARVS ANCH. VEN. QVE SANGVIS] Augustus à Iulio Cæsare: Iulius Cæsar autem ab Iulo. sic suprà Od. 15. lib 4. *& almæ progeniem Veneris canemus.* Venus oraculo edito & vulgato, Troianorum imperium, genere Priami funditus deleto, ad Anchisæ posteros peruenturum Anchisæ concubitum vltrò expetiuit, cùm esset ille ætate iã affecta & ingraueſcente. Ex quo concubitu Æneæ nato causas ac semina belli quęrens, quo bello opes Priami concíderent, imperiúmque frangeretur, Alexandrum ad amorem Helenæ impulit. Quo facto, Helenáque rapta, Venus
B opinione quidem hominum, & dicis causa Troianis opitulabatur ac fauebat, sed reuera cladem eis imminentem subleuabat: ne salute prorsus desperata Helenam redderent, & ita positis armis & pace confirmata, discordiisque compositis ac sedatis, Priami imperium in multos annos incolume maneret: quòd si factum esset: neque Æneas, à quo Romani profecti sunt, Troia profugisset, neque imperio Rom. initium dedisset.

IMPERET BELL. PR. IAC.] sic Virgil. Æneid. 6. *Parcere subiectis, & debellare superbos.*

PRIOR] id est superior, maior, præstantior. Saty. 5. lib. 2. *fama ciuem, causaque priorem Sperne, domi si natus erit, facundáue coniunx.* Virgil, Æneid. 11. *Hic pietate prior.* propriè posuit epist. 2. lib. 2. in extr. *Extremi primorum extremis, vsque priores.*

MANVS POTENTE IS] potentiam Ro. vim imperij Rom. χεῖρας ἀάπτους.

ALBANASQVE] Vel Romanas: populus enim Albanus Romam translatus est: Vel dic Albas propriè, id est, Latinas à mõte Albano, in quo
C carnem accipere erant soliti aliquot Italiæ populi: & vbi fiebat sacrificium Ioui Latiali a pontifice Romano. sed illud prius magis placet: & confirmatur illo Virgiliano lib. 1. Æneid. *Albaniq; patres, atque altæ mœnia Romæ.*

ET NEGL. RED. VIRT. AVD.] & virtus antea ab hominibus neglecta, nunc audet redire: id est, nunc homines virtutem & superiora illa fidem, iustitiam, pacem, &c. quæ anteà neglexerũt, & è terris expulerunt, colere & amplecti incipiunt tale est illud Virgil. Pollione, *Iam redit & Virgo: redeunt Saturnia regna.*

PLENO COPIA CORNV] vt supr. Od. 17. lib. 1. *hinc tibi copia Manabit ad plenum benigno Ruris honorum opulenta cornu.*

AVGVR] sic sup. Od. 2. lib. 1. *Augur Apollo.*

ÆQVVS] placatus, placidus, propitius. vt supr. Od. 18. lib. 3. *abeásque paruis Æquus alumnis.*

ARCEIS] quidam libri veteres habent, *aras.*

ALTERVM IN LVSTRVM] non dixit, alterum in sæculum, quod erat nimis longum: sed alterum in lustrum: quod breuius est.

MELIVSQVE SEMPER, &c.] & semper proferat, ac producat in ætatem meliorem, imperium
E Romanum, & Italiam. repetenda enim est præpositio *in.*

QVINDEC. QVE PRECES VIROR.] ad Quindecimuirũm, qui sacerdotes erant Sibyllini, collegium, ludorum sæcularium procuratio pertinebat, vt docet Cornel. Tacit. lib. 2. Annalium, his verbis, *Nam Domitianus quoque ediderat ludos sæculares, iisque intentius affui sacerdotio Quindecimuirali præditus, ac tũ Prætor. quod non tam tia refero, sed quia collegio Quindecimuirũ antiquitus ea cura mandabatur, & magistratus potissimum exsequebantur officia ceremoniarũ.* Quindecimuiri autem Sibyllini, à Sylla dictatore fuerunt instituti, cùm ante Syllæ dictaturam decem dumtaxat fuissent.

DOCTVS ET PHOEB.] ordo est, ego chorus, doctus Phœbi & Dianæ laudes dicere, spem bonam & certam domum reporto, hæc Iouem, & omneis Deos sentire: hæc approbare: his assentiri. chorus enim vnius personam gerit, vniúsque partis agit, vt epist. de arte poet. *Actoris partes chorus, officiúmque virile Defendat.* sic enim versum illum potius explicandum & legendum esse puto, vt dicam suo loco.

HORATII CARMINVM
siue sermonum,
FINIS.

Digitized by Google

# INDEX RERVM ET VERBORVM OBSERVATIONE DIGNIORVM, QVÆ HIS commentariis continentur: cuius numerus paginam, litteraſeu litteræ columnam, & verſum indicant, à littera, ad oram libri adſcripta numerandum.


A

Abdere oppidis feſſas cohorteis. al. reddere. 149.F
abſorbuit hunc æſtus. 105.B
abſtergère metum. 170.D
abſtineto irarum. 204.A
Acaſtus criminibus in Peleum confictis ab Hippolyta, fidē habet. 161.B
accumbentes cenabāt veteres. 66.F
accumbere, recumbere, diſcumbere. 67.A & B.
accuſationum multitudo. 217.B
ἀκεφαλόκομης. 58. A. 294.D
Achæmenes rex Perſarum. 113.F. & 290.D.
achæmenium coſtum. 137.F
achemenium vnguentum. 290.D
achelous, fluuius tauriformis 252.E & F
Ἄχερωὶς, populus, λεύκη. 26.A
acherontia in monte ſita. 148.F
acheruſia palus. 19.D
achillem erudiit Chiron. 290.E
achillem cita mors abſtulit. 124.C
achilles apud Lycomedem in Scyro inſula educatus. 28.D
achilles Hectoris corpus Priamo reddit vt ſepeliatur. 303.E
achilles iratus agritudinem citharæ cantu leuat. 291.F
achilles ne diis quidem in acie cedit. 21.D
achilles quid locutus ſit, quod Apollinem offenderet. 229.B
achilles Thetidis filius. 290.F
achilles Troiæ propè victor. 230.A & B.
achilli fuiſſe fatale ad Troiam mori. 291.D
achillis ira, μῆνις. 21.D
achillis mortem non narrat Homerus in Iliade. 229.D
acinaces Medus, gladius Perſicus. 66.C
ἄκλαυστοι. 239.F
ἄκλαυστος, ἄταφος, ſeu ἄθαπτος. 303.C
aconitum. 272.F
ἀκρατὴς. 88.A.
acriſius Danaës pater. 177.B
acris tibia. 36.A
acroceraunia. 13.F
acuere denteis, 186.B.C
acuere ferrum. 10.B
acuta belli. 225.D
acuta ſaxa. 203.F
acutum gelu. 29.B
ἄδακρυς. 13.B
ἀδαμάντινος. 193.D
Additus vocis ſignificatio. 152.A
adducere ad vmbilicum. 292.D
ἀδάκτως. 41.E
ἀδίδακτος. 5.F
adorea. 223.C
adplenum. 51.D
adriaticum mare. 165.B
adulatio. 133.B
adulter, amator, & corruptor. 78.E
adulter & adultera. 177.E
adulteria. ex adulteriis omnia reip. mala manare. 157.F
ἀδύνατον, nefas. 34.A
adyta, remota, & occulta tẽpli. 47.F.
ἄδυτον quid. 48.F
Æacidæ. 183.F
ædes num. ſingul. 74.F
ædilitas maior: & multa de ædilitate. 4.C. & c.
Ægæum mare. 122.B
ægis. 150.F
Æliagentis familia multa. 181.E
æneus, aheneus. 79.A
Æolus ventos in vtre incluſos habet. 13.D
æquitas animi. 97.C
æquus. a. um. ibid.
Æſculapium medicinā docuit Chiron. 290.D
æs triplex circa pectus. 13.A
æſtus marini. 105.A
Æſula. 207.A
ætas annorum triginta. 84.D
ætas aurea, ærea, & c. 159.D
ætas aurea, argentea: & c. 216.C
ætas currit. 102.B
ætas fluit, & labitur fluminis inſtar. ibid.
ætas hominis, anni triginta. 109.A
ætas parentum, peior auis. 159.C
ætates diſſimiles aur. ær. ferr. 300.F
ætates duæ bellis ciuilibus vexatæ. 296.D
æternare. 251.D
Ætnæ flamma. 305.C
Ætna opprimuntur gigantes. 151.E
Æſra auis. 263.C
africus, quem Græci λίψα. 13.B.
Agameda. 272.E
agamemnonis facta fortia. 239.E
ἄγαμος, ἀνύμφευτος. 168.C
agere, διώκειν. 275.F
ἀγραὶ χεῖρες. 59.A
ἀγκὼς φόνου. 59.B
agrippa. 21.B
Agyieus Apollo. 230.E
aheneum. 165.A
aiax apud Sophoclem. 274.E
aiax Oileus, impius. 283.B
aiax Telamonius Oileio præſtātior. 100.A
αἰτεῖν μείζους. 282.A
αἰθρηγενέτης Boreas. 160.B
αἰθριοκοιτεῖν. 7.A
ἀλαπάζειν. 263.E
albæ hoſtiæ diis ſuperis immolantur, inferis nigræ. 163.A
albæ victimæ Apollini & Dianæ immolabantur. 312.F
albanæ ſecures. 313.C.
alba nota. 85.E
album corpus. 94.F
albunea. 25.B
albus Iapyx. 201.E
alcei verſus ab Horatio Latine expreſſi. 29.A
alcæus vir militaris, de iniuenum amore ſcripſit. 77.B.C. 238.F
alexander Magnus cum in Sigæum peruenisſet, columellam in tumulo Achillis defixam vnguento perunxiſſe dicitur. 293.C
Alexandrum magnum Stygiæ aquæ potu interiiſſe. 80.F
ἀλεξίκακοι dij, Apollo & Diana. 310. D.
ἀλεξικακά. 278.E
alga. 182.A
algidum. 191.G
algidum, montis & oppidi nomen. 224.D
algidum vrbs & mons. 58.B
allaborare. 90.E
ἀλλάττειν. 49.E
allij vis & natura. 265.B.D
allobroges. 297.A
alloquia, ſolatia. 292.A
alter, id eſt, diſſimilis. 242.B
alto vultu. 241.A
altrix. 148.E
alumnus. 290.F


Digitized by Google

Ἀμαλθείας κέρας. 51.F
amans beatus, ac miser. 67.F
amanteis quæ res maxime vrat. 40. C
amantes, amicarum suarum nomina toties commemorabant, quoties bibebant. 184.C
amantes. animorum & voluntatum dissensio in amantibus, seu animi discordes, neque in amore respondentes. 78.C
amantes seruiunt. 212.F
amantis miserrima condicio. 286. D
amantium quam misera sit condicio 78.C
amantium seruitus dulcis. 79.C
amant, pro solent, φιλοῦσι. 98.B
ἄμαξα. 65.B
amara curarum. 248.A
amat. 178.A.278.C
amatorum arma. 198.B
Amazones. 221.F
ambiguus vultus. 102.D
ambitiosa puella. 86.E
amcidere, seu ancidere. 153.C
amici infideles. 84.A
amicum diis. 125.E
amicum tempus. 158.F
amicus Baccho, carus. 103.E
amicus Horatij Mæcenas. 258.B
amœna aquæ. 148.C
amor cum odio pugnans. 286.D
amorem veterem nouo pellere, tamquam clauum clauo. 286.F
amor. formam in amore multum vare. 295.C.D
amor. in amore maximè pecuniam bellari. 285.B.C
amoris fomenta. 285.E
amoris flamma. 41.D
amoris inæqualitas. 78.F
amoris indicia. 40.F
amoris pabula. 285.E
amoris remedium nõ minimum. aliò conuertere amorem. 286.F
amoris vinum. 184.C
amor sui. 55.A
amor varium quiddã & multiplex. 7.E
Amphiaraïfabula. 178.A
Amphiaraus terræ hiatu absumtus. 78.D
ἀμπελοφὴς πλάτανος. 120.F
Amphion & Orpheus, magi. 120.D
amphora. 163.A
amphora, ἀμφορεὺς. 29.D
ἀμπὼς. 105.B
amyntæ equites Galli. 280.F
ἀναβαίνειν. 86.C
amystis. 86.C
Anacreon de pueris. 292.E
Anacreon Teius. 52.A.239.A
Anacreontis versus adumbrati. 168. B.
ἀναγκαῖον ἦμαρ. 14.E
ἀνάγκη. ibid.
ἀναδίπλωσις. 117.A.126.A.234.B
ἀναδυομένη Venus. 12.D
ἀναφροφή. 106.A
Ancile. 153.C
ἀνδροφόνος. 304.A
angiportus, & angiportum. 63.E
Anienis Fl. descriptio. 59.C
anima Thraciæ. 245.D
animalia quibus cor maius est, quam pro portione, timida natura. 261. E.F
animi nostri cogitationes debent angustis finibus terminari. 111.F
animo obsequi. 233.E.F
animus & anima quid inter se differant. 246.A
animus humanus perpetuam contentionem ferre non potest. 249.A
ἀνήροτος γῆ. 299.E
Annibalis dictum Asdrubalis fratris capite aspecto. 225.C
annus pro parte anni. 261.D
annus rediens. 163.A
ἄνω ποταμῶν. 74.B
antea Præti vxor, Bellerophontis amore capta. 160.F
anticanis. 207.C
antij colitur fortuna. 82.
antilochus, Nestoris filius. 109.B
antimachus poëta. 69.E
antiochi morbus ex amore. 40.F
antiochus rex Syriæ. 158.E
antrum Pierium. 150.A
ἀπαισίῳ ὄρνιθι. 44.F.282.D
apices regum. 188.E
apium corona ex apio. 243.A.B
apium herba lugubris. 243.B
ἀποβάλλειν ἀσπίδα. 105.F
ἀποκαταβιζειν. 120.A
apolline offenso, & arcum tendente, pestilentia gignitur. idem cum citharam tenet. propitius, & placatus intelligitur. 312.C.D
apollinis epitheta. 56.C
apollinis oraculum Teucro editum. 26.D.E
apollinis triplicẽ esse potestatẽ. 312.C
apollini templum, & bibliothecam dedicauit Cæsar. 75.E
apollo apud Homerum semper fauet Troianis. 57.F
apollo certus. 26.E
apollo χρυσάορ. 58.C
apollo cur Pæan dictus. 312.C
apollo Delphicus. 24.A
apollo ἑκατηβελέτης. 151.A
apollo & Diana dij horribiles: iccirco placandi, & religiosè colendi. 57. E.F
apollo & Diana sunt dij ἀλεξίκακοι ἀποτροπαῖοι. 310.D.
apollo & Musæ diis epulantibus canunt. 77.E.F
apollo idem Phœbus & sol. 57.F
apollo iratus pestem immittit. 58. D
apollo Laomedontis boues custodiit. 144.B
apollo mentem sacerdotum concitat. 47.F
apollo non nisi iratus iacula mittit. 312.F
ἀποφρὰς ἡμέρα. 114.F
ἀποτροπαῖοι dij apollo & Diana. 310. D
ἀποτρόπαιον carmen. 57.E
appositus custos. 152.A
apricus campus. 27.D
apri denteis acuere solent. 186.C
aprilis vnde dictus. 243.F
aqua cælestis. 167.B
aquæ color. 215.B
aqua sacra. 6.C
aquila Iouis auis. 221.B.C
aquila quare auium rex. ibid.C
aquila quo tempore nata. ibid.B
aquilones venti Thracij. 165.E
aquilo, ventus Thracius. 63.E
arabia εὐδαίμων. 74.F
arabum thesauri gazæ, diuitiæ. 193. C
ἀραὶ, κατάραι. 298.C
aratrum impressum vrbi. 49.D
arbiter Adriæ. 13.D
arbiter bibendi. ibid.
arbores ad voluptatem & vmbram comparatæ. 119.D
arbores felices & infelices. 261.A
arbores viduæ. 227.D
arcadia frumenti ferax. 247.C
archilochus. 276.
archytas Tarentinus. 69.D
arctum, seu artum fruticetum. 171. F
arcturus. 137.A
arcu remisso. 204.A
ardere puella & puellam. 164.E
arenæ arentes: al. vrentes. 149.C
ἀρχαῖς νότος 25.C
Argoi remiges. 300.D
argos aptum equis, ἵππιον; ἱππόβοτον. 24.E
argos nauis prima. 12.D
argos, vrbs Iunoni cara. 24.E
arguo. 41.C
ariadna, Bacchi coniux. 131.E
arida canities. 111.D
arma amittere sine vulnere, turpe. 154.E
armati homines ex draconis dentibus seminatis nati. 225.A
arsit virgine. 100.B




Digitized by Google

Κρημις ιοχαιρα. 37.C
artes, quibus ad celum peruenitur. 142.F
Asdrubal à M. Liuio Salinatore, & Claudio Nerone victus & cæsus. 223.B.
aspectus. 126.E.F
Assaracus. 291.C.D
assentator, cicur animal pessimum. 275.F
ἀστρολογισμός. 137.C
astrologi. 126.E.F
astrum & sidus quid inter se differãt. 306.B.C
atauus. 2.A
ἀτιμώρητος puella. 288.F
ater Adriæ sinus. 201.E
ater Cocytus cur dictus ab Horatio. 118.F
Athenæ, vrbs Palladis. 24.A
atlas cælum sustinere dictus. 31.C
atlas Mercurij auus maternus. 31.B.
Atlas primus Arcadiæ rex. 31.C
atræ curæ. 137.E.174.D.245.A
atra nubes. 122.B
atra, seu nigra. 116.B
atrei, Thyestæ, Pelopidarũ tragœdiæ. 22.A
atreus. 273.E.F
atrox Catonis animus. 92.E.F
attagen Ionicus. 263.D
attalicæ condiciones. 5.B
attali regis Pergami hereditatem occupauit populus Ro. 128.D
Attalus rex Pergami, & totius Asiæ. 5.B
auarus non sanatur pecuniæ accessione. 94.E
auctumnus. 102.A.191.C
auctumnus pomifer. 232.C
audacia cum timore iuncta. 202.C
audis minus. Metuo longas, &c. 63.C
aueis non canere doloris, aut gemitus causa. 246.C.D
aueis non queri, neque gemere. 261.C
auernales aquæ. 270.E
ausidus. 210.D
augures cælum in 4. parteis diuidebant. 201.B
augur, vnde dictus. 10.D
Augusto viuo & videnti diuini honores tribuuntur. 143.D
auimala. 44.F
auitus fundus. 39.C
aula immanis inferorum. 168.C
aura. 108.A
aurea mediocritas. 110.C
aurea puella. 20.C
aurem vellere. 254.F
auri, & argenti, seu pecuniæ vis. 177.F
auriferi fluuij quinque. 295.C
auri mala hominibus importata. 145.D
auspicia neglecta. 157.E
aurita quercus. 36.E
aurum, inutile. 196.A.B
aurum olim rarum. 145.D
aurum olim spretum & contemtum ibid.E
auspicari, & auspicia consulere erat magistratuum. 26.D
auspicato nihil Romæ gerebatur. ibid.
auspiciorum cõtemtor Claudius Pulcher. 157.D.E
auster plumbeus. 118.F
αὐχμός. 300.F

B

Babylonij. 34.C
Baccharum nomina. 197.C
Bacchi currum quæ animalia trahant. 143.E
bacchi exercitus in Indiam, qualis. 132.E
bacchi iram qui senserint. 48.B
bacchi mater Semele. 23.F
bacchi nomina. 197.D
bacchi sacra. 54.E
baccho & Hercule adiutoribus Dij Gigantes vicerunt. 132.D
baccho caper immolatur. 283.D
bacchus ad inferos descendit. 133.B
bacchus candidus. 54.D
bacchus, cornutus cur pingatur, & fingatur. 132.F
bacchus dithyrambus dictus. 215.F
bacchus mentem sacerdotum concitat. 47.F
bacchus metuendus. 131.C
bacchus pacis & belli medius. 132.F
bacchus Semele natus. 55.E
bacchus serpentibus coronatus. 132.D
bacchus specie leonis cum gigantibus pugnauit. 132.E
bacchus tauro, & pardalo similis pingitur. ibid.F
bacchus verecundus, idem inuerecundus. 66.B
Bactra. 207.D
Baiæ liquidæ. 149.A
balanus. 106.F
βάλλειν τὴν κεφαλήν, τὸ τεῖχος. 9.B
balneum calfieri. 184.B
barbarum, pro Phrygio. 280.A
barbarus modus. 279.D
barri. 287.A
βαρυώμαι τὴν πνοιάν. 244.E.F
bathyllus. 292.D
beare se nota interiore Falerni. 97.F.
beatum esse non posse, cui semper aliquis terror impendeat. 136.D
βέβηλοι ἀμύητοι. 135.E.F
βεβρεγμένος. 132.C.228.A
bebryce, vna ex Danaï fil. 169.B
bellæ ciuilia. 42.C.84.D
bella matribus detestata. 6.F
bellerophon. 86.F.244.D
bellerophontis fabula, seu historia. 160.E
belli ciuilis inter Pomp. & Cæs. causa. 92.A
belli porta. 255.B
belli sæuitia. 146.E.F
bellum lacrymosum. 58.C
bellum Marsicum. 174.E
bellum seruile. 175.A.268.A
βέλος πυρπάλαμον. 8.A
bene ominari. 136.A
benignus, benignitas, benignè. 51.D
berecinthia, Bona dea. 47.F
berecinthia tibia. 213.E
bibendi modum non esse superandum. 53.F.54.A
bibit aure. 116.B
bicornis luna. 312.D
bidentes. 191.C.D
bilis mentem tumidam reddit apud Hom. οἰδάνει. 40.D.E
βίος ἀβίωτος, & simil. 79.F
bisaltæ & Geloni. 149.D
blanditia. 172.A
Bonæ deæ sacra occulta, viris incognita. 47.F
bona nostra tum intelligimus, cum ea amisimus. 195.C
bona verba loqui. 174.D
Boni dij siue Diui. 217.A.B. 226.C
bosporus Thracius. 115.C
βουλυτόν. 158.E
Brenni, seu Brenci, seu Breuni. 251.E
brennorum immanitas. ibid.F
briareus centimanus. 126.C
Bruti & Cassij fusus exercitus in Thessalia. 149.A.B
brutum. 80.D
bulla. 270.A
bupalus præstans templorum ædificandorum, & animalium fingendorum artifex. 82.A.276.B

C

Cadauera mortuorum quot dies seruarentur, antequam comburerentur. 306.F
κακηνόσος. 14.C
Cadmus. 300.E
Cadmus rex Thebarum. 55.E




Digitized by Google

*Cados & similia vasa vinaria solebant Romani in locis editioribus locare, vt fumum biberent,* 187.D
*cados & testu vini condebant in horreis antiqui.* 205.C.
*cadus.* 174.F
*cadus vini Chij.* 184.B
*Caeci Hedi orientis tumultus.* 202.A.B
*caelo sereno non tonare, neque fulgurare.* 80.C
*caelum ex lapidibus constare.* 142.E.F
*caelum imbribus & nubibus nigrescit.* 20.A
*caelum purum & serenum, hiberno tempore frigidius est, quàm nebulosum.* 165.F
*camenta.* 137.D
*caeruleus color diis marinis, & fluuiis tribuitur.* 52.B
*Caesaris locus emẽdatus.* 47.F.48.A
*Camillus Gallos Roma expulit,* 39.A
*Campus Martius.* 136.C
*candida Stellae.* 176.B
*candidi Fauonij.* 160.B
*candidum nine Soracte.* 29.B
*candidus.* 54.D
*canicula.* 172.D
*Canidia eadem qua Gratidia.* 265.E.D.269.B
*canis.* 275.D
*Cantaber.* 111.C
*Cantabri.* 163.F
*Cantabri ab Agrippa deuicti.* 103.A
*canum fidelitas, & studium venandi.* 7.C
*caper cur Baccho immoletur.* 163.F
*caper, fetor sub alis.* 287.F
*capilli vnguento delibuti.* 104.D
*capitis diminutio.* 156.C
*Capitolinus cliuus.* 216.F
*Capra, & Hedorum occasus.* 160.D
*Capra ortus.* 160.D
*Capricornus.* 127.F
*captare.* 262.A
*Capua.* 296.E.F
*caput fluuij.* 6.C
*caput fontis.* ibid.
*caput esse sacrum existimabant veteres.* 107.B
καρχαρόδοντα. 186.C
*carere.* 297.F
*carmen seculare.* 57.E.310.C.D.
*carmina & cantus aegritudinum solatia & leuamenta.* 291.F
*carmina, rerum fortiter gestarũ specula.* 240.B
*carmina signis & operibus manufactis praestant ad memoriam prodendam.* 216.B
*carpere.* 240.D
*carpere diẽ, fructus, flores, &c.* 35.A
κάρρων. 46.F
*carum caput.* 61.E
*Castalius fons.* 151.A
*Castor & Pollux Semelae filij. multa hic de Cast. & Poll.* 37.D.E
*Castoris & Pollucis sidus salutare nautis.* ibid.F
*Castor Tyndarisfil.* 237.D
καταλάτταδαι. 50.A
κάθαρος ἀδινίας. 59.B
*Catilina vrbem relinquens.* 96.C.D
*Catillus, & Catilus.* 53.D
*Cato ad treis aetates hominum peruenit, vt Nestor.* 109.A
*Catonem maiorem, vino interdum se largius inuitare solitum.* 187.E.F
*Catonis mors nobilis.* 38.C.92.E.F
*Catonis virtus. Cato.* 187.E.F
*catus.* 31.F
*catus iaculari.* 171.D
*catus, acutus.* ibid.
*Caucasus, mons Assyriae.* 307.E.F
*causae quattuor rerum.* 82.E
*causae vltimae.* 49.C.
*Cecrops.* 246.D
κελαδεῖν, & κελαεί̃ζειν. 173.E
*Celtae, seu Galli terrae motus, & mortem non metuunt.* 254.B
*cenae apparatiores & sumtuosiores nocte fieri solitae.* 163.D
*cenarum differentiae apud veteres.* 248.C.D
*cenas suas totam noctem producere solitos Graecos & Romanos.* 188.F
*Censores & Censura.* 3.F
*censoria notatio.* ibid.
*census.* 121.B
*Centauri & Lapithae. de Centauris & Lap.* 54.B
*Cepheus Andromedae pater.* 207.C
*ceramium.* 174.F
*Ceraunij montes.* 13.F
*Cerberus. multa hic de Cerbero.* 116B.C
*Cerberus bellua centiceps.* ibid.
*Cerberus Orci canis.* 15.B.C
*cerea brachia.* 40.C
*Cereris sacrum.* 141.A
*Ceres* εὐσίφανος. 312.B
*certamen Olympicum quando fuerit institutum.* 2.C.D
*certamina ludicra.* 252.A
*certa sagitta.* 37.C
*ceruus, animal timidum.* 47.A
*cetera fulmus, &c.* 218.A
χαλαζοκοπία. 137.B
χάλκεος ὕπνος. 62.B
χαλκοβατὴς δῶ. 165.A
χαλκοχίτων. 22.B
χαρίζεσθαι φίλῃ ψυχῇ. 233.E
χάρις ἄχαρις. & *simil.* 79.F
*Charybdis.* 68.B
χαυλιοδόντα. 186.C
*Chimera* πῦρ πνέουσα. 126.B
*Chimera triformis.* 68.E
χαὼν ὀζεία. 29.C
*Chiron Centaurus.* 290.D
χλωρὸν δέος. 18.C
*chorus vnius personam gerit.* 313.D
χρυσόῤῥαπις. 33.D
*ciboria.* 105.D.E
*Cicero aduersus munera & corruptelas integer, & inuictus.* 95.E
*Cicero emendatus,* 284.D
*Ciceronis locus emendatus.* 49.C
*Ciceronis locus emendatus in oratione in Pisonem.* 54.C
*cineres mortuorum.* 107.D.E
*cichoreum.* 76.D
*Circe.* 272.E
*Circe socios Vlyssis, quos in belluas verterat, in pristinam figuram restituit.* 304.B.C
κηρυκεῖον. *caduceum.* 33.E
*cithara conuiuiorum sodalis.* 168.A
*cithara imbellis.* 45.F
*citrus.* 213.E
κλαίειν θανόντας. 303.C
*claro. as.* 218.E
*Claudius pulcher auspicia neglexit.* 157.E
*clauitrabales.* 83.A
*clauitrabales, adamantini.* 193.D
*Cleopatra Meleagri vxor.* 146.B
*Cleopatrã viuam capere cupiit Augustus.* 88.E
*Cleopatra qua morte perierit.* 88.E
*clienta.* 129.A
*Clisthenes Atheniensis, vir egregius, rebus timens suis, Ioui Samiae filiarum doteis credidit,* 196.B
*clypeum abijcere.* 104.E
*Clytemnestra ab Oreste filio interfecta.* 22.A
*Coae vestes.* 249.F
*Cocytus.* 118.F
*Cocytus, aqua iniucundissima.* 15.D
*Codrus.* 183.F
κοιμίζειν φρονήσας, λύπας. 112.B
κοινὸς ἑρμῆς. 33.E
*Colchicae flammae.* 306.A
*Colchica venena.* 115.A.B
*colere rectum.* 222.E
*collecta.* 248.D
*colles septem vrbis Rom.* 310.E
*colligere.* 2.D
*collinere crineis puluere.* 46.A
*colonus.* 118.D
*color glaucus tribuitur diis marinis, & fluuiis.* 291.E.F
*color caeruleus, seu glaucus diis marinis & fluuiis tribuitur.* 52.B
*color viridis & caeruleus tribuitur diis & deabus marinis.* 205.D
*columbae Veneri sacrae.* 148.D

*coma arborum.* 231.F
*comæ detonſæ,* 241.F
*comam alebant pueri molles.* 102.D
*combibere.* 89.C
*comburere diem.* 227.D
*comiſſari.* 212.F
*commodi qui dicantur.* 235.C
*componere diem.* 227.D
*compoſita arma.* 254.C
*compoſita hora.* 30.D
*Concani Cantabriæ populi.* 149.D
*concha.* 105.F
*conchylium.* 263.A
*concilium.* 226.C
*concitationem mentis Sibyllæ à quadam vi & poteſtate terræ effici ſolitam ſcribit M. Tullius.* 48.A
*cóndere diem.* 227.C.D
*condidit lunam nubes,* 122.B
*confundere prœlia cum Marte Bacchus quando dicatur,* 52.D
*coniuratio Græcorum.* 44.F
*Conópeum.* 280.D
*conſiliari.* 143.F.
*conſilium. præſtantia omnis in cõſilio eſt, non in viribus corporis.* 151.B.C
*conſolandi mœroris & luctus ratio, quam ſecutus eſt Antimachus.* 69.E
*conſolandi ratio artificioſa.* 62.A
*conſolatio. quid maximè ad alterum conſolandum valeat.* 69.E
*conſul, iudex.* 240.F
*conſultus ſapientiæ.* 79.F
*conſulum nominibus notabantur teſtæ, amphoræ, cadi.* 187.D
*conſul vnius anni, & contrà.* 240.E
*contemta rei dominus quomodo quis eſſe poſſit.* 179.E
*contentus.* 180.A
κοφὸν κῦμα, βέλος. 161.E
*Corſinium, Pelignorum metropolis.* 184.C
*Corinthus. multa hic de Corintho.* 23.E
*cornix annoſa.* 250.D
*cornix, imbrium diuina.* 200.F.201.A
*corona Ariadnæ.* 131.F
*coronæ.* 90.A
*coronæ ex philyra.* 243.C
*coronæ quibus è floribus conficerentur.* 243.A
*coronis vtebantur in conuiuiis veteres.* 53.A.242.F.243.A
*cornu benigno.* 51.D
*corripere gradum.* 14.F
*cor, ſedem eſſe iracundiæ.* 40.E
*coruus à dextra canens.* 201.B
*Corybantes Rheæ ſacerdotes.* 48.B
κωρυβαντᾶν. ibid.D
*cos cruenta.* 107.F
*Cotiſon, Getarum rex.* 163.E
*cottabus.* 120.A
*Cottarum duo nomina.* 187.B
*Cotyttia.* 307.C
*Cragus, mons.* 58.B
*craſtina non eſſe curanda.* 29.E
*cratera, & crater.* 183.A
κρέκω. 219.C
*credere ſe alicui.* 155.D
*creditum, res credita.* 12.F
*crepare.* 53.E
*Creſſa nota.* 85,E
*creta.* 288.C
*Creta centũ vrbib. habitata.* 202.D
*crimina.* 161.A
*crines Bacchantium.* 132.D
*crocodili terreſtris ſtercus.* 288.C
*cruenta manus.* 92.B
*culpam pœna premit comes.* 227.B
*culpam ſequitur pœna.* 14.B
*cululli.* 76.B
*cumque, pro quandoque.* 77.F
*cumque, quem f. d. cumque.* 29.F
*cuncta terrarum, & ſimil.* 248.A
*cunei.* 83.B
*Cupidines cur ſagittarij ficti ſint.* 67.F
*Cupidines Nympharum liberi.* 55.D
*Cupidines vnius Veneris non eſſe plureis.* ibid.
*Cupidinis arcus, & ſagittæ.* 67.F
*Cupidinis imperia mollia.* 212.A
*Cupidinis ſagittæ, & arcus.* 107.F
*Cupido cur Veneri ſemper adhæreat.* 77.C
*Cupido etiam pro cupiditate, maſcul. generis.* 181.B
*Cupido penniger.* 171.A
*cupido ſordidus, & ſimil.* 123.A
*cupreſſi funebres.* 119.D
*cupreſſus.* 270.B
*cura alia bona & laudabiles: alia malæ & vituperabiles.* 262.A
*curæ mordaces.* 53.E
*cura in naueis aſcendit.* 123.D
*Curetes iidem qui Corybantes.* 48.C
*Curius aurum habentibus imperare præclarum eſſe dixit, non aurum habere.* 39.A
*currere pro nauigare.* 73.D
*curriculum.* 2.C
*currus ſolis.* 158.F
*curſus pro nauigatione.* 73.D
*Cybele mentem ſacerdotum concitat.* 47.F
*Cyclades cur appellentur, & cur ſparſæ dicantur à Virg.* 43.E.F
*Cyclades, inſulæ in mari Ægæo.* ibid.
*Cyclopum officinæ.* 17.D
*Cycni mortis tempore maxime canori.* 219.E
*cycni Veneris currum trahunt.* 205.E
*cycnus.* 134.A
κῦμα κωφόν. 161.E
*Cynoſura.* 65.C
*Cynthus mons.* 205.D
*Cyprus.* 56.A
*Cyprus abundat materia ad naueis ædificandas apta & vtili.* 5.C
κύπτη χολιάδιχος. 40.D

*D*

*Dædalus.* 5.E.14.F
Δαίδαλα. 14.F
Δαιδάλου ἀγάλματα. 15.A
δαίμων. 266.F
δαίμων *fortuna.* 29.F
*damnantur votis ij, quibus quod optarunt, contigit.* 217.E
*Damocles Dionyſij aſſentator.* 136.D
*Danaës fabula, & quid ea ſignificet.* 177.B.C.D
*Danaïdum fabula.* 168.E
*Danaï filiæ quinquaginta fuerunt.* 169.B
*Danubius.* 254.A
*dare ludum amori.* 170.C
*dare manus.* 302.A
*Daunia militaris.* 60.B
*Deæ Troianis maximè infenſæ.* 144.D
*debes ludibrium ventis, & ſimilia loquendi genera.* 43.D
*decedere.* 103.C
δέχεσθαι. 171.E
*decipitur laborum, & laborem.* 116.E.F
*decurſio Tiberina.* 161.A
*decus, ornamentum.* 1.B
*defendere æſtatem, vim, iniuriam, ſolis ardores, &c.* 50.D
*defunctus.* 198.D
*defundere vinum de pateris.* 227.F
*deianira.* 226.B
*Deïanira venenum Herculi mittit pro philtro, imprudens.* 305.A.B
*Deïphobus.* 239.E
δεισιδαιμονία. 84.E
*Dei vnius plura nomina ponebant precantes.* 311.A
*Delus Apollinis natalis.* 58.B
*demittere aureis, ſeu auriculas.* 116.B
*Demoſthenes ſuſurro aquam ferentis mulierculæ, hic eſt ille Demoſth. delectabatur.* 220.B
*Demoſthenes tener ac facilis ad corrumpendum.* 95.E
*demouere de poſſeſſione, de ſententia, &c.* 5.B.C
*denſentur, pro denſantur.* 71.C
*Deorum aliquot epitheta.* 56.C
*Deorum aras ac ſtatuas, & viros virtute præſtantes oleo ſeu vnguento perfundere ſolebant.* 293.B




Digitized by Google

*Deorum è numero sublata mẽs, fides, spes, &c.* 81.F
*Deorum providentiam probare videri Horatium.* 29.D
*Deorum templa reficienda.* 121.D
*depellere lacte.* 221.D
*deponent oculos, &c.* 86.D
*depositus pudor.* 285.F
*deproperare, pro properare de, & similia.* 106.A
*dereptum pignus è lacertis, aut è digito.* 30.E
*deripere.* ibid.
*descriptio spurcæ tempestatis.* 289.D
*Desine mollium querelarum.* 109.D
δεσμὸς ἄῤῥηκτος. *vinculum irruptum.* 41.F
*destinare.* 105.B
*destringere ferrum.* 84.E
*detergere.* 25.E
*deterere laudes alicuius culpa ingenij.* 22.B
*detestata passiuè.* 6.F
*deuiæ capellæ & olentis uxores mariti.* 50.E
*deuium scortum.* 112.C
*deuota arbor.* 149.B
*deuoti.* 191.D
*Deus interdum pium unà cum impio punitur.* 141.B.C
*Deus modò hunc attollit, illum deprimit: modò contra.* 80.F
*Diagondas Thebanus.* 271.F
διαιρεσις. 61.A
*Diana irata, metuenda.* 302.B
*Diana adhibetur ad partus.* 189.B
*Diana cur partubus præesse dicatur.* 189.F
*Diana cur celeris.* 205.D
*Diana eadem luna.* 57.E
*Dianæ gratæ siluæ.* 310.D
*Dianæ Orthiæ ara.* 25.A
*Diana, Ilithya, Lucina, Genitalis.* 189.A.B
*Diana triformis, trinia, &c.* ibid.
*Diana venatrix.* ἰοχέαιρα. 37.F
διαπύσματα. 19.F
δίβαφὴς lana, *seu purpura bis tincta.* 125.A.288.F
*dictatura.* 3.F
*diem crastinum nobis esse incertum atque obscurum.* 233.C
*dies ad meridiem usque crescit, à meridie minnitur & decrescit.* 205.B
*dies fractus.* 6.B
*dies in pomeridianum tempus inclinatus.* 205.B
*dies nefastus.* 114.F
*dies non esse alios fastos, alios infastos.* 114.F
*dies solidus.* 6.A
*Diespiter.* 80.B
*differre.* 274.D
*differre pro dilacerare.* 282.F
*diffingere.* 84.E.F.85.A.208.F
*Dij alij Troianis, alij Græcis fauerũt,* 144.E.F
*Dij benigni.* 217.D
*Dij magni.* 294.A
*Diis marinis glaucus vel cæruleus color tribuitur.* 291.E
*Dij sumtuosas hostias non spectant.* 191.F.192.A
*Diogenes Cynicus.* 179.F
*Diomedes melior patre.* 46.E
*Diomedi Pallas opitulatur.* 22.C
*Diomedis fortia facta.* 22.D
*Dione.* 93.C
*Diota amphora duarum ansarum, seu aurium.* 29.D
διπλᾶς. 21.D
*dira necessitas.* 193.E
*dirce, fons Thebanus.* 216.D
*dirus Annibal.* 158.E
*dirus. a. um.* 223.C
*discinctus.* 259.B.C
*discriptæ piorum sedes.* 115.E
*discumbere.* 67.A
*discus.* 28.B
*dissidens plebi.* 95.B
*distenta ubera.* 262.E
*dithyrambus.* 215.D
*dinidere ventis.* 285.E
*diuitiæ olim in bobus, & ouibus.* 124.E
*dolosi ferre iugum amici infideles.* 84.A
*dolosus cinis.* 92.C
*dolosus taurus, dolosus cinis.* 202.C
δῶματα αἰγλήεντα. 145.A
*domina, pro amica* 113.E
*dos mulieris maxima.* 194.E
*draconem Aretiani fontis custodem interfecit Cadmus.* 225.A
*draco velleris aurei custos.* 224.F
*dubia tempora, dubiæres, &c.* 240.D
*ducere.* 247.D
*ducere bellum.* 144.F
*ducere muros.* 146.A
*ducere naribus.* 213.E
*ducere succos nectaris.* 145.A
*ducere uinum.* 52.F
*Duilius consul primus Pœnorũ classem deuicit, &c.* 113.C
*dulce ridentem.* 60.D
*dum licet per ætatem, hilariter esse viuendum.* 29.F.30.A
*duplex.* 21.D
*durare,* καρτερεῖν. 43.B
*Dyndimene, Cybele, Rhea.* 47.F
δυσέρωτις. 67.E
δυσώνυμος. 174.D

*E*

*EBria dulci fortuna Cleopatra.* 88.B

*Ebur Indicum.* 75.F.76.A
*Echidna.* 116.C
*echinus.* 270.E
*Echion Cadmi gener.* 225.A
*Echo quid.* 36.B
ὀκτὼ ἀπαλῶν ὀνύχων. 158.B.
*edera, corona ex edera.* 243.A
*edera unde dicta.* 64.C
*edim, is. it.* 265.A
*Edoni, Thraciæ populi.* 106.F
*educatio & exercitatio.* 196.C
*educere in astra.* 216.C
*egit uisere, Græcum loquendi genus.* 9.E
*egregius animi, & similia.* 59.A
*eidus.* 243.F
εἴδωλον Herculis. 62.E
εἰλαπίνας. 248.C.D
*eiulatio.* 283.C
ἐλαύνειν τεῖχος. 146.A
*Elea palma.* 216.A
ἐλικὴ. 65.B
*eloquentia primos homines à fero uitæ cultu ad mansuetiorem esse traductos.* 31.D
*Elpenor apud inferos.* 274.E
*emancipatus, & emancipare.* 280.B
ἐμὲ θανόντος ἡ γῆ μιχθήτω πυρί. 208.E
*emouere.* 254.C
ἔνιαυτός. 163.A
*Ennius Calaber, Rudius.* 236.F
*Epaminondas.* 104.E
ἐπαναδίπλωσις. 82.E
ἐπανάληψις. 299.D
ἐπαναφορά. 211.F
*Epeus, equi Troiani opifex.* 229.F
Ἐπάλτης. 18.B
*Epicurea sapientia.* 79.F
*Epimetheus.* 49.A
ἐπίσχεσις φωνῆς. 214.A
*epitheta Deorum apud Homerum vnde ducta sint.* 56.A.B.&c.
*epitheta rebus accommodata.* 98.C
*epithetum perpetuum.* 14.F
*Epodi.* 256.A.B.C
*equitare.* 11.C
*equitare, de zephyro.* 223.D
*equus Troianus.* 229.E.F
ἔρως & φιλεῖν differunt. 286.A
ἔσχατοι. 248.C
*Erasistratus medicus.* 40.F
*erat.* 87.D
ἐργάνη Pallas. 171.C
ἐργολάβοι. 137.D
ἐρίβωλος, *opima.* 25.A
*Erigona, Virgo* 173.A
*Erigone.* 306.B
*Eriphyla.* 178.B
*Ericyna ridens.* 10.E.F

ἑστία, vesta, 10.A
ἔσω ὄντως. 136.B
est. ibid.
Eteocléa dea. Gratia. 17.C
Eteocles primus omnium mortalium Cratiae sacrificauit. ibid.B
Euhuli versus de Cupidine pennigero. 171.A
Euius appellatus Bacchus à voce Bacchantium. 238.A.B.&c.
Euius curas dissipat. 112.B
euius scribendum i. latino. ibid.
Eumenides. 116.D
eunuchi. 87.E
Euoë, vox Bacchantium. 131.C
Europa Phœnicis filia. 202.B
Eurus niger. 20.B
Eurus pluuias excitat. ibid.
Euthia Phrynen accusauit. 293.A
examen. 84.C
examinare. 125.E
examinari. 170.D
excipere 171.E
exemplum Catilinæ. 96.B
exemplum Orphei. 96.B
exercitus a.um. 282.F
exigere. 255.E
expedire animi curas, & animum curis. 59.F.60.A
expedit, impersón. 107.C
expeditis curis. 60.A
expiare. 10.D.306.B
explicare frontem. 207.B
exsecratio. 298.C.&c.
exsiccare. 76.B
exsomnis. 197.C
exsucta medulla. 270.F
exsulare, φεύγειν. 115.F.123.C
exsul patriæ. 123.C
exul vnde dictus ibid.
εὖ εἰδὼς χάρμης. 46.D
εὔζωνος, 259.B
εὐφημεῖν. 135.F
εὐφημεῖν, εὔφημα φωνεῖν, 174.C
εὐρυκρείων. 182.A
εὐσέβεια. 84.E

F

FAbricius, de quo multa. 38.E.F
Fabulam esse. 284.E
faces nuptiales quinque. 169.D
faciam vitula, ture, &c. 14.D
facies venusta. 250.C.D
face tenus bibere. 176.D
factum, infectũ reddere ne deus quidem potest. 208.E
fœmina etiam sacerdotes in sacris tacent. 210.C
fœmina quoto ætatis anno viro tempestiua. 61.C
fœminis matronis nefas vinum gustare. 176.D
Falernum, austerum, forte. 67.D.E
fallo, lateo, λαυθάνω. 33.B
fame mori, miserrimum. 58.D
fame nihil miserius. ibid.
famosus. 144.E
fas. 222.A
fas, δυνατόν. 34.A
fascinationibus & inuidiæ remedio sunt ridicula & turpicula. 278.D.E
fascinum cur pro mentula ponatur. ibid.
fasti. 250.B.251.C
fastidiosa copia. 207.A
fata manent culpas etiam sub Orco. 169.A
fatigare precibus. 10.C
fatum quo modo à Stoicis definiatur. 210.A.B
Fauentia. 136.A
fauere linguis. 135.F.174.C
fauete linguis. 271.E
fauonij etiam á Thracia spirant. 245.E
Fauonij veris πρόδρομοι. 160.B
fauno quo tempore sacrificarent Romani. 182.F
faunum esse deum terrenum. ibid.
faunus rex Aboriginum. 18.A
felices arbores. 261.A
feriati. male feriati. 230.C.
ferox. 45.D.222.E
ferre iugum, aut subire iugum. 101.C.F
ferre pro auferre, & consequi. 235.E
ferre secundam fortunam, non est cuiuslibet hominis. 204.B
fide, gignendi casus. 160.C.
fides albo velata panno. 83.E
fides, vnde appellata. 62,C
figere modum. 176.A
filij parentibus similes, aut dissimiles. 227.A
filij pauci parentibus meliores, plures deteriores. 46.E
fingere. 158.B.218.F
fingere carmina. 216.F
fistulæ inuentor, Pan. 51.B.
fistula à quo inuenta. 213.F
flagitium quid. 155.A
flauus Tiberis. 9:F
flebiles modi. 108.E
flebilis. 216.C
flectere equum. 161.F
flere mortuos. 103.F
flexus in certaminibus curulib. 3.A
fluctifragum littus. 34.E
fluuij auriferi quinque. 295.C
fluuij tauriformes. 252.E.F
fluuii taurini cornibus fingebantur. ibid.
focus vestæ sacer. 262.D
fomenta amoris. 285.E
fomenta curarum. ibid.
fons vini, lactis, mellis, &c. 131.D.E
fonteis floribus & frondibus spargebant veteres. 172.C
fontes integri. 65.C
fontibus sacrificabant veteres, vt diis. 172.B
formam in amore non multum valere. 295.C
formiæ à Lacedæmoniis condita. 180 F.
fors idem quod fortuna. 29.E
forte, pro fortasse. 297.F
fortuna abiens, fortuna manẽs. 83.F
fortuna manens. 209.A
fortunam magis, quàm formam in amore dominari. 295.F.
fortuna. multa hic de fortuna. 81.F. 82.A
fragrantia oscula. 114.A
frangere ceruices. 115.A
frangere diem. 6.A
frangere diem mero. 104.D
fraus mala. 14.C
frementes equi. 252.E
fremens equus. 280.E
fretum Gaditanum. 145.B
frigus amabile. 173.A
frondes felices. 148.F
frons exarata. 278.F
fuga, exsulium. 115.F
fuga temporum. 210.A
fugit ætas. 34.F
fulmina non iaci cælo sereno. 80.B
fumosa amphora. 163.C
fumus, & fumum bibere. 163.B
fundus mendax. 137.B
funeratus. 163.A
furiæ. 274.C
furiæ, a furiis bella conflari. 71.C
furiæ cur dictæ Eumenides. 116.D
furiarum crines. ibid.
furiarum crinibus angues implicati. 270.B
furit tereperire. 46.D
furuum, nigrum. 115.D

G

GAlesus Calabriæ Fl. 103.A
Gallicani equi. 27.E
Gallina Africana, seu Numidica. 263.C
Galli terra motus & mortem non mouent. 254.B
Gallos omneis rebus nouis studere. 296.F
Ganymedes. 186.E
Garganus. 108.D
Gaza. 74.A
Gazæ. 122.C
Geloni. 134.D
Geloni pharetrati. 149.D


Genauni,

Digitized by Google

*Genãuni, seu Genauui, seu Gerauni.* 251.E
γενέθλιοι θεοί. 311.A
*Genitalis dea.* ibid.
*Genitalis, Diana, &c.* 189.B
*Genium curare, piare, placare.* 182.B
*genua virent.* 290.A
*genuum viriditas.* ibid.
*genus loquendi Græcum, patiens vocari, &c.* 11.A
*genus spectandum in vxore quærenda.* 194.E
γῆρας θαλόντων. 104.F
*Germani cærulei cur dicantur ab Horatio.* 297.D
*Geryo ter amplus.* 118.B
*gestire.* 102.A.247.D
*Getæ rigidi.* 193.F
*Getula leæna.* 186.B
γῆτάπτος. 137.B
*Gigantes.* 150.D
*gignendi casus antiquus fide.* 160.C
*gignendi casus more Græcorum positus, ab ἔνεκα aut χάριν rectus.* 308.F.309.A.
*glaciare.* 165.F
*glauca Creontis filia.* 265.F
*glauco comœdus.* 260.D
γλύκερος ὕπνος. &c. 111.E
γλυκὺπικρον. 67.E
*Græci victores naufragi.* 283.A
*Græcum loquendi genus.* 204.B
*Gragus mons in Lycia.* 58.B
*gramen tenax, tenerum, remotum.* 261.C
*Gratiæ cur connexæ & colligatæ pingantur, & fingantur.* 188.E
*Gratia & earum imagines & statuæ. & cur fingantur & pingantur nudæ.* 232.A
*Gratiæ nudæ.* 17.C.74.F.75.A
*Gratiæ quo modo pingi solitæ sint a veterib.* 74.F
*Gratiæ tres & earum nomina.* 17.A
*Gratia Veneri sacratæ.* ibid.
*Gratiæ Veneris comites.* 16.F
*Gratia nudis sororibus iunctæ.* 185.C
*Gratiarum trium vna auersa pingitur, duæ nos aspicientes.* 75.B
*Gratiarum vna Vulcani amica.* 17.E.F
*Gratiarum zona cur soluta.* 74.F
*grauatus equitem.* 244.E
*grauidæ.* 200.D
*grus aduena.* 261.F
*Gyas centimanus, al. gigas.* 126.C.151.D
γυιοκόροι μελεδῶναι θυμοδακεῖς, θυμοβόροι, &c. 53.E

*H*

*Habere exitum, non habere exitum.* 309.A.B.&c.
*hadi.* 137.A
*hadus ereptus lupo.* 263.F
*hamus Thraciæ mons.* 36.C
*hebrus.* 197.C
*hecate, seu luna.* 271.E
*hector ademptus Troiã reddidit ad expugnandum faciliorem.* 100.C
*hector canibus & feris ab Achille addictus.* 303.F
*hector lapide percussus.* 239.E
*hecubæ somnium.* 44.D
*helena a Stesichoro infamata.* 306.E
*helena incendij Troiani causam attulit.* 293,F
*helena in insula Leuce visa a quodam Crotoniata.* 306.E
*helicon mons Bœotiæ.* 36.B
*Herculem homines beneficiorum ab eo acceptorum memores in numerum deorum retulerũt.* 143.C.&c.
*herculis cum Acheloo luctatus.* 252.E.F
*hercules cum ei tunicam Centauri sanguine tinctã Deianira induisset, quas voces ediderit.* 266.B
*herculis deiecto Cerbero populum arborem ex Acheronte secum detulit.* 26.A
*hercules longè, latéque peregrinatus est.* 143.C
*herculi decimus tertius labor impositus.* 15.B.C
*herculis idolum, seu imago, apud inferos.* 237.C
*herculis vxor Hebe.* ibid.
*hæredes bona sibi ab auaris relicta effusè largiuntur, & dissipãt.* 119.E
*heredis causa sollicitum esse.* 98.E
*heroïs sedebant in cena, non accumbebant.* 67.B
*hesiodus ab Heraclito reprehensus.* 114.F
*hesperia.* 85.D.93.A
*hiemis nomen.* 34.D
*hiems & frigus astringit & contrahit.* 16.B
*hilariter esse viuendum, dum licet per ætatem.* 29.F.30.A
*hippocrene.* 151.A
*hippolyta Pelei amore capta.* 161.B
*hippolytus.* 234.C.D
*hipponax.* 276.A
*hircus.* 287.F
*hirundo, ὀρθογόη.* 246.C
*hirundo veris nuntia.* 245.F
*hispida facies.* 242.A
*homicida.* 304.A
*hominem esse pluuerem & vmbram.* 233.A
*hominem mortuum numquam reuiuiscere.* 232.D.E
*homines ex diis facti.* 142.F.143.A
*hominum varia esse studia.* 136.B
*honores à populo dati, incerti, breues & fluxi.* 140.B
*honorum gradus.* 3.E
*Horatij amicus Mæcenas.* 258.B
*Horatius primus poëta Lyricus Latinus.* 238.D
*Horatius quibus* COSS. *natus sit.* 290.C
*Horatius suis versibus immortalitatem consecutus.* 133.D.E
*horna fruge.* 191.B
*horrea. condebant cados vini in horreis antiqui.* 205.C.D
*hostias qui adducerent, quærebantur bonis nominibus.* 174.D
*hostibus precari.* 201.F
*humati qui.* 72.F
*humum spernere, vitare, & simil.* 140.E
*hyades.* 13.B
*hydaspes Indiæ fl.* 59.F
*hydra.* 224.E
*hydrops.* 94.F
*hylæus vnus è Centauris.* 113.C
*hyperborei campi.* 134.D
*hyperides orator Phrynen defendit.* 293.A
*hypermnestra.* 169.B

*I*

*Iaculari.* 123.B
*iaculari arceis, propetere & ferire,* 9.B
*Iacto, as.* 10.A
*Ianifanum: Ianualis porta.* 255.A
*Ianus Quirini, seu Quirinus.* ibid.
*Iapygia vel Apulia, vel eius pars.* 12.F.13.A
*Iapyx.* 201.F
*Iapyx ventus Calabriæ.* 12.F
*Iason a Chirone educatus & institutus.* 290.D.E
*Iason. multa de Iasone tauros iungente.* 265.D.&c,
*Ibérici funes.* 267.A
*Icarifilia Erigona.* 172.F
*Icarus.* 5.E
ἰχώρ. 36.B
*ictus feruidi.* 121.A
*Ida aquosa.* 186.E
*idibus nomina exigebant, seu relegebant.* 264.D
*Idomenei præclara facinora.* 239.D
*idus vnde dicta.* 243.F
*iecur bile tumere cur dixerit Horatius.* 40.D.E
*Iecur, sedes libidinis.* 40.D.64.B 151.E.213.A.
*iecur Tityi.* 64.B
*ignaui vulnerantur à tergo.* 139.F
*ignem viuere & mori,* 188.F
*ignis pro amore.* 160.E


Digitized by Google

*Ignis aeternus.* 153.D
*Ilia.* 164.E
ἡλιοκαυσὸς. 262.D.
*Ilios. Ilium.* 239.D
*ilithyia, Lucina.* 189.B&c.
*ilithyia,* μογόστοκος. 189.D
*illacrymabilis.* 117.F
*imagines cereæ.* 308.B
*imagines in funeribus præferri solitæ.* 278.B
*imago iocosa vocis, Echo.* 36.B
*imago vana.* 62.E
*immane quantum.* 66.D.
*immerentes.* 275.D
*immerita vestis, immeritus paries.* 53.A
*immeritus.* 140.E
*immetata ingera.* 194.A
*imminere.* 16.E
*immortalia non esse speranda, neque optanda.* 232.B
*immunis.* 248.C
*immunis. manus immunis.* 191.D
*impedire caput myrto.* 18.A
*imperatores in prœlia vtebãtur chlamidibus purpureis.* 281.E
*importuna pauperies.* 181.A
*importunus.* ibid.
*impotens.* 87.F.209.F
*improuisum cuique esse & diem, & genus mortis.* 115.C
*Inachus.* 183.E
*Inachus rex Argiuorum.* 98.F
*inarata tellus.* 299.E
*incertum esse quamdiu victuri simus* 233.B.C
*incoctus.* 265.C
*incomtis capillis, laudis causa.* 39.A
*indignatio.* 267.B
*indocilis.* 299.A
*indocilis pati.* 5.F
*indoles.* 222.C
*inemtæ dapes.* 262.F
*iners terra, id est immobilis.* 98.A
*infelices arbores.* 261.A
*inferiæ.* 93.A
*inferi. fabulæ de inferis.* 18.D
*infideles qui.* 297.A
*infimis, & inficetus.* 306.C.
*inhospitalis Caucasus.* 59.E
*inhumati familia funesta, nisi eius in sepulcrum iniecta gleba sit.* 72.F. 73.A
*inhumatos, seu insepultos iacere, veteribus horribile.* 73.B
*iniectio pulueris.* 73.A
*injcere frena, seu frenos.* 255.C
*injcere manus.* 52.E
*inimicare.* 255.F
*innocens vinum Lesbium cur dicatur.* 52.C
*inominata cubilia.* 299.B
*inops inter opes.* 180.C
*insania poëtica.* 148.B
*insaniens Bosporus.* 149.C
*insepultos iacêre veteribus horribile.* 73.B
*insepultum cadauer relictum.* 73.A
*insepultum corpus relinquere nefas erat: & porca præcidanea piandum.* 72.F
*insepultum iacere.* 274.D
*insignes.* 136.CD
*insolens.* 20.B.49.D
*institor.* 158.D
*insulæ fortunatæ in Oceano.* 299.D E
*insultare.* 145.A.297.E
*integer dies.* 227.F
*integer vitæ, & simil.* 59.A
*integra fames.* 6.B
*interlunium.* 63.F.64.A
*intermenstruum.* 64.A
*interminari.* 271.A
*interminatus cibus.* ibid.
*intentatum.* 20.C
*intonsus apollo,* ἀκαρσεκόμης. 58.A
*inuidemus præstantioribus.* 103.F
*inuidere pro adimere.* 216.D
*inuidiæ remedio sunt ridicula.* 278.E
*inuidia maior.* 219.A
*inuidia parcit mortuis, aut longè antecellentibus, vt regibus.* 133.F
*inuidi est præstantes odisse.* 195.B
*inuisosæ opes.* 110.C.D
*iolcos.* 270.C
*ionici motus.* 158.A
*Io triumphe.* 217.D.281.A
*Iouem descẽdere in nubeis, pluere aut tonare cogitantem.* 289.E
ἱππημολγοί. 193.F
ἱππομανὴς. 64.B
ἱππομανὶς mulieres. ibid.
*iracundi sunt maximè pueri, senes, mulieres.* 175.D
*ira principium insaniæ.* 48.E
*irati nihil extimescunt.* ibid.
*irretorto oculo spectare.* 95.C.&c.
*irrito, as.* 208.C
*irrupta copula.* 41.F
*Ister.* 254.A
*Isthmium certamen:* 218.D
*iterare æquor.* 27.A
*Iuba Numidiæ rex.* 60.B
*iudiciorum frequentia.* 217.B
*iugum aheneum,* 165.A
*Julius Cæsar in deorum numerum ascriptus.* 39.E
*Juno & Minerua Troianis infensæ.* 144.C.D.
*Juno Lucina.* 190.A
*Juno matrona.* 150.F
*Juno præteritas offensiones Troianis remittit.* 143.F
*Iupiter cælum, aut æthera significat.* 165.F
*Iupiter pro cælo:* 7.A
*Iupiter prosper & salutaris.* 127.A B
*Iupiter Thetidi stuprum inferre conatus, à Prometheo deterritus.* 291.C
*Iupiter triumpho giganteo clarus,* 136.B
*iurare in verba.* 294.A
*iussus, a. um.* 286.B.C
*iusti & constantis viri descriptio.* 142.D.E.F
*iuuat.* 263.F
*iuuenis pro filio.* 216.E
*iuuenta pro iuuenibus.* 312.F
*iuuentas, iuuenta dea.* 75.C
*iuuenum & puellarum rarò est cruenta pugna.* 22.E
*Ixion.* 168.D


## K


*Kalendæ Martiæ.* 162.D
*Kalendis exigebant & collocabant pecuniam.* 264.D
κανεῶν. 288.D
*Karthaginis euersio, Scipionis sepulcrum.* 281.C
*Karthago.* 296.F
*Karthago Romæ æmula,* 276.E


## L


*Labores mali.* 298.A
*Laboriosus.* 300.EF
*Labuntur flumina.* 261.C
*Lacedæmonij primi mortalium munera hosti dare cœperunt.* 179.A
*Lacedæmon patiens.* 24.F
Λάχεσις. 136.C
*Lacon canis.* 275.F
*lacrymæ nouarum nuptarum sintne veræ, an falsæ.* 203.A
*lacunar.* 128.D
*lacus Lucrinus.* 120.E
*Læstrygonia amphora.* 180.F
*lauia saxa,* 51.C
*lauis.* 11.A
λαγχάνειν. 266.F
λαγχάνειν. *sortiri.* 136.C
*Lamus Formiarum conditor.* 181.E
*lana bis tincta murice,* δισβαφὴς. 125.A
*langueſcit vinum.* 180.F
*languida vina.* 187.E
*Laomedon deos fraudauit mercede pacta.* 144.A
*Lapathus, seu lapathum.* 263.D
*lapsus fluminum.* 36.E
*laqueata tecta.* 122.D.E
*Lararium in puppi nauis.* 43.B
*Larissa Thessalica.* 25.A *latè*


Digitized by Google

*latè tyrannus.* 182.A
*Latous Apollo.* 76.E
*láuere mortuerum corpora.* 303.D
*láuere* 170.C
*láuere mala vino.* 170.D
*lauo, is.* 98.D
*lauri non numerantur in arboribus vmbriferis.* 121.A
*laurus Apollinis sacra.* 148.F.218.E.F
*Laurus, apollinis frons.* 148.D
*Laurus, frons felix.* 174.B
*laxo arcu.* 163.F
*leges sine moribus reip. non prosunt.* 195.C
*Lenaus, Bacchus vnde dictus.* 197.E
λήναια. ibid.
*lenis recludere fata.* 62.F
*lenta brachia.* 294.C
*leo Getulus.* 61.B
*leones, iracundi.* 49.B
*leones maxime iracundi* 138.F
*lepores pauidi.* 261.E
*lessum.* 283.C
*leues malue,* 76.D
*lex nõ potest hominum peccata pœnis tollere: sed opus est disciplina.* 195.D
*lex Papia Poppæa.* 311.B.C
λευκὴ insula. 306.C
*libido noua.* 298.F
*libido omnium rerum discrimen ac delectum tollit,* 54.D
*libitina.* 210.A
*Liburni, & Liburnæ naues.* 257.D
*licebit* 295.B
*lictor consularis non summouet curas* 122.D
*lictores consulares.* 140.C
*lictores vnde dicti.* 121.D
λιπαροὶ. 104.D
*liquare vina.* 34.E
*liris Campaniæ fluu.* 76.A
*liris Fluu.* 182.A
*littera. sine litteris, rectè factis nulla est merces.* 236.F, 239.B
*litterarum studium quid procreet.* 150.A
*litui, cornua, tubæ in prœliis.* 92.E
*lituus.* ibid.
*lituus, insigne auguratus.* 6.E
*lituus profectionis,* ibid.
*locare secanda marmora.* 129.B.C
*locus Ennij restitutus apud Ciceronẽ.* 156.D
*locus Theocriti restitutus.* 99.C.
λόγιος dictus Mercurius. 31.E
λοξίας Apollo. 26.E
*loquendi genus à Græcis sumptum.* 251.D
*lubricus. vultus lubricꝰ aspici.* 56.A
*Luceriæ.* 176.C
*lucerna cum vino coniuncta.* 66.C
*Luciani ἔρωτες.* 55.E
*lucro apponere.* 29.F
*luctari cum dandi casu iunctum, & verba pugnandi.* 5.E.103.D
*ludere.* 249.D
*ludi seculares.* 310.C
*ludi seculares centesimo decimo quoque anno fiebant: interdum anticipabantur.* 311.C
*ludus fortunæ.* 92.A
*lugendi genera varia.* 303.D
*lugere & plorare mortuos.* ibid.
*lugere mortuum.* 103.F
*Luna celeris volucre mensis.* 231.B
*Lunæ vultus varij.* 217.E
*Luna imploratur ab amantibus.* 271.D.E
*lunam cælo deducere, seu deuocare.* 271.B.C
*luna semiplena, ad pariendi facilitatem adiumento est.* 189.F
*luna silens.* 64.A
*luna silentio præest.* 271.E.F
*lupati freni, lupi.* 27.E
*luporum & agnorũ discordia.* 266.E
*lupus. carnes à lupo morsæ, teneriores.* 263.F.264.A
*luridum quid.* 151.D.249.F
*luridus color.* 304.E
*luridus Orcus.* 151.D
*luscinia.* 246.D
*luteus pallor.* 283.C
*Lyæus.* 282.B
*lybia, seu Africa, frumentosa.* 5.B
*lycambes.* 276.A
*lycurgi Thracis exitiũ,* 132.B.&c.
λύειν. 288.B
*lyra à quo inuenta.* 213.F
*limphæ.* 88.C
*lymphati.* ibid.
*lymphati.* νυμφόληπτοι. ibid.
*lynces.* 117.B
*lynces cum tigribus currum bacchi trahere finguntur.* 143.E

M

Μακάρων νῆσοι. 237.B.C
*Macerari.* 41.D
*machina quid.* 16.D.E
*madere arte, sermonibus Socraticis.* 187.E
*Mæcenas ab Etruscis regibus oriundus.* 2.A.206.E
*Mæcenas origine Etruscus.* 57.B
*Maecenas quomodo scribendum.* 1.E
*Mæcenates fuerunt ordinis equestris.* 1.E
μαιμάνας. 1.E
*magister nauis.* 158.D
*magnus, piscis.* 219.D
*Maia, Atlantis filia.* 31.B
*maior Neronum.* 252.A
*mala alite, seu aui.* 282.D
*mala aui.* 44.F
μαλακὸς οἶνος. 25.E
*maledicus, ferum animal pessimum.* 275.F
*male, interdũ parum significat.* 30.F
*malignus.* 71.F
*mali labores.* 298.A
*malis auibus.* 145.F
*mammarum pendularum vitiũ quo modo corrigatur.* 278.A
*maneo, es. cum dandi, & accusandi casu iunctum.* 72.D
*manes, fabulæ.* 18.D
*manni.* 200.F.267.E
*manubiæ Iouis tres.* 9.B
*manus à tergo retortæ.* 96.F
*M. Aquilius.* 140.A
*M. Atilius Regulus.* 154.A
*M. Claudius Marcellus.* 39.C
*mare Icarium.* 5.E
*mare Myrtoum vnde dictum.* 5.C
*mare sua sponte æquale est.* 108.D
*mare turgidum.* 13.E
*maria à quo tẽpore claudãtur.* 16.B
*Mareoticum vinum.* 88.C
*Marica Nympha Fauni vxor.* 181.F
*marij legatus Sylla.* 281.B
*maris accessus, & recessus.* 105.B
*maritæ & viduæ arbores.* 260.E
*Marsa carmina.* 273.C
*Marsi Apuliæ populi.* 7.D
*Marsicum bellum.* 174.E
*Martis stella malefica.* 127.A
*Massici montes.* 6.A.105.D
*Massicum vinum.* ibid.
*Massilienses à Phocaeis oriundi.* 298.B
*Matinus mons in Calabria* 216.E
*Matinum littus.* 69.D
*matrimoniorum corruptela.* 157.F 158.A
*matrona & materfamilias quid inter se differant.* 138.F
*matrona Iuno.* 150.F
*matronam seu matremfamilias quid maximè vrat,* 167.A
*maturare alicui necem.* 161.B
*maturare cum accusandi casu.* 112.C.D
*maturi senes.* 224.D
*maturus animi.* 59.A
*Mauri.* 11.A
*Mauri angues.* 167.B
*Mauri optimi iaculatores.* 59.B.C
*Mauritaniæ angues.* 167.B
*Mauritaniæ rex Iuba, immo Numidiæ.* 60.B
*Medea Creusam Creontis filiam incendit.* 272.D.E
*Medea quid suaserit Iasoni tauros agenti.* 265.D.E
*Medea, venefica.* 272.E
*Medi, & Persæ Cyro paruerunt.* 66.C




Digitized by Google

Medi, iidem, qui Persæ apud Hor. 11.C
Medorum imperium ad Persas tyrannidem translatum. 66.C
Medum flumen, & simil. 109.E
Medus propriũ fluuij nomẽ. ibid.D
meditari. 190.D
mel Hymettium. 103.C
melior, fortior, valentior. 46.E
mensæ Syracusanæ. 136.E
mens est vnusquisque. 76.F
mens integra. ibid.
mente nihil melius in homine. ibid.
Mercuriales viri. 127.D
Mercurij ingenium. 32.D
Mercurij seniores, sine manibus & pedibus, membris virilibus arrectis. 31.D.E
Mercurius ἀγώνιος dictus. 32.A
Mercurius apud Homer. adolescentis persona suscepta ad naueis Achillis Priamum ducit. 33.A
Mercurius χρυσόῤῥαπις dicitur a virga aurea, qua agit animas, & euocat. 33.D
Mercurius. de Mercurio, qui post boues Apollinis abactas, cum ab eo accusaretur huius furti nomine, pharetrã & arcũ ei furatus est. 33.A
Mercurius, deorum interpres primos homines, feros atque agrestes, ad ciuilem & mansuetum vitæ cultum traduxit. 31.D
Mercurius dictus deorum nuntius, διάκτορος à Græcis & διάκτωρ & κήρυξ. 32.A
Mercurius λόγιος dictus. 31.E
Mercurius πομπαῖος, & ψυχοπομπὸς à Græcis dictus, quia animas ad inferos deducat. 33.D
meridies inclinata. 205.B
merionæ virtus. 22.C
meriones Idomenei comes. 46.D
metata decempedis porticus. 121.C
meta. multa de metis. 2.E
Metaurus. 223.A
μετεμψύχωσις. 70.C
μεθύειν ἔρωτι, &c. 88.B
metretes. 174.F
metuere apud Horatium. 94.B
metuit culpari fides. 227.A
metus deorum. 84.E
miles bono nomine. 174.D
militabitur bellum. 258.F
militant amantes. 198.B
militaris. 27.D
militaris Daunia. 60.B
milites Romani ferebant plus dimidiati mensis cibaria. 280.C
Mimas. 150.E
Minerua cum artibus omnibus præsit, tum maxime lanificio. 171.B
Minerua tibias reiecit. 256.A
minoratus, iunctum cum accusandi casu. 72.A. vbi lege, Quodcunque.
Minos. 70.C
Minos iudex apud inferos. 234.A
μινωϊδάδιος. 134.C
mirum quantum. 66.D
mite solum, mites vuæ. 53.D
mittere. pro omittere. 134.E
Mitylene, seu Mitylena. 23.E
mobilis de rebus inanimis, & de ipso animo dicitur. 3.D
modi, cantus. 93.D
modum bibendi non esse transeundũ. 53.F
mœchi, corruptores. 63.D.E
μοῖρ' ὀλοὴ θανάτοιο. 14.E
moles regiæ. 120.D
molle vinum. 25.E
molossus. 275.E
monæses. 157.D
monogrammi dij. 52.B
monumentum. 209.E
morari. 104.C
morari Orcum. 203.B
mordaces curæ. 53.E
mordere labra. 41.D
mordere terram ore. 104.F
mores perditi, & corrupti in rep. qui. 195.D
moriendum esse omnib. 232.C.D
moriendum esse, quo modo, aut quibus verbis efferat, qui rei tristitiam lenire velit. 232.F
moriendum pro patria. 139.A
mors est immortalis. 234.A
mors immortalis. 164.F
morsinncularum nota & vestigia. 41.D
mors libera. 252.B
mors muneribus non capitur. 117.E
mors omnium rerũ extremũ. 130.C
mortem ne dij quidem à suis prohibere possunt. 139.A
mortem non potest quisquam effugere, ne ignauissimus quidem. 139.A. B. & C.
mortis laquei. 193.E
mortuus quando diceretur humatus. 306.F
mortuos lugere, eorúmque corpora lauare & vngere, &c. 303.E.F
mos veterum de expiatione. 29.B
mos veterum in conuiuiorum apparatu. 98.C
motus ciuilis. 91.E
mouet nutu suo cælum Iupiter. 136.B
mugire de ventis. 165.E
mulctrum, & mulctra. 300.A
muliebris amor, vento mobilior. 20.C
muliebris natura ad lugendum & lacrymandum propensa. 299.B
mulieres debent curare domestica, viri exterua. 262.D.E
mulieris forma, & flos ætatis viros etiam fortissimos domat, ac superat. 176.B
mulier nupta, aut meretrix amans qua re maxime amorem suum in alium virum transferat. 161.E
mulier rectè olet, vbi nihil olet. 288.A
multos modios salis simul edendos esse, vt amicitiæ munus expletum sit. 122.F
munda cena. 207.A
mundi partes. 145.F
muri Troiani à quibus diis conditi. 144.B
Musæ habent suã in cælo sedẽ. 148.A
Musæ optimũ, & valentissimũ ad amorem medicamentum. 64.F.65.A
Musam suam interdũ reprimit Horatius, & item Pindarus. 93.A
Musa Pimpléa. 65.D
Musis amicus ab animi morbis liber & solutus. 64.F
mutandi verbo vsi sunt veteres, pro eo quod est emere. 49.E.F
mutare. 49.D.E
Mycenæ dites. 24.E
Mygdonij campi. 181.B.C
Migdones. ibid.
Myrrheus crinis. 175.D
Myrtia, seu Murtia Venus. 64.D
myrtus. 90.D
myrtus pulla. 64.C
myrtus sacra Veneri. 64.D
Myrtus, Veneris frons. 148.E


## N


Næniæ. 93.B. 205.F
Naphtha. 266.A
naris obesa. 287.E
ναρθηκοφόροι. 131.D
natura, & educatio. 222.C
nauigare. 260.D
nauigare in mari Ægæo scapha biremi. 209.C
nauigantium impietas. 14.A
nauis prima. 13.A
necessitas. 82.F. 136.C
necessitas leti. 14.E
necessitate nihil esse potentius. 83.B
necessitati claui adamantini tribuuntur. 193.D
necessitatis stabilitas, firmitas, vis & potentia. 82.F
nefas, ἀδύνατον. 34.A. 62.F
neglecti dij. 157.C.D
νέμεσις & νεμεσᾶν. 267.B
ne ne forte, &c. 78.B
ne, vt non, seu vt ne. 246.A.B
nepos. 259.C
Neptunus muros Troianos extruxit. 144.A
nequitia. 152.A
Nereus Ponti fil. à mendacio alienus

&


Digitized by Google

& verax. 44.E
Neronũ maior Claudius Tib. Nero. 252.A
Nessus Centaurus. 266.B
Nessus, seu Nesus centaurus. 305.A
Nestor tertiam ætatem hominum vixit. 108.F.109.A
nidus, nidulus. 148.F
nigra omnia, tristia, & horribilia. 245.A
nigra seu atra. 116.B
nigra terra frumentis optima. 247.C
nigrescit cælum imbribus. 20.A
nigri venti. 282.E
nigri venti cur dicantur. 20.A
nigri oculi. 77.D
nihil agere, 308.C
nihil agit in te. 308.C.&c.
nihil esse ab omni parte beatũ. 134.A
Nili fontes, seu origines. 254.F
Nilus Ægyptum irrigat. 145.B,C
nimium quantum. 66.D
Niobe. 228.E
Nireus Achille excepto omniũ Græcorum pulcherrimus. 295.C
Nireus omnium Græcorum Achille excepto, pulcherrimus. 186.E
nitẽtes capilli malobathro Syrio. 104.
nitẽre. 171.C (D.E
nitidus. 185.E.294.D
nitor corporis. 171.C
nives capitis. 149.F
niveus videri. 217.F
noctem, & noctes dare, mero. 294.E
nocte silenti. 107.D
Noctiluca. 231.A
noctis descriptio. 293.F.294.A
noctis figura. 62.B
Nocturna sacra. 271.F
Nocturne cene. 163.D
nodus incomptus. 112.D
nomen adsect. ad personam relatum, pro aduerb. 300.B
nomen adiectiuum regens infinitiuũ. 236.A
nomen appositum vim verbi adiuuans. 299.A
nomen cum verbo iũctum, verbi significationem adiunãs. 163.F.164.A
nomina neutra adsect. cum gignendi casu. 248.A
Noricus ensis. 308.A
note publice. 236.E
nota Falerni interior. 97.F
Notus albus. 25.C
noua lunæ crescunt, & complentur: deinde decrescunt. 129.B
noua luna cyathus. 184.C.D
noua nupta non sine lacrymis primos Veneris fructus decerpunt. 203.A
Nouendiale sacrum, Nouendiales feria. 306.F
nouerca liberis viri, seu priuignis inimica. 269.F
nouum saxum. 221.D
nox longa. 240.A
nox pro morte. 18.D.71.B
nox taciturna est. 271.F
nube amictus, id est; ἀόρατος. 10.D
nube tectus. 105.A
nudum remigio latus nauis. 43.A
Numantiam deleuit Scipio Africanus. 113.B
numen Iouis. 165.F
Numida. 169.F
Numidiæ rex Iuba. 60.B
numquam, per circumlocutionem. 298.E
nuntius, qui nuntiat, & res, quæ nuntiatur. 32.A&c.
nuptiæ innuptæ, & simil. 81.A
nuptiæ, seu nuptiale conuiuiũ. 248.F
νυκτιλαμπὴς. 231.A
Nymphæ. 88.C
Nymphæ. multa de Nymphis. 7.D.E
Nymphæ terrorem injiciunt interdũ agricolis. ibid.F
νυμφόληπτοι. 8.A.88.C

O

Obducere. 52.D
obligare. 307.F
obliuiosum vinum. 105.C
obsecrare per res ei, quem obsecrabãt, carissimas, &c. mos veterũ. 302.B
obserare. 307.A
obtestandi genus religiosissimum. 269.D
Oceanus belluosus. 254.A
Oceanus circumuagus. 299.C
oculi cursu pedore offendãtur. 96.A
oculo irretorto spectare. 95.C
ὀδὰξ ἕλον ἄσπετον ὕδωρ. 104.F
odorari sagacius. 287.E
odoratus. a. um. 112.A
odoratus participium sine origine verbi. 186.D
odores liquidi. 19.F.20.A
offensus. 294.F.295.A
ὀιμώζειν. 273.A
oleo & vnguento perfundebant deorum statuas & diuinos homines. 293.B.C
oleo vngebantur luctatores. 28.A
olere. mulier rectè olet, vbi nihil olet. 288.A
oleum balaninum. 206.F
olisse Venafrane. 103.D
olisse Palladis propria. 24.B
ὀλυμπιάδες. 148.A
Olympicum certamen quando fuerit institutum. 2.C
omen. 200.A
Omina. 236.A
Onyx. 247.D.E
operari. 174.B
operose diuitiæ. 138.A
Ὀφλισκάνειν γέλωτα, ὀφλισκάνειν δίκην, & similia. 43.D
opima Larissa, ἐϊείβωλος. 25.A
opima spolia. 75.F
Opimum. ibid.
opimus triumphus. 224.D
ὀπώρα. 102.A
Oppiani versus. 171.B
orabant veteres per res ei, quem orabant carissimas. 269.D
orae duae inhabitabiles. 60.C
Orcus nihil miserans. 98.F
Orcus rapax. 130.A
ordinare. 302.E
Oricum portus Epiri. 160.C
Orion. de Orione multa. 71.D
Orion Dianae tentator. 151.D
Orion venator. 117.A
Orionis canis. 172.E
Orphei exemplum. 96.B
Orpheus. de Orpheo multa. 36.C
Orpheus Eurydicen suam repetens. 168.C
Orpheus Thracius. 62.E
oscines aues. 201.A
osculum eripere. 114.B
ossa & pellis. 304.D
otium. 122.A

P

Pacorus. 157.D
Pactolus. 295.F
Padus. 298.F
P. Æmilius Terentij Varronis collega. 38.E
palæstrae λιπαραὶ, id est, pingues. 28.
palangae. 16.C
παλιγγενεσία. 70.C
παλινδρομεῖν. 80.A
palinodia Stesichori. 306.C
Palinurus. 149.C
Palladis in Græcos studiũ. 144.D
Palladis statua, galea, & ægide armata. 45.B
Palladis vrbs Athenæ. 24.A
Pallas dea militaris, & bellicosa. 45.B
Pallas ἐργάνη. 171.C
pallentes violæ, id est, colore amantium tinctæ. 166.F
pallida mors. 18.C
pallor amãtium viola tinctus. 166.F
palumbes fabulosæ. 148.D
Pandora. 14.D.83.D
Pan fistulæ inuentor. 51.B
Pan pastorum deus. 51.B
Pan Penelopæ & procorum filius. multa hic de Pane. 246.F
παρὰ μικρὸν. 292.A
parare pro emere. 76.B.C
Parcae, noctis filiae. 98.D
Parcae vis. 193.E
parco dare & simil. 71.F
παρέχειν. 173.D




Digitized by Google

parentes noſtri nobis meliores, & parentibus aui. 159.C
parentum vota, vt ſint ſibi filij ſuperſtites. 275.B
Paridi non profuiſſe formam, & Veneris munera 45.C
Paridis cultus. 239.C
Paris duce Venere Lacedæmonem profectus, &c. 45.C
Paris, paſtor. ibid.
παρηγορία. 292.A
parochi. 173.D
parra. 200.A
Parrhaſius. 235.F
Parthi Auguſto imperium obtinente ſigna a Craſſo & Antonio amiſſa Romam remiſerunt. 227.C
Parthi equites. 138.E
Parthi ſigna militaria à Craſſo & Antonio amiſſa ad Auguſtum vltro remiſerunt. 39.F.254.F
Parthos fugientes ex equis pugnare traditum eſt. 56.C
participia ſine origine verbi. 112.A
participia verborum deponentium in us, interdum paſſiua ſunt. 271.A
participia vocis paſſiuæ, ſignificationis actiuæ. 295.A
participium ſine origine verbi. 186.D
particulæ, quibus vtũtur Latini cum redeunt ad ſermonem inſtitutum, aliquib. interpoſitis, interruptum. 222.A
partumeius venter. 306.F
parturit imbreis Notus. 25.E
πατρῳοὶ θεοὶ φοίνικες. 43.B
Patareus Apollo. 151.B
patera à patendo dicta. 235.C
patria. mori pro patria. 139.A
patrua lingua, patruus. 170.D
pauidus nauta. 5.D.E
paupertas dura. 241.B
paupertas habetur probroſa. 195.E
paupertas non eſt cuiquam maledicti loco obijcienda. ibid.
paupertas ſæua. 39.A
paupertas vnum è malis humanis nõ minimum. 138.D
paupertatis epitheta. 39.A
pectore ferreo. 13.A
pecuniam creſcentem duo moleſtiſſima mala ſequuntur. 179.C
pecuniam ſpernere. 145.D
pecus, etiam de piſcibus. 9.E
πιζὸς λόγος. 113.D
Pegaſus. 68.E.224.D
Pegaſus, equus alatus. 160.F
peierantibus in rebus amatoriis, aut alioqui ad res Venereas pertinentibus, ignoſcunt dij immortales. 107.B.
peius timet. 241.B.
Peleus apud Acaſtum ab Hippolyta falsò accuſatus. 161.B
Peligni. 184.B
pellere curas vino. 112.A.B
pellere terram. 183.B
pellex. 167.A
Pelopis genitor, Tantalus. 69.E
Penelope. ex Penelope Telemachus, & Telegonus. 52.A
Penelope in procos difficilis ac ſæua. 166.E
penis, cauda. 288.B
Pentheus. 132.A
Pentheus rex Thebarum. 23.F
percello. 284.B
περίφρασις nominum propriorum. 153.F
pernix, à pernitendo. 262.D
perpurum. 80.D
Perſarum apparatus ſumptuoſi. 89.E.F
Perſarum victus. 90.A
perſequor frangere, & ſimil. 61.B
Perſeus Danaës fil. 177.B.C
perſonare. 51.C
pertinax. 131.D
pes de fluuio aut fonte. 300.A
peruicax. 131.D
peruicax Achilles. 304.B
Phædra, Hippolyti amore incenſa. 234.D
Phaëthon. 244.B
Phalanthus Lacon. 103.A
Phaortes. 95.A
φιλαυτία. 55.A
φίλη κεφαλή. 61.E
Philippi, vrbs Theſſaliæ. 149.A
Philippus Alexandri magni pater auro, non ferro Græciam ſubegit. 178.E.F
φιλομμηδὴς, Venus, cur dicta ſit. 10.E.F
φίλον ἀ θεοῖς φίλον. 125.E.F
philyra. 90.D
φλὸξ ἐμαράνθη. 305.B
Phocæi. 298.B
Phocæorum exſecratio. ibid.
φόρμιγξ ἐπιλάφωνος. 168.A
Phoroneus Inachi fil. 183.E
Phraates. 95.A
Phrygius lapis. 137.F
Phryne. 293.A.&c
Phthia. Achilli patria. 229.B.C
φύζα φόβου ἑταίρα. 64.D
pictæ naues. 43.C
picus Martius. 201.E
pij interdum cum impijs puniuntur. 141.E
pij luci. 148.C
Pindarus. ex Pindaro expreſſum Quem virum, &c. 36.A
Pindarus. locus ex Pindaro. 39.C
Pindus, mons Arcadiæ. 36.C
Pirithous. 54.B.152.B
piſcem omneis eſſe mutos, præter paucos. 219.D
πιστύειν. 154.F
platanus ad vmbram prebendam nata. 120.E
platanus & pinus arbores ad vmbrã prebendam natæ. 111.F
plauſus. plauſu excipi ſolitos eſſe claros & caros reip. viros. 57.A.B
Plautus emendatus. 284.C
Pleïades. 252.C
plorare, ſeu flere iubere aliquem. 273.A
plorem artis. 308.F
plus nimio. 78.B
Plutonis domus, cur exilis dicta. 18.F
pocula quædam neceſſitatis, quædam Veneris, &c. 187.C
pœna culpæ proxima. 141.C.D
pœna inferorum. 18.D.E
pœnã raro effugit ſceleſtus. 141.C.D
pœna non debet alium quemquam attingere, quàm eum, qui culpam commiſit. 72.C
pœna non debet prodire extra ſuos auctores. 157.C
pœnas dant immeritas poſteri ob culpam maiorum. ibid.
pœna ſequitur culpam. 227.B.C
pœnitet. 284.F
poëtæ, amantes, ebrij multa ſibi videntur videre, quæ non vident. 130.F.131.A
poëtæ amant ſolitudines. 197.B
poëtæ cum cycnis, & apibus comparantur. 216.D
poëtæ ſacri. 240.A
poëtica inſania. 148.B.C
πολυῦχος. 82.B
πολλὰ κενὰ τὸ πολέμιν. 88.E
Pollio tragœdiarum, ſeu prætextarum, & hiſtoriarum ſcriptor. 91.F
Pollux Iouis fil. 237.D
πολυδάκρυς πόλεμος. 58.C
Polyhymnia. 8.A
polypus. 287.E
ponere. 299.C
ponere modum. 47.E.176.A
ponere profacere. 236.C
ponere ſub pede. 186.D
pontifex. 307.D
pontificiæ cænæ. 120.B
poplites ignauorum. 139.F
popularis aura. 140.C.D
populata arua. 154.F
populea corona, & populus arbor. 26.A
populea fronde Bacchi ſacerdotes vſos eſſe, ibid.C
populi cur altæ ab Horatio dictæ. 260
populi marita, ibid.E (E.F
populus arbor Herculi ſacra. 26.AB.




Digitized by Google

*Populus Ro. reges regnis auitis spoliauit non solum belli iure, verum etiam simulatione iuris.* 128.D
*porca fœmina Telluri immolabatur.* 182.B.C
*porcus immolabatur Lari & Genio.* *ibidem B*
*ποεῖζειν.* 173.B
*Porphyrion.* 150.E
*porrectus.* 165.E
*Porsena.* 296.E
*portæ non clausæ.* 154.F
*Porus Metidis filius.* 77.D
*poscere maiores seu maiorib.* 282.A
*post paullum.* 186.B
*postes.* 138.A.286.E
*potens amicus.* 85.E.129.B
*potens Cypri.* 12.C
*potens lyræ imbellis musa.* 22.B
*potens sui.* 208.D
*potior.* 164.D
*potus, seu poculum primum, secundum, tertium. &c.* 185.C
*præbere.* 173.B
*præbere domum, aquam, salem. &c.* 184.B.C
*præcepta.* 62.A
*præcisio.* 227.D
*præcipere.* 61.F
*præcordia.* 265.C
*prægestire.* 102.A
*prægnans, seu prægnas, quid.* 200.D
*præsens diuus Augustus.* 153.A
*præsens pro potente.* 82.B
*præsens tollere.* *ibid.*
*præsentia tantum in nostra potestate sunt.* 207.E.F
*præsidium.* 2.B
*prætereiens aqua.* 232.A
*prætexta.* 269.E.270.A
*Prætores absentibus consulibus consulare munus obtinebant.* 4.D
*Prætorius, tria verba dicere.* 114.F
*prætor quæstori parentis erat loco.* 4.B
*prætura secundum locum in honoribus obtinebat.* 4.D
*precabantur heroes deos cælestes is manibus ad cælum sublatis, marinos ad mare porrectis: inferos terra percussa.* 190.F.191.A
*precantium ritus. plura vnius dei nomina ponere.* 311.A.B
*preces concipiebantur cum condicione.* 182.F
*preces, exsecrationes.* 72.E
*preces rite conceptas, & iustas diis esse gratiores, quam victimas.* 192.A.B
*pretium.* 177.F.194.F
*Priamus it supplex ad Achillem.* 274.E
*Priamus noctu à Mercurio ad Achillem per medias Græcorum naues deductus.* 304.B
*primi homines digni habiti, qui deorum mensis accumberent.* 142.F
*primi homines neque arabãt, neque serebant.* 260.C
*primi homines quo modo nati sint* 49.A
*princeps primus.* 49.A.210.F
*prior.* 313.B
*Procne & Philomela.* 246.D.E
*producere.* 115.A
*proœbra.* 278.E.F
*profesti dies.* 255.F
*profani, & non initiati à sacris arcebantur.* 135.E.F
*promere & depromere vinum.* 86.A
*Prometheifurtum.* 14.B.C
*Prometheus callidus.* 130.B
*Prometheus cur Caucaso affixus.* 14.B
*Prometheus: de quo multa.* *ibid.A. &c.*
*Prometheus Iapeti & Clymenæ fil.* 49.A. *ibid. de Prometheo multa.*
*Prometheus, astrorum & rerum cælestiũ conteplationi deditus.* 307.F
*Prometheus vir prudetiss. & astrologus, & vnde dictus.* 130.B
*Propedius.* 296.E
*properare, actiuum.* 105.F
*properare cum accusandi casu iunctum.* 196.E
*prorũpere.* 82.D.225.A
*Proserpina mortis & vitæ arbitra.* 71.D
*Proserpina, vitæ & mortis arbitra.* 115.D
*proteruitas.* 56.A
*proteruus Africus.* 298.D
*Proteus phocarum Neptuni custos.* 9.D
*prouerbium, κεινὸς ἑρμῆς.* 33.E
*prouerbium Græcorum, ξεῖ χύτρα ξὴ φιλία.* 84.A
*prouerbium ἢ πάντα πίτνειν, ἢ πεῖα, ἢ μὴ πίτνειν.* 185.A
*prouerbiũ, γλὼ κ' σωτὸν ἔλα.* 244.F
*prouerb. vna hirundo ver non efficit.* 245.F
*prouocabulum* quod interdum pertinet ad ea, quæ sequuntur: 311.E
*proximum.* 37.B
*ψῆτται.* 263.B
*pudicus.* 234.C
*puella virginitatem amissam deflere solent.* 202.F.203.A
*puellæ viro ineptæ descriptio.* 101.C
*puer ex aula.* 74.A.B
*pueri concubini alebant comam:* 241.
*pueri παῖδες filij, & pueri.* 37.D
*puer mento tenus in terram defossus.* 269.C
*pugnandi verba cum dandi casu.* 103.D
*pugnata bella, & simil.* *ibid.A.B*
*pugnatæ pugnæ.* 184.A
*pulcher dies.* 223.B
*pulsare fores.* 18.C
*pulsuaria deorum.* 87.C
*Pythius Olympicus.* 2.C
*puppis. in puppi veteres habebant deos nauis custodes.* 43.B
*puræ manus.* 59.A
*purpurei cur dicantur cycni.* 212.A
*putum.* 299.F
*Pyrrha Epimethei, & Pandoræ filia, Deucalionis vxor.* 9.C
*Pyrrhus rex Epirotarum.* 158.E
*Pythagoram aras deorum sanguine non aspersisse.* 192.D
*Pythagoras Euphorbus, Panthoi filius.* 70.C
*Pythagoras. multa de Pythagora.* *ibid.*
*Pythia.* 48.A

Q

*Quadrantal.* 29.D.163.B
*quæro scire, quæro doceri.* 34.B
*Quæstores dabãtur prætoribus, & consulibus, tanquã adiutores.* 4.B.C
*quæstori prætor pareris loco erat & multa de quæstore.* *ibid.*
*quæstura, primus magistratus vrbanus, & multa alia de quæstura.* *ibid.*
*qualus.* 170.A
*quandoque.* 77.F
*quatere humum, seu terram pede* 18.C.213.F
*quatinus* 195.A
*queror cum quarto casu iunctum.* 9.D.269.F.270.A
*querula tibia.* 162.A
*Quindecimuiri.* 313.C.D
*Quirites cur mobiles dicantur.* 3.B
*quopedes ferunt.* 298.D

R

*Raperẽ dona præsentis horæ.* 164.B
*rapere occasionem.* 289.F
*rauus color.* 200.D
*récino.* 200.A
*recludere.* 140.D.E
*recludere pectus ense.* 308.A
*rectis diis.* 223.E
*rectũ corpus, rectus animus,* 240.D
*rectum s.* 222.E
*rectum translatè.* 224.B
*rectus Bacchus.* 224.A
*recumbere.* 67.A
*reddere.* 245.A
*reddere alicui animum.* 50.A
*reddere animum amoribus finitis.* 55.F
*redemtores.* 137.D




Digitized by Google

redonare. 104.C.145.A
reducta vallis. 51.F
refixo clypeo. 70.D
Reges deorum sanguis. 216.A
regnata Cyro Bactra. 103.A.B.207.D
regna tristia. 15[illegible]C
regna vini. 19.B
regnauit populorum. 210.E
regnum latissimum. 94.E
Regulus. 38.D
Regulus quo cruciatu à Kartaginiensibus sit affectus. 156.D
ῥίζαν. 174.B
relabi fluuios sursum. 74.B
religare nauim. 77.C
religio neglecta, aut contrà. 157.D
remugiens sinus Ionius. 283.C
renidere. 128.B.157.E
renidet. 102.C
Remus à Romulo fratre iniuria interfectus. 277.A.B
reparare, & redimere, pro emere. 76.B
repetitio vnius verbi. 292.D
repetitio, seu reduplicatio. 143.F
resignare. 209.A
respirationis vsus. 304.E.F
resurgere. 126.B
rei Venereæ turpitudo verbis tecta. 101.C
Res secundas ferre difficilius est quàm aduersas. 204.C
retractare. 93.C
reuinco. 222.B
rex. 85.D
rex conuiuij, arbiter bibendi. 19.B
rex, potens amicus. 129.A
Rhodope. 197.D
Rhodos cur clara dicta. 23.C
Rhodus, dicta ὅπος πέλαγος, id est, triũ vrbium insula. ibid.D
Rhœcus. 150.F
Rhœti. 221.E
rhombus. 263.B
Ridere. 128.C
ridet, renidet. 103.C
ridicula, & subturpia fascinationibus & inuidiæ remedio sunt. 278.D
ῥῆξαι φωνὴν. 273.D
ῥιπίδες. 104.E
Romanorum mos republ. bene gesta. 87.C
Roma opus Apollinis. 312.D
Roma princeps vrbium. 219.A
Romuli scelus, 277.A
Roscius Otho. 267.F
ros marinus. 191.D
rotunditas vniones cõmendat. 278.C
rubeta. 270.C
rubens dextera. 9.A.142.E
rudentes. 282.E.
ruga quo modo deleantur, & frons rugosa expoliatur. 277.F
rumpere silentium. 273.D
rumpere vocem. ibid.


S


Sacra Cybeles. 55.A
Sacra, in sacris adhibebatur & vinum. 172.B
sacramentum militare. 126.A
sacra nocturna. 272.F
sacrorum Bacchi ritus. 54.E.F
sacrum Ilium. 184.A
seculare carmen. 310.C
seculum. ibid.
sanio, is. 79.A
sauire. 145.A
sauus. a. um, sæuitia. 39.A.B
sauus, χαλεπὸς. 79.A
saga. 68.D
sagitta. 200.E
sagmina. 56.D
Salamin à Teucro condita. 25.E.F
sal condimentum ciborum, & obsonium tenuiorum. 122.E.F
Saliarem in modum. 87.C
Salij. 86.A.87.C
salinorum appositu, mensas sacras faciebant veteres. 122.E
Salonam Dalmatiæ ciuitatem vicit Polio. 92.D.E
salum. 307.B
sanguine contaminatos congressu, & aditu prohibebant veteres. 10.D
sanguine Centauri tinctam tunicam cum induisset Hercules quas voces ediderit. 266.C
sanguis deorum. 203.F
sanus mentis & simil. 59.A
sapientia insipiens, & simil. 79.F
sapientis esse epulari, potare, & voluptatibus operam dare. 34.E.F
Sappho. 239.A
Sapphonis versus. 170.F
Sarmatæ. 149.D
satelles Orci. 130.A
σαῦρα. 131.B
Saturni stella malefica. 127.A
Saturnus & Mars dij sunt ἐπικήριοι. 56.C
Saturnus, maleficus, & pestilens. 127 A.B
Satyrides insulæ. 131.A.&c.
Satyri. ibid.
saucius malus Africo, saucia rixis iuuenta, &c. 41.B
saxa nautis surda. 307.B
Scamandrus & Simois Troiæ flumina. 291.D
scari. 263.B
Scauri. 38.D
sceleris purus. 59.A
scelus quid. 155.A
scienscithare. 164.F
sciens pugnæ. 46.D
Scopas. 235.F
scriptores nisi sint, qui virtutem & recte facta laudent, ea ignota & obscura sunt futura. 237.A.B.239.B
sculpere, scalpere. 170.A
Scylla. 68.B
scyphi in vsũ latitiæ nati. 65.F.66.A
Scythæ ἄβιοι. ἱππημολγοί. 193.F
Scythæ in plaustris habitantes. ibid.
Scythæ profugi. 82.D
Secernere. 8.A
secundam fortunam bene ferre non est cuiuslibet hominis. 204.B
secundas mensas fuisse apud veteres. 229.C
secures. 140.C
sedebant heroës inter cenandum, non accubabant. 67.B
sedentes epulabantur primi Romani. ibid.
Semele Bacchi mater. 23.F
Semele, Thyone. 52.D.E
semper, dictum per circumlocutionẽ. 295.C.D
senatores, patres dicti. 151.C
senectus ad amores inepta, &c. 111.D
senectus facit nos amatiores. 175.D
senectus natura loquacior. 124.D.E
senes. in senibus sola vox remanet. ibid.
senex amator. 272.A
senium. 290.C
septem colles vrbis Romæ. 310.E
septem nerui lyræ. 168.A
sepulchrum, sedes, seu finis Orci. 130. A
sepultura, 304.A
sepultura genus, iniectio pulueris. 73.A
sepultura inanis. ibid.
sepultura insepulta. 80.A
series. 210.A
serpens iter institutum, & consilium captum rumpit. 200.D.E
serus, serò. 46.A
Sext. Pompeius Magni fil. Neptuni se filium dicebat. 280.A
sibilis excipi solitos odiosos homines. 57.A.B
Sibylla mentem à vi & potestate terræ concitari solitam. 48.A
Sibyllinorum librorum auctoritas. 310.E
Sicambri, alias Sygambri. 217.A
Sicambri gaudentes cæde. 254.C
sicci. 53.D.227.F
sic in precibus, & rogationib. seu petitionibus. 12.A
sic diis visum. 78.E.F
Sicula dapes. 136.E
σιδηρόφρων. 13.A
Sidonij. 300.E
sidus & astrum quid inter se differãt. 306.


Digitized by Google

306.B.C
silente luna. 107.D.E
silentij laus. 140.F
silentio noctis. 107.D.E
silentium. 271.E
silentium conuiuiis carum. 66.B.C
silentium cur sacrum. 115.F
silentium luna. 64.A
simile ab aui pullis implumibus assidente. 258.D
simile ab ouibus & capris lupum metuentibus & fugientibus. 289.A
simile à fluuiis torrentib. 253.B.C
simile à matre filium absentem desiderante. 226.F
simile à torrente. 207.E.F.208.A
similia ducta ab arboribus securi excisis cadentibus. 229.C
similia varia à luna figuris variis ducta. 217.E.F
similitudo ab ilice bipennibus & securibus tonsa. 242.F.&c.
similitudo à rota retro currente. 166.D.E
Simonides Ceus. 93.B.238.E
simul, pro simulatque. 19.A
sine fraude. 132.C
siquà, 175.B
Sirius. 172.D
Sisyphi labor & pœna, & huius laboris causa. 119.A
Σισύφου μηχαναί ibid.D
Sisyphus callidus, & sapiens. ibidem C.D
Sithonij. 198.E.F
Sithonij, Thraces. 54.D
situs corporum in conuiuiis veterum qualis. 66.F
sine. 13.D.E
Socratica domus. 74.C
sodalis hiemis Hebrus. 64.D
sodalis Veneris cratera, sodalis hiemis Hebrus. 183.A
solari æstum, famem. 102.A
solidem, & alius. 310.F.311.A
solis equi & currus. 158.F
sollennis dies. 243.F.&c.
sollers ponere, & similia. 236.A
sollers vnde dictus. ibid.
sol maculosus, pallidus, cæruleus, &c. 226.D
solue mares. 288.D
solui hiemem veris aduentu. 16.A.B
solui voto. 217.E
soluti crines. 151.B
solutis curis. 59.F
σώματα μὲν δύο ψυχὴ δὲ μία. 125.F
somniare solemus, quæ interdiu cogitamus, & agimus. 214.A
somniorum porta duæ. 202.E
somniorum genera varia. 187.C
somnus & mors, noctis filij. 62.B
somnus facilis. 111.D
somnus ferreus. 62.B
somnus longus. ibid. 169.E
somnus mortis frater. 62.B
Soracte mons. 29.B
sortibus pleraque decernebant veteres. 98.F.99.A
sortibus vtebantur antiqui plurimis & maximis in rebus. 266.F
sortiri. 136.C.266.F
sortitò. 266.F
Spartacus. 175.A
spartum. 267.A
spes sola in dolio Pandoræ remansit. 83.D
σφακελισμὸς. 137.C
spirabat amores. 250.B.C
splendidior vitro fons. 172.B
sponda. 266.C
stagna. 200.F
stagnum. 120.E
stare animo. 224.B.C
stella comata. 39.E
στέφω. 242.F
sterilitatis agrorum causa. 137.B
239.A
Stesichorus. 239.D
Stesichorus poëta palinodiam de Helena scripsit. 306.C.D
Sthenelus. 239.D
στομάζεσθαι. 9.B
stomachum facere, & stomachari. 49.B
strepitus testitudinis, tibicinæ, &c. 22.B
stridor acutus. 81.B
Strix. 270.C
Styx. 80.D
sub are. 288.C.D
sub dio, siue sub diuo. 98.F
sublimis anhelitus. 47.A
sublustris nox. 202.D
sub noctem, & simil. 30.B
suboles. 172.C.D
subsidere. 298.F
subtemen. 291.E
subura. 272.A.B
sueui. 194.B
summa. 233.D
summotus pudor. 285.F
superstes vnde dictus. 275.A.&c.
superstites esse parenteis liberis, horribile, & luctuosum ipsis parentibus. 275.A
superstitiosus. 275.B
supremum iter. 126.B
supremum, vltimum. 41.F
surda nautis saxa. 307.B
surdi scopuli. 161.E
surdus fluctus. ibid.
sustinere onus, propriè dictum. 29.B
susurri amantium. 30.C
συμβολὴ. 248.D
σὺν θεῷ. 149.A
syracusæ à M. Claud. Marcello captæ. 39.C.D
syrtes. 59.C

T

Tabula votiua. 20.D
Tænarus. 80.F
Tianais. 149.F
tanais cur ab Horatio discors dicatur. 207.D
tangere. 145.E
tangere, seu tenere aram. 191.E
ταυηλέγης θάνατος. 169.E
Tantali, & Tantali similium pœna. 307.E
Tantalus, 130.C
tauri ignem spirantes. 224.F
taurus. 102.F.288.E
ταυροῦν. ibid.D.F
Tecmessa. 99.F
tela diei. 121.B
Telamon & Peleus fratres. 25.E.F
Telegonus. 207.A
Telephus. 302.D
temerè. 36.E 111.F
Tempe. 24.A
temperare. 27.E.37.B.150.B. 194.C
tempestatibus agna nigra immolatur. 283.D
tempestatibus & hiemi nigra pecus immolatur. 20.A
tempestatis aduersæ descriptio. 282.F.283.A
tempestatis turbulentæ descriptio. 189.D
templa, pecuniam in fanis & templis deponere solebant veteres, cum rebus timebant suis. 196.A
tempore omnia minuuntur, & senescunt. 150.B
tempus res, quæ in eo sunt, afficit. ibidem.
tenere. 198.E
tenta. 288.D
τιρετίζειν. 219.E
Tereus Thraciæ rex. 245.D.E
ter. 127.C
ter felices. 41.F
ter pro multum, & sæpe. 4.F.5.A
ter gemini honores quid significent. 3.E.F
tergeminus quid. ibid.
terminus rerum stabilis. 312.A
tergum ignaui vulnerantur à tergo. 139.F.140.A
termes. 299.F
Terminalia. 263.E
termino vtrum aliquid animatum immolarint Romani. ibid.F
terminus. ibid.E
terminus deus. 312.A




Digitized by Google

ternarius numerus. 4.F
terra bruta. 80.D
terrae muneribus, seu fructibus vesci. 118.D
terra iners, bruta, id est, immobilis. 150.B
terra magna deûm mater. 312.B
testa Graca. 57.A
Teucer & Aiax fratres ex eodem patre. 25.E.F
θάνατος ἀθάνατος. 164.F
θάνατος πάρας ἅπασιν ἀνθρώποις τὸ βίω. 130.C
θάνατος θαυμαστὸν ὅσον. 169.E.240.A
θαυμαστὸν ὅσον. 66.D
thebae Echionie. 225.A
thebarum expugnatio & direptio. 146.B
θεοβλάβεια. 277.A
θεοῦ βία. ibid.
thessali. 68.D
thessalica venena. 270.C
thetidis amore arsisse Iouem & Neptunum, eiusq; nuptias expetiisse. 291.A.B
thetis volénsne, an inuita Peleo nupserit. ibid.
thetis, marina. 28.C
thrace. 122.C
thraces. 270.A
thrace, thraca. 197.C
thracia terrarum pars frigidissima. 64.D
thracia ventorum officina, aut domicilium. 63.E.F
thracij venti, qui. 245.D
thracius ventus, Aquilo. 63.E
thracũ & Scytharũ ebrietas. 66.A
θρασύδειλοι. 202.C
threïcius. 61.E
thus semper adhibetur in sacrificiis. 85.C
thyades. 176.C
thyesteae preces. 273.E
thyestes. 49.B
thyone dicta, Semele. 52.D
thyoneus, Bacchus. ibid.
thyrsus. 131.C.D
tiberina decursio. 27.F
Tiberius Romae de Panis ortu, & genere quari iubet. 247.A
tibia, a quo inuenta. 213.F
tibiae Lydae seu Phrygiae. 256.A
tibiarum vsus vbi primum repertus. 185.D
tiburnus. 25.B
tibur supinum, vdum, vacuum. 149.A
tigres Bacchi curruum cur trahere dicantur. 143.E
tigris Arm. Fl. 254.A
timidi & ignaui homines cum ceruis comparantur ab Homero. 47.A
tingere, seu tinguere. 249.A
titanes impij. 150.B
tithonus immortalis quidem, sed non senectutis expers. 134.D
tityus incontinens. 151.E
τὸ κοινόν. 121.B.C
togae laxitas & amplitudo. 267.A
tollere. 299.B.C
tollere hinnitum, cachinnum, clamorem, &c. 124.F
tollere honoribus. 5.A
tonitrua alia naturalia, alia prodigiosa. 80.B
tonitum, a verbo tono. 263.C
torrere. 185.E
torret me amor, & simil. 164.F
torua vultu, 156.C
trabes Hymettiae. 128.D
tracta oratio, tractus verborũ. ibid.F
tradere ventis. 65.A
tragici poëtae. 92.D
trahere, & tracta oratio. 128.F
trepidare. 100.F
trepidare. de aqua trepide fluente. 98.C
trepidis in rebus vitam agere. 138.E
tres vini cyathi. 185.A
treuiri. 267.D
tria horribilia mala. 58.C
tria, quibus sua quisque vitia corrige re possit. 286.C
tria verba, quae die nefasto silentur. 114.F
tribunatus magistratus sacrosanctus, & multa alia de tribunatu. 4.F
trigla cur Dianae immoletur. 190.B
tripodes. 235.D.E
τρὶς, & ter pro multum, & sape. 4.F
τρὶς μακάριος. 41.F
triumphare vnde dictum. 217.D
triumphati Medi. 145.B
triumphantes per viam sacram, & forum Ro. in Capitolium vehebantur. 216.F.217.A
triumphantiũ currus aurei. 281.A
triumuiri capitales. 267.D
triumuiri, seu treuiri monetales. ibid
trochi ludus. 196.D
Troiani nimium pij. 145.F
Troia ter obsessa & capta. 239.D
troilus Priami filius. 109.C
tuba belli ciuilis. 6.E.F
tubae, cornua, litui. 92.E
tubae sonitus cum lituo coniunctus. 6.E.F
tubis & lituis militum animos ad pugnam acuebant Romani. ibid.
tumultus. 137.A
tunica adamantina tectus. 22.B
turbo, rhombus magicus. 302.C.D
turdorum triagenera. 261.E
turgere. 14.F
turpis. 153.B
tusculum. 207.A
tusculum in colle situm. 259.A
tutae aures. 68.B
tutela. 230.F
tutela Italiae. 253.F
Tydeus Diomedis pater, fortiss. & acerrimus. 46.E
Typhoeus seu Typhoth. 150.D
Tyria purpura. 288.F
Tyrtaeus. 139.A


U


VAcuus aër. 15.B
vada. 14.A
valere, omnium bonorum humanorum optimum. 76.E
vapor. 266.A
Varius, poëta. 21.A
Varum nusquam commemorat Virgilius. ibid.
vasa vinaria solebant in locis editioribus locare veteres Rom. vt fumum biberent. 187.D
vecticularia vita. 198.D
Venafrum. 103.D.156.E
Venatio, Romanis sollenis, 196.C.D
Venatores pernoctant in nine. 7.B
venditione & emtione non vtebantur veteres. 49.F
Venena Medeae. 115.A
Venerem in Cypro non esse natã, 56.A
Veneri ingrata superbia. 166.A
Veneris currum trahunt cycni, passeres, columbae. 205.E.F
Veneris iactus regem vini efficiebat. 19.C
Veneris munera. 241.E
Veneris stella. 108.F
venti cur nigri dicantur. 20.A
ventis aut fluctibus tradere. 65.A
ventosum mare, ventosus homo, ventosus gloriae currus. 150.B
ventus Africus. 5.F
ventus popularis. 140.C
Venus Aprili mense venit. 16.E
Venus Cnidi colitur. 74.E
Venus cur Anchisae concubitum expetierit. 313.A
Venus cur Cypris dicatur. 56.A
Venus dea imbellis. 45.B.C
Venus ex marina nata. 12.C
Venus, marina cur dicta. ibid.& 198.D.E
Venus talorum iactus. 106.C
verba erudita diutius viuunt, quam facta. 240.A
verba male nominata. 174.C
verba pugnandi cum dandi casu iuncta. 5.E.261.B
verbena. 243.D
verbenarũ vsus fuit in sacris. 56.D
verecundus color. 304.D
veris descriptio. 16.A.B
veritas nuda cur ab Horat. dicatur. 62.C.D




Digitized by Google

*versus integro nomine non clausus.* 63.E.F
*vertere cadum: versus cadus.* 206.F
*vertere fas & nefas.* 273.F.
*vertere in pulueres.* 144.A
*vespertini temporis circumlocutio.* 158.E.F
*Vesta aeterna.* 253.D
*Vesta, à Gracis ista, Rhea fil.* 10.A
*Vestales.* 10.C
*Via sacra.* 267.A
*Via sacra declinis à Carinis ad forũ, acclinis ad Capitolium.* 276.F
*vibrans flamma.* 305.C
*vibrare.* ibid.E
*victimae albae Apollini & Diana: tenebris nigrae immolabatur.* 312.F. 313.A
*viduare.* 33.A
*viduus.* 32.F
*vietum.* 287.F
*vile Sabinum. vilis annona.* 57.A
*vilia rerum.* 248.A
*vilis Europae pater.* 203.D
*vim afferre munitae sapientiae.* 205.A
*vincire caput corona.* 26.B
*Vindelici.* 221.E.251.D
*vindex.* 240.E
*vini effecta.* 188.A.B.C.&c.
*vini intemperanter poti comites.* 55. A
*vino pellere curas, & simil.* 26.F
*vinorum omnium fere commune est, vt sint ad curas eluendas efficacia.* 48.A.B
*vinum accommodatur & vertitur ad eorum naturam, à quib. bibitur.* 87.C
*vinum à fumo exsiccatum.* 163.B
*vinum Albanum.* 242.F
*vim arcana loco promouet.* 285.D
*vinum Cecubum.* 57.C
*vinum Cecubum nauseam coercet.* 82.A.B
*vinum Calenum.* 57.C.76.A
*vinum Chium.* 184.B
*vinum cõmendat vetustas.* 29.C.D
*vinum immodicè potũ.* 53.F.54.A
*vinum in terram fundere, seu vino solum respergere.* 119.F
*vinum in testis condebant veteres.* 7.A
*vinum λαδικηνδες, &c.* 248.B
*vinum malorum oblitionem afferẽs.* ibid.
*vinum Massicum.* 6.A.187.D
*vinum molle.* 25.E
*vinum non bibebant matronae Rom. multo minus puellae virgines.* 249 D
*vinum nullum est, quod vel querelas, veliocos, &c. pariat.* 187.C
*vinum, tormentum minimè sumtuosum, minimèque periculosum.* 188. A
*violaria.* 120.F
*Vipsanius Agrippa nomen.* 21.B
*virens flamma.* 305.B.F
*vires & potentia sine sapientia parum valent.* 150.A
*Virgiliae.* 252.C
*virgines peccantes grauiter puniendae.* 202.D.E
*virgines vestales sacris publicis intererant.* 210.C
*viri & vxoris societas, aristocratica.* 194.D
*virtus amissa recuperari non potest.* 255.C
*virtus ardua, & ad eam via.* 195.F 196.A
*virtus non laudata, nullisque litteris illustrata, parum differt ab ignaua & otiosa vita.* 240.B
*virtus repulsae nescia.* 140.A
*virtutem ex oculis sublatam quarimus.* 195.B.C
*virtutis honores, puri & incontaminati.* 140.B
*vis consilij expers mole ruit sua.* 151. B
*vis maior.* 277.A
*vita primorum hominum.* 260.C
*vitis natura caduca.* 227.D
*vitrea Circe.* 52.B
*vitreae togae.* ibid.C
*vitrea fama.* ibid.B.C
*vitreum mare.* 215.B
*vitri natura pellucida.* 55.B
*viuax apium.* 86.C.D
*viuere in diem.* 123.E.164.B. 208.E
*viuus caespes interdum apud veteres aram vicem obtinebat.* 56.D
*vlmus maritus.* 260.E
*vltra. quod vltra est: id est futurum.* 124.A
*Vlyssei gignendi casus, à recto Vlysseus.* 300.E.F
*Vlysses duplex.* 21.D
*Vlyssis cursus duplices.* ibid.D.E
*Vlyssis epitheta apud Hom.* ibid.
*vmbilici librorum.* 293.D
*vncus.* 83.B
*vngere mortuorum corpora.* 303. E.F.&c.
*vnguenta & coronae in conuiuiis.* 174. D.E
*vniones rotundi.* 278.C
*vocalis longa ante vocalem non elisa, & correpta.* 285.A.B
*vocalis longa ante vocalem seq. non elisa, & producta.* 284.F.285.A
*Volcatius Tullus.* 163.C
*volitant nautae per mare.* 227.A
*voluere turbinem.* 208.D.302.C.D
*vrbes omnes, & quicquid custodit, sacra sunt.* 184.A.B
*vrbis captae descriptio, seu imago.* 146. B
*vrbis Romae, colles septem.* 310.E
*vrgeo.* 129.C
*vrgere.* 108.E
*vri amore.* 160.E
*vrna omnium versatur.* 99.A
*Vrsae duae.* 65.B.C
*vtcumque, pro vbicumque.* 50.F.51, A
*vt, pro quàm.* 197.D
*vt pro vbi, & qua parte.* 50.F
*vtrum difficilius sit secundam fortunam, an aduersam ferre.* 204.B. C.D
*vua pro vino.* 57.C
*vuidi.* 228.A
*Vulcaniae insulae.* 17.D.E
*Vulcani officina.* ibid.D
*Vuclani vxor Venus.* ibid.E
*vulnera in bello ciuili accepta, turpia.* 84.D
*vultu inuito ridere.* 168.D
*Vultur mons Apuliae.* 148.E
*vxorem aequalem ducendam.* 244. F
*vxore pudica nihil viro secundum naturam viuere cupienti optabilius.* 262.B.C
*vxorius, quis dicatur.* 10.B
ὑδροφόβοι. 88.C
ὑπερεχωρεῖν. 103.C
ὑπερέχων φίλος. 129.A.B
ὕπνος γλυκερος, ἠγρέσιμος, χάλκεος, &c. 111.D.E
ὑποθήκαι. 61.F


FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google